TRACTATVS
DE IRREGVLARITATIBVS,
ET IMPEDIMENTIS ORDINVM,
OFFICIORVM, ET BENEFICIORVM ECCLESIASTICORVM,

Et Censuris Ecclesiasticis, & Dispensationibus super eis.

PAVLO BORGASIO FELTRENSE,
EPISCOPO NEMOSIENSE,
Gubernatore Generali, ac Prolegato in Thuscia,
I. V. C. acutissimo Autore.

Nunc primùm in lucem editus.

Huc accessit vita grauissimi huius scriptoris, vnà cum Indice; in quo nihil eorum omnium, de quibus in toto hoc opere subtilissimè disseritur, desideratur.

Quanta verò & vtilitas, ac voluptas ex lectione huius libri capi possit, is demum iudicabit, qui singulas eius partes diligentissimè peruolutauerit. Hoc saltem liberè affirmari potest, nunquam fore, vt quenquam eius temporis, operæque, quam hic posuerit, pœniteat.

Venetijs, Excudebant Guerræi fratres, & socij. M. D. LXXIIII.
Cum priuilegio S. Cæsareæ Maiestatis, Philippi Regis Catholici, atque Illustrissimi Senatus Veneti.

SANCTISS. D. N. D. GREGORIO PAPAE XIII.

Sigiſmundus Borgaſius Canonicus Taruiſinus fœlicitatem.

QVOD maximè optandum fuit, Pater Beatiſs. nedum mihi,& familiæ meę,cuius res agi uidetur,ſed etiam om nibus iuris, præſertim canonici ſtudioſis, ut quæ olim à doctiſsimo Paulo Borgaſio Epiſcopo Nimoſienſe gen tili meo, magnis laboribus,multisq; uigiliis elucubrata fuere,circa Irregularitates,& Impedimenta ordinum,& beneficiorum, & cenſuras eccleſiaſticas, & diſpenſationes ſuper eis, in publicum typis excuderentur, cùm tandem, Deo Opt. Max. dante, factum ſit, quod iam, quando de eo edendo cogitare cœpi, animo decreueram meo, vt ſcilicet nomini tuo dicaretur,nunc eò maximè faciendum putaui,quòd dum editio differtur, ex Cardinale Pontifex ſummus, & optimus à ſancto ſpiritu conſtitutus fueris. Et iure quidem iam tum,cùm Cardinalis eras, te vnum in operis ipſius patronum, mihiq; in dominum inter om nes elegeram.ſi enim librum ipſum conſideremus,nemini magis quàm tibi conſentaneum fuit, vt offerretur. cum namq; ex viſceribus iuris ca nonici depromptus ſit,te vnum etiam tunc expetere videbatur, qui Iu ris,& Canonum ampliſſimum decus es,& iis ſtudiis cumulatiſſimè imbutus, ex quibus tibi facilè viam paraſti, qua ad ſanctæ Apoſtolicæ ſedis apicem,omnibus admirantibus, & adorantibus conſcendiſti. Accedebat præterea ſumma benignitas,& magnificentia tua,qua æque omnes ad te venientes humaniſſimè ſemper complecti ſolitus es. Sed præſertim quòd intelligebam te hęc ſtudia omnibus voluptatibus anteferre; ſicut ab ineunte ætate ſemper feciſti; & illos qui ipſis delectarentur, fouere,ac protegere, atque ad eos honeſtandos gratiam,fauoremq; om nem libentiſſimè conferre. Nec aliæ deerant rationes ad id animum meum tunc inuitantes,quæ vehementiùs nunc aliis etiam additis com mouent,& accendunt. Sed & liber ipſe,qui te olim Cardinalem,& ſum mum Iuriſconſultum appellare videbatur, & tui nominis inſcriptio-

nem desidetare, id nunc multo magis, iure quodammodo suo, expostulare videtur; cùm, quæ de sanctę Catholicæ Ecclesię, & Apostolicę sedis auctoritate pertractant, alteri nemini offerri æquius debeant, quàm ei, qui caput est, ac rector ipsius Ecclesiæ, & in ipsa sancta sede diuinæ lucis radiis conspicuus residet, & omnipotentis Dei vices gerens, solus cum irregularibus, & impeditis dispensat, & censuras omnes tollit, aut tollendi, & dispensandi confert potestatem, & auctoritatem. Sed & hoc ipsum auctoris persona, si ad eam respiciamus, meritò exoptare, ac requirere videtur. cùm enim dum viueret, sanctissimæ ipsi sedi, ingenium, laboresque omnes, vitamq; ipsam dicasset, ac totis viribus gloriam, & amplitudinem eius quæsiuisset; cur non & post mortem eius, fructus, & bona animi ac intellectus ipsius ad eandem sanctam sedem spectare, & deferri dicemus? Quibus accedat, si etiam de me ipso loqui debeo, quòd & mei causa dictat ratio, vt ad te, sanctissime Pater, opus ipsum dirigatur, & consecretur, qui tot iam annis Ecclesię tuæ addictus sum, & ex tuæ ipsius sedis gratia, licet indignus, minimusq; Canonicus conscriptus. Illud postremò hoc potissimùm suadet; quod quasi hæres voluntatis & desiderii ipsius Pauli agnati mei, id exequi procuro, quod & ipsemet faceret, si ad nostra hæc tempora spiritum ducere potuisset. Quod tantò maiori humilitate, & reuerentia facio, tantoque libentiùs, & ardentiùs, quantò te, quem olim Cardinalem optaram, nunc summum Pontificem, maximo cum mei gaudio, intueri, suspicere, & adorare datum est. sed iis quidem, qui sunt deuoti cordis, & animi oculis, & genibus, vtinam & iis, qui sunt corporis ipsius. nam, prout par erat, ad sanctissimos pedes tuos osculandos, & opus ipsum offerendum dicto citiùs ipsemet properassem. sed me pluribus ab hinc annis podagræ, & omnium ferè artuum dolores grauissimi, & quasi continui ita malè habent, vt paulò minùs, quàm semper iacentem detineant, & virentem ætatem meam annorum quadraginta quatuor, si non seniorem sene quolibet effecerint, at impotente quolibet impotentiorem, & infirmiorem reddiderint; aliaq; vitæ, fortunarumque mearum auxerit, & quotidie magis augeat incommoda. Veniam igitur dabis Pater Beatiss. & quæ ex intima cordis deuotione Sanctitati tuę per me offeruntur, piè, &, vt soles, benigne accipere non dedigneris. Vale. Taruisii Calendis Iunii. M D L X X I I I I.

REVEREN. D. SIGISMVNDO
BORGASIO CANONICO
TARVISINO
Ioannes Turrius Taruisinus I.V.D. S. P. D.

QVAE mihi tecum, multùm Reueren. Borgaſi, tot iam annos intercedit arctiſſima neceſſitudo, & quæ me tuæ ſingulares virtutes, præſertimq́; beneficentia ad te colendum, & obſeruandum quotidie magis ob ſtrinxere, eum in me animum excitarunt, vt quotieſcunque de ijs rebus agi contingat, quæ tibi, tuis ue decus, aut gloriam parere poſſint, non parum me officio meo deeſſe ſemper exiſtimauerim, ſi non & ipſe in id ſtudium, & operam præbeam meam. Cùm igitur Pauli Borgaſij Epiſcopi Nimoſienſis agnati tui Tractatus de Irregularitatibus, & impedimentis ordinum &c. propediem in lucem prodimurus ſit, & officio, & obſeruantiæ erga te meæ conuenire putaui, ſi, cum ſidei, & diligentiæ meæ, vt imprimeretur, commiſeris, etiam ipſius Auctoris vita, cùm eodem volumine ederetur, ex qua non tantùm ipſi Iuriſprudentiæ lumini, & Decretorum interpreti doctiſſimo, ſed & tibi, familiæq́; non modica eſſet gloria acceſſura. propterea eam, vt meliùs potui, inter forenſes ſtrepitus, & pro temporis breuitate, compoſui. Quæ ſi non, vt eminentiſſimi ipſius viri ſingulares animi dotes meruerunt, & ego debui, plenè, & ornatè contexta eſt, ſatis excuſatum me iri putabo, ſi rei tantùm veritatem ſecutus non de eius laudibus orationem, ſed eius vitæ ſeriem quandam breuem, nullis artium præceptis perpolitam contexuiſſe me, vt facio, profitebor. Vale, & me vt ſoles, ama.

Taruiſij pridie Idus Maij. M D LXXIIII.

AVCTORIS VITA.

PAVLVS BORGASIVS natione Feltrensi, antiqua, & nobili genere natus patrem Ioannem Victorem habuit Iur. conf. celeberrimum, virumq; clarissimum, cuius virtutibus non parum familiæ dignitas aucta est; is enim & Iuris prudentia & alijs animi dotibus ita excelluit, vt Ciuitates, Prouinciæq; eius imperio committerentur: in quibus eam semper fidem, grauitatem, & integritatem ostendit, præsertimque in Prætura optimè administrata pro Ioanne Hinderbacchio Tridenti Episcopo, & Principe, vt, præter cætera tanti viri munera, à quo non diligebatur modò, sed & obseruabatur, Principis eiusdem, nec non & publicis Tridentinæ ipsius ciuitatis insignibus donatus fuerit, quæ ad perpetuam ipsius gloriam, & vniuersæ Borgasiæ familiæ decus, & ornamentum futura essent. Mater autem ei fuit Corona de Brandelicijs, nobilis admodum matrona, & quæ prudentia, castitate, diligentia, alijsq; honestissimis moribus tali, tantoq; marito tantæq; familiæ, quàm optimè respondebat. His parentibus ortus Paulus, ne ab eis & reliquis antecessoribus degenerare videretur, humaniorum literarum studijs totis viribus incubuit. mox ad leges, & iura totis viribus se se conuertit. Studuit Patauij primùm: postea etiam Bononiæ; vbi Felinum Sandæum, inter reliquos, præceptorem habuit; & ita assiduis vigilijs, & lucubrationibus profecit, vt multò ante conceptam de se spem non solùm adæquauerit, sed etiam longè multumq; superauerit. ibiq; publicè de iure, & legibus per triduum disputando, eo in certamine ingenij sui præstantiam ostendit. postmodum in vtroq; iure lauream, votis omnibus, assecutus Venetias se contulit, ubi in foro ecclesiastico, patrocinando & consulendo, per aliquot annos honorificè versatus est. ex quo à Matthæo Cardinale Sedunense, qui tũc Apostolicus Legatus erat per totũ Venetæ Reip. imperiũ, hominis excellentiam admirante & adiuuante Feltrensis Canonicus, postea etiam Archidiaconus estelectus, & alijs quibusdã in Diœcesi Cenetensi beneficijs ac titulis cohonestatus. Demum & amicorum hortatu, & Marci Cardinalis Cornelij fauore sub Alexandro VI. Pontifice Romam petijt. quo paulò post defuncto, & Leone X. in eius locum suffecto Referẽdarius creatus est, & domesticus eius prælatus. mox, vt qui ad maiora etiam natus erat, Episcopus Nimosiensis ecclesiæ in Cypro assumptus, & constitutus. & iam optimè cognita eius doctrina, fide, & singulari innocentia, non multò post vniuersæ prouinciæ patrimonij B. Petri in Thuscia, ex ipsius Pontificis decreto, prolegatus, & Gubernator generalis deligitur eodem Cardinale Cornelio Legatũ agente. Plura hic memoria digna ab eo gesta sunt, quæ breuitati studens non recensebo. illud tamen non esse omittendum duxi, quòd cum Viterbi Ciuitas, vbi residentiæ locus est, propter factiones in duas partes diuisa capitalibus odijs flagraret, Paulus inter reliqua omnia id præcipuè cordi habuit, vt odia, si non posset extinguere, saltem sedaret. Propterea ita sese gessit in vtranque partem, & æqua lance ciues ipsos omnes complexus est, ac interdum conuiuijs, & familiaribus colloquijs ad pacem hortando, vt ciuitatem, prouinciamq; omnem pacatam semper tranquillamq; habuerit, vt nihil partes ipsæ ambæ magis expetere videtentur,

rentur, quàm Gubernatori suo tales videri, quales cuperet, nec amplius de sese offendendo, sed de ipsius voluntate, & desiderio exequendo, ipsoq; modis omnibus honorando contenderent. Studebat Paulus ferè continuò, cùm per tot occupationes grauissimorum negotiorum licebat; quod ea cum voluptate faciebat, vt vix quicquam eum retardare posset grauis podagræ morbus, quo non modicum naturæ iniuria vexari solitus erat. Demum absoluta administratione ipsa, Romam reuersus est, qui etiamsi ob ipsum morbum quieti potiùs, quàm labori vitam dicare opus habebat, eò tamen sui nominis existimatio & laus perlata erat, vt nullus esset quietis locus. statim enim ferè post reditum à Dominico Cardinale Grimano, Titulo Sancti Marci, & Aquileiensi Patriarcha, viro vndecunq; doctissimo. nulli inter suæ ætatis Theologos, Philosophosque postponendo, Vicarius eligitur; & ex qua tanti viri probatione mirum est, quantus ei honoris & gloriæ cumulus accesserit; ex quo postquam Venetias Paulus applicuit, non tantum rerum Aquileiensium causa, sed etiam Venetarum, ac aliarum prouinciarum eò accessisse videbatur. nam pleræq; diuersorum locorum causæ ad Summum Pontificem delatæ ad eum delegabātur, & si quæ coram Serenissimo Venetiarum Principe de re Ecclesiastica agebantur, ad Paulum similiter ipsum de iure cōsulendæ, ac decidendæ per eundem Illust. Principem deferebantur; ex quo nō tantùm vrbis, sed & orbis oraculum videbatur. Hinc etiam factū est, quòd vbicunq; magis Catholica Ecclesia opus haberet, ibi & ipse statim in subsidium vocaretur. Etenim per ea tempora in partibus Aemiliæ, Brixiæ, præsertim & Bergomi, labes quædam pessima orta est quorundā hæresiarcharum, necnon & Anabaptistarum, qui hæreticā prauitatem serentes cōplures seducebāt, & suscepto baptismatis sacramento renunciabant, corporaq; & animas sathanæ Deū Creatorem abnegantes offerebāt: & vsque eò perniciosissima hæc pestis deuenerat, vt infantes etiā passim necare studerent, & alia incredibilia scelera perpetrare. quin etiam in tam manifesto facinore ita pertinaces fiebant, vt sententias capitales cōtra se ab ordinarijs ferri, patiq; mallent, vitamq; perfidè amittere, quàm errorem suum cognoscere, & resipiscere. propterea, cùm nemo ad tantum negotium aptior visus esset, Paulus ipse ad vota Illustrissimi ipsius Venetorum Principis Commissarius Apostolicus, & Inquisitor deputatus est. Etenim ipse Venetiarum Princeps omnia bene agi debere sperabat, si Paulo ipsi Borgasio, quem quo esset ingenio præditus, quibusq; uirtutibus optime norat, tantum negotium committeretur: enmque humanitate sua cum rerum experientia, & scientia coniuncta effecturum, vt tales de errore suo edocti, veniæ spe in Ecclesiæ Catholicæ gremium reuerterentur, quos quandoque in desperationem, quam Sathan insinuat, pœnæ seueritas inducit. quam rem sicut, & reliqua sua omnia, ita præclare egit, & de ipsa Veneta Repub. bene mereri visus est, vt ab ipso Principe & Senatu immunis factus sit à solutione decimarum pro Episcopatu suo Cameræ Cypri quotannis facienda, quæ aureos centum triginta annuos excedebant. Quærebat iam Paulus post tot labores quieti sese dare, & totus lucubrationibus suis, & studijs incumbere. nec tamen id obtinere potuit. nam vix ex Aemilia regressus est, cum & coactus fuit in Patauino Episcopatu pro Francisco Cardinale Pisani administrationem suscipere, quam ea cum laude, & omnium admiratione perfecit, vt inter reliquos, qui eius virtutes commendare visi sunt, à M.Mantua Iurisc. celeberrimo & vndecunque laudato publicè tunc, prout & nunc, Pataui legente vir doctissimus, & de Iurisprudentia optimè meritus appellatus sit, vt in fine suæ Epitom. de Illustrib. Iureconsl. legitur. Ea igitur expedita, cum optati otij tempus aduenisse sibi persuaderet, nuncius affertur, qui in locum Clementis Pontificis VII. demortui, Alexandrum Farnesium sub Pauli III. nomine assumptum nunciaret. quo intellecto multa lætitiæ signa domi suæ fieri mandauit, quibus publicam iucunditatem & gaudium superare visus est. Sed ijs non contentus, eam etiam coram sanctitati suæ manifestam fecit. nam mora nulla adhibita Romam contendit; vbi à Pontifice ipso ad pedum osculum non vulgariter susceptus, statim Referendarius est factus, ac domesticus prælatus, necnon pluribus gratijs & prærogatiuis donatus ac cohonestatus. Sed cum Marino Cardinali Grimano gratissimus esset, eiq; summopere ab ipso Pontifice

tifice

tifice commendatus, paucos dies Romæ esse potuit, nam iterum prolegatus, & Gubernator Vmbriæ Prouinciæ ab ipso Cardinale Legato deligitur; quo officio omni cum laude functus est. Sed iam senex, & tot labores itineraq; perosus, & studiorum suorum cupidus, posthabitis honoribus & dignitatibus omnibus, cùm iam multò ante honores, & dignitates omnes in studijs suis posuisset, ad optatam quietem se reducere cōstituit, quod vix ipso Pontifice concedente obtinuit; Vnde Romam posteaq; Feltrum patriam suam sese recepit: vbi, quantum præsertim per morbum licebat, & articulorum dolores, tempus omne in studijs consumebat. Et certè mirum quòd tantum in illis profecerit, cùm tot grauissimorum negotiorum mole, continuis ferè temporibus, premeretur, & tot alijs laboribus & & itineribus occupatus vix quicquam otij daretur. sed potissimùm cùm sæpe tam graui podagræ morbo, ex cuius impedimento tum pedum, tum etiam manuum officio prope destitutus famulorum semper auxilio indigebat, qui nunc hunc, nunc illum librum afferrent, ut in legalibus studijs opus est; sed ijs ita oblectabatur, vt inter dolores ipsos interdum ab eis refici, & restaurari quodammodo videretur. Quæ sua studia sæpe cum viris doctis, quorum amicitia nihil præstabilius esse putauit, conferre mirum in modum delectabatur; & præcipuè cum Nicolao fratre suo, qui & ipse excellentissimus erat Iureconsf. & non secus ac Paulus pro Apostolica sede, & ipse pro Veneta Rep. Ciuitatibus iura sæpe dabat, & assessoris officio fungebatur. Sed non soli erant ipsi fratres tunc temporis in Borgasia familia Iurisconsf. post Io. Victorem patrem, de quo supra diximus. nam tunc etiam florebat Faustinus ipsius Nicolai filius similiter Iurisconsf. qui & Canonicus Feltrensis postea factus honestissimè semper, & religiosissimè vixit. ita vt dici possit hanc Borgasiam familiam à Deo datam, vt viros semper clarissimos, & Iuris, Ecclesiæq; lumina produceret; inter quos, vt reliquos plures omittam, qui referri possent, præclarum admodum decus, & columen ipsius, præsenti tempore, uiget Reueren. D. Sigismundus Canonicus Taruisinus prudentia, fide, religione, humanitate, omniq; virtutum laude cumulatissimus: ita vt in eo magis corporis & fortunæ bona desiderari posse videantur quàm animi: cùm pluribus ab hinc annis maxima naturæ iniquitate, vti & ipse Pauli agnatus mancus, & omnibus ferè neruis, & articulis captus sit, ac continuis propemodum, acerbissimisq; podagræ doloribus crucietur. Tractatum composuit ipse Paulus, quem ipsemet de Irregularitatibus, & impedimentis ordinum, & beneficiorum Ecclesiasticorum, & censuris Ecclesiasticis, & Dispensationibus super eis, inscripsit. de qua materia ita diligenter & copiosè disseruit, & tam multa, etiam circa practicam, edocet, quæ ipsemet verè maximus practicus Venetijs, Romæ, & alibi fieri vidisse & obseruasse refert, vt opus ipsum perfectum, ac verè omnibus suis numeris, & partibus expletum dici possit. Scripsit etiam Commentaria quædam similiter in iure Canonico, quæ tamen non habentur. Vixit vir præclaræ, eximiæq; virtutis plures menses, in ea animi tranquillitate. & iam vbique præsertim Romæ, talis tātaq; de eo erat prædicatio, & laus, & penes Pontificem ipsum existimatio, quòd certa spes afferebatur eum in proxima Cardinalium promotione facienda, illi sacro Collegio ascribendum esse; sicut eius merita requirebant. sed cum per eos dies Venetias applicuisset, ibiq; tum negotijs suis peragendis, tum salutationibus, & suauissimis amicorum, & literatorum hominum sermonibus, qui domum suam frequentes conueniebant, tempus traduceret, in aduersam valetudinem incidit: quæ cum in dies grauior effecta est, & iam grandi ætati suæ importabilis, eum non multò post ad vitæ exitum perduxit; ex quo Saluatoris suo anima restituta, ad D. Agnetis templum, de more Venetæ Ciuitatis, delatus ibi solemni pompa, & uerè Pontificalibus exequijs decoratus est; & oratione Ioan. Baptistæ Egnatij viri doctissimi publicè ibi ex Veneti Senatus auctoritate humaniores literas profitentis collaudatus. demumq; relictis cum non modico sui desiderio, & mœrore, non tantum familiaribus, & amicis, sed ijs omnibus, qui eius integritatem, doctrinam, prudentiam, & cæteras innumerabiles animi dotes cognouerant, in Iesuatorum templo sepultus est. Anno Domini. M. D. X L I. Aetatis verò suæ septuagesimoquinto,

L. D. O. M.

TRACTATVS

DE IRREGVLARITATIBVS,

ET IMPEDIMENTIS ORDINVM, OFFICIORVM, ET BENEFICIORVM ECCLESIASTICORVM, ET CENSVRIS ECCLESIASTICIS, & Dispensationibus super eis.

Paulo Borgasio Feltrensi, Episcopo Nemosiensi, Gubernatore Generali ac Prolegato in Thuscia, I.V.C. acutissimo Autore.

LOCVTVS est Dominus ad Mosen ore super no dicens, Loquere ad Aaron, homo de semine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offeret panes Deo suo: nec accedet ad ministerium eius; nec accedet ad altare, qui maculam habet; & contaminare non debet sanctuarium meum. ego Dominus. Leui. xxj. & transumptiuè. in c. hinc etenim. xlix. dist. Elegit propterea Iudas sacerdotes sine macula voluntatem habẽtes in lege Dei. j. Mach. j. c. iiij. Et quidẽ congruũ est, ut pars conueniat suo toti: turpis enim est omnis pars vniuerso suo non conueniens. viij. dist. quæ contra mores. & in c. fi. de spon. duorum. & in c. nolite. xj. dist. & in c. cum non licet. de præscript. Immaculatus enim est, cui ministratur, qui dixit, Mundi estote. & iterum sancti estote, quia sanctus sum ego dominus Deus vester. Leuit. xix. in prin. & transumptiuè lxxxij. dist. plurimos. Et immaculatum est, quod ministratur, vt Deute. xvj. in fin. Erit enim (inquit) agnus sine macula. Et idem dicitur Exod. xij. Cõuenit itaque, vt eius ministri sint ab omni sorde remoti: quod ecclesia nos aperte docet, dicens in personam ministrorum, Lauabo inter innocentes manus meas, & circundabo altare tuum domine. Psal. xxv. & asperges me domine hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor. Psal. L. Et Esaias lij. c. ait: Mundamini, qui fertis vasa domini. & transumptiuè in c. necesse est. j. q. j. & Petrus in epistola j. scientes, quòd non corruptibilibus, auro vel argento redempti estis de varia vestra conuersatione paternæ traditionis, sed precioso sanguine, quasi agni immaculati, Christi incontaminati, præcogniti ante mundi constitutionem. Immaculata quoque est ecclesia, in qua ministratur, vt in Canti. Cant. v. Columba mea, immaculata mea, & trãsumptiuè in c. omnibus. xxiiij. q. j. & c. loquitur. & in c. j. de immu. eccl. lib. vj. Nec in ea est, nec esse potest peccatũ, neq; ruga. xxj. dist. quãuis. & in c. ecclesia Christi. de pœn. dist. j. & in c. fundamenta. de elect. in vj. Apud gentiles quoque, vt Aulus Gellius lib. j. refert de Vestalibus virginibus, quę si lingua de-

bili, seusuve aurium diminutæ, aliaue quauis corporis labe insignitæ essent; aut ex seruili ge nere natæ, non capiebantur. Ouidius quoque in epistola ad Æneam.

Pone deos, & quæ tangendo sacra prophanas,
Non bene cœlestes impia dextra colit.

Et Seneca in prouerbijs, Nou inspicias quàm plenas quisque manus Deo, sed quàm puras ad moueat. de quo est tex. in c. odi, & proieci. xxiiij. q. j. & sunt verba Amonis prophetæ. Virgilius quoque in ij. Æneid.

Tu genitor cape sacra manu, patriosq; penates,
Me bello ex tanto digressum, & cæde recenti,
Attrectare nefas, donec me flumine viuo
Abluero.

Cum tanta itaq; in ministris Dei requiratur puritas & munditia, quanta, cui ministratur, conuenit, videndum est de eorum maculis, & sordibus, ex quibus homines impediuntur à promotione, ad ordines, ad officia & beneficia ecclesiastica, & interdum iam promoti repelluntur & deijciuntur, deponuntur, degradantur, & curiæ seculari traduntur, seu relinquuntur: & quomodo eis ope & beneficio dispensationis ab ecclesia succurratur; & quare, & quando, & per quem, seu quos, & quo iure, & cũ quibus.

Et quamuis materia hæc diuersis antiquorũ Doctorum scriptis delibata sit, licet fortè minus abundè, aut ordinatè, cum plura supersint & grandis sit, quotidiana, & practicabilis tam in Rom. cu. quàm extra: Ego Paulus Borgasius Feltrensis, Episcopus Nimosiensis, Sanctissimi domini nostri Papæ Referendarius; & pro sua Sanctitate & sede Apost. prouinciæ Patrimonij beati Petri in Thuscia Gubernator generalis, & Prolegatus, inter Iur. vtriusque Doct. visu, verbo, & opere minimus, ipsam repetendam, reuidendam, supplendamq; duxi ad cõmunem Christi fidelium vtilitatem, & commodum, & sanctæ militantis ecclesiæ honorem, cuius iudicio, emendationi, & castigationi, me & scripta mea hæc humiliter subijcio, vt xix. di stin. Romanorum.

Inter scribentes in hac materia primum fuisse comperio Ioannem de Deo, Hispanum, dum esset canonicus Vlixbonensis, & regeret cathedram in iure canonico Bononię, de quo Specu. mentionem fecit in suo proœmio, in quo ipsum connumerat inter iuris canonici professores, non tamen refert ipsum scripsisse in hac materia, direxitq; opus suum fratribus Prædicatoribus, & Minoribus, ac scholaribus Bononiæ studentibus. Incipit autem, Tene quòd dispensatio est iuris relaxatio. & diuisit illud in tres partes: in prima posuit xiij. rubricas: in ij. verò posuit formam sententiarũ tam interlocutoriarum, quàm diffinitiuarum in dispensationibus, quæ forma hodie omnino recessit à Curia, & à sacra pœnitentiaria: in tertia verò formam relationum & consultationum dispensationum. Et hæc etiam hodie non est in vsu, & in omnibus fuit breuis & compendiosus valde nimis.

Secundum inter hos scribentes Bonaguidam de Aretio fuisse constat, retento ordine litterę ip sius Spec. vbi supra, qui hunc post Ioannem de Deo connumerat. Ioan. tamen And. ibidem, in addi. dicit Tancredum de Patrimonio, qui fuit de Corneto, prius i hac materia scripsisse, cuius scripta vsq; ad illa tempora iam perierant. Vbi idem dixit supra verbo, plurimus. ibi, nonus Bonaguida Aretinus, & huius opus incipit. Intendens ego Bonaguida de Aretio, & est compendium breue valde, continens duas rubricas tantum, quarum prima est de dispensationibus Episcoporum, secuuda de dispensatione Papæ.

Tertium quendam fratrem Petrum ordinis Prædicatorum sine cognomine: & interrogaui cõplures patres & magistros dicti ordinis, quis nam ille fuerit. Alij dixerunt, quòd fuit Petrus de Palude, qui fuit bonus canonista, & in materijs mixtis scripsit excellentius cæteris. Alij verò quòd fuit Petrus de Tarantasia, qui fuit generalis minister dicti ordinis, qui postea à Gregorio X. anno domini M CC LXXV. Cardinalis creatus est: qui post quadriennium ei in Papatu successit, & Innoc. V. appellatus fuit. Quis autem horum fuerit, compertum nõ habeo. incipit autem opus hoc elegit Iudas. Credo tamen fuisse Tarantasiensem, quia vidi in libro antiquo in principio, Imaginem Pontificalem. & sic ipsum in præsenti opere allegabo iu discursu huius operis, seu tractatus, fideliter referam.

Quartũ inuenio Host. in sua summa post tit. de pœnit. posuisse rubricellam de dispẽsationibus, in qua tamen parum, & succinctè admodũ dixit.

Quintus in ordine scripsit Spec. post titulum de legato, qui diuisit totum tractatũ per decem rubricas, in quibus tetulit ad literam scripta Ioan. de Deo, parum aut nihil addendo: quem tamen non allegat, sed Ioan. And. in addi. in j. ad ditione dicit, quòd ipse Ioan. de Deo composuerat libellum de dispensationibus.

Posuit etiam idem Spec. in suo aureo repertorio titulum de dispensationibus, in quo posuit multos casus inducentes dispensationem, & potestatem dispensandi, & multa bona ad materiam dispensationis facientia. Posuit etiam in eo dem aureo repertorio casus, in quibus quis incurrit irregularitatem ipso iure. Et venit excõmunicandus & deponendus, cuius dicta similiter in locis competentibus referam.

Beatus quoque Bernardus in suis opusculis posuit tractatum de præcepto & dispensatione, & incipit, qua mente iam tacebo, qua fronte ta men

men loquar? & direxit illum suis monachis (religiosorum more) sed ex eius dictis aut parum, aut nihil excerpi potest, quod ad materiam nostram subiectam applicari possit.

DIVISIO OPERIS.

DIVIDITVR præsens opus in septem partes ad honorem septem donorum Spiritussancti, qui illuminet sensus meos in beneplacito suo, & inclinet cor meum: & loquar de testimonijs suis in conspectu regum, & non confundar. Et bonitatem, & disciplinam, & scientiam doceat me: quia mandatis suis credidi. Psalmo cxx. & cxxij. & grata, & accepta sint hæc scripta mea in conspectu suo, & pariter legentium. Cum etiam numerus septenarius sit perfectus, quem Græci hebdomadam appellant, vt inquit Aul. Gellius, in tertio, c.xj. Atticarum noct. Et idem dixit Varro de imaginibus septenarii numeri. Et septem ætates hominis, & septem sint petitiones in oratione Dominica, & septem cantus Dauid, & septem dæmonia eiecit dominus Magdalenæ, vt Luc.7. & in ecclesia septem ordines secundum theologos. Septem verba dixit Redemptor in cruce, vt dixit venerabilis Beda, qui illa declarat. Septem hominis partes, septē gaudia beatæ Virginis, septem Diaconi, vt Act. Apost. vj. & dominus benedixit die septimo, & sanctificauit illum, Gen. ij. Et dominus septima die requieuit ab opere quod patrarat, vt Gene. ij. Ætates sæculi septē, vt in c. diaconi. xciij. dist. Septem horæ Canonicæ, vt dicit glo. in verbo septenarius, in c.j. de celebra. miss. Et septem spiritus, & septem stellæ, & septem candelabra, & septem Ecclesiæ, quas vidit Ioannes Apocalyp. 1. Et septem lampades ardentes, & septem signacula, & septem cornua, & septem oculos bestiæ vidit Ioannes Apocalyp. v. Et septem angelos, & septem sigilla vidit Ioannes in circuitu throni, Apocalyp. viij. Et septem tonitrua locuta sunt, Apocalyp. xij. Et septem capita bestiæ vidit Io. Apoc. xiij. Et septem diebus omne tempus comprehenditur, & in septenario numero vniuersitas figuratur secundum Gregorium in homelia super Luc. vij. Et septem sunt ostia nili, per quæ dominus aquas rigare facit: septem sunt mundi miracula à Plinio relata. Septem virtutes, septem peccata mortalia, septem Psalmi pœnitentiales: & numero Deus impare gaudet, de quo numero septenario posuit Pal. in rub. de vin. liber. tol. & vnitas diuina in Trinitate adoratur.

AD hunc itaq; numerum præsens hęc nostra lucubratio dirigatur & diuidatur in septem partes: in quarum prima, sequendo ordinem tituli huius operis, tractabimus de ipsa irregularitate: & sub hac rubr. ponam decem quæstiones principales, quarum prima erit quærere, vt quæsiuit Spec. in dicto titulo in §. iuxta præpositiones, videlicet quid sit irregularitas: cæteras sequentes de nouo formando. Et primo,

Quid sit irregularitas.
Vnde dicatur.
Vnde habuerit ortum Irregularitatibus, videlicet an à iure diuino, vel positiuo.
Quę fuerit causa instituendæ irregularitatis.
Quę irregularitates īpediant promouendos.
Quæ sint irregularitates, quæ deijciunt iam promotos.
Quæ sint irregularitates, propter quas iam promoti deponuntur, & degradantur.
Quis sit effectus irregularitatis.
Quis dispenset cum irregularibus.
An per dispēsationem tollatur irregularitas.

In secunda tractabimus de dispensationibus in genere.

Sed quia fere innumerabilia sunt impedimenta ad ordines, officia, & beneficia ecclesiastica consequenda, de eis in specie tractare esset impossibile vltra quàm laboriosum: sed quia sub suis congruis titulis legalia impedimēta per discursum huius operis veniunt examinanda, sub sequenter tractabimus in secunda parte ipsius operis de ipsa dispensatione in genere, in qua ponemus xxiiij. rubricas principales, dicentes primò,

Quid sit dispensatio.
Vnde dicatur.
Vnde habuerit ortum.
Vbi, & quando.
A quo.
Quo tempore.
In quibus.
Quare.
Quo iure introducta sit dispensatio.
Quæ sint causæ dispensationis.
De diuersitate dispensationum.
Quæ dispensatio dicatur debita.
Quæ dispensatio dicatur permissa.
Quæ vt supra prohibita.
In quo differāt ius, rigor iuris, & dispēsatio.
De delegatione dispensationis.
An dispensatio sit de lege diœcesana, an de lege iurisdictionis.
An dispensatio sit delegabilis.
De effectu dispensationis.
De dispensationis interpretatione, extensione, & restrictione.
De probatione dispensationis.
De pœna indiscretæ dispensationis.
Vtrum dispensatio peti possit per procuratorem, & an dispensatio possit reuocari.

In tertia autem parte tractabimus de perso-

 nis

nis ecclesiasticis, & earum qualitate, quibus à iure data est potestas dispensandi, ponendo tredecim rubricas dicentes.

De dispensatione Papæ.

De dispensatione Concilij generalis.

De dispensatione collegij Cardinalium, sede vacante.

De dispensatione Legatorum Sedis Apostolicæ tam natorum, quàm missorum.

De dispensatione Episcoporum.

De dispensatione Archiepiscoporum, Patriarcharum, & Primatum.

De dispensatione Capituli, sede vacante.

De dispẽsatione Abbatum, Priorũ, & aliorum Prelatorũ claustralium in suis claustris, & extra.

De dispensatione per ingressum religionis.

De dispensatione Archidiaconorum.

De dispensatione Rectorum parrochialium ecclesiarum cum suis parrochianis, & simpliciũ sacerdotum cum sibi subiectis, & non subiectis.

De dispensatione Commendatarij, & administratoris.

In quarta ponemus de personis sæcolaribus, quibus etiam à lege data est potestas dispensandi, per quinq; rubricas dicentes.

De dispensatione Imperatoris, Regum, & Principum.

De dispensatione domini cum vasallo.

De dispensatione mariti cum vxore, & vxoris cum marito.

De dispensatione patrisfamiliàs cum filijs, & familiaribus, seu seruis.

In quinta parte, quia quædam impedimenta indigentia dispẽsatione proueniunt cum causa, sine tamẽ culpa, & sine peccato: & quædam cum causa, culpa, & peccato: de singulis tractaturi primo videbimus de impedimentis, & irregularitatibus prouenientibus sine culpa, & sine peccato, incipiendo à natiuitate hominis, ponendo vndecim rubricas dicentes.

De filiis presbyterorũ, & aliis illegitimè natis, ordinandis, vel non: & de dispensatione cũ eis.

De seruis ordinandis, uel non.

De obligatis ad ratiocinia ordinandis, uel nõ: & dispensatione cum eis.

De corpore uitiatis.

De clerico ægrotante, uel debilitato.

De presbytero non baptizato.

De neophitis non ordinandis, & dispensatione cum eis.

De differentibus baptizari usq; ad mortem.

De bigamis, & corruptarum maritis.

De Iustitiariis seu curialibus, & ijs, qui ex officio sæua exercuerunt.

De peregrinis, & ignotis.

In sexta ponemus de impedimentis prouenientibus cum causa, culpa, & peccato, inducentibus etiã irregularitatem: & in hac parte sequar ordinẽ decretalium secundum titulos, uel rubricas, in quibus potest cadere dispensatio, ponentes rubricas successiuè, & primo dicentes.

De temporibus ordinationũ, & ætate, & qualitate ordinandorum, & ordinatis extra tempora, & dispensationibus cum eis.

De illiteratis, & idiotis.

De ordinatis ab Episcopo, qui renunciauit episcopatui, uel excommunicato.

De sacramentis non iterandis.

De treuga, & pace.

De uita & honestate clericorum.

De cohabit. clericorum, & mulierum.

De clericis coniugatis & coniugandis.

De clericis non residentibus.

De præbendis & dignitatibus.

De institutionibus.

Vt ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.

De rebus ecclesiæ non alienandis.

De testamentis.

De sepulturis.

De decimis.

De primitiis, & obligationibus.

De regularibus.

De conuersione coniugatorum.

De uoto.

De iuramento & periurio.

De iure patronatus.

De celebratione missarum.

De obseruatione ieiuniorum.

De sponsalibus & matrimoniis.

Qui clerici, uel uouentes.

De cognatione legali, & spirituali.

De consanguinitate, & affinitate.

De accusationibus.

De simonia.

De hæreticis.

De schismaticis.

De apostatis.

De homicidio.

De ueneficis, & maleficis.

De physicis & chirurgis.

De torneamentis, & clericis pugnantibus in duello, & sagittariis.

De adulterijs.

De raptoribus, & incendiarijs.

De furtis.

De vsurarijs.

De crimine falsi.

De sortilegijs.

De delictis puerorum.

De clerico percussore.

De sacrilegijs, & sacrilegis.

De maledicis.

De clerico excommunicato, deposito, interdicto,

dicto, vel suspenso ministrante.
De non ordinato ministrante.
De clerico per saltum promoto.
De eo, qui furtim ordines suscepit.
De sententia excommunicationis.
De sententia suspensionis.
De sententia interdicti.
De sententia depositionis, & degradationis, & traditionis curiæ sæculari.
De infamibus, & sententiam passis.
De solemniter pœnitentibus.

Io Septima, & vltima parte videbimus de pluralitate beneficiorum, & quãdo quis possit esse pluralis in eis, iure permittẽte, vel ope dispensationis, ponẽdo tres Rubricas dicentes,

In quibus casibus quis possit esse pluralis in beneficijs ecclesiasticis.

Quis possit dispensare super pluralitate beneficiorum.

De tacita dispensatione.

Sed quia scriptum est, Omne quodcunque facietis, aut in verbo, aut in opere: in nomine domini nostri Iesu Christi facite, gratias agentes Deo; vt ad Colossen. c. iij. & transumptiuè in c. non liceat. xxvj. q. v. facit c. cum Paulus. j. q. j. & in c. In nomine domini. de testi. cumque omnis sapientia à Deo sit, vt Ecclesiasti. j. in princi. & sapientia, quæ sine Deo est, insipientia sit. Scriptum est enim, Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudentium reprobabo. Nõne stultitiam fecit Deus sapientiam huius mundi? ait Apost. ad Corinth. j. & Regum ij. Deus scientiarum est dominus. & in minimis quoque rebus debemus diuinum auxilium implorare, vt ait Plato in j. Thimei. Ideo antequàm calicẽ huius nostræ lucubrationis accipiam, nomen domini inuocabo vnà cum beatissimo patre, & patrono meo, Thoma Aquinate, etiam sub eiusdem gloriosi sancti verborũ formalitate dicens.

ORATIO AD DEVM.

CREATOR ineffabilis, qui de thesauro sapientiæ tuæ tres hierarchias annotasti, & eas super cælum empyreum miro ordine collocasti, atque vniuersas partes elegantissimè disposuisti. Tu inquam qui verus es fons luminis & sapientiæ, atque super eminens principium infundere digneris super intellectus mei tenebras tuæ charitatis radium duplicem, quo remoueas à me peccatum, & ignorantiam, in qua natus sum, qui linguas infantium facis disertas, linguam meam erudias, atque in labijs meis gratiam tuæ benedictionis infundas. Da mihi intelligendi acumen, retinendi capacitatem, discendi facilitatem, interpretandi subtilitatem, & loquendi gratiam copiosam: ingressum meum instruas, progressum dirigas, egressum compleas, qui viuis, & regnas in secula seculorum Amen.

Cum autem proximus sit dominus omnibus eũ in veritate inuocãtibus, vt Psal. cxliiij. ipso inuocato descendam, & capiam primam partem rubricæ & tituli huius operis, videlicet.

DE IRREGVLARITATIBVS.

QVAESTIO I.
Quid sit Irregularitas.

QVAERO itaque primò, iuxta præpositum ordinem, quid sit irregularitas. Raymundus in sua summa sub rubrica de irregularitate definiuit dicens, quòd irregularitas est quoddam impedimẽtum proueniens ex constitutione canonica ex sacramenti defectu.

Hosti. in c. Si quis presbyter. de Cle. excom. minist. in ij. col. sic definiuit. Irregularitas est quædam nota, seu quoddam impedimentum canonicum proueniens in clerico ex violatione censuræ ecclesiasticæ, vel ex alia notabili inobedientia, & in omni homine ex defectu, seu crimine casualiter, quo clericus quandoque cum pœna degradationis, & semper regulariter omnino indignus redditur ordines susceptos exequi, & omnis homo ad superiores prouehi, nisi prius cum eo fuerit per sed. Aposto. misericorditer dispẽsatum: vbi etiam successiuè declarat vnum quodque verbum in definitione positum, incipiendo ibi, Vnde dico impedimentum. Vsque ibi, Vnde dico, quòd clericus.

Spec. in tit. præalleg. in §. iuxta propositiones, in princ. sic definiuit. Irregularitas est impedimentum canonicum, seu nota ex facto, seu defectu proueniens, qua quis prohibetur ad ecclesiasticos ordines promoueri, & in eisdem ministrare.

Io. And. in addi. Spec. in præalle. §. iuxta, in addit. primò transit cum diffinitione ipsius Spec. & similiter diffiniuit in c. ij. de te iud. in vj. post Archidia.

Lapus in clem. ij. de homic. diffiniuit dicens, quòd Irregularitas est nota, seu impedimentũ canonicum proueniens in clerico ex violatione ecclesiasticæ censuræ, vel ex alia notabili inobedientia.

Laudinius in eadem clem. & hos duos Cardinalis ibidem allegat, dixit, quod est impedimẽtum, seu repulsio executionis diuini officij, quæ ipso

iure infligitur occisori: sed Cardinalis ibi dicit, quod diffinitio Lapi est plenior.

Cardinalis autem ipse ibidem diffiniuit dicens, Irregularitas est inhabilitas canonica, per quam quis excluditur a regula promotionis, seu ordinum.

Hæ omnes diffinitiones sonant in idem, nec differunt sensu, licet verbis differant: quæ tamen quantum conuertãtur cum definito, videbimus infra in iij. q. principali huius primæ partis. Tamen Dominus Marianus Socinus in sua repetitione .c. sententiam sanguinis ne clerici, vel mon. in ij. col. impugnat diffinitionem Hostiē. dicens, quòd irregularitas nedum est impedimẽtum canonicum, sed etiam diuinum: cum irregularitas proueniens ex homicidio voluntario sit de iu. diuino. allegat do. Abb. in c. ad audientiam, de homi. de quo latius infra dicam.

QVÆSTIO II.
Vnde dicatur Irregularitas.

DICITVR autem irregularitas secundum Spec. in dicto §. iuxta pro positiones, in j. col. ab in, quod est sine, vel contra, & regulam. Vnde irregularis, idest contra regulam ecclesiæ natus, siue propter defectum, vel factum extra eam positus. Lapus, quem refert Cardinalis in dicta clemen. j. de homi. dixit, quòd quis non dicitur irregularis, quia secundum regulam Apostoli prohibeatur, sed tunc dicitur extra regulam aliorum: sed irregularis est is, qui propter excessum eiectus est à tali regula, ad quam quis non reducitur, nisi per sedem Apostolicam, vt not. Archid. in c. his, qui. de sent. excom. in vj. de qua regula habetur per Apostolum ad Titum ij. & transumptiuè in gl. summæ. xlviij. di. & ad Timoth. j. cap. iij. & transumptiuè in c. vnum orarium. xxv. dist.

SVMMÆ.

1 *Sacerdotes olim licitè poterant occidere. & 2.*
3 *Dauid primus fuit prohibitus, quod uti sacerdos non occideret aliquem, ut prius ei licebat.*
4 *Moyses qui fuit homicida ædificauit tabernaculum Domino.*
5 *Per Moysem significantur omnes prælati.*
6 *Dauid licet fuerit in ueteri testamento, fuit tamen præfigurator noui.*
7 *Arg. à minori ualidum est.*
8 *Futura omnia Deo sunt præsentia.*
9 *Irregularitas est de iure positiuo.*
10 *Irregularitas non contrahitur, nisi in casibus à iure expressis.*
11 *Irregularitas, quæ prouenit ex homicidio uoluntario, est de iure diuino. & 14. & 15.*
12 *In foro, ubi agitur de pænitentia imponenda, tutior uia est eligenda, licet durior esse uideatur.*
13 *Mens bona culpam timet.*
14 *In foro quasi pænitentiali quomodo agatur.*
15 *Homicidium quod uoluntariè committitur, si est notorium, non potest super eo dispensari.*
16 *Peccata occulta non habent vltorem in hoc sæculo.*
Ecclesia non iudicat de occultis.
Peccatum occultum, an semper impediat executionem ordinum post peractam pænitentiam.
17 *Symonia in ordine, & beneficio, & homicidium impediunt retentionem beneficiorum, etiam post peractam pænitentiam.*
18 *Dictio præter, stat omnino exclusiue.*
Opiniones conciliorum si reperiantur contrariæ, quæ sit amplectenda.
19 *Varia dicta, si reperirentur inter pares scribentes, cui stetur.*
Pœnæ potius sunt molliendæ, & restringendæ, quàm ampliandæ.
20 *Symoniacus etiam in ordine, si tamen sit occultus non est inuitus ab ordine, seu officio arcendus.*
21 *Peccator committens delictum quantumcunque enorme sit, modo occultum, monendus est, non cogendus ut abstineat.*
22 *Peccata latentia non habent uindictam in hoc sæculo.*
23 *Papa in omnibus homicidijs, etiam uoluntarijs, potest dispensare.*
Ordinans dignior est ordinato.
24 *Dictio vsque huc, quid significet.*
25 *Clerici ad eorum defensionem possunt assumere arma materialia, & vulnerare hostes, non tamen mutilare, nec interficere.*
Mutilatio intelligitur de membro habente officium in corpore humano.
Auricula in capite non habet officium, nec est de necessitate, sed ad decorem capitis.
Irregularitas quando, à quo, & quomodo introducta fuerit.
26 *Irregularitas ex homicidio uoluntario, licet habeat in se rationem, & mentem iuris diuini, Papa tamen ex causa super ea poterit dispensare.*
27 *Homicida qui post peractam ueram pænitentiam non debet impediri in susceptis, uel suscipiendis ordinibus ministrare, an poterit ipso iure absque dispensatione.*
28 *Et an illa pænitentia debeat esse perfecta, uel sufficiat inchoata.*
Factum aliquid non dicitur, quando aliquid superest faciendum.

QVÆ-

QVAESTIO III.
Vnde habuerit ortum Irregularitas.

IRREGVLARITATEM à iure positiuo ortum habuisse tenuerũt omnes: quod patet in ipsa diffinitione, in qua omnes, vt supra dixerunt, quòd est impedimentum ca-
1 nonicum, non ergo diuinum. Olim † enim sacerdotibus interficere licebat: in veteri namq;
2 lege homicidæ poterant esse sacerdotes, † & sacerdotes homicidæ, dicit tex. in c. nos si incompetenter. in §. bis itaq;. el ij. ij. q. vij. & Glo. summæ, xxj. dist. dicit quòd olim sacerdotes erant
3 homicidæ. Sed Dauid † primus fuit prohibitus construere templum domini, dicēte ei domino, non ædificabis domum nomini meo, eo quòd sis vir bellator, & sanguinem fuderis, vt legitur Paralipo. j. c. xxviij. & transumptiuè in c. j. in Glo. summæ, de consecra. dist. j. quæ dicit hoc fuisse mirum, quare hoc dictum sit, cum quilibet homicida templum possit construere, cum
4 etiam Moses, † qui fuit homicida, ædificauerit tabernaculum domino, vt xxiij. q. iij. non inferenda. & quòd fuerit homicida, habetur Exod. c. ij. cumq; circunspexisset hac & illuc: & Actuũ vij. Quòd autem ædificauerit arcam & templum domino, habetur Exodi. xxv. xxvj. & xxvij. & tamen
5 per Mosem figurantur omnes † prælati ecclesiæ, dicit tex. in c. plerunque. ij. q. vij. Sed Glo. dicit,
6 quòd licèt Dauid fuerit † in veteri testamento, fuit tamen præfigurator noui, vt in c. quòd autem. xxxij. q. j. Ideo in figura huius tēporis dictũ est ei, non ædificabis domum, vt est tex. in c. j. in princ. de consecra. dist. j. pro quo etiam facit tex. secundum vnum intellectum in c. j. de homici. & in c. sicut dignũ, eo. tit. Et ibi Glo. in verbo,
7 Consilium. & est argumētum à minori. † si enim. propter homicidium repulsus fuit a constructione, multo fortius a ministerio, vt infra dicam. quæ Glo. c. j. de consecra. etiã dicit hoc fuisse mirum, quia quum dominus dixerit, Non ædificabis domum mihi, &c. nondum Dauid interfece
8 rat: soluendo dicens, † quòd omnia futura sunt Deo præsentia, vt ij. q. j. c. Deus omnipotens. Vnde quum iam esset homicida in cōspectu Dei, ei non licuit ædificare. sed hoc non videtur verum, quia imò tunc interfecerat, vt dicit Nic. de Lyra ibidem, in verbo, cumq; surrexisset. ibi vero alij dicunt, quòd surrexit de lecto, in quo iacebat ptę nimia senectute & debilitate, vt etiã legitur Reg. iij. c. in princ. Nec legitur, quòd Dauid in senectute, vel potius decrepitate, vt ibi fuerit bellator: ideo eadem Glo. in fi. dicit, quòd re uera fuit homicida, iuxta illud Reg. j. xviij. c. Percussit Saul mille, Dauid autem decem millia. & ipsemet fateri videtur, quum dixit, Priusquàm humiliarer, ego deliqui. Tamen interpretes ibi, & præcipuè beatus Augustinus, & Magister sent. intelligunt de delicto Adæ primi parentis.

Inno. in c. ad audientiam & c. significasti. & c. nisi cum pridem. de renunc. & Spec. in dicto §. iuxta. & in versi. defectus autem sacramentorum. & in versi. nunquid autem beatus Petrus. Dominus Card. Ioan. de Imola, & omnes in cle-
9 men. si furiosus, de homi. tenent † irregularita-
10 tem esse de iure positiuo, inferētes quòd † irregularitas non contrahitur, nisi in casibus a iure expressis: pro quibus videtur esse tex. in c. is, qui in ecclesia. ibi, cum id non sit expressum in iure. de sent. excom. in vj. inferentes etiam, quòd in dubio semper iudex debet iudicare quem nō esse irregularem quàm contra.

Hæc tamen non placent Abb. qui in dicto c. ad audientiam, in ij. not. Vult, quòd imò in casu dubio quis debet potius reputari irregularis, dicens quòd ille tex. c. ad audientiam, est contra Inno. loquēdo de irregularitate proueniente ex ho
11 micidio voluntario, quia † talis irregularitas est de iure diuino. allegat illud idem, Non ædificabis mihi domum, &c. dicit tamen quòd dictum Inno. in dicto c. ad audientiam, & significasti, solet cōmuniter allegari pro notabili, & malè: quia non procedit indistinctè. vnde dicit esse distinguēdum, videlicet quòd in foro contentioso, vbi agitur de pœna imponenda pro irregularitate contracta, non debet quis in dubio reputari irregularis, quia purè tunc agitur ad pœnã, & hoc casu dicit dictum Inno. procedere: & ita loquuntur iura per eum allegata. Aut agitur in foro pœnitentiali ad imponendum pœnitentiã pro peccato, & tunc in dubio debet quis
12 potius reputari irregularis, quia † in tali foro tutior via semper est eligenda, licet durior esse videatur: quia in illa parte nullum subest periculum, vt in d. c. significasti. & idem dicit, vbicunq; dubitatur de aliquo delicto, pro quo vide bonã
13 glo. in c. j. de scruti. in ordi. facien. in verbo, extimare. quia † bonarum mentium est ibi culpam timere, &c. vt v. dist. c. ad eius verò concubitum. & in c. ij. de obser. ieiunij. & idem dicit esse, quan
14 do agitur in foro quasi pœnitentiali: vt † puta quia non agitur propriè ad pœnam, sed vt ab altaris ministerio abstineat, vel à contractu matrimonii, uel ab alio actu exercendo, in cuius exercitio subesset peccatũ: tunc. n. debemus interpretari in partem tutiorem, licet durior sit: & dicit de hoc esse tex. in d. c. ad audientiam, & significasti, & in c. iuuenis. de spons. & in c. cum tu. de testib. per Inno. Hæc Abbas, qui etiam uoluit, ꝙ irregularitas proueniens ex homicidio uoluntario, sit de iure diuino, pro quo faciunt ea, quæ su

pra

pra dixi, uidelicet ꝙ in Dauid figuratur præſens
tempus legis euangelicæ, in qua ſacerdotibus
nõ licet occidere, ut latius infra dicã, referẽdo,
dicta beati Tho. Secũdò pro eodem Abbate fa
cit dict. glo. ſupra de conſecra. diſt.j. quæ aper
tè uidetur ſentire, quòd irregularitas ex homi-
cidio uoluntario proueniẽs ſit de iure diuino,
15 † ſi ſit notoriũ ꝙ ſuper eo non diſpenſetur, po-
nens exemplũ in Dauid, in quo figuratur pręſens
tempus, ut ſupra ſecus ſi ſit occultum, cum
16 † occulta peccata non habeant ultorem in hoc
ſæculo, quia eccleſia non iudicat de occultis,
ut L. diſt. de his vero. & in c.ſi. de tẽpo. ord. & in
c. ex literarũ de apoſt. & in c. eius eſcam. xxxij. di
ſtin. & in c. Chriſtiana. xxxvj. q.v. & ij. q.v. conſu
luiſti, & do tex. meliorem in c. ex tenore de tem
po. ordi. ubi dicit, quòd quidam clericus adeo
deliquerat, quòd ſi peccatum eius eſſet publi-
cum, degradaretur ab ordine, quem ſuſceperat,
& non poſſet ad ſuperiores promoueri. Man-
datur tamen prælato ſuo, ut quia peccatum oc
cultum erat, ei cõdignam pœnitentiã imponat,
& ſuadeat, ut parte ipſius peracta ordine iam ſu
ſcepto utens, iam ad ſuperiores non aſcendat.
Tamen quia occultum eſt, ſi promoueri uolue-
rit, non debet aliqua ratione prohibere. facit &
ad hoc c.ij. de apoſt. & c. ſi ſacerdos. de offi. ord.

Tertiò uidetur tex. in terminis pro Abba. in
c. quęſitum, ꝙ eſt fin. de tempo. ordi. ibi, præter
reos homicidii. Videtur. n. innuere tex. ille, ꝙ nul
lum peccatum occultum impediat executionem
ordinum poſt peractam pœnitentiam, excepto
homicidio uoluntario, & ideo ſignatur cõtrariũ
in c. inquiſitionis, in princip. ibi, accuſat. de ac-
cuſat. & ibi gl.j. ubi notantur duo peccata, quæ
executionẽ ordinis ſuſcepti, etiam poſt peractã
17 pœnitentiam impediunt, uidelicet † homicidiũ,
& ſimonia in ordine, & tertium, quod impedit
retentionem beneficiorum, etiã poſt peractam
pœnitentiam eſt ſimonia in beneficio, & glo. in
dict. c. quæſitum, in verbo homicidii, dicit quòd
ſic. patet quia homicida, quantumcunque occul
tus, etiam poſt peractam pœnitentiã, non mini
ſtrat, ut proximè dixi, & idem text. in d. c. in-
18 quiſitionis. de accuſ. & ibi etiam glo.j. nam † di-
ctio præter, ſtat omnino excluſiuè, vt not. Inn. in
c. dudum, el ij. de elect. in fi. ex quibus uidetur in
ferendum, ꝙ ex quo cum homicida non diſpen
ſatur; ꝙ talis irregularitas non ſit de iure poſi-
tiuo; pro quo eſt argumen. in capit. ſacerdotes.
L. diſtinct.

Petrus de Tarantaſia in titu. de ſimonia, &
de homi. circa pręmiſſa dixit, ꝙ doct. antiqui re
uera fuerunt huius ſententiæ, ꝙ non ſolũ homi
cidium uoluntarium impediebat ordinis execu
tionem poſt peractã pœnitentiam, ſed etiam ſi-
monia in ordine: dicens, ꝙ ſecundum ſua tem-
pora bene dixerunt propter illam decretalem,
inquiſitionis.

Bartholo. Brixienſis in Brocardicis dicit, ꝙ
hodie ſtãdum eſt illi decretali, quæſitum. quæ eſt
fin. de tempo. ordi. & idem Barth. no. in c. ſi. ibi,
tertii dicunt, & idem in ſua glo. ſummæ. L. diſt.
cuius opin. uera eſſe uidetur multis rationibus.
dicit. n. primò, ꝙ cum illa decretalis, quæſitum.
poſterior ſit, cũ ſit Gregoriana, & illa, inquiſitio-
nis. fuerit Inn. iij. qui fuit anterior Honorio, etiã
tertio intermedio, ut patet in uitis Pontif. nec ex
cipiat, niſi vnicum crimen, ſ. homicidium noto
rium, ꝙ illi potius ſit ſtandum tanquam poſte-
riori.

Secundò, quia quotiens in geſtis cõciliorum
diſcors ſententia inuenitur: illius Concilii ſen-
tentia tenẽda eſt, cuius antiquior, & potior erat
auctoritas, ut habetur in c. domino ſancto. L. di-
ſtin. in fin. Vbi exponunt doct. potior, id eſt beni-
gnior. illud autem c. quæſitũ, eſt benignius c. in
quiſitionis. ergo.

19 Tertiò, vbi † inter pares ſcribentes reperiun
tur uaria dicta diffiniendo, ſtatur vltimo dicto, ſi
cut dicimus de dictis apparatus. Innoc. iiij.

Quartò, quia conſtitutiones pœnales potius
ſunt molliendæ, & reſtringendæ, quàm ampliã
dę, ut in c. pennę. de pœni. diſt. j. & in regula, in
pœnis. de re. iur. in vj.

20 Quintò, quia ſimoniacus, etiã in ordine, ſi ta
men ſit occultus: non eſt inuitus ab ordine ſeu
officio arcendus, de quo eſt tex. in c. tuæ frater-
nitatis. de ſimo. ita tamen, ut ſecretam pœniten
tiam agat, ut ibi expreſsè dicitur.

Sextò, quia omnes antiqui Doctores, ut Hu
gu. Vmer. Tancred. & Bernar. tenuerunt, quòd
quantumcunq; enorme ſit delictum, modò ſit
21 occultum † monẽdus eſt peccator, non cogen-
dus, ut abſtineat: quia tunc ſolum Deum habet
22 ultorem. † Latentia enim peccata uindictam nõ
habent in hoc ſæculo. xxxij. q.v. c. Chriſtiana. &
in cap. ex tenore. de ſimo. & d. c. tuæ fraternita
tis. Vnde peracta pœnitentia poterit uti officio
ſuo, & ad maiores aſcendere, & hoc intelligunt
præter reos homicidij per dict. cap. quæſitum,
& non reos ſimoniæ in ordine, uel officio.

Hanc quoq; ſententiam uidetur ſenſiſſe Pet.
de Tarantaſia in dic. ſuo tractatu, in princi. ter-
tiæ partis, vbi poſuit tres regulas, & tres anti
quas opiniones circa lapſos, de quo dicam infra
de homici. qui dicit recordari, ꝙ cum interroga
ret fratrem Raymundum ſuper intellectu d. c.
quæſitum, & c. inquiſitionis, ſibi reſpondit, ꝙ
illa decret. quæſitum non excipiebat, niſi vnum
caſum. ſ. homicidium: tamen ꝙ idem Raymun.
intelligebat idem de duobus alijs caſibus, quos
poſuit cum homicidio in illa decret. inquiſi-
tionis. iſte fuit ille Raymũdus, de quo in procę.

Decreta-

decretalium. Pet. tamen ipse non dicit, quid sen tiat, sed sic transit in hoc, sed Abb. dicit vbi su pra, q tutior ē tenēda, licet sit durior: quia licet illa decr. quæsitum, solùm excipiat homicidiū, & omittat alios duos casus, tamen de illis nullam facit mentionem. Ideo non video quomodo possit dici c. inquisitionis, esse abrogatum, cū ea, quæ speciali nota digna fuer, si omittantur, censeantur omissa, & manere in suis terminis, non autem abrogata, nisi de ea fiat specialis mentio. argu. not. in c. quanquàm. xxiij. dist. & in c. qui ad agendum. de procur. in vj. & in l. illud. ff. de mino. & in l. item apud. §. hoc edictum. ff. de iniur. & in l. Pomponius, in princ. ff. de procur. & do. Card. Zaba. in cle. ij. de offic. ordi. xiij. q. & Alex. in l. j. in princ. ff. de off. eius, cui mand. est iurisd. De symoniacis autem in ordine vel beneficio, dicam infra sub suo tit. de simo.

Sed verè iura & rationes huiusmodi, supra deductæ, non probant, nec concludunt homicidiū voluntarium inducere irregularitatem ex iure diuino, siue delictum sit publicum, siue occultum: sed tantum probant, q cum homicida voluntario & notorio non dispensatur ad altaris ministerium (quod intelligo de facili) quia imo
23 Papa † in omnibus homicidijs etiam voluntarijs potest dispensare, vt infra dicam de homi. secundum Hosti. & alios, etiam ad altaris ministerium, vt ibi latius dicam. & licet glo. summæ de consecra. dist. j. dicat, q in Dauid figuratur præsens tempus, non tamen dicit q irregularitas proueniens ex homicidio voluntario sit de iure diuino, sed tantum dicit q est ibi arg. q cum homicida non potest dispensari, quod tamen postea in fine dicit non esse verum.

Et ad illud Dauid, Non ædificabis mihi &c. D. Marianus Socinus in sua repetitione c. sententiam sanguinis, ne cler. vel mona. in v. col. post medium dicit, q per illa verba, Non ædificabis mihi templum, non fuit inducta irregularitas: sed voluit Deus declarare, q sibi displicuit illud tale immane delictum commissum in personam Vriæ, & non Goliæ gigantis, & aliorum: quum vnum fuerit ex permissione Dei. Illud verò Vriæ ex dolositate Dauid, & ad irregularitatem Pauli consentientis in necem Stephani, respondit q illa irregularitas fuit sublata per baptismum. Videtur tamen idem Marianus sentire, q inquantum in Dauid figuratur nouum testamentum, q irregularitas proueniens ex homicidio voluntario, sit de iure diuino, vt tenet Abb. cōtra quē facit illud Actuum Apost. vij. de quo trāsumptiuè in c. nō inferenda. xxiij. q. iij. & de pœn. dist. ij. cognouerunt. in princ. vbi habetur, q Moses fuit homicida, & vir sanguinis: interfecit enim Ægyptium iniuriantē Hebræum, & ipsum obruit sabulo, & tamē ædificauit domino tabernaculum, & primus sacerdotes instituit, & vnxit Aaron, & filios eius in sacerdotes domini, & sic fuit nedum sacerdos, sed & summus Pontifex: cum dignior sit ordinans, quàm inordinatus, vt in c. j. de consecra. dist. j. iuxta illud Luc. xxij. Maior est qui recumbit, quàm qui ministrat. quinimmo per Mosem figurantur omnes Prælati ecclesiæ Dei, vt dicit tex. in c. plerunque. ij. q. vij. Spec. in d. titu. de dispensatione, in d. §. iuxta propositiones, in versi. nunquid ergo beatus Petrus, transit cum communi opin. q talis irregularitas sit de lege positiua.

Sed pro Abb. ponderabam illud Luc. xxij. vbi ponitur, q Apostoli interrogauerunt Iesum, an eis liceret apprehendere arma, dicentes interrogatiuè, Domine si percutimus in gladio? quibus Iesus non respondit. Sed qui tacet, &c. & percussit vnus ex illis seruum principis sacerdotum, & amputauit auriculam eius dextram: & tunc respondēs Iesus ait, Sinite vsq; huc. ex quibus potest considerari, q per verbum vsq; huc, Iesus prohibuit, ne seruus ille interficeretur: nā
24 dictio † vsq;, addito huc, stat demonstratiuè, inclusiuè, limitate, videlicet nō vltra, vt no. Bar. in l. a caligato. C. de nupt. & per eundem in auth. hoc amplius. C. de fideiuss. & Archid. in c. si gratiosè. de rescript. in vj. in verbo, vsque. licet etiā hæc dictio, interdum, stet exclusiuè secundum subiectam materiam, vt not. Io. And. in c. j. de ord. ab episcopo. sed plenius per Archid. in c. de illa, xxxiij. dist. vbi ponit de materia huius dictionis, & latius dixi in tractatu meo de aduerbiorum & dictionum significatione, quem ponam infra in fine huius operis. Bart. etiam in l. non putabam, & in l. si annos. ff. de condi. & demōstra. & in §. patronus. in l. semper. ff. de leg. iij. & in l. oleum. ff. de dolo. & in l. fin. ad Trebel. & bona glo. in c. veniens, de presbyt. non bapti. & per Spec. in tit. de citatio. in §. j. in versi. Item excipitur. & Oldra. consil. suo xlix. incipiente, consueuit dubitari, An terminus ad quem, in j. col. ibi. terminus ad quem designatur: cum ergo dominus dixerit, Sinite vsque huc, dantur intelligi duo. Primum quòd clerici ad eorum defensionem possunt assumere arma materialia, & vulnerare hostes, non tamen mutilare nec interficere: q elicitur eo. Lucæ xxij. ibi, & cum tetigisset auriculam eius, sanauit eum, quod beatus Tho. in cathena aurea super hoc passu videtur idem expressè sentire referendo beatum Augustinum de consolatione Euāgelica dicentem, sinite vsq; huc, & vsque post istam percussionem non licere; & dictum fuit vt placuerit ei vsque huc factum, sed amplius fieri noluerit: nec mutilare dixi, quia Iesus illico sanauit illum in signum displicentiæ mutilationis.

Sed videtur, quòd non fuerit mutilatio, quia mutilatio

intelligitur de membro habente officium in corpore humano, sed auricula in capite non habet officium, sed est cartilago ad decorem humani, & bestialis capitis, & nō ad necessitatem, quod experientia docet, quia etiam sine illa cartilagine remanet auditus, & vsus auris.

Secundo elicitur, ꝙ non licet interficere. Vel & forte melius vsque huc, videlicet, ꝙ vsus armorum fuerit permissus sacerdotibus vsq; huc, i. ad consummationem legis veteris, quæ finiuit in morte Christi, iuxta illud Ioannis xxij. Consummatum est. Et hoc dico, quia Specu. in dicto tit. & §. iuxta propositionis ordinem, in versi. defectus autem sacramentorum, dixit, ꝙ vsque ad tempora Petri erant clericis arma cōcessa, vt supra dixi: & irregularitas non erat introducta, quæ postea à iure positiuo fuit introducta, quā potius ex illis verbis, sinite vsque huc, credo fuisse introductam per Christum lege Euangelica. & quum in Dauid figuretur præsens Ecclesia, vt dicit tex. & glo. in d. c. ꝙ autem. xxxij. q. j. & in figura huius temporis dictum fuerit ei, Nō ædificabis mihi templum, credo propterea, ꝙ per Dauid cātorem spiritussancti dictum fuerit, Virum sanguinum abominabitur Deus, Psal. 5. & Psal. 100. Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ, & exultabit lingua mea iustitiam tuā; figurando præsentem ecclesiam, iuxta illud Ioā. xix. ibi, quicquid scriptum erat de Iesu in lege veteri, præfiguratiua legis Euangelicæ in Christo Iesu, & sic ꝙ irregularitas proueniens ex homicidio voluntario sit de lege Euangelica, & non positiua, vt obseruantia officij pœnitentiariæ nos docet, quæ nunquam dat dispensationem super irregularitate proueniente ex homicidio voluntario ad altaris ministerium, licet det super obtentis & obtinendis, & etiam ad altaris ministerium in homicidio necessario, vt in commisso ad defensionem, vel casu, vel pro iustitiæ administratione, de quo beatus Tho. 2. 2. q. lxiiij. latius tractat hanc materiam. in qua tamen videtur tenere cum communi opin. videlicet ꝙ irregularitas sit de iure positiuo, sed credo ꝙ tutior sit opinio Abbatis. Tamen dominus meus Fely. in c. humilis. de maior. & obed. in ij. col. in
fi. dicit, ꝙ de hoc non est plena concordia inter
26 scribentes, † dicit tamen, ꝙ licet irregularitas ex
homicidio voluntario habeat in se rationem, & mentem iuris diuini per dict. tex. & glo. de consecra. dist. j. s. alleg. tamen dicit, ꝙ super huiusmodi irregularitate Papa ex causa potest dispensare, & ibi allegat loca, & dat remissiones cumulatè, vbi de hac materia tractatur. De hoc etiam dicā aliquid infra de dispensatione Papę, super prima conclusione.

Sed quia proxime dixi, ꝙ pro Abb. facit tex. d. c. quæsitum. Ibi, præter reos homicidij: ꝙ homicida (voluntario excepto) post peractam verā pœnitentiam, non debet impediri in susceptis, vel suscipiendis ordinibus ministrare.

Quæro nunquid id poterit ipso iure sine dispē-
27 satione? Ala. in d. c. quæsitum. in verbo, damna-
tionis. tenet, ꝙ non: sed poterit à suo Episcopo dispensari. Ber. verò ibidem in glo. fi. super verbo, non ministrant. tenet contrarium, dicens dict. tex. super dicto verbo, non ministrent. à cōtrario sensu esse contra Ala. & dicit, quòd dispēsatio tunc valet quantum ad accusationem, alias sufficit sola pœnitentia in occultis criminibus.
28 Sed retenta opin. Ber. quæro, an † requiratur, quòd pœnitentia sit perfecta, an sufficiat inchoata, glo. in d. c. quæsitum. in verbo, non pœnituerint. videtur sentire, quòd debeat esse perfecta, & completa: quum non dicatur factum, dum aliquid superest ad agendum. l. cum Syllanianum. C. de his, quibus vt indignis. & sic non videtur sufficere egisse partem pœnitentiæ.

Sed contrarium videtur verius, per tex. in c. ex tenore. de ætate & qualitate. qui in simili casu loquens dicit, quòd parte pœnitentiæ peracta, ordine suscepto vtatur, de quo aliquid dicam infra in d. titu. de ætate & qualit.

Sed demum distinguunt sic, quidam habent ex necessitate officij iniuncti celebrare, vt Episcopi & cæteri ecclesiarum Prælati, & etiam rectores parrochialium: in his dicit Pet. de Taran. in tertia, & vltima parte sui operis, in vltima rubrica de duobus notabilibus circa ordines, & beneficia, quòd credit sufficere per partem pœnitentiæ egisse, duplici ratione: prima ne subditi ex prælati delicto puniantur, & sine causa perdent diuina officia, & seruitia sine culpa. Secunda, ne malam de Prælato suo suspicionem assumant, si non celebret, dum debeat, vt etiam infra dicam de dispen. mariti cum vxore: vbi dicam, ꝙ imponitur minor pœna virgini, vel vxoratæ propter scandalum euitandum, & sic in his credit sufficere partem pœnitentiæ egisse: in alijs autem dicit posse dici Ber. bene dixisse. Sed licet verè hæc consideratio sit bona, iure tamen non probatur: ideo tenerem cum tex. d. c. ex tenore, cum maior sit eius auctoritas, & Ber. nihil alleget, qui forsan non reminiscebatur tunc de d. tex. ex tenore. Vbi Inno. tenet, & sufficit, quòd egerit partem.

S V M M AE.

1 *Effundens sanguinem humanum, non debet offerre sanguinem Christi.*

2 *Mulieres gaudent priuilegio c. si quis suadente. xvij. q. iiij. quandiu sunt in diuino seruitio.*

3 *Irregularitatum multæ sunt species, etiam impedientium promouendos.*

QVÆSTIO IIII.

Quæ fuit causa instituendæ Irregularitatis.

VLTERIUS quæro, quæ fuit causa institutionis irregularitatis. Dixi satis supra in procemio huius operis, vbi vltra alia allegaui c. hinc etenim. xlix. distinct. in quo enumerantur quædam irregularitates, quæ impediebant in veteri testamento panes offerre domino, & incensum ad altaris ministerium, quæ figuraliter intellecta, etiam in nouo repelluntur. vt claudus, i. infirmitas mentis: cæcus, i. ignorãtia, de quibus infra dicam sub rubrica de illiteratis & idiotis. habens paruum nasum, i. indiscretus. Item habens grandem, vel tortum nasum, i. immoderata discretionis subtilitas. & de his & alijs vide clariorem & ampliorem expositionem in d. c. hinc etenim. Sed Landi. & Cardinalis Zaba. in cle. si furiosus. de homi. dicunt, quod fuit in causa horror & scandalum, quum abomi-
1 nabile sit, quòd † effundens sanguinem humanum offerat sanguinem Christi, & hostiam immaculatam, vel officium ad altaris ministerium præstet Deo: dicente Propheta, Virum sanguinum & dolosum abominabitur Deus. pro quo facit tex. in c. si ea. xxiij. q. iiij. & maxime ex quo extinxit imaginem Dei: dicente domino, Faciamus hominem ad similitudinem, & imaginem nostram; & præsit piscibus maris, & volatilibus cœli, & bestijs vniuersæ terræ, omniq; reptili, quæ mouetur in terra, vt Genes. j. & not. in c. hæc imago. xxxiij. q. v. Sed aliqui dicunt hãc rationem non procedere, quia in materia odiosa masculinum non concipit fœmininum; sed fœmina non ad similitudinem Dei, quia fœmina fuit extracta de homine, vt Gen. ij. in fi. & in d. c. hæc imago. & sic quòd interficiens fœminã non esset irregularis, quod est ridiculum dicere: cum sit cõtra casum. c. si homicidium. xxiij. q. v. & l. hominis. ff. de verb. signifi. Imò & mu-
2 lieres † gaudent priuilegio canonis, si quis suadente. xvij. q. iiij. quãdiu sunt in diuino seruitio, vt dixit Inno. in c. si quis. de regu. & Rota in antiquis, decisi. clxvij. incip. nota quòd mulieres. & in collectis per Bisgnetum in ritu. de sent. excom. decisi. ij. incipi. vtrum canonici regulares gaudeant priuilegio. Item quia loquitur solum de irregularitate prouenientе ex homicidio, &
3 tamen † multæ sunt species irregularitatis, & multi casus, in quibus quis ipso iure incurrit irregularitatem. Et multæ irregularitates impedientes promouendos, & quæ deijciunt iam promotos vltra homicidium, quarum Guill. in suo repertorio aureo, sub suis rubricis aliquas seriatim extendit. Et similiter Marianus Socinus in dicta sua repetitione. c. sententiam sanguinis, in penultima parte. Quas infra seriatim referam.

SVMMÆ.

1 *Irregularitas, quæ deijcit iam promotum, multo magis impedit promouendum.*
2 *Excommunicatus vel suspectus non habet vocem in capitulo, tam actiuam, quàm passiuam.*
3 *Neophitus est irregularis durante neophitia. & 28.*
4 *Neophitus in Abbatem non eligitur.*
5 *Vxoratus non potest promoueri sine licentia vxoris vouentis perpetuam continentiam.*
6 *Clericus ludens, causans occasionem: etiam si inuitus occiderit, est irregularis, nec potest promoueri.*
7 *Aetatis defectus, scientiæ, & morum in Episcopo, clerico, vel alijs inferioribus causat irregularitatem.*
8 *Eligens simoniacè, est irregularis.*
9 *Dans venena sterilitatis viro, vel fœminæ, est irregularis.*
10 *Item ligans latronem, etiam si per alium occidatur.*
11 *Auaritia notabilis impedit promouendum. Simplicitas nimia, pariter impedit.*
12 *Contrahens in subdiaconatu donec cum eo dispensetur irregularis est.*
Item presbyter vel monachus de facto contrahens. & 46.
13 *Homicida casualis, & dans operam rei licitæ, si non adhibet diligentiam, quam debet.*
14 *Hæreticus semel in primatem eligi non potest: Papa tamen posset dispensare, vt remaneat Episcopus.*
15 *Dæmoniacus semel cognitus, non est promouendus.*
16 *Accusatus criminaliter.*
17 *Infamis infamia magna.*
18 *Dans arma, ut occidat, mutilet, aut pugnet.*
19 *Damnatus per sententiam de crimine capitali, licet egerit pœnitentiam, cum remanserit infamis.*
20 *Laicus non debet promoueri.*
21 *Scrupulus conscientiæ de symonia sui Prælati impedit promouendum.*
22 *Lapsus ad suum ordinem restitutus, non potest promoueri.*
23 *Existens in minoribus ordinibus.*
24 *Ordinatus sub conditione non petendi beneficium Ecclesiasticum, irregularis est.*
25 *Item resistens prædonibus, & aliquos vulnerans, si per alios aliquis occiditur.*
26 *Homicida præsumptiuè non promouetur.*
27 *Item suspectus de hæresi, priusquam se purget.*
28 *Item bigamus, seruus originarius publicè pœnitens, & alij.*
29 *Obligatus voto solẽni religioni, donec intret religionẽ.*
30 *Fautores hæreticorum, & credentes: vti infames.*
31 *Carens oculo.*
32 *Baptizatus propter ægritudinem, non propter defectum sacramenti, irregularis est.*

33 Filij

33 *Filij monialium raptarum, vel vi oppressarum.*
34 *Incedens armatus ad occidendum hominem, etiam si per alios occidatur.*
35 *Dans homicidæ consilium, fauorem, præceptum, vel defensionem.*
36 *Filij damnatorum pro crimine læsæ maiestatis.*
37 *Iurans non clericare.*
38 *Damnatus de iniuria illata Ecclesiæ Romæ. in personam Pontificis.*
39 *Medicus imperitus, sub quo periclitantur homines.*
40 *Dans, vel aliquid promittens de electione pro se facienda.*
41 *Recipiens imperfectè manus impositionem, vel vnctionem: donec suppleatur, irregularis est.*
42 *Excommunicatus vsque dum absoluitur.*
43 *Clericus peregrinus, quasi irregularis est.*
44 *Consentiens electioni de se per laicos factæ.*
45 *Concubinarius publicus.*
47 *Obligans Ecclesiam suam pro alienis debitis.*
48 *Percutiens grauidam, ut faciat abortum, si partus est animatus.*
49 *Habens plura beneficia absque dispensatione curam animarum habentia.*
50 *Stans in habitu monachali vltra annum, etiam sine professione, non poterit in seculo promoueri.*
Fœmina quocunque modo corrupta, inter virgines non consecratur.
51 *Electus simoniacè, etiam ignoranter, quo ad illud beneficium, irregularis est.*
52 *Vltores iniuriarum.*
53 *Clericus gubernans nauem ad pugnam, si inde mors sequatur, aut mutilatio, vel bellans.*
54 *Occidens incautè puerum, intuitu disciplinæ.*
55 *Filij occidentium Prælatos, vel clericos suos, sunt irregulares vsque ad quartum gradum.*
56 *Promotio non potest fieri sine Prælati licentia.*
57 *Promouens aliquem eodē die ad duos sacros ordines.*
58 *Is, cuius filius in cunabulis ob eius culpam moritur.*
59 *Violator cuiuslibet excommunicationis.*
60 *Excommunicans scienter iniustè, suspectus est per mensem; si interim celebrat, est irregularis.*
61 *Iudex iudicans per gratias, vel sordes.*

QVÆSTIO V.

Irregularitates impedientes promouendos.

1 AD intelligentiam, primò sciendum est, † quod omnis irregularitas, quæ deijcit iam promotum, multo magis impedit promouendum, vt no. in l. si libertas. C. de nupt. & l. iodex. ff. de iudi. & in c. rursus, qoi cler. vel vouent. Ideo omnes illi casus enumerabuntur infra.

2 Item sciendum est, quòd excommunicatus, vel suspensus, non habet vocem in capitulo, nec actiuam nec passiuam, vt not. in c. cum dilectis. de consuetu. & ibi bo. glo. cum suis concordantiis. similiter nec ordinari potest, vt in c. cum illorum, de sent. excom. de quibus tamē seriosius dicemus io suis titulis, & sic talis est irregularis, quoad dictos actus ordinatioois & electionis actiuæ & passiuæ: dicam latius infra de sent. excommu.

3 Neophitus, est irregularis durante neophitia, vt in c. officij. de elec. & in c. j. & ij. xlviij. dist. in. satis dicemus infra de neophitis, ponendo causam & rationem causæ.

4 Neophitus in Abbatem oon eligitur, & in hoc æquiparatur irregulari. lxj. dist. neophitus. & in d. c. officij. de his omnibus latius dicemus infra sub eadem rubrica de neophitis, post principium. vbi dicemus, quòd solus Papa super hoc dispensat.

5 † Vxoratus non potest promooeri sine licētia vxoris vouentis perpetuam continentiam, vt in c. j. & c. ex parte. de conuer. coniugat. & c. præterea. & c. cum sis. & in c. lex continen. xxxj. dist.

6 Clericus ludens, causans occisionem: etiam si inoitus occiderit, est irregularis, nec potest promoueri, vt in c. continebatur. de homicid.

7 Defectus ætatis, scientiæ, & morum in Episcopo, presbytero, & alijs inferioribus causat irregularitatem. de elec. c. cū in cunctis. & c. dudum. & lxxvij. dist. per totum. & de ætate & qualit. ex ratione & de primo dicemus copiosius sub rubr. de ætat. & qualit. de secundo dicemus sub rubr. de illiteratis & idiotis.

8 Eligens simoniacè, c. per inquisitionem. de simo. de quo latius dicemus infra de simo.

9 Dans venena sterilitatis viro, vel fœminæ, irregularis est iuris interpretatione. xxxij. q. ij. & in c. siquis. de homici. latius dicemus infra de homici. & de venefi. Vbi multa dicemus io materia veneni.

10 Ligans latronem, etiam si per alium occidatur. vt de homici. suscepimus.

11 Auaritia notabilis impedit promouendum. lxxxv. dist. Archidiaconum Florentinum.

12 Nimia simplicitas impedit promouendum. xxxix. dist. Petros. & xlvij. dist. de Petro.

13 Contrahens in subdiaconato, irregularis est, donec cum eo dispensetur, vt in c. ij. qui cler. vel vouentes. Item & presbyter de facto contrahēs, vt in c. sanè. de cler. cooiug. el secondo. & xxviij. dist. presbyterum.

13 Homicida casualis, & dans operam rei licitæ: si oon adhibet diligentiam, quam debet. de homic. ex literis. & c. dilectus. & c. tua. & c. pen. à contrario sensu, & c. dist. si duo. & c. si arborē. & c. si quis sit.

14 Qui semel fuit hæreticus, oon potest eligi in primatem

primatem.xij.di.nos consuetis. dispensat tamen Papa, quòd remaneat Episcopus. j.q.j. quòd quidem.

15 Qui semel demoniacus apparuit, nunquam potest promoueri, vt xxxiij. dist. maritum, & plenius dicemus de hoc infra sub tit. de corp. vitia.

16 Accusatio criminalis impedit promouendum. lxxxj. dist. tantis Daniel.

17 Magna infamia impedit promouendum, vt not. in c. accedens. de accus. & c. episcopus. & in c. accusatum. de simo. & xxv. di. per totum. & dicemus statim infra.

18 Dans arma, vt occidat, aut mutilet, aut pugnet, vt in ca. j. & ij. de cler. pugnantibus in duello.

19 Damnatus per sententiam de crimine capitali, licet egerit pœnitentiam, cum remanserit infamis, vt in c. fi. xxv. di. & in q. vij. c. j. & c. si quis omnem. de hoc latius dicemus infra de infamibus, & sententiam passis. vbi circa infames ponemus sexaginta casus, in quibus quis efficit infamis, & idem dicemus de depositis per sententiam, vt ibi.

20 Laicus est ineligibilis, vt lix. di. c. hoc ad nos. & c. sequenti. & lxi. di. c. i. ij. iij. & iiij.

21 Scrupulus conscientiæ de simonia sui prælati impedit promouendum, vt in c. per tuas. el ij. de simo. quoniam quod fit contra conscientia, ædificat ad gehennam, vt in c. fi. de præscrip. & xxviij. q. 1. §. i.

22 Lapsus ad suum ordinem restitutus. L. dist. c. quia sanctitas. cum xx. cap. sequentibus. ubi de materia.

23 Existens in minoribus ordinibus, non eligitur in Episcopũ, vt in c. nullus. LX. dist. nec etiam in Præpositum, vt in ca. dudum. el primo, de ele. licet alii dicant contra quo ad parrochialem, vt not. in c. preterea. de eta. & qualita. quod etiam alii impugnant per c. cum in cunctis. de elec. & dicunt, quòd illa decretalis præterea. loquitur dispensatiuè: sed hodie hæc quærere est inutile, quia indifferenter assumuntur ad episcopatum simplices clerici, ex quo Papa solus prouidet ecclesijs solatio pastoris destitutis. & vidi vnum camparium promoueri in Episcopum Dulchinensem, & vnum mimum in Archiepiscopum Niupaten. qui tamen postea, & quasi statim, & ante munus consecrationis susceptum, fuit depositus, asserente Pontifice apprehendisse errorem in personam, & vnum vidi in vesperi in puro habitu sęculari, imo militari accinctum gladio, & in mane pronunciari Cardinalem in ordine diaconorum tituli sanctæ Cecilię, ideo hæc sint missa.

24 Ordinatus sub conditione non petendi beneficium ecclesiasticum, irregularis est, vt in c. per tuas. de simo. & c. pen.

25 Resistens prædonibus, & aliquos vulnerans si per alios aliquis occiditur, irregularis est, ut in c. fi. de cler. percus. & L. dist. de his. de quo latius dicemus infra de cleri. percus.

26 Homicida præsumptiuè non promouetur, ut in c. aliquantus. L. di. & c. si quis pos. liiij. dist. c. j. lv. dist. priscis. & c. nullus, qui partem.

27 Suspectus de hæresi priusquam se purget, vt in c. inter solitudines. de purga. cano.

28 Facinorosus, illiteratus, bigamus, qui corruptam duxit vxorem, qui in circo positus fuit à sortilegis, corpore viciatus, seruus, originarius, alligatus ad ratiocinia, publice pœnitens, neophitus: qui omnes hi casus ponuntur in c. præcipimus. xxx. dist. & lvj. dist. per totum. de his omnibus dicemus infra in suis titulis specialibus, in quinta, & sexta parte huius nostri tractatus.

29 Obligatus voto solemni religioni, donec intret religionem, ut in c. per tuas. de voto. copiosius dicemus sub titulo de voto.

30 Credentes & fautores hæreticorum, irregulares & infames sunt, vt in c. excommunicamus. de hæret. §. credentes. & c. ij. in §. hæretico. eo. tit. in vj.

31 Carens oculo. lv. dist. c. si euangelica. sed copiosius dicemus infra sub titulo de corp. Vitia.

32 Rebaptizatus, uel etiam baptizatus propter ægritudinem, non propter defectum sacramenti, irregularis est. lvij. dist. c. vnico. dicemus infra de baptis. & de sacramen. non iteran.

33 Filij monialium raptarum, vel vi oppressarum, non promouentur, vt in c. tali coniugio. i. q. vij. & in c. eos. & c. fi. xxxvj. q. ij.

34 Incedens armatus ad occidendi hominem, etiam si per alios, & non per se occidatur, ut in c. sicut. de homici. dicemus infra tit. de his, qui exercuerunt sæuia.

35 Dans fauorem, consilium, præceptum, defensionem homicidæ, perpetuò sunt irregulares, ut in eod. c. sicut. de homici. & in ca. miror. L. dist. & in c. ij. de cleric. pugn. in duel. & xxiij. dist. c. fi.

36 Filij damnatorum de crimine lęsę maiestatis, non promouētur. vj. q. j. §. verum. & hoc propter principis scandalum, & sic filij in hoc casu portant iniquitatem patris, & puniuntur sine peccato: hi tamen promoti non deijciuntur, ut in c. satis peruersum. Lvj. di.

37 Iurans non clericare, irregularis est propter vim iuramenti. xij. q. iiij. §. fi. lxxxv. dist. Archidiaconum Florentinum. alij tamen dicunt iuramentum etiam temerarium.

38 Damnatus de iniuria illata ecclesiæ Ro. in personam Papæ. ut in ca. Guilisarius. xxiij. q. iiij.

39 Imperitus medicus, sub quo periclitantur homines, vt in c. ad aures. de ætat. & qualita.

dicam iusta sub titulo de physicis, & chirurgis.

40 Dans, vel promittens aliquid de electione pro se fienda, ut in c. eos.j.q.i. & j.q.vj. c. j. & ij.& viij.q.ij. c.illud. & j.q.iij.c.talia.& c. Arraldus.

41 Recipiens imperfectè manus impositionem, vel vnctionem, donec suppleatur, irregularis est, vt in c.vnico.de sacra.vnc.& in c.fi.de sacra.non iter. vbi plenius dicemus.

42 Excommunicatus usq; dum absoluitur, non potest promoueri, vt in c.ij.de ord.ab Episcopo, qui renuncia. episcopatui. & in c. cum inter.de elect.& c.cum illorum.de sent.exco. & in c.audiuimus.xxiiij.q.j.& in c.venerabilem. de elect. dicam copiosius sub tit.de sent.exco.

43 Clericus peregrinus, quasi irregularis est, si est sine literis commendaticijs, vt de cler. peregr. per totum, & lxxviij. dist. per totum. dicam in tit.de clericis pereg.

44 Consentiens electioni de se factæ per laicos, uide elect.quisquis.

45 Publicus concubinarius irregularis fingitur, donec ipsum pœniteat, vt in c.vestra, de cohibit. cler.& mulier.dicam in eod.tit.

46 Monachus de facto contrahens, irregularis est.xxvij. q.j. quot si pęn.& c. monachus. & c.ut lex. & xxxj. q. j. quo iure.

47 Obligans ecclesiam suam pro alienis debitis, est irregularis per triennium, quo ad promotionem, ut in c. ij.de solution.

48 Percutiens grauidam, ut faciat abortum, si partus est animatus, ut in ca. per tuas.de homici. & in c. Moses. xxxij. q.ij. dicam de homicidio, & speciale quæsito, & de veneficis, & procurantibus abortum.

49 Habens plura beneficia sine dispensatione curam animarum habentia, vt in c.dudum.de elec. el j.& ij. & de præ. cum iam. dicemus in vltima parte huius tractatus.

50 Stans in habitu monachali vltra annum, etiam sine professione, non poterit in seculo promoueri, ut in c.ex parte. de regu. dicam in tit.de apost.fœmina quocunque modo corrupta, inter virgines non consecratur, ut in c. ille.xxxij. q.v.& in c.fin. xv.q.j. quia amisit figuram ecclesiæ, vt not.in c.acutius. xxvj. dist.

51 Electus simoniacè, etiam ignorantet, quo ad illud beneficium, irregularis est, vt in c. super eo. de elect.& c.si alicuius. & j.q. v. per totum, & c. si præsentium. & in c. ex insinuatione. de simo.

52 Vltores iniuriarum non promouentur, vt no. in c.seditionarios.xlvj.dist.& j. q.vij.omnem.& ratio est quia nihil habent spirituale, ut not.in c. multiplices. xxiij. q.iiij.

53 Clericus gubernans nauem ad pugnam, si inde mors sequatur, aut mutilatio: & idem de incitante ad bellum, & etiam bellans, irregularis est, vt in c.quod in dubijs. de pœnis.

54 Incautè occidens puerum intuitu disciplinæ; dicemus infra de homici.

55 Filij occidentium prælatos, vel clericos suos, irregulares sunt quo ad promotionem vsque ad quartum gradum, vt not.in c. in quibusdam.de pœn. & est casus, in quo quis punitur sine peccato.

56 Omni regulari interdicta est promotio, quia sine licentia sui prælati promoueri non potest, ut in c.aures. de temp. ord.

57 Promouens aliquem eodē die ad duos sacros ordines, vel die, qua non debuit, irregularis est, vt in c.dilect.de temp.ord.& c. cum quidam.& c.literas. & c.consultationem. & plenius dicam in eo. ti. de temp. ord.

58 Is, cuius filius in cunabulis, ob eius incuriam, vel culpam moritur, irregularis est, vt in c. quę si cum.de pœnit.& remis.dicemus infra de homici.casuali.

59 Violator cuiuslibet excommunicationis, dicam de sent. exco. vbi plenissimè tractabo excommunicationis materiam.

60 Scienter iniustè excommunicans, qui suspensus est per mensem: si interim celebrat, irregularis est.cum medicinalis. de sent. exco. in vj.

61 Iudex iudicans per gratias, uel sordes, qui est suspensus: si interim ingerit se in diuinis, irregularis est, vt in c. cum æterni.de re iudi. dicam aliquid infra de iudicijs, & iudice. & solus Papa etiam in primo casu dispensat, vt dicam in tit. de dispen.Papæ.

Hæ sunt irregularitates, impedientes promouendos: modò sequuntur irregularitates, quę deiiciunt iam promotos, quas idem Guil.in eodem suo repertorio aureo collegit, & ad quas in Spec.in titu. de dispensatione sępius se remittit.

S V M M AE.

1 *Irregularitas prouenit ex intrinseco, & extrinseco.*
2 *Bigamia crimen non potest dispensari, & deijcit iam promotum.*
3 *Simonia.*
4 *Homicidium voluntarium.*
5 *Rebaptizatus contemptibiliter.*
6 *Reconfirmatio scienter, & in contemptum facta.*
7 *Reordinatio voluntaria.*
8 *Penitentia solennis.*
9 *Ordinatio illicita, vt ab haretico facta vel à simili.*
Et quomodo dicatur illicita.
10 *Persona ordinantis, etiam considerari debet.*
11 *Schisma deijcit iam promotum.*
12 *Item apostasia.*
Et quotuplex sit.
13 *Clericus apostatans à stemmate clericali, nisi monitus redeat, deponendus est.*
14 *Dæmoniaca vexatio, deijcit iam promotum.*
15 *Epilesis.*

16 *Vitium*

16 *Vitium in membris insignibus corporis.*
17 *Defectus natalium.*
18 *Periurium voluntarium.*
19 *Crimen vsurarum.*
Et quid de suspenso à suo confessore, si celebrat, an sit irregularis.
20 *Excommunicatus recipiens ordines ab excommunicato etiam ignoranter.*
21 *Violatio minoris excommunicationis, an deponat iam promotum.*
22 *Violator malitiosè interdicti à Pontifice adpositi, vel eius sententiæ.*
23 *Defectus professionis.*
Abbas vel Prior non professus, est deponendus.
24 *Seruus promotus deponitur.*
25 *Obligatus curiæ, vel Officialis.*

QVÆSTIO VI.

Irregularitates deiicientes iam promotos.

1 ATTENDENDVM est, quòd † Irregularitas alia prouenit ab intrinseco seu ex defectu naturæ, vt illegitimitas, seruitus naturalis, corporis vitium, illiteratura, & huiusmodi: alia verò ab extrinseco, seu ex delicto, vt homicidium, apostasia, & huiusmodi: de quibus irregularitatibus hic inferius dicemus. De criminibus verò, quæ iam promotos deijciunt, dicemus infra in tit. sequenti, quia illa cum his non iungimus: cum vt dicit idem Guil. vbi supra, Non omnis criminosus, quo ad hoc, dicitur irregularis: quum post peractam pœnitentiam valeat ministrare, & quum etiam cum eis valeat dispensari, cum locum non habeat in multis casibus, in quibus non potest post peractam pœnitentiam ministrare, nec etiam in eis de facili dispensare, ex quibus plures numerantur in c. nisi cum pridem. de renunci. vbi per Inno. & alios. & iam aliquas supponemus. & primo.

2 Bigamia, vt in c. siquis viduam. L. dist. & in c. quisquis. lxxxiiij. dist. & in c. primo. & fi. xxvj. dist. sed distinguendum est inter bigamiam & bigamiam, ut in c. primo, & secundo, de biga. nt lu culenter dicam infra de biga. & corrup. maritis.

3 Simonia, vt in c. statuimus. & c. ventum. j. q. j. & cap. si quis Episcopus. & j. q. iij. audiuimus. & c. saluator. & est distinguēdum inter simoniacum in ordine, & simo. in beneficio, Vt in c. erga. j. q. j. quia in simoniaco in ordine etiam Papa nō dispensat, vt in d. c. erga. & in c. ab excommunicatis. ix. q. j. dixi aliquid supra. in. j. q. huiusce secundæ partis, in vj. col. in §. sed immo videtur, quòd vltra homicidium. & copiosius dicam infra de simonia, & simoniacis.

4 Homicidium voluntarium, vt in d. c. siquis viduam. L. dist. & c. minor. & in c. presbyterum. de homici. & in c. suscepimus. & c. ad audientiam. distinguendum tamen est inter genera homicidiorum, vt dixi supra in d. q. j.

5 Rebaptizatus contemptibiliter, vt not. in c. confirmandum. L. dist. & in c. qui bis. & in c. rebaptizare. & c. eos, quos. de consec. dist. iiij. dicam plenius infra de sacra. non iteran.

6 Reconfirmatio scienter, & in contemptum facta, deijcit iam promotum, vt in c. dictum. de consecra. dist. v. cum c. sequenti. & j. q. j. quidam. & in c. quemadmodum. xxij. q. vij. & plenius vbi supra proximè.

7 Reordinatio voluntaria. j. q. vij. in fi. & plenius vbi supra.

8 Solemnis pœnitentia deijcit tam ordinantem, quàm ordinatum, quia vterq; disponendus est, vt in c. ex pœnitentibus. L. dist. nec cum his dispensatur, non propter defectum sacramenti, quia recipit omnino characterem, sed quia decolararetur status ecclesiæ, quod esse non debet. j. q. j. c. & si illa. plenius dicemus infra de solemnita. pœniten. in princi. vbi vide.

9 Illicita ordinatio. Vnde ordinatus ab hæretico in subuersionem fidei, indispensabiliter deponitur. j. q. vij. de conuenientibus, in fine. & dicemus in tit. de sacrament. non iteran.

Sed quia dixi, quòd illicita ordinatio deijcit iam promotum, quomodo dicatur illicita ordinatio vltra præmissos, dicas quòd dicitur etiam illicita ordinatio ratione temporis in contemptum, vt in cap. sanè. de temp. ordi. & c. pen. & lxxvij. dist. subdiaconus. lxxv. dist. quòd à patribus. & idem dicens de ordinante, sicut de ordinato, si malitiosè, vel in contemptum hoc egerint, vt c. literas. & c. cum quidam. de tempo. ordi. & xix. dist. c. nulli. Si verò non malitiosè, non deponuntur, sed cum talibus dispensatur: cum receperunt characterem, vt in c. pen. eo. tit. idem dicens, si modus nō sit seruatus, videlicet forma debita ab ecclesia tradita, quia tunc quis characterem non recipit, vt in cap. quorundam. xxiij. dist. & j. q. j. ventum. & c. siquis. & j. q. vij. Daybertum.

10 Item attendi debet persona ordinantis, quia siquis ordinatus esset ad sacros ordines ab hæretico, vel ab eo, qui renunciauit loco, & sedi, & dignitati, vel esset excommunicatus, vel ab excommunicato scienter, tunc à solo Papa dispensatur: si verò ignoranter, ab Episcopo, vt c. j. & ij. ix. q. j. & in c. j. & ij. de ord. ab Episcopo, qui renun. Epi. & in c. j. xlviij. dist. & vij. q. j. c. j. & L. dist. cap. ex pœnitentibus. & in cap. tantis Daniel. lxxxj. dist.

In his ergo casibus nō dispēsatur, videlicet cū

bigamo vero, cum simoniaco à simoniaco ordinato, cum homicida voluntario, cum rebaptizato, cum reconfirmato, cum reordinato, cum ordinato in subuersionem fidei. Vnde versus, quos vide in tit. de temp. ord. col. v.

Quidam tamen dicunt, quòd in his præmissis casibus Papa, si vellet, posset dispensare, arg. c. licet. de transl. prælat. & dicunt non dispensare, id est non debet, vel non de facili, sed si vult, potest, vt not. Inno. in c. cum æterni. de re iudica. & dicam in tit. de bigam.

Item hæresis deponit iam promotum, vt in c.j.& ij.q.vij. & in c. quẽadmodum. xxiij.q.vij. hæretici enim irregulares sunt, nisi cum eis redditis ad fidem fuerit dispensatum, vt in c. ipsa pietas. xxiij.q.iiij.& j.q.vij.c. cõuenientibus. & ideo deponendi. j.q.j.c.j.& c.ij.iij.& iiij.& j.q.ij. per totum. potest tamen Papa dispensare, si vult, vt in c. in non nobis. de cons. dist. iiij.& j.q.ij.c. quòd pro necessitate. & in dicto cap. Daybertum. Decanus. & arguis. & fusius infra de hæret.

11 Schisma, vt in c. quę diligẽtia de elec. & xxiiij. q.ij.c.j.& c. sanè.& j.q.vij.c.j.& ij. quia schismatici sunt irregulares, vt in c. alienus. xxiiij.q.j. & in c. Dedamus. & vij.q.j. denique. & etiam ordinatus à schismatico, vt in dicto c. quæ diligentia. & in c.j. de schismat. potest cum eis dispensari. j.q.j. quòd quidam. & xxiiij. quæst. iij. inter schisma.

12 Apostasia inducit depositionẽ, sed distinguendum est inter genera apostasiæ, vt in c.j. eo. tit. nam in apostasia per fidem, cum sint infames, sunt deponendi, vt in c. alieni. ij.q.vij.& c. alieni. iij.q.iiij.& c. beatus. & xxvj.q.vij. nõ obseruetis. potest tamen cum eis dispensari, vt in d. c. beatus. In apostasia verò habitus vel regulæ, solus Abbas potest dispensare. & dicas, solus Abbas, videlicet & nõ inferior, vt in c. Abbates. viij.q.ij. fallit si quis in apostasia fuisset ordinatus, siue in habitu laicali, quia tũc efficit irregularis, vt in c. fi. eo. ti. secus si transiuisset ad aliam religionem, & laxiorem, quia tunc non est irregularis, vt in c. ex parte. de temp. ordin. & ratio est, quia proprie non dicitur apostata, cum inferior, vel laxior ordo sit ordo eidem Deo dicatus, licet obseruantia sit diuersa, vt in c. Deus. de vit. & hone. cleri.

13 Clericus quoque apostatans à stemmate clericali, nisi monitus redeat, est deponendus, vt de apostat. c. tuæ.& c. ex parte. de priuil.& in c. contingit. de sent. exco.& in c. quisquis. xvij.q.iiij. & attende, nisi monitus, quia aliter non perdit priuilegium.

14 Dæmoniaca vexatio deijcit iam promotum. xxxiij. dist. c. communiter. & c. vsque. & vij.q.ij. c.j.& ij. sed latius dicam infra de corp. vitiat. in vj. col. in fin. in §. in arreptitijs. vbi multa videbimus ad materiam.

15 Epilepsis similiter deijcit, vt in c. cum inter canonicos. de elec. & hæc est duplex passio, videlicet epilenthica, & cordiaca, de quibus loquũtur tex. in c. maritum. & c. communiter. xxxiiij. dist. & vij.q.ij.c.j.& de his quoque latius, vbi supra.

16 Corporis vitium in membris insignibus. lv. dist. c.j.& ij.& c. qui partem. & in c. ij. & iij. de corp. viti. de hoc etiam videbimus infra, vbi supra.

17 Defectus natalium. tales enim irregulares sunt. lvj. dist. c.j. in fi.& c. nisi cum pridem. de renunci. & de fil. presbyter. per totum. Papa tamen cum omnibus his dispensat, vt in c. Cenomanen. lvj. distin. difficilius tamen cum vno, quàm cum alio, vt in d. c. nisi cum pridem. in §. personæ. & in c. innotuit. de elec. latè dicam infra de fil. presbyt. & alijs illegitimè natis.

18 Periurium voluntarium & assertorium, vt in c. querelam. de iur. iur. & c. tua. tales enim infames sunt. xxij.q.v. si quis. nec potest Papa dispensare, vt aliquis veniat contra proprium iuramentum, si sit licitum, vt dicunt quidam. alij verò dixerunt contra, vt not. in c. venerabilem. de elec. & in c. quanto. de iur. iur. & ibi per Inno. dicam infra, de iur. iur. & periurijs.

19 Crimen vsurarum, quia vsurarij sunt irregulares. xlvij. dist. de Petro. & in c.j.& ij. de vsu. dicam infra, de vsuris & vsurarijs.

Suspensus à suo confessore, si celebrat, irregularis est: non credo. ideo attende. ita Archidi. in c. si quis Episcopus. xiiij.q.iij.

20 Excommunicatus recipiens ordines ab excommunicato, & ignoranter, irregularis est, & deponendus, vt in c. eum illorum. de sent. exco. sed dispensatur cum eo, sed per solum Papam, si est secularis: si verò regularis, per Abbatem: si verò sciebat, sed ignorabat ius, & idem dicas vt in c. monachi. eo. tit.

21 Violatio minoris excommunicationis non deponit, sed impedit, vt in c. fi. de cler. excom. ministr. & in hoc casu dispensatur sed promoto, sed per solum Papam, vt in c. illa. de elec.

22 Violator interdicti à Papa appositi, vel eius sententiæ, si malitiosè violauit, est deponendus, vt in c. Theogaldum. xj.q.iij.& de excess. prælato. c. tanta. ij.q.j.c. scelus.& in c.j. de postul. prælat. & per solum Papam absoluitur, & cum eo dispensatur, vt in dicto c. tanta. sed copiosius dicam infra, de pœnis violantium interdictum. & erit vltima rubrica huius operis.

23 Defectus professionis. vnde non professus Abbas, vel Prior debet deponi, vt in capit. cum in magistro. & in c. cum causam. & c. officij. & in c. presbyteris. xvj.q.vj.& vij. per laicos. & c. nemo. dicam infra, de dispensatione Papæ.

24 Seruitus, vt in c. nulli. liij. dist. c.j. tales enim

sunt

sunt irregulares, vt dicam latius infra de seruis non ordin.

25 Obligatus curiæ, vel officialis, promotus dei j citur, nisi à Papa absoluatur, vt in c.ij. & iij.lj. dist.& in c.j.liij.dist. & c. si seruus scienter.liiij. dist.& c.per venerabilem. qui filij sint legitimi. & in Authē. de sanctis Episc.§.j.& iij.plenius di cemus infra, in tit. de oblig at. ad ratioci. Hosti. verò in summa in tit. de accusat.§. quis sit effe-ctus accusationis, posuit aliquos ex his casibus, sed vide bonum tex.in c.vnum oratium.in §.intellectus est fratres charissimi.vbi enumerantur peccata, seu crimina capitalia.

S V M M Æ.

1 *Incorrigibilis iam promotus, potest deponi.*
2 *Pro quolibet crimine notorio. & 13.& 84.*
Et consecratus, uel consecrans pendente tali accusat. criminali.47.
3 *Depositio ab ordine quot modis fiat.*
4 *Rapiens Papatum non canonicè, est irregularis, et de ponitur: vel rapiens beneficium de manu laici.73.*
5 *Minor xx. an. cui est à Papa administratio Ecclesiæ commissa, si expleto xxv. an. munus consecrationis non recipit, ipso facto est priuatus.*
6 *Peccans post baptismum mortaliter, olim erat irregularis.*
7 *Obligans se sub periculo præbendæ, vel ordinis: si in prolatione deficiat, deponitur.*
Item promouens monachum ad dignitates.
8 *Item clericus uxoratus vouens perpetuam castitatem de consensu vxoris, si postea accedet ad eam.*
9 *Item accipiens precium, vt ab accusatione desistat.*
10 *Item excommunicans Papam.*
11 *Item ordinans præter formam canonicam.*
12 *Item consecrans in Episcopum non idoneum, vel illegitimæ ætatis.*
14 *Item nolens promoueri ad ordinem, quem sua Ecclesia requirit.*
15 *Item Episcopus negligens in pace tenenda.*
16 *Non differens appellationi à diffinitiua, uel etiam in terlocutoria in contemptum sedis Apostolicæ.*
17 *Ordinatus ab alieno Episcopo in contemptum sui.*
18 *Contemptor Decretalium in contemptum Ro. Ecclesiæ, & consuetudinis approbatæ.44.*
19 *Translatus absque Pontificis licentia.*
20 *Episcopus contra canones promotus.*
21 *Nolens bona Ecclesiæ diuidere in quatuor partes.*
22 *Renuncians beneficium in manu layci.*
23 *Ambiens alienam Ecclesiam, uel suam superbiam di mittens, ab vtraque deponitur.*
24 *Dicens Romanam ecclesiam non esse caput vniuersalis ecclesiæ.*
25 *Celebrans singulare vel particulare concilium, vt vniuersale vel generale videatur.*
26 *Clericus Græcus vxoratus, nolens vxori reddere debitum.*
27 *Faciens quandoque interfici, & homicida. & 39. & 88. vel orans ut aliquis citius moriatur.66.*
28 *Bigamus est irregularis.*
29 *Ordinatus sine titulo.*
30 *Clericus discors, uagabundus, & rixosus.*
31 *Celebrans cum sit excommunicatus, vel non parens per annum, & insordens.93.*
32 *Acquirens per peccatum Ecclesiam vacantem, vel non: & mediator, & aliquid dans, vel recipiens.*
33 *Suspensus ab homine si celebrat.*
34 *Spolians Ecclesiam vacantem suis bonis.*
35 *Accusans falsò Episcopum, et ei conuitia dicens: ve accusans in foro sæculari.96.*
36 *Excommunicatus recipiens beneficium.*
37 *Auctores hæresis, vel cum Iudeo conuersans.86.uel participans cum excommunicato.87.*
38 *Aleator, vel ebriosus publicus, & tabernas frequentans.& 40. fur & periurus.88.*
41 *Nolens in suo ordine celebrare.*
42 *Suspectus de dilapidatione bonorum Ecclesiæ.*
43 *Laicus cogens Episcopum contra se litigare deponitur à cingulo dignitatis.*
45 *Episcopus habitans cum feminis suspectis, & de hoc monitus ab Archiepo, & alijs, vel vitiosus.105.*
46 *Castrans se scienter.*
48 *Remittens alicui rapinam, vt consentiat electioni de se factæ.*
49 *Episcopus petens publicum iudicium.*
50 *Conspiratores.*
51 *Lapsus restitutus, iterum relapsus.*
52 *Nesciens canonibus obedire.*
53 *Vacans adulationibus, & proditionibus.*
54 *Eruens oculum alteri, uel truncans membrum, vel per se, vel per alium.92.*
55 *Contrahens, & generans prolem.*
56 *Contumax monitus, & nolens accedere ad Ecclesiam suam.*
57 *Impetrans litteras absque mandato, & illas vendens actori.*
58 *Ignorans Grammaticam.*
59 *Episcopus Græcus à Latino creatus, si ei non vult obedire.*
60 *Inuitus.*
61 *Recipiens pecuniam pro licentia docendi.*
62 *Raptor puellarum, vel raptori consentiens, vel cognoscens filiam spiritualem.97.*
63 *Incurrens irregularitatem propter malitiam suam.*
64 *Seruus factus liber accusans Ecclesiam patronam.*
65 *Conspirantes in necem sui Domini.*
67 *Erigens altare in Ecclesia propria auctoritate sine licentia Episcopi.*
68 *Clerici se inuicem trahentes ad iudicem sæcularem.*
69 *Prodens Papam.*
70 *Vassallus machinans contra iuramentum in mortem Domini.*
71 *Manumissus, & contumax, ut seruiat domino.*

72 *Vendens uel permutans beneficium Ecclesiasticum, vel alienans bona Ecclesiæ in casu non concesso. & 98. vel emens de pecunijs Ecclesiæ nomine alterius Ecclesiæ in fraudem suæ. 82.*

74 *Colludens cum laico, si laicus perimitur.*

75 *Intendens incantationibus, & magicis.*

76 *Nolens baptizare infirmum.*

77 *Baptizans cum crismate.*

78 *Possidens Episcopatum, uel aliud beneficium potentia laicali.*

79 *Vtens armis sponte in seditionibus.*

80 *Prælatus obscœnium canonicorum nomina in actis capitularibus inscribi faciens.*

81 *Promotus in Abbatem sine Episcopi consensu.*

83 *Sodomita.*

85 *Corruptor monialium.*

89 *Abbas negligens circa correctionem monachorum.*

90 *Instigans iudicem ad iudicandum furem, uel latronẽ, aut alium reum mortis.*

91 *Delegatus à Principe in causa sanguinis.*

94 *Citatus in causa criminali, & nolens experiri.*

95 *Faciens Ecclesiam censualem monachis.*

99 *Vsurarius degradandus est.*

100 *Institutus per Episcopum contemptis patronis.*

101 *Testis in simonia se offerens participem.*

102 *Celebrans sine lumine, aqua, uel cum pane fermentato.*

103 *Pugnans in bello iniusto, uel alios excitans.*

104 *Reuelans confessionem.*

105 *Episcopus uadens ad Imperatoris curiam inconsulto Papa pro aliqua dignitate.*

107 *Iurans pensionem monachis augere, & postea iurat Episcopo contrarium.*

108 *Simoniaca monialis siue in ordine, siue in beneficio, siue sit subdita, siue Abbatissa.*

109 *Recipiens alienum parrochianum iniuriose ad missam, & pœnitentiam, siue alia Ecclesiastica sacramenta.*

110 *Clericus in sacris ordinibus constitutus aduocans indifferenter.*

111 *Interficiens latronem ligatum: licèt se defendentem.*

112 *Verberans incautè intuitu disciplinæ, si mors inde sequatur.*

113 *Princeps dissolutus, vel negligens in defensione patriæ, vel Regni gubernatione.*

114 *Translatus volens aliquid vendicare in personam Ecclesiæ.*

115 *Suspensus, ex eo quòd non probat opposita, si se ingerit in diuinis, perpetuò priuatur, & deponitur.*

QVAESTIO VII.

Irregularitates inducentes depositionem, & degradationem secundum Speculatorem.

HANC materiam ponam etiam infra sub rubrica de sententia depositionis: & quę non dicam hic, dicam ibi. Et nunc ponam casus in vnum collectos per Specu. in dicto suo au-
1 reo repertorio. Vbi primò ponit, q† quolibet crimine, de quo quis apparet incorrigibilis, potest de iure deponi, vt in c. fortè. xxiij. q. iiij.

2 Et pro quolibet crimine notorio, ut furto, periorio, adulterio, & similibus, vt in c. de his uerò. L. dist. Vbi autem non est notorium, nec quis apparet contumax, magnum valde debet esse crimen, & pœna dignum, ut quis deponatur, ut not. in c. ij. lxxxj. dist.

3 Hoc autem scias, quòd in sequentibus casibus quandoq; quis deponitur ab ordine, quandoque à dignitate, uel beneficio, vel administratione, & quandoq; propter delictũ, & quandoque quia contumaciter in eo permanens, monitus se non corrigit, quandoque propter vtrunque simul, prout ipsorum iurium inspectio te docebit.

Est ergo quis deponendus in omnibus casibus, quos in præcedenti titulo posuimus.

4 Rapiens Papatum non canonice, est irregularis, vt in c. j. xxiij. dist. & lxxix. dist. per totum.

5 Minor xx. annis, cui est à Papa administratio ecclesiæ commissa, si expleto xxv. anno munus consecrationis non recipit, est ipso facto priuatus, vt decret. Alex. iiij. de sacramen. vnct.

6 Olim, qui post baptismom peccauerat, mortaliter erat irregularis: sed hoc de rigore iuris antiqui, ut in c. quoniam. xlviij. dist. j. q. vij. siquis communem. de his dicemus infra.

7 Obligans se sub periculo præbendæ, uel ordinis, si in prolatione deficiat, ut in c. cum dilecti. de elect. in fin.

Promouens monachum ad dignitates, vt in c. j. & ij. lviij. dist.

8 Clericus vxoratus, vouens perpetuam castitatem de cósensu vxoris: si postea accedet ad eá, vt in c. minister. lxxxj. distin. & in c. proposoisti. lxxxij. distinc.

9 Pretium accipiens, vt ab accusatione desistat, vt in c. Eusemium. ij. q. iij. & in c. calumniator. v. q. vj. & in c. Paulum. ij. q. iij.

10 Excõmunicans Papam, ut xxj. dist. c. fin. & in c. sanè, xvj. q. vij.

11 Ordinans præter formam canonicam, vt in c. quorumdam. xxiij. distin.

12 Consecrans in episcopum non idoneum, vel illegi-

illegitimæ ætatis, vt in Authen. de sanctiss. Episco. §. hoc quoque nunquam.

13 Cõmittens crimen capitale, uel crimen falsi, vt in c. si Episcopus. l. dist. & in c. ad audientiam. de crimine falsi. & in c. nouimus. de sen. excom. sed copiosius dicemus infra, de falsariis.

14 Nolens promoueri ad ordinem, quem sua ecclesia requirit, ut in c. j. & ij. lx. dist. & in c. j. & c. quæris. de ætat. & qualit.

15 Episcopus negligens in pace tenenda, ut in c. pen. & vlt. lxx. distinc.

16 Non differens appellationi à diffinitiua, uel etiam interlocutoria in contemptum sedis Apostolicæ, ut in c. decreto. ij. q. vj. & in c. de priore. de appella.

17 Ordinatus ab alieno Episcopo in contemptũ sui, irregularis est, secus si ex simplicitate, ut in c. Episcopus in diœcesi. vj. q. j. in. q. vij. Lugdunensis, & in c. j. & ij. de ordinat. ab Episcopo, qui renunciauit Episcopatui.

18 Contemptor decretalium in contemptũ Romanæ ecclesiæ, ut in c. j. xix. dist. & xvj. dist. per totũ.

19 Translatus sine licentia Papæ, ut in c. quanto. de translat. prælat. & in c. siquis. vij. q. j.

20 Episcopus contra canones promotus. lxij. distin. deprehensus. & in c. siquis. lxiij. distin. & in Auth. de sanctiss. Episco. in §. siquis autem. circa finem.

21 Nolens diuidere bona ecclesiæ in quatuor partes, vel ea per œconomum dispensare, vt in c. quapropter. ij. q. vij.

22 Renuncians beneficium in manu laici, vel iterum de eiusdem manu recipiens, vt in c. quòd in dubiis. de renunci.

23 Ambiens alienam ecclesiam, vel suam superbè dimittens, ab vtraque deponitur, ut in c. siquis Episcopus. vij. q. j. & seq. & in d. c. quanto. de translat. prælatorum.

24 Qui dicit Rom. ecclesiam non esse caput vniuersalis ecclesiæ, ut in c. patet. & in c. sicut. & c. ipsi sunt. ix. q. iij. & in c. nulli fas est. & c. ita. xj. distin. & in c. j. xxij. distin.

25 Celebrans singulare vel particulare conciliũ, vt vniuersale generale iudicetur, ut in c. hunc. & c. nullus. & c. nec licuit. xvij. dist. & in c. de Liguribus. xxiij. q. v.

26 Græcus clericus vxoratus, nolens vxori reddere debitum, ut in c. quando. & c. cœna. xxxj. distin. & c. siquis. xxx. dist.

27 Faciens quenquam interfici, ut in c. pro humani. de homici. dicam infra de homici.

28 Bigamus est irregularis, ut in c. siquis viduã. l. dist. & supra in rubrica in irregularitatibus, quæ deiiciunt. Sed copiosè videbimus infra de bigamis, vbi distinguendum est inter bigamiam & bigamiam, cum tres sint species bigamiæ; ut ibi dicam.

29 Ordinatus sine titulo. lxx. dist. c. ij. sed hoc hodie est correctum per c. cum secundum Aposto. de præben.

30 Clericus indisciplinatus, vagabũdus, rixosus, & discors, vt in c. præcipimus. xij. dist. & in cap. clericus, el ij. xcj. dist. & in c. fi. xcij. dist.

31 Clericus vel monachus excommunicatus celebrans, vt in c. siquis. iiij. q. v. & in c. postulasti. de cler. excom. minist. & c. fraternitatis. eo. titu.

32 Acquirens per peccatum ecclesiam vacantem vel non vacantem, & mediator & aliquid dans vel recipiens, vt in authẽ. de sanctiss. Episcopis. §. pro omnibus. & c. scire. vij. q. j.

33 Suspensus ab homine si celebrat, ut in c. Apostolicæ. de cler. excom. mi. & in c. siquis. xj. q. iij. & in c. siquis presbyter, sed excommunicatus minori excommunicatione non fit irregularis celebrando, vt in c. fin. de cleri. excom. ministr. vide Rotam in antiquis, cccclxiij. incipi. nota, quòd excommunicato ipso iure.

34 Episcopus spolians ecclesiam vacantem suis bonis & possessionibus. x. q. ij. c. fi. quod tamen sanè intelligendum est vt ibi not. d. Archidiaconus:

35 Clericus falso accusans Episcopum, & ei conuicia dicens. xj. q. iij. c. siquis sacerdotum, & ca. statuimus.

36 Excõmunicatus recipiens beneficium, ut in c. cum bene. de ætat. & qual. scias tamen, ꝙ excõmunicatus expectans beneficium potest acceptare, sed non sibi facere prouideri per suum executorem. Vide Rotam in antiquis, ccclxiij. incipi. nota ꝙ excõunicato. & decisi. cxxvj. incip. nota, ꝙ excõmunicatus non põt beneficiũ acceptare.

37 Auctores hæresis, vt in c. j. ij. iij. xxxv. dist.

38 Clericus publicus aleator & ebriosus, seu violẽtus, vt in c. ij. xxxv. dist. & not. in c. inter dilectos. de exces. prælatus.

39 Homicida, ut in c. siquis homicidium. l. dist. licet Palea sit.

40 Clericus tabernas frequentans. xliiij. distin. nullus.

41 Clericus nolens in suo ordine celebrare, vt in c. fi. xcij. distin.

42 Suspectus de dilapidatione bonorum ecclesiæ secundum antiqua iura, ut in c. quia ea. iij. q. ij. sed hodie contra hos aliter proceditur, vt not. in c. licet. de simo. & in c. venerabili. de off. deleg. & in c. quia frater. vij. q. ij.

43 Laicus cogens Episcopum coram se litigare, deponitur à Cingulo dignitatis, ut in c. nullus. xj. q. j. & in authen. de sanctiss. Episcopis. in §. sed neque, & in auth. statuimus. de sacrosan. eccles.

44 Contemptor consuetudinis approbatæ, vt in c. de his. xj. dist.

45 Episcopus monitus ab Archiepiscopo & aliis Episcopis, nolens abstinere à cohabitatione propriæ

priæ neptis, & aliarum fœminarum suspectarum ratione ætatis, ut in cap. quorundam, ad finem. xxxiiij. distin. & not. in cap. cùm in iuuentute. de præsumpt.

46 Scienter se castrans. lv. dist. si quis auth. & ibi in summa.

47 Consecratus, & cõsecrans pendente criminali accusatione, ut in c. tantis simul. lxxxj. dist. dicemus aliquid infra de schismat.

48 Remittens alicui rapinam, ut consentiat electioni de se factæ, ut in c. talia. viij. q. iij. & in c. eos. j. q. j. & in c. veniens. de testib.

49 Episcopus petens publicum iudicium, ut in c. placuit. xj. q. ij.

50 Clerici, vel monaci conspiratores, vt in c. in conspirationem. xj. q. j.

51 Lapsus restitutus, iterum relapsus. l. dist. hi, qui alterutrum.

52 Nesciens canonibus obedire. iiij. dist. in §. fi. & in c. hac consona. xv. q. j. & cap. violatores. ea. causa, & q.

53 Clericus uacans adulationibus, & proditionibus, vt in c. clericis. xlvj. dist.

54 Clericus eruens oculum alteri clerico. lv. dist. c. fin. & c. his, à quibus. cũ c. seqnẽti. xxiij. q. iiij.

55 Clericus contrahens & generans prolem, ut, c. cum multæ. xv. q. fi. & in c. Maximilianus. cum c. sequentibus. lxxxj. dist.

56 Cõtumax monitus, nolens accedere ad ecclesiam suam, ut in cap. si quis presbyter. vij. q. j. & xxj. q. j. per totum. & lxxj. dist. per totum, & in authent. de sanctiss. Episcopis. in §. citra autem.

57 Impetrans litteras sine mandato, & illas vendens actori, vel reo, ut in c. nonnulli. de rescrip. & in c. ex parte decani, eo. tit.

58 Episcopus ignorans grammaticam, quorum hodie infinitus est numerus, vt de æta. & qual. cap. fin.

59 Episcopus Græcus à Latino creatus, si ei non vult obedire, ut in c. quoniam. de offi. ordi.

60 Inuisus, ut in c. ex frequentibus. de insti. & in c. quia. & c. post elect. de exces. prælat. & q. j. imprimis.

61 Recipiens pecuniam pro licentia docendi, vt in c. quanto. de magist.

62 Clericus raptor puellarum, uel raptoribus cõsentiens, ut in c. eos. cum sequenti. xxxvj. q. iij.

63 Incurrens irregularitatem propter malitiam suam, vt in c. quæris. de æta. & qual.

64 Seruus factus liber, accusans ecclesiam patronam, vt in c. quia ex famulis. de seruis non ordi. & c. ex causa. xij. q. ij.

65 Clerici conspirantes in necem sui domini, vt in c. sicut dignum. de homici. & in c. quęcunque. xxiij. q. 8.

66 Discooperiens altare, vel luminaria extinguens, vel vestiens altare lugubri veste, vel celebrans aut orans, vt aliquis citius moriatur, & hæc ex inuidia, vt xxvj. q. v. quicunque.

67 Clericus propria auctoritate erigens altare in ecclesia sine licentia episcopi, vt in c. nullus presbyter. de consecr. dist. i.

68 Clericus trahens clericum coram iudice sæculari, & reus clericus sponte subijciens se tali iudicio, vt in c. nolite. xi. q. iij. & c. placuit. & c. si diligenti. de foro compe.

69 Prodens Papam, vt in ca. Guilisarius. xxiij. q. iiij.

70 Vassallus contra iuramentum machinas in mortem domini, vel in eius regnum, etsi episcopus sit, vt in c. si quis laicus, licèt sit Palea. xxij. q. vltima.

71 Manumissus si contumax est, vt seruiat domino, vt in c. nullus. de seruis non ordi.

72 Vendens, vel permutans beneficium ecclesiasticum propria auctoritate, vt in c. cum vniuersorum. de rebus eccl. non alie.

73 Recipiens beneficium de manu laici relatum. de in. pa.

74 Clericus colludens cum laico, si laicus perimitur. de homici. continebatur.

75 Intendens incantationibus & magicis. xxvj. q. vij. c. admoneantur.

76 Clericus nolens baptizare infirmum, vt in c. quicunque, licet Palea sit. de consecra. dist. iij.

77 Presbyter baptizans cum chrismate veteri baptizans. de consecra. di. iiij.

78 Possidens Episcopatum, vel aliud beneficium potentia laicali, vt in c. si quis episcopus. & c. constitutiones. xvj. q. vii. & c. sanctum. vij. q. j. & in c. fronte. xxxiii. q. iiij. & in c. quisquis. de elect.

79 Clericus sponte vtens armis in seditionibus, vt in c. clerici. xxiij. q. vii. & c. quicunque manu militati.

80 Prælatus obscœnium canonicorum nomina in actis capitularibus inscribi faciens, vt in c. quanto. de his, quæ fiunt à prælat.

81 Promotus in Abbatẽ sine consensu Episcopi, vt in c. exposuisti. de corp. vitiat.

82 Emens possessiones de pecunijs ecclesiæ suæ nomine alterius ecclesiæ in fraudem suę. de pecul. cler. c. penult. per totum. & xij. q. iij.

83 Sodomita, vt in c. clerici. de exces. prælat. & in c. vt clericorum. de vita & hon. clerico. & in c. flagitia. xxxij. q. vij. & c. adulterium. & in c. sed continuatio. de pœnit. distinct. j.

84 Falsarius vel per se, vel per alium. ad falsariorum. de cri. falsi.

85 Episcopus vel clericus, corruptor monialium, vt in c. si quis Episcopus. xxvij. q. j. & in c. si qua monacharum.

86 Clericus cõuersans cũ Iudæo in balneo, in cibo, in medicinis, & hmói, vt i c. nullis. xxviij. q. j.

87 Participans cum excommunicato in contemptum,

ptum, si contumax est, vt in c. cum excommunicato. & c. præcipue.xj. q.iij. & in c. fi. de cleric. exco.minist.

88 Periurus, fur, & homicida, vt in c. cum in ecclesijs.de maior. & obedi.& c. si verò.de iureiur.& in c.iij.de fideius. & c. cum non ab homine.& c.at si clerici.de iudi.

89 Abbas negligens circa correctionem monachorum, vt in c.ij.de sta.mona.& c.cum ad monasterium. & c. Abbates. xviij.q.ij. & c. si quis. Abbas.ea.q.

90 Episcopus vel clericus instigans iudicem ad iudicandum furem, vel latronem, aut alium reum mortis, vt in c.ex literis.de excef.prælat.& in c. sententiam sanguinis, ne cleri. vel mona.& in c. sæpe. & in c.his.xxiij.q.viij.

91 Episcopus, vel alius iudex ecclesiasticus in causa sanguinis ex delegatione principis, vt in d. c.sententiam sanguinis.& xxiij.q.viij. sæpe.

92 Truncans membrum, vel truncari mandans, aut consulens: licet aliqui contrarium teneatur, & malè d. c. Guilisarius. proximè allegat. & c. his, à quibus.& c.j.de cler.pugn.in duello. & in c. ex literis.de excef. prælat.

93 Excommunicatus non parens per annum, & insordens.xj.q.iij. c.missus.& c. quicunque.& ij.q.ix. c. decernimus.

94 Citatus in causa criminali nolens experiri.de iudi.c.j.& in ca.veritatis.de dolo & contu. & c. decernimus.iij.q.ix.

95 Clericus faciens ecclesiam censualem monachis, vt in c.cum olim.de censi.

96 Archidiaconus accusans Episcopum suum in foro sæculari, vt in c.graue.de excef.prælat.& xj.q. j. & c. inclyta. & c. placuit. & c. si diligenti. de foro comp.

97 Presbyter cognoscens filiam spiritualem. xxx.q.j.omnes si quis.& c.non debet.

98 Prælatus alienans res ecclesiæ in casu non concesso.xij.q.ij. ca. Apostolorum. & c. monemus. euadet tamen, si res alienatas restituat, vt in c. si quis qualibet.cum c.sequenti.ea.causa xix. & in c.quòd sicut.de dictis,in fi.

99 Clericus vsurarius degradandus est, dicit tex. in c.de Petro. & in c. si quis clericorũ.xlvij. dist.

100 Institutus per Episcopum contemptis patronis, vt in c.decernimus.xvj.q.vij.

101 Testis in simonia se offerens participem, vt in c.ij.de confes. & j. q.j. si quis. & c. reperiuntur.& j.q.iij. c.fi.& in c.j.de excep.& in c.per inquisitionem.de elec.

102 Celebrans sine lumine, sine aqua, vel cum pane fermentato, vt in c.fi.de celebr.missarum.

103 Pugnans in bello iniustè, vel alios excitans ad pugnam iniustam, vt in c.quod in dubijs. de pę. & in c. de his. L. dist. & in c. his, à quibus.xxiij. q.viij.

104 Sacerdos reuelans confessionem, vt in c. sacerdos.de pœniten.dist.vj.& in c.omnes vtriusque sexus.de pœniten.& remis.vt in c.sacerdos. iij.q.vj.

105 Abbas vitiosus non cautus, non bonus, non humilis, non castus, non sobrius, non misericors, licèt monachi in eum consentiant, vt in c.si quis abbas.xviij.q.iij.

106 Episcopus vadens ad Imperatorem, vel ad eius curiam pro aliqua dignitate inconsulto Papa, & comprouincialibus.xxiij. q. viij. si quis Episcopus.& c.quo ausu.

107 Clericus iurans pensionem monachis augere, postea iurat Episcopo contrarium, vt in c. tua.de iureiur. ubi est casus.

108 Monialis simoniaca, siue in ordine, siue in beneficio, siue sibi subdita, siue Abbatissa, siue alijs prælata, vt in c.quoniam.de simo.

109 Recipiens alienum parrochianum iniuriosè ad missam.& pœnitentiam, siue alia ecclesia sacramenta, ut in c.placuit.de pœnit. dist. v. & de parr. per totum.

110 Clericus in sacris ordinibus constitutus & beneficiatus, aduocans indifferenter, id est citra casus à iure permissos, ut in c.j.§.fi.xv.q.ij.

111 Latronem ligatum interficiens, licet se defendens, ut in c.ij.de homici.& c.suscepimus.

112 Clericus incautè uerberans intuitu disciplinæ, si mors inde sequatur, ut in c.presbyterum. de homici. & xv. q. j. si quis non ita. & xxiij. q. iiij.qui peccat.

113 Princeps dissolutus, vel negligens in defensione patriæ, vel regni gubernatione, vt xv.q.vj. c.alijs.& hoc si est incorrigibilis, vt in c. Apostolicæ.de re iu.alias si simplex vel hebetis ingenij, ei dabitur coadiutor, vt in c.grandi. de excef. prælat.& in c.licet.de voto.& in c.frater. vij.q.j.

114 Translatus volens aliquid vendicare in personam ecclesiæ.xxj.q.ij.si quis iam.

115 Suspensus ex eo, quòd non probat opposita, si se ingerit in diuinis, perpetuò priuatur, & deponitur, ut in c. statuimus. de elec.

QVIS SIT EFFECTVS IRREGVLARITATIS.

QVAESTIO VIII.

De effectu Irregularitatis.

EFFECTVS irregularitatis est impedire, seu repellere hominem à susceptione ordinum, & ab executione diuini officij & beneficij, ex censura ecclesiastica, & inobedientia

tia proueniens secundum omnes. & de hac materia vide per B. Anton. in sua sum. i 2.3. ti. xxix. per totum. vel irregularitatis effectus est, quia reddit hominem indignum ad ordines suscipiendos, & in iam susceptis ministrandum, seu eos exequendum, vt supra satis diximus in diffinitione irregularitatis. Vel irregularitatis effectus est, quia reiicit hominem à regula Apostoli, secundum Lappum, vt supra dixi, sub rubr. vn de dicatur Irregularitas.

S V M M AE.

1 *Pontifex solus, an dispenset cum irregularibus illegitime natis, pœnitentibus, bigamis. &c.*

QVAESTIO IX.

Quis dispenset cum irregularibus.

De quæstione, videlicet quis dispenset cum irregularibus: Inno. in c. cum eterim. de re iudi. in vj. dicit, quòd cum irregularibus solus Pa-
1 pa † dispensat, & idem dixit videri de corp. vitiatis, & de illegitimè natis, & de pœnitentibus, & de bigamis. & dicit sic Ro. ecclesiarum seruare, quod credo intelligendum quo ad maiores, videlicet sacros ordines, & ad beneficia maiora, videlicet curata, & dignitates, personatus, administrationes, & canonicatus, tam in collegiatis quàm cathedralibus, sed ad minores ordines. & vnum simplex ordinatij dispensant, vt in c. j. & ij. de filijs presb. in vj. & sic seruatur. & de corp. vitiatis videtur tex. cum glo. in c. significauit. de corp. vitia. in uer. nostra, & tua. vbi Episcopus sua auctoritate dispensat, non tamen ad altaris ministerium.

S V M M AE.

1 *Irregularitas an tollatur per dispensationem. Et est de iure positiuo.*
2 *Dispensatio an concedatur in his, quæ sunt de iure diuino.*
3 *De infinito ad finitum non infertur.*
4 *Passiones huius sæculi non sunt condignæ ad futuram gloriam.*
5 *Papa an possit semper, & in omni casu uere pœnitentem, & clamantem audire, & secum misericorditer dispensare.*

QVÆSTIO X.

An per dispensationem tollatur Irregularitas.

1 Decimò quæro, an † per dispensationem tollatur irregularitas: dicendum est, quòd sic: quia omnis irregularitas vndecunque proueniat, siue causata sit, est de iure positiuo, secundum Inno. in c. ex tenore. & c. fi. de temp. ordi. vbi videtur hoc sentire. & per Doc. in c. nisi. de renunci. in §. personæ. & in c. ad audientiam. de homici. diximus etiam supra. de irregularitate. & dicemus infra de dispensa. Papæ, & de homici.

Cum igitur sit de iure positiuo, ius positiuum dicit, quòd eo ipso, quòd quis se deputauit obsequio Iesu Christi, omnis irregularitas aboletur & tollitur, vt est glo. in c. cum deputati. de iudi. arg. xix. q. vlt. non licet. & in authen. de monac. in princ. col. j. & Inno. in d. c. ex tenore. tenet, quòd vsque adeo irregularitas sit de iure positiuo, quòd pro quouis delicto etiam atroci, vel etiam homicidio voluntario, vel hæresi non incurritur irregularitas. & talia cõmittens, seu perpetrans, modo sit confessus suo sacerdoti, & gesserit pœnitentiam, vel partem eius, possit remanere in susceptis ordinibus, & ecclesiastica sacramenta ministrare absq; aliqua dispensatione. Et tunc sic, aut homicida est irregularis, quia homicida, aut quia delictum est publicum. si quia homicida, dicendum est, quòd siue sit delictum occultũ, siue publicũ, semp est irregularis: si verò quia delictum est publicum, tunc non est irregularis propter delictum, seu reatum homicidij, sed propter publicum, & non quia homicida: & tunc dicendum est quòd si semper homicida non sit irregularis, nunquam sit irregularis: quia idem semper est delictum, & reatus publicatus, licet alteret delictum, non tamen parit gravius peccatum, licet grauet illud peccatum. sed si irregularitas esset de iure diuino, etiam si proueniret ex causis supradictis, siue proueniret ex delicto occulto, siue publico, semper delinquens esset irregularis, sed omnes consentiunt, quòd si occultum non irrogat irregularitatem, ergo irregularitas etiam proueniens ex casibus supra dictis, nunquam est de iure diuino, & hanc credo esse mentem Innoc. ibidem tu bene pondera.

2 Præterea ea, quæ sunt de iure diuino, regulariter sunt indispensabilia, & sic irremissibilia, sed certum est (catholicè loquendo) quòd maior est
3 misericordia † Dei, quàm iniquitas hominũ, quia
4 de infinito ad finitũ nõ infertur, † & non sunt condignæ

dignæ passiones huius seculi, iuxta dictum Apostoli, ad futuram gloriam: & Deus semper peccantes in se, & ecclesia Dei ministra, nunquam claudit gremium redeuntibus. Dicerem Papam † pos-
5 se semper & in omni casu verè pœnitentem, & clamantem audire, & secum misericorditer dispensare, etiam ad altaris ministerium, & tollere & abolere omnem irregularitatis notam, & infamiã, & ipsum restituere ad primum statum innocentiæ: & secus dicere: videremur diffidere de misericordia Dei, & essemus similes Cain: & tenere contrarium huius conclusionis, sequeretur quòd maius esset vinculum irregularitatis, quàm excommunicationis, cum ab omni excommunicatione quis possit absolui à suo excommunicatore, & restitui parendo mandatis ecclesiæ, ab irregularitate verò nunquam in casibus supradictis, etiam pœnitendo. Nec obstat si dicatur, ꝙ excommunicatio fiat propter inobedientiam & contumaciam tantum, & parendo absoluitur. sed in irregularitate per homicidium non potest occurri ob impossibilitatem satisfaciendi. Et idem dicendum est in simoniaco in ordine, quia character simoniacè collatus, est impressus, in anima, nec actualiter deleri potest. Et si diceremus hominem non posse satis pœnitere, nec Deum parcere, nec Vicarium eius posse remittere, nimis durum esset: ideo tenendum est Papam posse dispensare super omni irregularitate vndecunque proueniente cum verè pœnitente, vt ibi tenetur Inno. quicquid dixerit Abb. Marianus, & alij tenentes, quòd irregularitas proueniens ex homicidio voluntario sit de iure diuino, quorum contrarium tenuit Host. in summa in titu. de homici. in §. fi. in §. cum voluntario autem. & latius dicam infra de homi.

SEQVITVR SECVNDA PARS PRINCIPALIS.

De dispensationibus in genere.

Qvia supra diximus de irregularitatibus, dicendum modo esset de impedimentis officiorum, & beneficiorum ecclesiasticorum, sequentes ordinem primæ rubricæ, & titulum tractatus nostri. Sed quia huiusmodi impedimenta veniunt discutienda sub suis titulis congruis, ideo proponemus de dispensationibus in genere, & successiuè in specie sub dictis titulis, in quibus, & ex quibus impedimenta tam ad ordines, quàm ad beneficia apparebunt, ponentes sub hac rubrica xxiiij. quæstiones principales, quæ reutes.

Quid sit dispensatio, & vnde dicatur.

SVMMAE.

1 *Dispensationis plures diffinitiones, & vnde dicatur.*
2 *Dispensatio est nomen æquiuocum plura significans.*

1 Ioannes de Deo in principio sui tractatus diffiniuit, dicens, Tene, quòd dispensatio est iuris relaxatio: vel dispensatio est diuersa relaxare, sicut nauigantes, qui quædam proiiciunt, ut cætera saluent: ut in c. dispensationes. j. q. vij. & §. nisi rigor. & ibi glo. in uer. ut plerisque. & in l. cum Titio. ff. de cond. & demonstr.

Bonaguida non diffiniuit.

Hostie. autem sic diffiniuit videlicet, Dispensatio est rigoris iuris per eum, ad quem spectat, misericors canonicè facta relaxatio. Et allegat §. nisi rigor. cum c. sequẽti. j. q. vij. & est §. requiritis. Item dixit, quòd est vulnus, quia ius vulnerat, vt xxiij. q. iiij. ipsa pietas. in fi.

Beatus Tho. 2. 2. q. lxxviij. art. 2. dixit, ꝙ dispensatio est quædam commensuratio distributionis, vel applicationis communis alicuius ad ea, quæ sub ipso continentur, per quem modum etiam quis dicitur dispensare cibum.

Petrus de Tarantasia diffiniuit, dicens quòd dispensatio est iuris communis cum cognitione causæ facta ab eo, qui habet ius dispensandi, relaxatio.

Ioannes Theutonicus glossator, in c. requiritis. j. q. vij. in verbo, vt plerisque. posuit hanc eandem diffinitionem, addens, quòd dispensare est diuersa pensare.

Spec. posuit duas diffinitiones in dicto titulo de dispensatione.

Prima, Dispensatio est prouida iuris communis relaxatio, vtilitate seu necessitate pensata.

Secunda, Dispensatio est rigoris iuris per eũ, ad quem spectat canonicè facta relaxatio.

Baldus in addi. Spec. vbi supra diffiniuit dicens, Dispensatio est rigoris mitigatio, vel pœnalitatis moderatio per habentem auctoritatem, facta suadente publica vtilitate, vel alia rationabili æquitate, quam lex ciuilis indulgentiam vocat.

Concilium autem Meldense aliter diffiniuit, vt colligitur ex tex. c. tali coniugio. j. q. vij. Videlicet, Dispẽsatio est recessus à bono, pietate suadente, necessitate pulsante, vtilitate blandiente, euidenti meritorum prorogatiua cõmendante.

2 Dispensatio † tamen interdum dicitur declaratio,

claratio, vt habetur in c. Quis... illis. de iureiu. & c. etsi Christus. eo. ti. & c. ij. de torneamēt.

Si tamen medullitus has diffinitiones attendimus, omnes ad idem tendunt; sequar tamen diffinitionē Ioan. glo. & Petri, tanquam pleniorem.

Prima itaque & secunda pars huius diffinitionis probatur in dicto c. dispensationes. j. q. vij. dispensationes enim rerum non nunquam cogunt pats quidem à debito rigore quosdam soris eijcere, vt maius aliquid lucri lucrifaciant. Sicut ij, qui mare nauigant, tempestate vrgente, nauique periclitante anxiati, quædam exonerāt, vt cætera salua fiant: ita & nos cum non habemus saluandorum omnium negociorum penitus certitudinem, despicimus ex his quædam, ne cunctorum patiamur dispendium.

Et pro hac ratione, quæ fuit Cirilli, bene faciunt, quæ leguntur Act. Apost. xxvj. ibi, Et tertia die iactum fecerunt. Et ibi, & tertia die suis manibus armamenta nauis proiecerunt, & ibi, Satiati cibo, alleuiarunt nauem iactantes triticum in mare. ij. Ionæ. j. & sic. Dispensatio debet fieri cū causa. Ideo Inno. in c. cum inter, de renunci. in fi. dicit, quòd dispensatus sine causa, etiam à Papa, non est tutus, vt latius dicam infra, de dispensatione Papæ, in fine.

Dispensatio quandoque dicitur mutilatio iuris, vt in c. & si illa. j. q. vij. ibi, alioquin. n. pro necessitate, vel vtilitate ecclesiæ mutilantur, & laxantur præcepta canonica.

Quandoque dispensatio dicitur vulnus, quandoq; misericordia: vt not. Spec. in princi. eo. tit. quandoq; dispensatio dicitur pensatio, quia qui dispensat, debet ponderare, quid expediat, an veritatem misericordiæ præponere, an rigorem mansuetudini anteferre, vnde Gregorius in moralibus, lib. xx. in quarta parte. xj. c. ait, omnis qui iustè iudicat, stateram in manu gestat, & in penso iustitiam & misericordiam portat, & transumptiuè in cap. omnis, qui iudicat. xlv. dist. & idem dixit Isido. j. lib. etymolog.

Tertia verò pars huius diffinitionis ibi, ab eo qui ius habet dispensandi, probatur per tex. in c. fin. de schismat. ibi, ab ea persona, quę super hoc potestatem habuerit dispensandi; & in c. ad nostram, de consuet. ibi, cum sententia, à non suo iudice lata, & in l. fi. C. si à non compet. iud. & pro infecto habetur, quod fit ab ea, quæ de iure facere non potest, vt in c. quod autem. de iu. pat. & nulla maior est nullitas, quàm quæ resultat ex defectu iurisdictionis, vt not. in c. cum dilecta. de rescrip. & de appel. & in cle. vt calumnijs. de re iud.

Et Rota per Egid. decis. 343. & ex his habemus quid sit, & vnde dicatur dispensatio.

S V M M AE.

1 *Dispensatio vnde habuerit originem.*
2 *Dispensatio sola misericordia introducta est.*
3 *Et aliquo iure peti non potest.*

Vnde habuerit ortum dispensatio, & vbi, & quando, à quo, quo tempore, in quibus, & quanto, & quo iure dispensatio habuit ortum à Deo.

1 HABVIT autem ortum dispensatio secundum Ioannem de Deo ab ipso Deo: nimirum ergo, si homines dispensant cum hominibus, cum ipse Deus ex sola misericordia dispensauerit cum homine, ponens ipse Io exempla in creatione primi hominis, sub cuius dominio & pedibus omnia subiecit, iuxta illud propheticum, Omnia subiecisti sub pedibus eius, Psal. viij. & idem dixit Spec. in princip. huius tit. ibi, originem autem traxit cum sequentibus, quæ omnia ad literam fuerunt ipsius Io. quem tamen Spec. non allegat. habuit ergo ortum à Deo in paradiso deliciarum, plasmato primo homine in ipso homine ex misericordia, de quo plenius dixit beatus Tho. ij. ij. q. lxiij. ar. j. & per totam illam, & duabus sequentibus. qq.

Si sola autem misericordia dispensatio introducta est
2 † sequitur quòd non est ius, nec aliquo
3 iure peti potest † sed est potestas data à iure, vt dicit Tarantasiensis: pro quo allego dictum Apostoli ad Corinthios viij. ibi, Nobis credita est dispensatio, & tex. in c. dispensatio. xlviij. dist. & in c. priuilegia. xxv. q. ij.

Quidam tamen dicunt, quòd dispensatio est ius. Ray. verò in sua summa dicit, quòd est actio in dispensante à iure data: in dispensato verò dicitur passio, & est ius priuatum, & allegat tex. in c. in adolescentia. & c. intersectores. xxxiij. q. ij. Spec. dicit, quòd vbi est debita, ibi est ius: dum autem est prohibita, tunc non est ius, sed dispensatio iuris, vbi autem est permissa, non est ius, sed misericordia. Io. glossator in cap. dispensationes. j. q. vij. tenet, quòd non est ius. Vgutio tenuit contrarium, quòd imò est ius, pro quo videtur esse argu. in c. de incestis. xxxv. q. iij. & ibi glo. in verbo, constituta. Crederem posse dici quòd vbi est ius, ibi non sit necessaria dispensatio, sed dicas, quòd loquitur post impedimentum occursum, inducens dispensationem.

SVMMAE.

Quæ sint causæ dispensationis, & quæ in dispensatione considerenda sunt.

DISPENSATIONIS causæ tot esse possunt, quot sunt casus dispensandi: sed ex auctoritate Isidori, de qua in c. sciendum est.xxix. dist. dicentis, sciendum est, quòd pleraq; capitula, ex causa, ex persona, ex loco, ex tempore consideranda sunt, possumus dicere
1 plures esse causas, & plura consideranda esse, de quibus quindecim adducemus exemplificando.

Et primò causa personarum, videlicet multitudinis seu vniuersitatis.

Causa personæ.
Aetas.
Locus.
Tempus.
Pietas.
Necessitas.
Religio.
Vtilitas ecclesiæ.
Scandalum.
Futurum bonum.
Maius bonum.
Euentus rei.
Discretio.
Misericordia. & ex his quindecim alias facilius elicere poterimus. Sed de ijs primò vide Sanctum Tho.ij.ij.q.lxiij.art.ij.

Causa itaq; personarum, vbi multitudo peccasset, vel deliquisset: vbi enim multorum strages immineret, detrahendum est aliquid seueritati, vt scribit Augustinus ad Bonifacium, & transumptiuè in c. vt cōstitueret. L.dist.in fi.ibi, in huiusmodi causis, vbi per graues distensionum scissuras non huius, aut illius hominis periculum, sed populorum plurimorum strages iacet, detrahendum est aliquid seueritati, vt maioribus sanandis malis charitas sincera subueniar: multitudo enim insimul peccantium facit peccatum impunibile, dixit Goffr. in summa de temp.ordi.in viij.col.circa fi. Vbi ponit versus dicens, *Ob populum multum crimen pertransit inultum.* & gloss. in cap.j.de tempo.ordi.

2 Persona, dupliciter consideratur: persona videlicet secundum statum, vel secundum ætatem. primo casu circa sublimes, & literatas personas, aliquando fit dispensatio, quæ non fit circa alias, vt iussit concilium generale, de quo in c.de multa. de præben. merita enim personarum, multum iuuant ad dispensationem obtinendam, vt probat tex. in c.ionotuit.de elec.in fi. ibi, eundē magistrū propter prærogatiuam meritorū, &c. ex quibus verbis datur intelligi, quòd sola meritorum prærogatiua est sufficiens causa ad inducendum dispensationem, licet non concurrat necessitas, aut euidens vtilitas. & hoc elicio ex not. per Abb.in dic. c.innotuit.in iij. col. ibi. Item, nota principaliter, quòd illegitimus potest dispensatiuè promoueri ad Papatum ex sola meritorum prærogatiua absque causa compulsiua, pro quo allego tex.in terminis in c. presbyterorum filios. lvj. distin. in fi. vbi plus dicitur, quòd etiam summi Pontifices fieri possunt: & sic videtur, quod in dispensationibus fit locus exceptioni personarū, de quo plenè dixit beatus Tho.ij.ij.q.lxiij.ar.ij. & per totam illā q.

3 An autem in pœnis imponendis attendatur qualitas personæ: dicas etiam, quòd sic, vt est tex. & glo.in c. qui contra ecclesiæ.xxiiij. q.j. in verbo, ignobile. Et quia supra secundum beati Thom. diffinitionem, dispensatio est quædam cōmensuratio distributionis, perquem modum dicitur quis dispensare cibum. Beatus Augusti. super epistolam Ioannis dicit, quòd nobilibus & delicatis liceat vti cibis delicatis, & preciosis pauperes verò vtantur vilioribus. de quo tran-

sumptiuè habetur in c. non cogatur.xlj. dist. bene faciunt not. in l.nemo.C.de offi.magi.offi.in tex.ibi,in his gradibus cęteros antecedat: quem stipendia meliora, aut labor prolixior fecerit anteire. bene facit tex. in c. statuimus. de maiori. & obed.vbi gradus designantur.

Item persona ratione meritorum, vt in Ambrosio & Martino, qui adhuc cathecumini, & Augustinus neophitus, fuerunt electi in Episcopos. Et Nicolaus & Seuerus adhuc laici, ad Episcopatum vocati fuerunt, vt de Ambrosio habetur in c. Valentianus.lxiij.dist. & de eodem Nicolao, & Ambrosio, ac Seuero habetur in c. statuimus.in versiculo contra.lxj. distin. de Augustino habetur in c. non autem. vij. q. j. cum tamen tales promoueri non possint, vt lxj. distin. per totum.

4 Aetas autem in dispensatione dupliciter considetatur, videlicet an senilis, aut iuuenilis. In senili etiam distinguitur, videlicet aut in senili senio, aut in decrepitate. In iouenili, aut perfecta, aut proxima adolescentiæ, in primo casu senium non est in consideratione in delictis, quã sit in vitis, immo grauius senes puniendi sunt,

5 cum cæteris sapientiores esse debeant, & præsumantur pro eis, vt dicit tex. in c. porrò. quòd est fi. lxxxiiij. dist. canicies hominum sapientia

6 est, & canicies prudentiam designat, vt ibi: &

7 quanto morti propinquiores sunt, tanto debent esse puriores, vt in c. tanta nequitia. lxxxvj. dist. & c.tanta nequitia.j.q.vij. Et senium accusantium Susanoam nil senibus profuit, quia lapidati. Daniel xiij. Aut in decrepitate, & tunc si est sine sensu, non est in consideratione, quia talibus interdicta est bonorum administratio, & testamenti factio, vt not.in l.senium.C.qui test.facere possint. Vbi not.quòd sequestratus à communi vsu hominum ob senium, non habet testamenti factionem, cum æquiparetur mente capto: si tamen adhuc spiraret, secus, vt in c. tãta.j.q.vij. in fi.à contrario sensu. Si verò in iuuenili, dicas vt dicit tex.in c.pœnitentes.in vers.iuuenibus.L. dist.& in c.in adolescentia.xxxiij.q.ij.& idem dicas de proximis adolescentiæ, cum talis ætas prona ad malum sit, vt dicit tex.in c.j.xij.q.j.

8 Locus loci enim ratione & propinquitatis, vel distantiæ aliquid conceditur & statuitur, quod aliter non statueretor, seu concederetur, vt in c.ad audientiam. de eccle. ædi. el j. & in c. cum longè.lxiij.dist. & in c. pudenda.xxiiij.q.j. & in c.non loca.xl.dist.& glo.in c.j.xxxij.q.v. vt in Alemania, vbi propter carentiam olei ob distantiam loci, vbi oleum nascitur, ecclesia tolle rat, quòd incolæ tempore quadragesimali vtantur lacticinijs, & hæc est tacita dispẽsatio, quàm potius corruptelam credo; cum sicut ibi est copia maluatici, & optimi vini abundantia, ita & olei esse possit. De tacita dispensatione dicam infra, in fine operis.

9 Tẽpus.pone exemplum in c.quidam.xxv.q.iij. vbi Anglicis ad fidem nouiter conuersis concessum fuit, vt coniungerentur in quarto gradu.& Gelasius ratione temporis vocauit monachos,& laicos promouit ad regimen animarum, ut legitur in c.requiritis.j.q.vij.& c.sequenti.

10 Pietas ut in c.j. & ij. de cler. pugnan. in duel. & in c.ipsa pietas.xxiij.q.iiij.

11 Necessitas.ut in c.necessaria. j. q.vij.cum duobus c.sequentibus.& tunc necessitas est, cum ecclesia indiget ministro, & nullus alius est idoneus: quia tunc fit dispensatio, vt etiam proximè supra dixi de Gelasio.Sed hodie hæc necessitas cessat.

12 Religio quandoque inducit dispensationem, vt in c. si quis diaconus. L. dist.

13 Vtilitas ecclesiæ.vt not. in d. c. necessaria. & c. dispensationes. & c. sequenti. j.q. vij. exigit nanque vtilitas ecclesiæ, vt de ministris minus idoneis vrgente necessitate prouideatur, ut in c.tali coniugio.j.q.vij.

Vtilitas & necessitas interdum æquiparantur in dispensationibus, ut in c. statotum.in §. insuper.in vj. faciunt not.in c. post translationem de renunci. & in c.j.de rebus ecclesiæ non alienandis.in vj.

14 Scandalum. quia propter scandala euitanda multa tollerantur, quę aliàs repellerentur & cor rigerentur, vt dicit beatus Tho. ij.ij.q. xliij.art. primo, & in quarto.di. xxviij.& not.in c. peruenit.xcv.dist.& in c.nisi cum pridem.in §.pro eui tando.& in c.cum ex iniuncto.de renunc.& in c. cum quisque.xxiij.q.iiij.vbi est bo. glo. & tex.in c.nihil cum scandalo.de præscrip.& c. ad aures. de tempor.ord.& l.si quis filio.§.hi quoque.& §. sequenti.ff.de iniusto rup.& irr.test. & per Hostiensem in summa, de renunci.in §. fi. in versic. est autem scandalum, & not.in cle.j.de offi.ord. & per Io. An.& alios in c.j.de offi. dele. in vj. in verbo, scandali.& in c.cum teneamur.de præbẽ. & glo. in c.ij. de præscrip. & est glo.penult.& in c.qui scandalizauerit.& l.si oleum.ff.de dolo. & in l.çquissimũ est.de vsufruc. & Inno. & Hosti, in c.in præsentia.de probat. & in c. super eo. de cogna.spirituali.& in c.hi, qui vel propria teme ritate. in fi.j.q.vij.quòd sicut scãdalum dat causam dispensandi, sic & dispensationem prohibẽ di, vt not.in c.j.de apostat.

15 Euentus rei. pone exemplum positioni in dicto cap.tali coniugio. j. q. vij. in §. pro euentu. cum quatuor can. sequentibus vsque ad c. & si illa. & in iam factis facilius dispensatur, quàm in faciendis, vt not. in cap. quotquot. & in c. impudicas, & cap. virginis sacris. xxvij. q. j. & in cap.decernimus. xxviij. distinctio. & not. in c.

in c.quemadmodum.de iureiur.& in c.aqua benedicta.de consecra.ecclesiæ.& in c.fi.de diuortio. & in c.cum hæret. de eo, qui dux. in matri. quam pollu.per adult.& in c.quia circa.de consangui.& affi.vbi not. quòd proles iam suscepta inducit causam dispensandi.

16 Maius bonum vt in dicto c.dispensationes.j. q.vij. & in c. quædam lex. & in c. quod scripsi. xxxv.q.iij.

17 Futurum bonum.pone exemplum, vt dispenser cum hæreticis,vt alij facilius conuertantur, vt not.in d.c.ipsa pietas.xxij.q.iiij.

18 Discretio quoque in dispensationibus est attẽdenda,vt no.in c.nisi cum pridem.in §.personę. de renunci. & ibi Cardinalis in iiij.col. & in c.j. de ordi.ab Episcopo, qui renuncia. Episcop. in ij.col.

19 Misericordia.supra, vbi de origine dispẽsationis tractauimus, diximus quòd ex sola misericordia dispensatio introducta est, & sic dispensatio est ipsa misericordia. & vbi vnum propter aliud, illud quoque magis, ait Aristot.in iiij. Topi. misericordia enim est maxima virtutũ, secũdum Tho.2.2.q.xxx.ar.iij.& iiij. & de commendatione misericordiæ, vide not. in l. Imperialis. C.de nup.& in l. fi. C.de donat.inter virum, & vxo.& in l.obseruãdum.ff.de off.prætor. & viij. q.j.in c.clemens.& in c.alligant.xxvj.q. vij. & in c.disciplina.xlv.dist.cum c.sequenti.& in c.ponderet.L.dist.& in c.non satis.lxxxvj.dist. & in c. est iusta. xxiij.q.iiij.& c.non potest. ea.causa, & q.in his locis de misericordia,& eius virtutibus habetur, de qua etiam aliquid dicam infra proximè, vbi tractabimus de dispensatione iudicum, sæcularium in suis sententijs etiam criminalibus: quilibet enim ad misericordiam tenetur ex præcepto Dei,& ecclesiæ, vt lxxxvj.dist.nõ satis, & Matthæi ix. Misericordiã volo, non sacrificiũ. Suauis est dñs vniuersis ex miseratione eius super oĩa opera eius. Ps.cxliiij.& Mat.vj. Beati misericordes, c.vbi beatus Th. in cathena aurea dicit, ꝙ misericordia,& iustitia cõiũctæ sunt, vt altera ab altera debeat tẽperari. Iustitia enim sine misericordia crudelitas est. Misericordia sine iustitia dissolutio. Et dicitur misericordia, quasi habens cor miserum de proximi sui oppressione, secũdum beatum Tho.ubi supra. nec ob. præmissis, quæ dixit idem S. Tho. 2. 2. xxx. q. arti. j. in princip. videlicet quòd culpa & peccatum non debent esse prouocatiuum ad misericordiam, sed magis ad indignationem: quia idem respondit ibidem ex auctoritate Augustini, lib.ix. de ciuitate Dei dicentis, Misericordia est alienę miserię compassio, vt supra. & Cicero in laudibus Cæsaris ait, Nulla de virtutibus tuis nec admirabilior, nec gratior est misericordia. Misericordia domini, plenitudo virtutum est, lxxxvi. dist. in singulis, & per totam illam dist. Misericordia domini plena est terra, Psal. cij. Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Psal.c.

Pro conclusione demum causarum dispensationem inducentium, possumus facere regulam, videlicet quòd vbicunque iusta causa est, illa est consideranda, an dispẽsationem inducat: quam si adducit, debita est, quia regulæ sanctorum patrum pro tempore, loco, & persona, & negocio, instante necessitate traditæ sunt, vt Inn.dicit in c.sciendum est.cum c.sequenti, supra in principio allegato, & in c. non debet. de consangui.& affi. & beatus Hierony. in Epistola ad Ephe.ait, necesse est, vt iuxta diuersitates temporum, locorum, & hominum, quibus diuersæ scripturæ factæ sunt, diuersas causes, & argumenta, & origines habeant: & quomodo beatus Io.in Apoca.scribens septem ecclesijs, in vnaquaque earum, aut specialia, aut vniuersalia vitia reprehẽdit, vel virtutes probat. & Aposto. per singulas ecclesias vulneribus medetur illatis diuersis medelis, & non instar imperiti medici, qui vno collirio omnes morbos vult curare, hęc Hieronymus. sic in dispensationibus non potest dari certa doctrina, sed discretus Iudex circunstantijs diligenter consideratis dispensabit, vt dixit Gelasius in c. necessaria.j.q. vij. supra alleg. necessaria enim rerum constringimur, & Apostolicæ sedis moderamine conuenimur si canonum paternorum decreta liberare, vt ea quę præsentium temporum in restaurandis ecclesijs relaxanda deposcit, diligenti consideratione, quantum fieri potest, temperemus.

De diuersitate dispensationum. Dispensationum enim tria sunt genera: quædam enim dicitur debita, quædam permissa, & quædam prohibita. Et harum, quædam magna, & quędam maior, & quędam maxima: de vnaquaque ideo videndum est. Et primo.

Quæ dispensatio dicatur debita.

S V M M AE.

1 *Dispensatio debita quando dicatur.*

2 *Verbum præcipere, importat necessitatem.*

3 *Episcopus, vel superior, an peracta pænitentia teneatur de iuris necessitate dispensare.*

DEBITAM autem disp...ationem dicas vbicunque occurrit iusta causa, de quo satis supra proximè diximus: dicas tamen, quòd nunquam est debita in patiente, quòd nullo iure cauetur, quòd detur actio, nisi vt di-

xit supra Spec. in §. j. de dispensa. & Feder. de Sonis, disputatione, siue consilio suo xxx. incipi. an capitulum se. vac. in j. col. nec peti potest aliquo iure, sed dicitur debita in prælato, qui tenetur opportunè occurrere & prouidere occurrentija ecclesiæ subditorũ, vt in exemplia supra positis per c. vt constitueretur. L. di. in fi. & in c. domino sancto. ibi, illos ad pristinum statũ redire canones præcipiunt. & idem dicitur in c. si quis diaconus, & in c. dispensationes. j. q. vij. & in c. noli, in fi. xxij. q. j. & bona glo. in c. miror. L. di. in fi. & verba canonis præcipiunt, & stant iussiuè, & dispositiuè, vt not. in cle. fi. de censi. in glo. in verbo, iubemus. & in c. quod præcipitur. xiiij. q. j. quinimmò facere cõtra, est mortale, vt ibi per Cardin. quia verbum præcipere, importat necessitatem, vt not. in c. Raynutius. de testa. & not. in cle. j. de reliq. & ven. sanc. in verbo, iubemur. & Doc. in cle. cum sit nimis. super verbo, præcipimus. de magist. & glo. in c. cum aliquibus. de rescrip. in vj. & not. in l. sæpe. de offi. præsid. & hoc modo dispensatio dicitur debita in agente, nunquam autem in patiente. Mortale dixi propter inobedientiam. ita Cardin. in clem. j. in §. ideoque. de reliq. & ven. sanct. quia prælatus recusans dispensare stante rationabili causa, dicitur peccare mortaliter, vt per Card. vbi supra, & aliqui dicunt, quòd hoc casu negante Episcopo dispensare potest adiri metropolitanus, vel alius superior, per not. in c. nullus. de iu. pat. & in præalleg. c. vt cõstitueretur L. dist. & in c. erigunt. j. q. vij. Præmissa videntur intelligenda, etiam ante peractam pœnitentiam, & esse inferendum, quòd multo magis peracta pœnitẽtia.

Ideo quæro vtrum peracta pœnitentia Episcopus, vel superior teneatur de iuris necessitate dispensare, adeo quòd eo casu dispensatio sit debita, & propterea competat actio causa subsistẽte dispensandi, dicit Ant. de But. in c. at si clerici. in §. de adult. & alij post eũ, & præcipuè Andreas Siculus, quòd in hoc datur officium iudicis, non autem actio: quo officio implorato si non dispensat, peccat, & iniuriam facit: si autem post peractam pęnitentiam dispensatio sine causa petatur, non est impedienda de necessitate, quia non est debita agenti nec patienti, sed permissa, & si impeditur, est gratia. sed primo casu est debita, & tunc non est ius, cum sit executio iustitiæ. vide But. vbi supra in versi. secundò ex parte personæ.

S V M M AE.

1 *Dispensatio quomodo dicatur permissa.*

Quæ dispensatio dicatur permissa.

1 PERMISSA dispensatio, quam arbitrariam appellamus, est vbi in iure fit prohibitio, cuius moderatio relinquitur arbitrio superioris, de quo in c. si quis presbyter. L. dist. quod etiam intelligo vsquequaque verum, quòd etiam procedat inuito accusatore, vt ibi tenet Archidia. & ibi idem tenet do. Præpositus post eum, qui dicit ibi esse casum, quòd Episcopus non potest dispensare, nisi in casibus sibi à iure permissis. licèt glo. ibi videatur sentire contrarium, de quo latè dicam infra de dispensatione Episcoporum, referendo dicta scribentium, & præcipuè Spec. de dispens. in §. quot sunt species dispensationum. in ij. col. in ver. permissa autem dici potest.

S V M M AE.

1 *Dispensatio quomodo prohibita dicatur.*

Quæ dispensatio dicatur prohibita.

PROHIBITA dispensatio dicitur, vbi non subest rationabilis causa dispensandi, vt not. in c. tab coniugio. j. q. vij. & in c. innotuit. de elec. quod intelligo etiam locum habere in Papa, dispensante sine rationabili causa, per ea quæ dixit Inno. in c. inquisitioni. de sen. exco. & Io. An. in c. innotuit. de iudi. & Abbas c. de multa. de præben. & Barbatia latissimè in c. at si clerici. in §. de adult. de iudi. post Butr. vide glo. in c. requiritis. in verbo, ut plerisque. ij. q. vij. quæ autem dicatur rationabilis causa, non potest dari certa doctrina, sed sufficiant exempla supra posita sub quæstione, quę sint causæ dispensationis: & de prohibita dispensatione, dicam latius infra, sub tit. de dispensatione Papæ. Quæ dispensatio dicatur magna, quæ maior, & quæ maxima, dicam alibi.

S V M M A E.

1 *Rigor, Ius, et Dispẽsatio, inter se differũt, et quomodo.*

In quo differant ius, rigor iuris, & dispensatio.

SPec. in tit. de dispensatione. §. j. ver. notandũ est, quòd aliud est rigor, latius declarat has differentias. sed tu breuius dicas, quòd differunt vt genus, & species, quia ri-
2 gor† est species iuris cũ excessu, ex quadã seueritate, & pro hoc rigore Spec. vbi sup. ponit exempla de eo, qui defecit in accusatione clericorum,

et

& in illis, qui in testamēto presbyterum filio in tutorem nominauit. Dispensatio autem est totum contrarium in oppositum iuris, & rigoris iuris, cum sit vtriusque relaxatio, vt supra dixi, & not. in dicto cap. ipsa te pietas. circa finem. ius enim recta via transit inter vtrunque, videlicet inter rigorem & dispensationem. est enim ius ars boni & æqui. ff. de iustitia & iure. l. j. pro verificatione diuersitatis prædictorum Spec. al legat tex. in c. si quis Episcopum. ij. q. iij. & text. in c. neque apud altare. lxxxviij. dist. dicas tamē quòd rigore non vtimur, nisi vbi timetur exemplum mali, vt in c. sed illud. Rigor tamen aliquando sumitur pro subtilitate iuris, vt in c. literis. de resti. spolia. Sed tu vide glo. in c. vt constitueretur. l. dist. in verbo detrahendi, quæ bene declarat has differentias.

S V M M Æ.

1 *Dispensatio, an sit delegabilis.*
2 *Dispensatio, an veniat in generali mandato legatorū.*
3 *Dispensatio est, instar restitutionis in integrum.*
4 *Legatus à latere potest in omnibus casibus dispensare, exceptis in reseruatis Pontifici.*

De delegatione dispensationis.

1 VIDENDVM modo est, an † dispēsatio sit delegabilis; & videtur dicendum, quòd non, per tex. apertum in c. fi. in §. fi. de offi. deleg. vbi dicitur, salua legatorum sedis Apostolicæ auctoritate nulli, cui commissum fuerit prædicare crucem, vel absoluere aliquos dispensare cum irregularibus, vel iniungere pœnitentias liceat, hoc de cætero alijs demandare, quia sibi non iurisdictio, sed certum ministerium potius committitur in hac parte.

Sed in contrarium videtur tex. in c. fi. de offi. ordi. pro solutione notādum est, quòd duæ sunt regulæ in dictis iuribus, seu capitulis: prima, ꝙ vbi ex officio competit dispensatio alicui, potest eā alteri delegare, vt in d. c. fi. de officio ordi.

Secundò, quòd vbi hoc ex delegatione competit, non potest subdelegare, & fallit hęc regula in legato sedis Apostolicæ, vt dicit dict. tex. in c. fi. de offic. deleg.

Credo tamen quòd vbi committitur dispensatio cum causæ cognitione, puta cum clausula, si præmissa vera esse repereris, vel incontinentiæ paternæ non fuerit immutator cum filio presbyteri, vel cum alia clausula requirente causæ, vel rei cognitionem, vt vocatis vocandis, quòd tūc sit delegabilis, quia non videtur nudum ministerium, sed causæ cognitionem sensisse Innoc. & Hosti. in d. c. fi. de offi. deleg.

Aliqui verò tenebant contrarium, de quo vide Rotā in collectis per Bisognetū in tit. de offi. vic. decis. iij. incipi. Episcopus instituit vicariū, in ij. col. ibi, secunda quæstio est, vbi omnino vide: ideo ad huiusmodi hęsitationem tollendā, hodie officium pœnitentiariæ commissiones dispensationum dirigunt episcopis ordinarijs, vel eorum vicarijs, & officialibus in spiritualibus generalibus.

Sed quæro, de quibus legatis intelligatur hoc, videlicet an de omnibus legatis, etiā natis, an verò de Cardinalibus legatis de latere tantùm. credo, quòd loquatur de Cardinalibus, tanquam prærogatiuatis à iure. per tex. in c. j. de offi. deleg. in vj.

2 Vlterius quæro, an † in generali mandato legatorum veniat dispensatio. videtur dicendū, quòd sic, per tex. & ibi glo. in c. quæ de causa. ij. q. v. quæ arguit ad vtranque partem, & concludit affirmatiuè: sed contrarium videtur colligi in c. quòd translationem. de offi. lega. vbi not. quòd ea, quæ in signum singularis priuilegij sunt tantum Ro. Pontifici reseruata, non transeunt cum generali legatione.

3 Præterea dispensatio † est instar restitutionis in integrum, quia reponitur non integrum ad integritatem, vt dicit tex. in c. si quoniam pœnituerit. ij. q. iij. in fine. sed talis restitutio non venit in generali mandato, vt not. in l. aliud. ff. de minor. in fi. ergo nec dispensatio.

4 Sed dicas, quòd legatus † de latere in omnibus casibus potest dispensare, illis exceptis, quæ soli Papæ reseruati sunt per text. in c. nuper. de sent. exc. ibi, quia tamen conditor canonis absolutionem sibi specialiter non retinuit, eo ipso concessisse videtur facultatem alijs relaxandi; & ita tenuit Bar. Brix. in sua glo. in dic. c. quæ de causa. ij. q. iiij.

Quid autem de nuncijs Apostolicis: dicas, ꝙ tantum possunt, quantum sonant eorum indulta, & non vltra, vt latius infra dicam sub rubrica de Dispensat. legat.

S V M M Æ.

1 *Lex diœcesana, & lex iurisdictionis differunt, vt species, & genus. & 2.*
3 *Quarta canonica, & aliæ prælationes, quę debentur diœcesano, an dicantur deberi iure diœcesano, vel iure iurisdictionis.*
4 *Dispensatio an sit de iure diœcesano, vel iurisdictionis.*

An dispensatio sit de lege diœcesana, an de lege iurisdictionis.

DISPENSATIONEM de lege iurisdictionis, non autem diœcesana esse dicendum videtur, cum etiam simplices sacerdotes, & etiam laici dispensent, ut infra in iiij. parte dicemus: vbi

tractabimus de dispensatione simplicium sacer-
dotum, & de dispensatione patris familias, & ma
riti cum vxore, & vxoris cum marito. & de di-
spensatione Imperatoris & aliorum Principum
secularium, dominus Cardinalis Zaba. in c. di-
1 lectus. de offic. ord. in princ. dicit, quòd † lex diœ
cesana, & lex iurisdictionis differũt, & lex iudica
ta in vna, non obstat in alia agenti, ut ibi in ij. col.
in versi. quæro in eo, quòd hic lex iurisdictionis,
& lex diœcesana. Vbi tandem concludit, quòd
non potest dari certa doctrina, an & quando ali-
quid dicatur spectare lege diœcesana, uel iurisdi
ctionis. sed quia tex. in dicto c. dilectus, facit aper
tam differentiam inter has leges: posset dici, quòd
lex diœcesana est illa, quæ debetur Episcopo, qua
tenus est diœcesanus, non considerato quatenus
est ordinarius in diœcesi.

Vel potest dici, quòd quia monasteria sunt
exempta à lege diœcesana, ut ibi dicit glo. in ver
bo, Lege iurisdictionis, quæ latè examinat hanc
materiam, & sic posset in hoc notari diuersitas.

Quomodo, & qualiter possit considerari lex
diœcesana à lege iurisdictionis differo.

Inno. tamen in d. c. dilectus. dicit, quòd non
est dare, nisi vnam legem, videlicet diœcesanam,
& sub illa comprehenditur totum ius episcopa-
2 le, & etiam lex iurisdictionis, & sic † lex diœcesa
na, & lex iurisdictionis differunt, vt genus & spe
cies, de quo vide etiam per eundem Inno. in c. j.
3 de sta. mona. ubi ponit, & enumerat † quæ sint de
lege diœcesana, & quæ de lege iurisdictionis.

Sed hoc tenendum est, quòd quarta canonica
& aliæ prælationes, quæ debentur vt diœcesano,
debentur iure diœcesano, vt tenet etiam tex. &
glo. in c. cum pro vtilitate. xvj. q. j.

Sed glo. summę. x. q. j. magis clarè loquitur, di
cens, quòd lex diœcesana consistit in recipiẽdo:
lex autem iurisdictionis in conferendo. quando-
que tamen lex diœcesana comprendit etiam le-
gem iurisdictionis, vt supra dixi, & not. in c. audi
tus. de præscrip.

Ad quæsitum ergo nostrum Io. An. in c. cũ ex
4 eo, de elec. in vj. in nouel. ex præmissis dicit † di-
spensationem esse de lege iurisdictionis, per not.
in c. ex transmissa. de translat. prælat. & in
cle. j. de rescrip. in glo. & allegat etiam illam glo.
summæ. & in clemen. quamuis. de foro compet.
& Io. An. vbi supra, dicit, quòd si Episcopus Bo-
non. habet collationem beneficij in diœcesi Mu
tinensi, iure præscriptionis ipse dispensabit circa
illud beneficium, & non Episcopus Mutinen. &
sic respondi aliàs domino Galesio Episcopo Bel
lunen. qui habet collationem parrochialis eccle-
siæ de Musoleto, in diœcesi Triuisana. & hanc
cõclusionem refert & tenet And. Siculus in c. at
si clerici. in §. de adul. xvij. col. in principio, vbi
latè.

S V M M AE.

1 *Dispensatus restituitur in integrum, & redditur ap-*
tus, & legitimus ad ea, super quibus fuit dispen-
satus.
Accusatio in occultis, an procedat etiam post pœni-
tentiam.
Duellum est crimen publicum: & quomodo absolui
possit.
2 *Delictum si sit occultum, non indiget dispensatione.*
3 *Obtinens beneficium, uel electus, uel promotus, si tem*
pore adeptionis electionis, uel promotionis, aut
quandocunque committat delictum, quantumcun-
que occultum, non potest illud possidere, nec in eo
ministrare; & quando hoc habeat locum.
4 *Dispensatio specialis requiritur ad puritatẽ cõsciẽtiæ.*

De effectu dispensationis.

DISPENSATIONIS effectus est secun
dum Inno. in c. pastoralis. de causa
pos. & propriet. in verbo renũciatũ,
in fi. quæ in hoc secutus est do. Præ
positus in c. super eo, de condi. ap-
po. in iij. col. post principium. quod facit impos
sibile, possibile, quia dispensatus restituitur in in
tegrum, & redditur aptus & legitimus ad ea, su
per quibus fuit dispensatus, sicut erat ante incur
sum impedimentum, vt not. in c. ex diligenti. de
simo. & in c. si quem pœnituerit. ij. q. iij. adde quòd
si quis publico crimine esset irretitus, & cum eo
publicè dispensatum, non poterit postea de tali
crimine accusari, vt not. in c. ex tua, de fil. presby
tero. & in c. de his, de accus. secus si occulte. quia
in occultis etiam post pœnitentiam quis potest
accusari, vt est tex. in c. admonere te cum lachry-
mis. xxxiij. q. ij. & in c. quæsitum. de temp. ordi.
& in c. fi. de schismat. licet contrarium dicen-
dum esse videatur, videlicet quòd siue publicè,
siue occultè dispensatio facta sit super crimine
publico, vel occulto, quis non possit accusari, per
tex. in c. j. de cler. pugnan. in duello. vbi est casus,
quòd cum clerico, qui duellum obtulit, vel obla
tum suscepit, potest Episcopus cum eo miseri-
corditer dispensare, si homicidium vel mutila-
tio non sit secuta, & tamen de rigore iuris venit
deponendus. Duellum autem palam & publicè
fit, & sic est publicum crimen: tamen liberatur
à depositione per dispensationem indistinctè pu
blici vel occulti duelli: & vbi ius non distinguit,
nec nos distinguere debemus. c. si Romanorum.
xix. dist. & l. de precio. de Publici. & lvj. dist. si
Euangelista.

Præterea si delictum est occultum, non in-
diget dispensatione, quia non irrogat irregu-
laritatem, dicit textus in cap. uilescant. xxxij.
dist. & ibi gloss. & ecclesia non iudicat de oc-

cultis

dultis, ut ibi in glo. & in cap. Christiana. xxxvj. q.v. & in c. consuluisti. ij. q. v. & in c. ex teno-re.de tempo. ordin. ubi est casus expressus, & per Inno.in c.tanta.de simo.in fi.& glo.fi.in c.in literis.de furt.& in c.de his.1.dist. ubi expresse dicitur, quòd in peccatis occultis dispensatio non habet locum, vt in c. ex literarum.de apostat. vt sæpius supra dixi.

3 Secundum tamen est, quòd †.obtinens beneficium, uel electus, vel promotus, si tempore adeptionis electionis, vel promotionis, aut quandocunque committat delictum, quantúcunque occultum sit, non potest salua conscientia illud possidere, nec in eo ministrare, si tale est delictum, quod inducat irregularitatem, vel impedimentum, quia ad puritatem conscientiæ requiritur specialis dispensatio, vt not. Abb. in c.innotuit. de elec.in iij. col.

S V M M AE.

1 *Dispensatio quatenus respicit praiudicium personæ dispensantis, latè debet interpretari, & quid si attendatur materia.*
Interpretatio, extensio, restrictio, & dispensatio inter se differunt.
2 *Dispensatio cum illegitimo facta ad beneficia, ut possit habere unum in vim gratia expectatiua, uel alterius prouisionis; interpretatur, & intelligitur de primo, & unico.*
3 *Dispensatio Pontificis cum illegitimo facta simpliciter ad beneficia, interpretatur ad simplicia, neque extenditur ad curata, nec canonicati.*
4 *Dispensatus, an ex dispensatione super incompatibilibus teneatur in altero residere, & in altero per substitutum deseruire.*
5 *Dispensatio super defectu ætatis ad obtinendum curatum, extenditur etiam, ut infra annum non faciat se promoueri, nisi apposita clausula, ita tamen, &c.*
Et quomodo hæc dispensatio intelligatur et extẽdatur.
6 *Dispensatio à Pontifice facta, quòd alteri prouideatur de curato, non obstante alio simili quod obtinet, quomodo intelligat.*
Dispensatio, per quam prouidetur de duobus incompatibilibus, vel de altero cum primo incompatibili, an extendatur ad duo alia similia, vel dissimilia incompatibilia.
7 *Dispensatus ad ordines, intelligitur dispensatus etiam ad unum simplex.*
8 *Dispensatio ad dignitates Ecclesiasticas, non extenditur ad Episcopatum, & Dispensatio ad Episcopatum non extenditur ad Archiepiscopatum.*
9 *Dispensatio ad beneficia in cathedrali non extenditur ad metropolitanam, & quomodo intelligatur.*
10 *Dispensatio simplex extenditur ad omnia narrata, ideo delinquens dispensatus, non solum habilitatur quo ad beneficia habita & obtenta, uerum etiam ad obtinenda.*
11 *Dispensandi facultas cum adultero, item cum incestuoso, an extendatur, ut possit dispensari super ambobus coniunctim.*
12 *Dispensandi facultas super adulterino, an extendatur ad dupliciter adulterinum.*
13 *Dispensatio an extendatur ad iam litigiosa ante petitam dispensationem.*
14 *Dispensatio est actus iurisdictionis uoluntariæ.*
15 *Dispensare non potest quis super pœnam, quam ipse dispensare non posset.*
16 *Dispensare quis potest super omnes casus, super quos potest & statuere.*
17 *Dispensatio non extenditur de maiori ad simile, neque minus, nisi minus sub maiori contineatur.*
Dispensatio tanquam odiosa non extenditur ad causam parem, uel minorem, & quando hoc verum sit.
18 *Dispensatio trahitur ad consecutiua.*
19 *Dispensatio Pontificis super matrimonio contracto lege canonica prohibito, trahitur retrò usq; ad principiũ contractus, secus si sit prohibitum lege diuina.*
20 *Forma dispensationum omnino seruanda est.*
21 *Dispensandi potestas cum pluribus super retentione plurium incompatibilium specialiter concessa, intelligitur cum sublimibus & literatis personis, et non cum alijs, & cur hoc sit.*
22 *Dispensatio, ut promoueatur ad Clericatum: cum fuerit petitum ad ordines, an poterit dispensatus promoueri ad alios ordines.*
Beneficium Principis latissimè est interpretandum.
Clerici nomen generale est, comprehendens quoscunque alios ordines.
23 *Dispensatio latissimè interpretatur, quando nulli paratur præiudicium.*
24 *Consecutiua dicuntur annexa, & coniuncta negocio principali.*
25 *Dispensatus à Papa, ut non teneatur se promoueri facere, ita habet uocem in Capitulo, & quotidianas distributiones, percipere, ac optare potest, ubi uiget consuetudo de optando, ac si promotus fuisset.*
26 *Ius optandi non est de iure scripto, sed consuetudinario, uel statutario.*
Dispensationum extensio.
27 *Dispensatio facta cum deposito, an extendatur, ad degradatum.*

De interpretatione, extensione, & restrictione dispensationis.

DISPENSATIO quatenus respicit præiudicium dispensantis, debet interpretari latè, quia tunc beneficium est: sed si attenditur materia, super qua dispensatur, dicendum est, quòd si est dispẽsatio debita, videlicet quia facta est ex legitima

ma causa, licet latè non interpretetur: nou debet tamen nimis restringi taliter, quòd reddatur inutilis, quia ius est, & non gratia. vide glo. & ibi not. in c. ordinarij. in verbo, dispensationes. de offi. ordi. in vj.

Et quia materia hęc est quotidiana, & in vtroque foro frequens: ideo eam diligentius examinabimus super singula parte ipsius rubricæ, siue tituli, qui tripartitus est, cum alia sit interpretatio, alia extensio, & alia restrictio dispensationis. & super vnaquaque videbimus, prout in discursu occurret. & licet supra proxime de interpretatione aliquid dixerimus, nihilominus cum alijs sequentibus adhuc aliquid dicendum est, descendendo ad specialia, & primo.

2 Dispensatio facta cū illegitimo ad beneficia, vt possit habere vnum in vim gratiæ expectatiuæ, vel alterius prouisionis, interpretatur & intelligitur de primo, & vnico. Ideo statim cum vnum adeptus fuit, gratia expirat, & consumpta est, nec extenditur ad aliud, & sic restringitur, & iste casus capit totam rubricam. Et licet illud dimittat, aliud consequi nou potest. Quod etiā intelligo in viā permutationis sine noua dispensatione, vt in terminis tenet Rota in nouis, decisi. cccxxxix. Quę incipit, si illegitimus. Ideo ad tollendam omnem hæsitationem Cancel. Apostolica hodie in literis dispensationum ponit clausulam permutandi totiens quotiens, & loco dimissi simile habendi, & consequendi, & retinendi, si alias sibi canonicę conferatur.

3 Dispensatio Papæ facta cum illegitimo simpliciter ad beneficia, interpretatur ad simplicia, & non extenditur ad curata, nec canonicatus, aut præben. ecclesiæ cathedralis: secus autem si in dispensatione sit apposita clausula, quam hodie Cancellaria Apostolica apponit, videlicet quęcūque, quotcunque, & qualiacunque: in Episcopo autem hoc non habet locum, quia hanc clausulam non potest apponere, quia non dispensat ad canonicatus in cathedrali, vt not. Rota in nouis, decis. cxxxvj. incipiente, voluerunt domini, & in antiquis, decis. lxiij. incipi. nota secundum aliquos. Quas omnino vide pro practica.

4 Dispensatio super incōpatibilibus non concedit, nec dispensat, quin dispensatus teneatur in altero residere, & in altero per substitutum deseruire. glo. in c. non potest. in verbo, retinere. de pręben. in vj. & iu c. ordinarii. verbo, cura. de off. ordi. eo. lib.

5 Dispensatio super defectu ætatis ad obtinendū curatum extenditur, quòd etiam censetur dispensatum, quòd infra annum non faciat se promoueri, nisi apponatur clausula, quā hodie Cācellaria appouit, videlicet, ita tamen quòd infra annum ad subdiaconatus ordinem te facias promoueri: quæ tamen non apponitur in dispensatione, quæ fit cū minoribus xvij. annis, quia illis curata hodie dantur in commendā, vsque ad xviij. & abinde super in titulum, & tunc apponitur clausula prędicta, nisi commenda fiat in perpetuum, & in primo casu supra posito, non obstante ætate, & non sit in sacerdotio, sic dispensatus cōsequi poterit nedum titulum, sed & fructus beneficij. Sed quia in similibus solet apponi clausula, prouiso quòd interim animarum cura, & diuinus cultus, propterea non negligatur.

Quæro, quomodo hæc dispensatio intelligatur, & extendatur: Vide Butri. in c. at si clerici. in §. de adult. in versi. ad quartum principale. de iudi. & per Io. And. in c. cum ex eo. de elec. in vj. in nouella.

6 Dispensatio facta per Papam, per quā mandat alteri prouideri de curato, non obstante alio simili, quod obtinet: non intelligitur quòd Papa dispenset super incompatibilibus, quia expressio facta dę beneficio obtento, censetur facta ad euitandam subreptionem, & non dispensationem. tex. est in c. non potest. de præben. in vj. in fin.

Et similiter si prouidetur de duobus incompatibilibus, vel de altero cum primo incompatibili, huiusmodi dispensatio non extenditur ad alia duo similia, vel dissimilia incompatibilia duobus primis dimissis, & loco illorum, vt est tex. in d. c. non potest. in §. illud autem. Ideo hodie Cancellaria Apostolica in huiusmodi dispensationibus apponit clausulam permutandi totiens quotiens, & clausulam, loco dimissi vel dimissorum, aliud simile vel dissimile, similia vel dissimilia, &c.

7 Dispensatus ad ordines, intelligitur dispensatus etiam ad vnum simplex, vt not. Butr. in d. §. de adul. & eo. vers. ad quartam. & in c. postulasti. de rescrip. & idem dixit Oldr. consi. suo. xxij.

8 Dispensatio ad dignitates ecclesiasticas non extenditur ad Episcopatum: & dispensatio ad Episcopatum non extenditur ad Archiepiscopatum secundum Inno. in c. dilectus. de cōces. præben. & per Archidiaconum in c. licèt. de præb. in vj. & per Butr. in dicto §. de adult. in versi. venio ad Titium.

9 Dispensatio ad beneficia in cathedrali, non extenditur ad metropolitanam, vt not. Io. An. in c. quamuis. de pręben. in vj. in nouella, in verbo, metropolitana: quod intellige, quando dispensatio est ad certum beneficium vnicum duntaxat, quia secus si est ampla ad plura, etiam curam animarum habentia, ut not. Io. An. in additionib. Spec. super tit. de fil. presbyt. in §. j. in fi. Item fallit, si dispensatur, quòd possit habere beneficia ad collationem Archiepiscopi spectantia, vt colligitur ex dictis Io. An. in tit. de acti. peti. in §. super petitionibus. versi. penul. in fi. in addi. Spec.

& in

& in d.c.quãuis.sup verbo, hoc casu, in nouella.

10 Simplex dispẽsatio extenditur ad omnia natra ta, ideo dispensatio simpliciter facta cum delinquente super delicto, habilitat dispensatum non solum quo ad beneficia habita & obtenta, sed etiam obtinenda, quia ex toto deletur vitium in dispensato, secus si dispensatio refertur ad res, vel ex toto non deletur vitium, vt not. Butr. in d.§.de adult. versi. ad quartum principale.

11 Facultas dispensandi cõcessa, vt possit dispensare cum adultero, item cum incestuoso, non extenditur ad vtrunque coniunctim, sed disiunctim, quia qualitas superueniens enti, qualificat illud, & ponit in diuersam speciẽ: & in dispensationibus in simplici non vacat mixtum, de quo latè per Butr. in d. §. de adult. circa finem, & latius per Barbatiam ibidem.

12 Facultas dispensandi cum adulterino, non potest dispensare cum dupliciter adulterino, videlicet cum nato ex viro vxorato, & fœmina vxorata, vt patet per nota. per Ioan. An. in addi. Spec. supra, rubrica qui fil. sint legit. in ver. quæro sina tus. & in versi. huic quæstioni.

13 Dispensatio non extenditur ad iam litigiosa ante petitam dispensationem. ita Butr. in d.§. de adult. vers. secundò ex parte personæ. Vbi etiam dicit, quòd dispensatio validat electionem, quæ nulla erat propter defectum dispensationis, vbi non agitur de præiudicio tertij, quia respicit quandam suspensionẽ, & habet quid validitatis.

14 Dispensatio est actus iurisdictionis uoluntariæ, vt supra dixi in quæst. an dispensatio sit de lege diœcesana, an iurisdictionis.

15 Et mensuratur potestas dispensandi à potestate pœnam imponendi, vnde non potest quis dispensare super pœnam, quam ipse imponere non posset, secundum Butr. vbi supra proximè.

16 Et similiter mensuratur à potestate statuendi, quia in omnibus casibus, in quibus quis potest statuere, potest & dispensare: cum dispensatio sit relaxatio, & eius sit tollere, cuius est condere.

17 In dispensationibus non fit extensio de maiori ad simile, neque minus, nisi illud minus sub maiori contineatur, secundum Io. An. in c. postulasti. de rescrip.

Licet dispensatio tanquam odiosa non extendatur ad causam parem, vel minorem. illud verum est in diuersis, & separatis speciebus, secus in inclusis & mixtis, vt not. Io. An. in addi. Spec. in tit. de legatis. in §. fi. in versi. ij.

18 Dispensatio traditur ad consecutiua, vt nota glo. j. in c. quia in tantum. de præben. quia consecutiua possunt dici inclusa & annexa, vt ibidem per eundem Io. An. & in cle. vt hi, qui. de ætat. & qualita. in glo. in verbo, mixtè.

19 Dispensatio Papæ facta super matrimonio cõtracto lege canonica prohibito, trahitur retro vsque ad principium contractus: secus si fuit diuina lege prohibitum, quia tunc dispensatio non trahitur retro, sed valet, vt ex nunc, & non vt ex tunc, vt not. Io. An. in c. per venerabilem. qui fil. sint legit. in ij. glo. cuius contrarium dixit Ant. de Bu. ibidem, in xiij. col.

20 In dispensationibus permissis forma seruanda est, aliàs dispensatio non valet, quia non fit extensio de casu ad casum, sed tantum potest fieri in casu expresso secundum quosdam. sed Io. Mona. tenet contrarium, vt refert Io. An. in c. non potest. in uersi. recipere. de præben. in vj. in nouella.

21 Potestas dispẽsandi cum pluribus super retentione plurium incompatibilium specialiter concessa, intelligitur cum sublimibus & literatis personis, & nõ cũ alijs, quia non extenditur ad personas non expressas, in concil. generali, de quo in c. de multa. de præben. in fi. ita not. Inno. & Io. An. post eum in c. dudum. de elec. super verbo, canonicè. & hoc verum intelligo, quando in concessione huiusmodi dicitur, quòd possit dispensare cum vno, vel duobus eorum, nominibus nõ expressis, sed secus quando nomina essent expressa, vt not. Spec. in tit. de dispen. in §. ij. ver. videamus. & versi. quòd si Papa.

22 Si petitur dispensari ad ordines, & in dispensatione dicitur, dispensamus tecum, vt promouearis in clericum, non poterit promoueri ad alios ordines, quia tunc est stricti iuris, & nõ fit extensio ad alios ordines nõ expressos, vt not. in c. nos consuetudinem. xij. di. & in c. lector. xxxiiij. di. & idem dicito, q; si dispensatur ad omnes ordines, nõ tamen promouebitur ad prælaturas, vt in initibus supra allegatis. Vnde hodie ad omnẽ hæsitationem tollendam offi. sacræ pœnitentiariæ in literis dispensationũ extensiuè ponit clausulam, si extra Ro. cu. scribitur, videlicet vt à quocunque malueris catholico antistite gratiam & cõmunionem sedis Apostolicæ habẽte ad primã clericalem tonsuram, omnesque alios etiam sacros & presbyteratus ordines promoueri valeas, & possis, de dono gratiæ specialis dispensamus. Si vero petitur ad vnum tantum ordinem, tunc expressum dispensari: tunc ille tantum ordo exprimitur & apponitur clausula, quatenus idoneus repertus fuerit, super quo conscientiam ordinãtis oneramus, & clausula, quatenus aliud canonicum impedimentum non obsistat, & sic omnis hæsitatio tollitur.

Sed disputationis causa contra præmissa dici posset, quòd non sint uera, quia beneficium principis latissimè est interpretandum, vt in c. olim, de rescri. & c. cum dilectus. de dona. & in c. visis. xvj. q. ij. ideo non debet limitari, nec restringi.

Item nomen clerici generale est, & supponit omnes ordines, vt not. in c. de persona. xj. q. j. & c. duo. xij. q. j. vbi colligitur, quòd appellatione clerici

clerici venit omnis ecclesiastica persona, quòd
non faceret si appellatione clerici venirent in sim
plici clericatu constituti tantum: quòd non est
dicendum, vt not. in c. ad audientiam de decim.

Solus Alanus, quem refert Bart. Brix. dixit,
ꝙ in talibus dispensationibus non veniunt, nisi
minores ordines, nisi aliter exprimatur, vt supra
dixi de obseruantia, & stilo sacræ pœnitétiariæ.

23 Sed pro alijs interpretationibus facito regulã,
quòd vbi ex dispensatione nulli paratur præiudi
cium, latissima est interpretatio facienda, vt not.
in c. olim. de resti. spol. & in d. c. cum dilec. de do
na. ita tamen quòd interpretatio non excedat
metas potestatis dispensantis.

Si verò enormè præindicium tertio paratur,
tunc strictissima facienda est interpretatio, vt
not. in c. porrò. de priuile. quia tunc est odiosa,
ideo restringẽda, vt not. in c. j. & ij. de fil. presby.
in vj. & Abb. in c. per venerabilẽ. qui fil. sint le-
git. in v. col. & per eundem c. quòd dilectio. de
consangui. & affi. alias quatenus dispensatio re-
spicit præiudicium dispensantis, debet latè in-
terpretari, quia hoc casu beneficium est: sed si at
tenditur materia, super qua dispensatur, dicen-
dum est, quòd si dispensatio est iure debita, vt
quia facta ex legitima causa: tunc licèt latè non
interpretetur, tamen non debet nimis restringi,
saltem taliter, quòd reddatur inutilis, quia ius
est, & non gratia, & idem est, si sit gratia motu
proprio concessa, secus si non motu proprio,
nec iure debita, sed permissa: quia tunc est stri-
cti iuris, & taliter restringenda, quòd quantum
minus potest gratiæ conferat; & hoc ad princi-
paliter dispositioni subiecta: nam & consecuti-
ua omnia necessaria principalibus semper exten
dũtur, vt not. Ant. de But. & duo Siculi post eũ,
in d. §. de adult. in dicto uersi. ad quartũ princip.

Prædicta intellige in omnibus dispensationi
bus, præterquam in matrimonialibus, quia tales
latè in fauorem matrimonij debent interpreta-
ri, nisi ex interpretatione tali, scandalum verisi-
militer oriretur, vt patet in d. c. ꝙ dilectio. de
consangui. & affi. Sed hoc hodie declaratum est
per extrauagantem Clementis vj. quæ incipit,
nuper iniuncto, de qua Io. An. mentionem fecit
in d. c. quòd dilectio. plenius vide per do. Card.
Alexandrinum. Host. tamẽ velle videtur, quòd
etiam in matrimonialibus dispensatio sit odio-
sa, & consequenter restringenda, vt recitat Io.
An. in c. quia circa. in §. fi. de consang. & affi. sed
videtur, ꝙ hoc non sit verũ, quod patet ex dicta
extrauaganti, quæ vult, ꝙ dispensatio in quarto
simpliciter facta, tradatur ad gradum, cui ter-
tius gradus est connexus, & sic ꝙ in simplici in
hoc casu veniat mixtum, contra id quod supra
diximus in alijs casibus matrimonialibus, in
quibus simplex trahit mixtum: licet id quod mi
scetur, sit per seipsum difficilioris dispensatio-
nis eo, super quo expressè dispensatur. quod pa
tet, quia in tertio difficilius dispẽsatur, quàm in
quarto, & dispensatio in tertio per se habet com
positionem cum datario, sicut cum est mixta cũ
quarto. & ex illa extrauaganti iuncto c. fi. de con
sang. & affi. dicitur, ꝙ verba dispensationis ma-
trimonialis recipiunt illum latum intellectum,
quem etiam recipiunt verba iuris communis.
Et ad dictũ Hosti. ꝙ dispensatio sit odiosa, ideo
non fiat extensio ad parem, uel minorem cau-
sam, dic illud verum esse in separatis; & diuisis
speciebus, secus in inclusis vel annexis, vt not.
Io. An. in addi. Spec. in tit. de legatis, in §. ij. tra-
hitur etiam dispensatio ad consecutiua. & not.
glo. in c. quia in tantum. de præben. & per conse
24 quens in omnibus accessoriis. est ratio, quia con
secutiua possunt dici inclusa & annexa negotio
principali, vt supra dixi: pro quo faciunt not. per
Io. An. in cle. ij. de ętate & qualita. in glo. in ver
25 bo, annexi. ibi omnes dicentes, ꝙ † dispensatus
per Papam, vt non teneatur se promoueri facere.
ita habet uocem in capitulo, & quotidianas di-
stributiones percipere, ac optare põt, ubi viget
consuetudo de optando, ac si promotus fuisset,
quia impedimẽtum, quod obstabat, sublatum
est per dispensationem. ita Io. An. in d. cle. vt hi,
qui. de ætat. & qualita. in fi. Et dixi, vbi viget cõ-
26 suetudo de optando, † quia ius optãdi nõ est de
iure scripto, sed consuetudinario, vel statuta-
rio, vt not. in c. cum in tua. de consuet. in vj. &
Rota per Egi. ccxxix. incipi. primò, ꝙ ex consue-
tudine, & per Bisgneium de consuet. decisio. in-
cipi. duo sunt impetrantes. & in nouis, decisi.
ccxxvj. incipi. si in ecclesia. & decisi. ccccl x. inci-
pi. quæritur, quanti temporis.

Sed quicquid dicat dicta extrauagans, curia
& pœnitentiaria seruat totum contrarium, quia
si petitur dispensatio super quarto inter coniun
ctos etiam in tertio non facta mentione de ter-
tio, est subreptitia: si verò fit mentio & expres-
so de tertio, & quarto, tunc literæ sine bulla mit
tuntur ad datarium, & componitur cum eo, vt
supra dixi, & sic patet, ꝙ non fit illa extensio de
quarto ad tertium, vt supra dictum est: fateor ta
men ꝙ facilius dispensatur super tertio, & quar
to, quàm cũ simplici tertio, quia cõputatio gra-
duũ fit à remotiore gradu à cõmuni stipite, seu
parente, vt in arbore consang. & affin. in vj.

De extensione autem dispensationis, vide do.
meum Felinum in c. postulasti. de rescrip. in xij.
col. circa finem. ubi format regulam cum sex li-
mitationibus, per decem columnas.

27 Dispensatio facta cum deposito non extendi-
tur ad degradatum, vt dixit Hosti. quẽ refert do.
Card. Zaba. in c. ad falsariorum. de crimine fal.
& in c. ex tuæ. de cleri. non residen.

SVMMAE.

1 *Allegans dispensationem, illam probare tenetur.*
2 *Dispensatio adhoc, ut recte sit probata, non sufficit probare eam esse, sed oportet dispensatum esse ab habente auctoritatem.*
3 *Dispensatio quomodo probetur.*
4 *Dispensatio debet fieri ex certa scientia, & non per errorem.*
5 *Pontifex promouens scienter criminosum, uel aliàs inhabilem, tacitè cum eo dispensare uidetur.*
6 *Scientia certa Pontificis habet vim plenitudinis potestatis.*
7 *Dispensatio an possit probari per testes, uel de necessitate requiratur scriptura.*
8 *Quod occultum putatur, publicè prædicatur.*
9 *Dispensatus an possit cogi per suum ordinarium ad docendum de sua dispensatione.*

De probatione dispensationis.

1 Dispensationem allegans, illam probare tenetur, vt not. in c. ij. & fi. de schismat. & ibi Doct. & præcipuè do. Cardi. in iiij. col. Quomodo autem probetur ibi-
2 dem. sed ad eam probandam non sufficit probare fuisse dispensatum, nisi probetur dispensatum ab habente potestatem dispensandi, vt not. in c. fi. de simo. & in c. quod autem. de iure pat. & in c. Daibertum. j. q. vij. & in c. nuper. de dona. inter virum, & vxo. & in l. fi. si à non compet. & in l. traditionib. de acquir. rerum domi.
3 De modo etiã ipsam probandi vide glo. qui in aliquo crimine. lj. dist. in verbo, qui cõcubinas. ibi cõsulo tamẽ. & gl. in c. ex diligẽti. de simo. in verbo, demonstrare. & idem dicas de iam dispensatis, cum quibus dispensatur, vt retineantur in ordinibus iam susceptis, quia oportet, ꝙ probent ordinatorem habuisse potestatem ordinandi, & habebat potestatem dispensandi super ordine, & scribat illum inhabilem & indignum, vt probatur in c. multis fallacijs. de cler. coniug. & in c. referentem. de præben. & in c. qui in aliquo. l. di. in fi. & in c. quicunque. lxxxj. dist. vbi est ca-
4 sus in terminis: & est ratio, quia † dispensatio debet fieri ex certa scientia, & non per errorem, vt est tex. & glo. in l. bonorum. C. qui ad bo. poss. & in l. j. C. de bo peti. sublat. Ideo dici solet, quòd
5 si Papa promoueat scienter criminosum, vel aliàs inhabilem, tacitè cum eo dispensare videtur, ut not. in c. innotuit. de elec. & ibi per Inno. & per eundem in c. veniens. de fil. presbyte. & utrobique per Abb. & per Oldra. consil. ccxxxv. cum septem consil. sequentibus, quæ consilia etiam allegat Io. An. in addi. Spec. in titu. de legat. in §. nunc tractandũ, ver. ꝙ si legatus. el ij. in ver. cum adde. & not. in l. quidam consulebant. ff. de re iu di. & in l. idem Vlpianus. ff. de excu. tut. & Bart.
6 in l. Barbarius. de offi. præto. quia † certa sciẽtia Papæ habet vim plenitudinis potestatis, vt not. in c. ad hæc. de rescrip. & ibi glo. in verbo, digerunt. in fi. Sed dicas secus inferiore, qui non potest dispensare sine causæ cognitione, vt not. Io. An. in c. ij. de schismat. & rationem diuersitatis posuit Abbas ibidem. Dicam plenius infra, in fi. huius operis, de tacita dispensatione.
7 Sed quæro, an dispensatio possit probari per testes, an uerò de necessitate dispẽsationis requiratur scriptura? dicẽdũ est, ꝙ hodie in Rom. cu. requiritur scriptura propter regulã Cancellariæ, qua cauetur expresse, quòd in dispensationibus gratia non suffragetur, nisi literis desuper confectis. & cõsuetum esse regula liiij. in ordine, & incipit. Item cum concessiones super gratijs dispẽsationum. quam regulam non credo habere locum extra curiam, quia emanauit ad vtilitatem Cancellariæ & Pœnitentiariæ. ideo secus dicendum est extra curiam, quodque dispensatio possit probari per testes, sicut alia quæcunque probatio fieri potest. & Io. An. in sua glo. c. Romana, in verbo, in scriptis. de censi. in vj. vbi posuit casus, in quibus requiritur scriptura, non posuit hunc, sed quia posuit de excommunicatione.

Credo tamen, quòd tutius sit, & facilius probare per scripturam, argum. c. cum medicinalis. de sent. exco. in vj. & per Doc. in c. fraternitati. in glo. j. de schism. consilium tamen est, quòd si crimen, super quo dispensatur, sit publicum, fiat publicum instrumentum super absolutione: si verò secretum, & occultum, fiat instrumentum secretum à dispensante ad cautelam, quia sæpe
8 quod occultum putatur, publicè prædicatur, & beatus Augustinus in libro de vera religione ait, videtur non aliquando à quibus se videri nõ arbitratur, & illud solemus in aula domus nostræ videre nouissimum, & vicinis cantantibus ignorare. ideo tutius est habere dispensationem in scriptis, & sic seruat curia in omnibus dispensationibus, & in foro conscientiæ, & delictis occultis, in quibus fit specificatio delicti. Si verò in his casibus petitur absolutio, & non dispẽsatio, si absoluendus est in curia præsens, nulla fit scriptura: si verò absens, tunc fit secretum mandatum de absoluendo, & fit clausum sub sigillo Pœnitentiariæ, in quo narratur casus, & postea committitur absolutio. in suprascriptione verò sic scribitur, videlicet. discreto confessori. N. de tali loco. in fi. autem dic. mandati intus dicitur, his executis combureretis, vel laceretis, ne fortè occultum fiat publicum.
9 Sed quæro, vtrum dispensatus possit cogi per suum ordinarium, ad docendum de sua dispensatione.

satione. Io. de Ana. in c. licèt Heli, in ix. col. ponit hanc q. & concludit de mente Hosti. quòd sic per iura ibi allegata, vbi vide.

S V M M AE.

1 *Dispensatio an peti possit per procuratorem.*
2 *Procuratores petentes dispensationem, & restitutionem in integrum pro aliquo aequiparantur.*

An dispensatio peti possit per Procuratorem.

1 DISPENSATIO peti & impetrari potest per procuratorem, cum speciali tamen mandato ad hoc: licèt secus ad beneficia, pro primo vide not. per Abb. in c. innotuit. de elec. in iij. col. in fi. ibi cum ad impetrandum dispensationem: pro secundo verò vide glo. in c. ad aures. de rescrip. & c. nonnulli. in glo. in verbo, speciali mandato, eo. ti. & ibi ponitur ratio diuersitatis, quinimo in primo casu, si sufficienter non constat, de mandato, iudex siue dispensator debet petentem repellere ex offi. pro quo do. glo. in c. j. de elec. in vj. in verbo, absentia, de impetratione autem beneficiorum, hoc hodie non attenditur propter c. si tibi absenti. de praeben. in iij.

2 Sed dicas conclusiuè, quòd in procuratore petente despensatione, ea requiruntur, quae in procuratore ad petendum restitutionem in integrum, quia, vt supra diximus, dispensatio est in integrum restitutio. vide vlt. quae supra dixi, Spec. in tit. de elec. in §. ij. in versic. licet autem procurator.

S V M M AE.

1 *Qui dispensat sine causa, tripliciter peccat.*
2 *Veniens contra proprium iuramentum quomodo puniatur.*
3 *Abutens potestate sibi data, priuilegio debet priuari.*

Quae sit poena indiscretè dispensantis.

1 QVICVNQVE sine causa dispensat, tripliciter peccat. Primò faciendo contra legem, & regulam sanctorum patrum: secundò veniendo contra proprium iuramentum, intelligendo de praelatis, quibus in eorum promotionibus datur iuramentum de seruandis regulis sanctorum patrum, iuxta formam positam in pontificali, de qua in c. ego enim. de iureiur. tertiò, quia admittit indignum, vt in c. sacerdotes. xlix. dist. de quo vide plenius per Pet. de Ancha. in repeti. c. canonum statuta. de constit. &

2 veniens contra proprium iuramentum, puniendus est poena notata in c. testimonium. de testi. in gl. in verbo, periurus. & per Bar. in l. Lucius. & in l. Titius. de his, qui not. infam. Secunda est poena suspensionis ad tempus, vel etiam in perpetuum à potestate dispensandi, secũdum quòd plus, aut minus peccauerit, arbitrio superioris.

3 Priuilegium enim meretur amittere, qui permissa sibi potestate abutitur, vt not. in c. cum illorum. de sent. exco. in fi. & tex. in c. qui ecclesiasticis. xxxvj. dist. & in c. si qui. j. q. j. & in c. sanè dilectus. & c. literas. de tempo. ordi. Quinimò videtur, quòd tales si accusentur, & conuincentur, quòd ordinaria poena sit depositio, vt videtur tex. in c. j. in fi. lj. dist. & quòd perpetuò sit incapax beneficii Ecclesiastici, de quo per Calde. in c. querelam. de iureiur. & do. Card. ibidem.

Sed quaero, an haec habeant locum in Papa in discretè dispensantem. dicam infra de dispensatione Papae, & ibi latè.

S V M M AE.

1 *Inferior Papa, si sine causa cognitione dispensat, indiscretè dispensat, & est punibilis.*
2 *Et in hac cognitione, an uocandi sunt illi, quorum interest.*
3 *Crimina, quae dicantur publica, & quae priuata.*
4 *Peccati qualitas in dispensationibus est attendenda, & quomodo.*
5 *Dispensatio an dicatur indiscreta. si dispensans non discretis verbis dispensat: puta non utendo verbo, dispensamus.*
Et an verbum dispensamus, sit de substantia dispensationis.
Patientia & tollerantia dispensare ualentis, an inducat dispensationem.
6 *Inferior an & quando possit cognoscere de indiscreta uel discreta dispensatione superioris.*

Quae dispensatio dicatur indiscreta.

SED quaero, quae dicatur indiscreta dispensatio punibilis. Dicitò dum inferior Papa dispensat sine causae cognitione, vt est glo. in c. requiritis. in §. nisi rigor. j. q. vij. & per Inno. in c. cum ad monasterium. de stat. regul. & Abb. in c. innotuit. de elec. dicitur indiscreta dispensatio. hoc sanè intellige in dispensatione citra forum poenitentiale, quia in eo statur confitenti sine alia cognitione, quia tunc est permissa, quia arbitrariae sunt poenitentiae, vt tenet glo. in c. at si clerici. in §. de adult. in glo. ma-

magna. & ibi Butt. in vj. col.

2 Quæro vlterius, an in huiusmodi cognitione sint vocandi, quorum interest. distinguendum est secundum Ioan. And. & alios post eum, in cap. ptidem. de renunc. quòd aut sumus in foro conscientiæ, & crimine occulto, & tunc non requiritur alicuius vocatio, vt supra dixi: aut in foro contentioso, aut in casu tertio præiudiciali de præsenti, aut in futurum verisimiliter. In secundo verò casu distinguendum est, quòd aut iam lis est mota, & pendet indecisa, & tunc nedum vocandi sunt, quorum interest, sed nec dispensatio potest impetrari, vt not. l. j. C. ne in medio litis sacræ iussi. fiant. & in cap. j. de confirmat. vti. vel inuti. Si verò lis non sit mota ex eo, quia dispensatio posset esse tertio onerosa, semper apponitur clausula, vocatis vocandis: & ita hodie seruat sacra pœnitentiaria. vide in d. §. personæ. Tamen Ioan. And. in rubrica, vt lite penden. in vj. tenet, quòd dispensatio facta lite pendente, valeat, & validet actum, super quo penderlis, quem secutus est Cardin. in cap. cum Apostolica. de spons. faciunt per hoc, quæ posuit Innocen. in cap. innotuit. de elect. in verbo, qui conscientia. ubi dicit, quòd dispensatio superueniens confirmat actum nullum, & tollit nullitatem actus, resultantem ex defectu dispensationis, & idem tenuit Hostien. ibidem. & per Abb. & alios. Sed contra eos est hodie regula Cancellariæ, de non tollendo ius quæsitum per quamcunque signaturam, quæ consueuit esse regula xvj. & incipit, Item nec per varias.

3 Sed quæro congruenter, quæ crimina dicantur occulta, & quæ publica? dicas, quòd compertis publicis, cognoscemus occulta. Publica itaque dicuntur, & intelliguntur, quando patent per operis euidentiam, vel iudicis sententiam, vel spontaneam confessionem in iudicio, vt not. in cap. fin. de cohabi. cleri. & mul. facit text. in capitu. si sacerdos. de offic. ordi. cum ibi nor.

4 Sed, quia pro modo peccati est, & plagarum modus, distinguendum est in dispensationibus, inter peccata nedum occulta, & publica, sed etiam grauia, grauiora, enormia, & atrocia: quia qualitas maior, vel minor aggrauat peccantem, & peccatum, vt not. in capit. inquisitionis. de accusat. quæro, quæ peccata, seu delicta dicantur grauia, & enormia? pro nunc dico illa esse, quæ ordinis iam suscepti executionem, aut beneficij retentionem, etiam post peractam pœnitentiam impediunt, vt not. in d. c. inquisitionis. & latius dicam in principio sextæ partis huius nostri tractatus, in qua tractabimus de irregularitatibus, quæ proueniunt ex peccato. in §. primum est quantitas. ibi videbis distinctiones.

5 Quæro vlterius, an dispensatio dicatur indiscreta, si dispensans non discretis verbis, dispensat: puta non vtendo verbo, dispensamus. & an illud verbum sit de substantia dispensationis. gloss. in capit. literas. de concessio. præbend. quæ reputatur singularis in hoc, in verbo, vacare. ante finem. & gloss. in cap. nos consuetudinem. xij. distinc. in verbo, prohibemus. & Hostien. in cap. demens. de fil. presbyr. & Innocen. de cleric. coniugat. cap. diuersis fallaciis. videntur tenere, quòd sit de substantia. Sed communis opinio est in contrarium, per not. in eodem cap. veniens. & in cap. super eo de cognat. spiritua. & per Ioan. And. in cap. ij. de schismat. & per Specul. in titu. de legar. in §. qualiter. in versicu. dicunt autem. tamen contra hanc communem seruat cur. Rom. quæ semper in dispensationibus, seu etiam mandatis de dispensando, apponit verbum, dispensamus, vel dispensabis, addito etiam aduerbio misericorditer, & pro hac obseruantia, seu practica facit, quia patientia, seu tollerantia dispensare valentis non inducit dispensationem, vt not. glo. in cap. cum iamdudum. de præben. & Docto. in dicto cap. super eo. de cognat. spir. & in cap. constitutus. de fil. presbyt. & in clemen. si summus Pontifex. de senten. excommu. & in cap. cum non ab homine. eod. titu. & per Ioan. And. in cap. dilectus. el secundo. de præbend. & Ioan. Cald. in cap. ad probandum. de re iud. & Docto. in cap. gratia. de rescript. in sexto. & in cap. sciscitatus. eod. titu. ideo vtitur verbo, dispensamus, quod stat expressiuum intentionis, sine quo non possent literæ, seu bullæ expediri, vt dixi supra de probat. dispen. & dicam infra de tacita dispensatione. circa princ. referendo dicta Baldi.

6 Quæro etiam, nunquid sit dare casum, quod inferior cognoscat de indiscreta, vel discreta dispensatione superioris: videtur text. quòd nou. in cap. ordinarij. de offic. ordin. in sexto. sed ad superiorem superioris. sed mihi videtur distinguendum, quòd aut inferior vult cognoscere ad effectum inualidandi dispensationem, & tunc non potest ex defectu iurisdictionis: aut ad effectum retardandi executionem, & dispensatione tertio non potest: aut, quia opponitur de iniusta di onerosa, & præiudiciali, vel eius nullitate ex causa ad impediendam executionem, & tunc credo, quòd inferior possit, non ad effectum reuocandi dispensationem, sed retardandi executionem. Tertiò, præiudicialem, & onerosam, rescribendo superiori, & expectando secundam iussionem. & adeò credo vera hæc, quòd etiam vendicent sibi locum

cotam Iudice seculari, si eius auxilium inuocaretur ad executionem dispensationis, per ea, quæ not. Anto. de Butr. & alij post eum in cap. tuam.de ordi. cognit.& per Abba. in c. de cætero.de re iu. in ij. not. & in c.pastoralis. in §. quia verò.de offi.deleg. & gloss.in c.j.de offic. ordin. & ibi per Innocen. & alios, & per Archid. in c. administratorum. xxvij.q.v.&Paul.de Cast.consil. suo xj.in j.colum. & per Oldr. & Angel.consil. viij.& Pet.de Ancha. consil. cc clxxxij. in ij. colum. in fi. ibi. retento ordine dubiorum. & Barr.in l.diuus.de custo. & exhibi.reorum.& in l.magistratus.de iurisd.omnium iud. & in auth. de sanctiss. Episcopis.in §.si verò.

S V M M AE.

1 *Successor, an possit reuocare dispensationem factam per prædecessorem suum.*

2 *Dispensatio, an possit reuocari per Episcopum dispensantem.*

3 *Papa, qui dispensauit super gradibus lege positiua prohibitis, dispensati ad inuicem in faciem Ecclesiæ contrahunt, & suscipiunt prolem: quæ causa si ab initio fuisset, non esset dispensatum, an possit hanc reuocare dispensationem.*

An dispensatio sit reuocabilis.

SED quia supra diximus de indiscreta dispensatione, & eius reuocatione per superiorem, & cognitione iniustę, vel nullæ dispensationis per

1 inferiorem: modò quæro, †an successor possit reuocare dispensationem sui prædecessoris. Archid. in c. quod pro remedio. j. q. vij. videtur sentire, quòd non, nisi authoritate, superioris, puta Legati, vel Papæ. Io. And. in sua gl. c.cum ex eo. in verbo, septẽnium. de ele.in vj. Videtur pariter tenere idẽ, nisi rationabili causa superueniente. gl. in c.ex tuarum.in verbo, irritari. simpliciter dicit, ac tenet dispensationem non esse reuocandam, quod intelligendum puto causa dispensationis iam factæ manente, iuxta d.gl. in c.septennium. faciunt not.in c.magnæ. de voto. dicam infra.

2 Quęro etiam, an dispẽsatio possit reuocari per Episcopum dispensantem: dic, quòd si ex dispẽsatione acquisitum est ius, dispensato non reuocatur, nisi ex noua causa, vt not.in d.c.cum ex eo.de elec.in vj. Fallit hoc in Papa, quia in his, quæ sunt iuris positiui, sine causa potest pro libito voluntatis suæ dispensare: sic & dispensationem factã reuocare, vt supra dixi in rub. quæ sint causæ dispensandi, & not. in l. qui fundum. C. de omni agro deserto. lib. xj. & Bal. super l.fi.C. de constitu. Princip. fallit in casu, quem ponam infra proximè.

Videtur etiam dicendum, quòd superior non potest reuocare dispensationem inferioris sine causæ cognitione, per glo. in c.cum ex eo.de elec. in vj. in verbo, septennium. ibi, sed nunquid Episcopus.

3 Successiuè quæro, Papa dispensauit super gradibus lege positiua prohibitis, super quibus Papa pro libito dispensat: dispensati, freti illa dispensatione, ad inuicem contrahunt in faciem ecclesiæ, & suscipiunt prolem, superuenit causa, quæ si tempore dispensationis fuisset cognita, Papa non dispensasset, qui modo vult reuocare dispensationem, nunquid poterit? Credo dicendũ, quòd non, ea ratione, videlicet, quia res est deducta ad casum, in quo Papa non habet authoritatem propter legem euangelicam, quos Deus coniunxit. Matth.xix.& Mar.x. quia in rato consũmato Papa non dispensat. coniunctio autem fuit legitima, quia ex dispensatione fuit sublatum impedimentum à lege positiua introductum, quod nisi fuisset, potuissent liberè contrahere. sed ex eo, quòd ipsi contrahentes fuerunt repositi in statu, in quo semper fuissent, nisi superuenisset prohibitio ex lege positiua, & vterq; eorum à die dispensationis citra semper fuerunt in bona fide, & intentione veri contractus, credo Papa non posse reuocare, quia dispensatio, & bona fides fecit verum contractum, & verum matrimonium. faciunt not.in cap.cum inhibitio. de clandest. de spon. dicam aliquid infra, de sponsa. Postremò scias, quòd per mortem concedentis dispensationem re integra non expirat gratia, vel dispensatio, vt per Fede. de Sen. consil. lxxviij. Papa concessit.

S V M M AE.

1 *Dispensatio, & restitutio differunt.*

2 *Dispensatio, & irritatio differunt.*

3 *Dispensatio, & legitimatio differunt.*

4 *Dispensatio, commutatio, & redemptio differunt.*

5 *Decretum prohibitiuum, etiam in corpore iuris clausum, non includit dispensationem.*

6 *Dispensationes variantur secundum temporum, & personarum merita.*

7 *Dispensatio licet per se sit odiosa, tamen si sit à Pontifice motu proprio, debet latè interpretari.*

8 *Extensio non fit in dispensationibus, ad actum quasi consecutiuum, si sit facta ad preces dispensati.*

9 *Dispensatio superueniens reualidat actum ab initio nullum.*

10 *Dispensatio, quando indigeat mentione de obstantibus.*

11 *Arg.*

11 *Arg. à maiori in materia dispensationum, an valeat.*

12 *Dispensatus publicè in foro Ecclesiastico, non potest de eodem delicto accusari in foro seculari, secus si occultè.*

13 *Verbum irrecuperabiliter positum in lege, canone, vel statuto prohibitiuis in pœnalibus, an impediat dispensationem.*

14 *Dispensandi potestas, an maior sit potestate absoluēdi.*

15 *Dispensatio est permissa in omnibus casibus in foro pœnitentiali, nisi expressè appareat prohibita.*
Pœnitentiæ sunt arbitrariæ.

16 *Dispensatio super infamia facti, an valeat.*
Facta in mentibus hominum pro infectis haberi non possunt, & quando habeat locum.

17 *Dispensans an possit restituere ad famam iuris.*

18 *Defectus causæ inducentis dispensationem, omnino in dispensationibus attendi debet.*

19 *Ius vbicunque permittit dispensare, ita quòd casus non sit expressè à lege prohibitus, semper dispensatio intelligitur promissa inferioribus prælatis, secundum casum dispensationis.*

20 *Dispensatio tunc est necessaria tam inter clericos, quàm laicos, quando aliquid fit contra ius.*

21 *Ministerium hominis, an requiratur in dispensatione iuris.*

22 *Dispensatio non admittitur in peccatis occultis, nec irrogatur infamia.*

23 *Concessum specialiter ex dispensatione, non dicitur pro regula assumi.*

24 *Dispensatio multa admittit, quæ de rigore non admitterentur.*

25 *Dispensatio aliquando protrahitur, quandoque acceleratur secundum excessuum diuersitatem.*

26 *Verba in dispensationis materia, strictè intelligi debent.*

27 *Dispensationis potestatis concessa à iure, cui dicatur concessa.*

28 *Iura, quæ arctant ad certam qualitatem exprimendā in impetrationibus beneficiorum, habent locum in impetrationibus dispensationum.*

29 *Dispensatio est stricti iuris, ideo quæ vitiant prouisionem, fortius dispensationem vitiare dicuntur, & num. 33.*

30 *Executor datus ad dispensandum, non debet assumere partes iudicis, nisi in commissione sit apposita clausula, vocatis vocandis. & num. 31.*

32 *Dispensatio super statuto iurato nihil operatur, nisi in ea fiat mentio de iuramento.*

33 *Dispensatio licet sit stricti iuris, extenditur tamen ad sequentia necessaria dispensationi.*

34 *Dispensatio cum minore, vt habeat vnum curatum, videtur etiam dispensatum, vt non teneatur se promoueri facere ad sacerdotium infra annum.*

35 *Dissimulatio Principis, vel tolerantia in actu iure prohibito inducit dispensationem.*

36 *Dispensatio inferioris à Principe, facta sine causa cognitione, debet per superiorem reuocari.*

De differentiis, & communitatibus diuersorum terminorum, in materia dispensationum.

Expeditis his xvij. quęstionibus, superest, vt pro expeditione huius secundæ partis, videamus de differentijs, & communitatibus diuersorum terminorum in iure positorum, habentium similitudinem dispensationis: & primò.

Supra in diffinitione dispensationis diximus, ꝙ dispēsatio est quædā restitutio in integrum ad primum statum, in quo dispēsatus non erat tem
1 pore dispensationis. dicas tamen†, quòd dispensatio, & restitutio differunt, quam differentiam posuit And. Siculus in c. at si clerici. in §. de adul. de iudi. in xxxvij. q. post princi. vbi etiam dixit, quòd hoc ideo, quia dispensatio fit contra ius (cum sit relaxatio iuris) vt supra dixi in definitione: restitutio verò secundum ius. Ideo dixit, quòd dispensatio intelligitur prohibita, nisi inueniatur permissa, vt prius dixit, & do. Cardi. in c. dilectus. in j. col. in iij. oppo. in fi. de temp. ordi. absolutio verò, & restitutio semper intelligitur permissa, nisi inueniatur prohibita, & idē Card. in c. at si clerici.

2 Dispensatio, & irritatio differunt: nam irritatio potest fieri sine causæ cognitione, & etiam sine causa ad libitum irritātis, sicut vir ad libitum irritat votum coniugis. itaque nec ipse peccat irritando, quia nemini iniuriam facit, qui vtitur iure suo, nec illa emittendo, cum fuerit indifferens à principio: sed dispensatio non fit in voto propter inefficaciam voti, sed etiam propter aliam causam. Vnde in dispensationem requiritur, nō solum auctoritas, sed etiam legitima causa ex parte dispensati, scilicet necessitas, publica vtilitas, vel alia causa, de quibus satis supra diximus in rubrica, quæ sint causæ dispensationis. Quod etiam intellige locum habere in Papa, qui sine causa dispensat in arduis, quia nec Petro, nec successoribus Petri, nec alteri commissa est authoritas, seu potestas ad destructionem, sed in ædificationem, quod est verum in proposito, quia voti obligatio iure naturali, & diuino innititur: nam in his, quæ nō sunt mala, nisi quia prohibita à iure positiuo, ad libitū abrogare Papa potest, & ꝑ consequens ad libitum super illis dispensare. ita dixit Per. de Palu. quem beatus Anto. Flo. refert ad literam in sua sum. in ij. par. tit. xj. c. j. §. vj. circa fi. ibi. Item nota, quòd est differentia inter irritationem, & dispensationem.

3 Dispensatio, & legitimatio differunt, quia dispensatio est stricti, legitimatio verò longi iuris. glo. ij. fauorabilis, & latè interpretanda, vt in

c.ij.de fil.presbyt.& sæpius supra dixi. vide pulchrè Pet.de Anch.consi. suo ccccxxviij.incip.circa primum quæsitum.

4 Dispensatio,commutatio, & redemptio differunt,vt not.per But.in d.c.at si.§.de adult.& per do.Car.in c.debitores. de iureiur.& ibidem per do.Fel.in vlt.col. in fi.& latius per eundem beatum Ant.in eadem parte.§.vij. & de hoc aliquid dicam infra de dispensatione mariti cum vxore.

5 Decretum prohibitiuum etiam in corpore iuris clausum, non includit dispensationem, quia vno prohibito, dispensatio circa illud nō est prohibita,vt not. Abb.in c.innotuit.de elec. in j.co.

6 Dispensationes variantur secundum temporum,& personarum merita, vt not.in c.ex parte. de consue.facit tex.in c. sciendum est, xxix. dist.

7 Dispensatio licet per se sit odiosa, tamen si fit à Papa motu proprio, debet latè interpretari secundum Abbatem in c.cum in cunctis.de ele. in §.cum verò.in iij. col.

8 In dispensationibus non fit extensio ad actum quasi consecutiuum, si est facta ad preces dispensati.Ita Abb.vbi supra.& gl.in c.si quis in clero. j.quęst.j.

9 Dispensatio superueniens reualidat actum ab initio nullum. Abb. in c.innotuit. de elec. in iiij.& v.col.ibi,pone,quòd electio, vel collatio. Innocen.ibidem ponit diuersas opiniones, quas ibi vide.

10 In casibus, in quibus in dispensatione fienda est mentio de obstantibus: si motu proprio fiat dispensatio, non est fienda talis mentio, secundum Inno.in c.dilecti.vt lit.penden. & ibi Abb. post eum in iij.not.& gl.in c.j.de consti.in vj.in verbo noscatur. Quod credo verum de extrinsecis, secus de intrinsecis. Tum propter regulā Cācell.de motu proprio, tum commu. doct. opin.

11 In materia dispensationis possumus arguere à maiori, vt not.in c.per venerabilem.qui fil.sint legit.in.ij. col.

12 Dispensatus publicè,in foro ecclesiastico, non potest accusari de eodē delicto in foro sæculari: secus si occultè, vt not.in c.ij.de schismat. & ibi per Abb.in vlt.col. sed hoc hodie est clarū, quia sacra pœnitentiaria semper apponit clausulam, videlicet in vtroque foro: apponit tamen etiam clausulam, videlicet, dummodo non inquisitus, non quietus, vel non condemnatus.

13 Vbi in lege, canone, vel statuto, prohibitiuis est appositum verbum irrecuperabiliter in pœnalibus: non est propterea prohibita dispensatio secundum omnes,& præcipue Abb. in c. super eo.de schismat.in ij. col.

14 Maior est potestas dispensandi, quàm absoluendi: & qui non potest dispensare, non potest absoluere, sed non contra, vt in c. cum illorum. de sent. excom. & Abb. ibi in iij. not. vbi etiam ponit quæst. de non subdito facto subdito post delictum, quòd non possit dispensare cum eo, per Episcopum loci, in quem factus est subditus, nisi de consensu superioris. vide ibi in versi. & ex hoc.

15 Dispensatio est permissa in omnibus casibus, in foro pœnitentiali, nisi expressè appareat prohibita, quia arbitrariæ sunt pœnitentiæ. hoc tenet glo.in d.c. at si clerici. §. de adult. & est glo. magistra. de iudi. & ibi But.in vj. col. in princi.

16 Super infamia facti nemo dispensat, quia nemo potest facere, quòd facta in mentibus hominum habeantur pro infectis: in infamia autem iuris secus, vt supra diximus. & no.in l.in bello. §.facta.ff. de capti. non enim possumus hominū voluntates, seu opiniones immutare, vt xlvij.di. sicut.§.necesse.in fi. sed bene potest princeps dispensare, quòd infamia suum non sortiatur effectum, cum maxime videat causam esse iniustam, & à maleuolis ortam, vt not. in c.cum in iuuentute.de præsumpt. & in c. quidam. j. q. v. & per Abb.in c.cum I,& A,de re iu. & de hac infamia facti vide Bar.in l. de minore.§. tormenta.ff. de quæsti.& Doct. in c.testimonium.de testib. Et

17 qui potest dispensare, potest & restituere ad famam iuris, secundum gl.in c. si qui adulterio.in verbo,in potestate.in fi.xv.q.viij.

18 In dispensationibus semper attendi debet defectus causæ inducentis dispensationem, vt not. in c.in rigore.de voto.vbi plene.

19 Vbicunque ius permittit dispensare,ita quòd casus non sit expressè à lege prohibitus, semper dispēsatio intelligitur permissa inferioribus prælatis secundum casum dispensationis, vt not. in d.c. dilectus.de temp.ordi.& in c.fi. de postulat. præla.& per Arch.in c.licet canon.de elec.in vj. & not.in c.ij.de eo,qui furt.ord.suscep. quod tamen limitandum est, si pœnæ impositio pro delicto, esset Papæ, vel alteri superiori, specialiter reseruata. ita limitat Host. in c.ij. de offi. lega. vnde dicitur,quòd in casu, quo Episcopus venit deponendus, solus Papa dispensat, vt not. in c. sicut.de excess.prælat. & in c. veritatis. de dolo, & astu.& in c.quòd translationem.de offi. lega.

20 Vbicunque fit aliquid contra ius, necessaria est dispensatio, siue inter clericos, siue laicos. Ita Inno.in c.j.& ij.de eo, qui cogn. consangui. vxo.suæ.& per do.Card.ibidem. in iij.col.

21 In dispensatione iuris non requiritur ministerium hominis, vt not.in c. nihil est. & in cap. cum in iure peritus. de elec. & in cap. qui in aliquo. l. dist.

22 In occultis peccatis non est locus dispensationi, nec irrogatur infamia, vt no.in c.de his verò. l.dist.& in c.fi. de tempo. ordi. & in c.ex literarum. de aposta. & Inno. in c. tanta. de simon.in fin.& glo.in c.ex literis.de furt.in verbo promouere.

nere,quæ est si.quæ dicit aliquos tenuisse ꝯrium,
vt fuit Goffr.in summa.de temp.ordi.in iiij.col.
in fi.contra quem est tex. in c. erubescant. xxxij.
dist.& L.dist.§.j.quia ecclesia non iudicat de oc-
cultis, vt ibi. & xxxij. quæst. v. Christiana. & ij.
q.v.consuluisti.& in c. ex tenore. de tempo. or-
di.vbi dicitur, ꝙ quidam clericus adeo delique-
rat, ꝙ si eius peccatum fuisset publicum, degra-
daretur ab ordine,quem susceperat, & nõ posset
ad superiores promoueri, & ibi mandatur suo
prælato, vt ei condignam pœnitentiam imponat,
quia peccatum erat occultum, & ei suadeat, vt
parte pœnitentiæ impositæ peracta, vtatur ordi-
ne suscepto, ad superiores tamen non ascendat:
tamen,quia occultum est, si promoueri voluerit
eum,non debet aliqua ratione prohibere.Et no-
ta,ꝙ dixit suadeas, & non prohibeas. & pro hoc
faciunt etiam not.in c.ij.de apostat.arg.c.si sacer
dos.de offi.ordi.& Abb. in c.quæsitum.de tem-
po.ordi. & ibi But. in iiij.not.

23 Quod ex dispensatione specialiter concessum
est,non debet pro regula assumi, vt in c. Cœno-
manensem.lvj.dis.& in c.etsi illa.j.q.v.& in c.or
dinationes. xix. q.j.

24 Ex dispensatione multa tolerantur,quæ rigor
canonis condemnat, vt in c.fraternitatis.34.dis.

25 Secundum diuersitatem excessuum, dispen-
satio aliquando protrahitur,quandoque accele-
ratur,vt in c.hi,qui.xv. q. viij.

26 In materia dispensationis verba debent stri-
ctè intelligi,vt not.in c.j.de fil. presbyt. in vj. &
c.cum illis.de præben. eo.ti.

27 Vbi in iure dicitur,quòd poterit dispensari, ta
lis dispensatio semper dicitur, & intelligitur per
missa Episcopo, secundum Abb.in c. Henricus.
de cler. pugn.in duello. el ij.

28 Iura,quæ arctant ad certam qualitatem expri-
mendam in impetrationibus beneficiorum, ha-
bent locum in impetrationibus dispẽsationum,
vt not.Domi.de S.Gem.in c.non potest. in prin.
de præben.in vj.propter gl.ij.inibi. in verbo mo
dicum.& idem sentit Abb.in c.ad aures.de resc.
in vlt.col.ibi.aut impetro dispensationem.& Ro
ta.in collectis per Ægidium decis.cccxliij. in-
29 cip.si Episcopus,vicario,vel officiali.dicit,ꝙ†ea
quæ vitiant prouisionem,fortius vitiant dispen-
sationem ,quæ est stricti iuris, vt in d.c. non po-
test.& c.j.de fil.presbyt.in vj.bene facit gl.in c.si
Apostolicæ.in ver.præferri.de præben. eod. lib.
ibi.si enim in literis.& do.meus Fely.in c.in no-
stra.in viij.corolla.refert Aegid. Bonon. in c. de
multa.de præben. dixisse, quòd si dispensatur cũ
aliquo,vt possit cõsequi duas dignitates, vel per
sonatus,intelligitur in diuersis ecclesiis,& nõ in
eadem,quòd dictum Abb. ibi extollit. in ij. col.

30 Executor datus ad dispensandum, non debet
assumere partes iudicis, nisi in commissione sit
apposita clausula,vocatis vocandis, vt supra di-
ximus de pœna indiscretè dispensantis. in §. iij.
sed potest procedere secundum not.per Inno. &
Io.An.in c.fi.de præscrip.& gl.in cle.j.de offi.de
leg.& obstaret clausula, si ita est,quia semper sub
intelligitur,etiam si non apponatur, vt not.in c.
ex parte. de rescrip. & talis clausula non redicere
scriptum conditionale,nec requirit causæ cogni
tionem,nec partium vocationem,sed mero iure
suo executor exequitur,vt not.in d. c. fi. de præ-
scrip.& in cle. Iudex. de off. deleg. quinimmo si
apposita fuisset clausula, requirens facti cogni-
tionem,quoad veritatem ipsius facti, puta,si per
31 missa vera esse repereris, super quo conscien-
tiam tuam oneramus, adhuc executor non ne-
cessitaretur ad cognitionem causæ, licet secus
si apposita fuisset clausula, si tibi constiterit, vt
not.in d.cle.Iudex. & Lapus allegat. sua.lxj.inci
pien. Visis literis Apostolicis. & ibi ponit ra-
tionem.

32 Dispensatio super statuto iurato nihil opera-
tur,nisi in ea fiat mentio de iuramento. Ita Fel.
in c.ij.in ix.col. in princ. de spons.

33 Dispensatio licèt sit stricti iuris, vt supra dixi-
mus,& not.in d.c.j.& ij.de fil.presbyt. in vj. ni-
hilominus extenditur ad sequentia necessaria di
spensationi,vt dixit glo.in c. si quis in clero.j. q.
j.iuxta illud,vno concesso, omnia sunt concessa,
sine quibus illud non posset stare, vt not.de offi.
deleg.præterea. Nam dispensato cum vno super
pluralitate beneficiorum, videtur etiam dispen-
34 satum super residentia.Item†si dispensatur cum
minore, vt habeat vnum curatum, videtur etiam
dispensatum, vt non teneatur se promoueri fa-
cere ad sacerdotium infra annum, vt not.Hosti.
& alij.in c.cum in cunctis. de elec. Sed attende,
quòd Cancellaria hodie non prouidet in titu-
lum minori de curato, sed in commodum. est
tamen alia practica,quæ est, quòd commodatur
vsque ad decimum octauum, & abinde super da
tur in titulum, sed componitur cum datario, &
tunc habent locum supra dicta.

35 Dissimulatio Principis,seu tolerantia in actu
iure prohibito,inducit dispẽsationẽ,vt tex.& gl.
& Doct.in c.quia circa. de cons.& affi. ibi.dissi-
mulãdo potius, quod intelligi debet de dissimu
latione rationabili,vt ibi tex.dicit in fi.ideo offi-
cium pœnitentiariæ in dispensationibus super
gradibus semper apponit clausulam, quia si se-
paratio fieret, grandia scandala verisimiliter ori
rentur, vel oriri possent discretioni tuæ, &c. &
hinc assumpta est illa practica.

Sed secus dicas in inferiore à principe, quia
superior talis exercens actum cum subdito con-
tra legem, eo casu, quo potest dispensare, non
videtur propterea dispensare, dicit Inno. in c.ve
niens.de fil. presbyt. licet secus in principe, in

quo, seu qua non requiritur causæ cognitio, sed sufficiat sola voluntas, vt idem dixit in c. cum ad monasterium. de stat. regul.

36 Dispensatio autem inferioris à principe, facta sine causæ cognitione, debet per superiorem reuocari, vt not. etiam Abbas in c. diuersis fallaciis. de cler. coniug. vbi etiam dicit, quòd ex quo quis fecit actum, in quo potuit dispensare: licet dispensationem teneat quoad superiorem, quia seruauit seruanda, & propterea venit per superiorem reuocanda, ipse tamen inferior non poterit contraire. quia quantum in eo est, functus est officio suo, & actum approbauit: quia indignum est, quòd illud, quod approbauit, reprobet. l. si vxor. ff. de adult. & Abb. post Host. in d. c. diuersis. de cleri. coniug. de simulata dispensatione dicam infra de tacita dispensatione, quæ erit vltima rubrica huius operis.

SEQVITVR TERTIA PARS PRINCIPALIS.

SVMMAE.

1 *Disputare de Pontificis potestate sacrilegium est, & alia mala oriuntur. & nu. 2.*
3 *Pontifex habet plenitudinem potestatis, iuxta illud, Quodcunque solueris super terram, &c.*
4 *Disputare nemo debet de potestate Pontificis in dispensando.*
5 *Pontifex omnia habet promissa ex generali promissione, quæ ei non reperiuntur expressè prohibita.*
6 *Papa, an dispenset tantum in casibus ab Ecclesia admissis, vel etiam in non admissis.*

De dispensatione Papæ.

1 De potestate Papæ disputare sacrilegium est, vt in c. si quis suadente. xvij. q. iiij. in fi. cũ omnia possit claue non errante. xxiiii. q. j. c. manet. & c. quicunq;. & ibi gl. & per Imo. in c. quãto. de iureiu. nec sit, qui dicat, cur ita facis? nisi ex eius facto decoloraretur status vñs ecclesię. xix. dis. in memoriam. & c. nulli. & per Io. de Ana. in c. j. de maledi. alias sequeretur, quòd ipse solus posset destruere Ecclesiam, & vniuersitas Christiana demoliretur,
2 & non diceretur bene ordinata Christo, q † hæreticum esset dicere, quia immo perfectè fuit ordinata, iuxta illud Deuteron. xxxij. Date gloriam Deo vestro: perfecta sunt enim opera Dei. Alias
3 enim † in eo est potestatis plenitudo, iuxta illud Matth. xvj. Quodcunque solueris super terram, &c. & per beatum Tho. in tract. contra errores Græcorum. c. lxviij. & Cyrillus Alexandrinus in lib. Theologorum ait, sicut Christus accepit à patre ducatum ex Israël egrediens super omnem principatum, & potestatem, & super omne, quodcunque est, vt ei genua cuncta curuentur, sic & Petro, & eius successoribus plenissimè concta commisit. & beatus Tho. in eod. tract. c. xxiij. ait, Sicut prædicti errantes contra vnitatem corporis mistici peccant, Romani Pontificis plenariam potestatem abrogantes, sic &c. & idem eodem c. lxvij. dicit, quòd Christi vicarius in totam ecclesiam Christi vniuersalem prælationem obtinet. Et Chrysost. super Matth. ait, Filius, qui præsens est, & ipsius filii potestatem Petro vniuersaliter concessit, vbique terrarum, & homini mortali omnium, quæ sub cœlo, & in cœlo sunt, dedit auctoritatem, dando ei claues ad hoc, vt ecclesiam vbique terrarum ampliet. Et idem sanctus Io. in Homel. lxxxvj. ait, Iacobum localiter terminat in loco, Petrum autem totius orbis magistrum, & Doctorem. Petro nanque oues suas Christus indistinctè commi-
4 sit, vt Io. vlt. Pasce oues meas. Cum itaque † Romanus Pont. sit potestatis plenitudo, non esset quærendum de eius potestate in dispensando, cum in toto sit pars: sed tantum sufficeret dicere, Papã in omnibus casibus dispensare posse ex plenitudine potestatis, pro quo etiam facit tex. in c. cuncta per mundum. & c. per principalem. ix. q. iij. & in c. de cætero. ij. q. vij. omnibus nanque Apostolis dixit Iesus, Laxate rete, Petro autem soli, duc in altum, per quod præeminens iurisdictio designatur. xxiiii. q. j. non turbetis. faciunt not. in c. inter corporalia. de transl. præl. & Matth. xvj. Tu es Petrus, &c. de quo transumpti ue xxj. dist. in c. quoniam ius. sed rectius dicendum est, videlicet omnia Papæ esse permissa ex generali permissione, quæ non reperiuntur ei expressè prohibita, vt not. in c. inter corporalia. de transl. prælat. in §. sed nec. & per Pet. de Ancha. consi. suo cc clxxiii. in fi. sed Ægid. Bell. consil. suo xxviii. in iiii. col. versi. non obstat. q Papa dicit, quòd Papa non dispensat, nisi in casibus ab ecclesia admissis: in non admissis autem non.

Sed vt materiam hanc clarius deducamus, formabo quatuor conclusiones, quarum prima sit, videlicet.

Quidam sunt casus, in quibus nunquam potest ab aliquo dispensari, nec dispensatur.

Secunda est, quòd aliqui sunt casus, in quibus dispensari potest, sed non dispensat.

Tertia est, quòd aliqui sunt casus, in quibus potest dispensare, & dispensat.

Quarta, quòd sunt aliqui casus, in quibus dubitatur, an possit dispensari, an non.

In primis itaque circa primam ipsam reducendo ad potestatem Papæ ponemus aliquos casus.

SVM-

S V M M Æ.

1 *Dispensatio contra articulos fidei, nequaquam admittitur.*
2 *Dispensatio, quę instituit noua sacramenta, vel instituta reuocat, non admittitur.*
3 *Neque in voto necessario licet &c.*
4 *Neque contra domini pręceptum, vel Euangelium.*
5 *Neque contra ius diuinum, neque contra quatuor concilia.*
6 *Nec in his, quæ sui natura mala sunt.*
7 *Nec contra Monachatum, & quomodo intelligatur.*
8 *Arg. de toto ad partem, quando fit mentio de potestate Pontificis in his, quæ sunt de iure diuino, an valeat.*
9 *Pontifex potest statuere vniuersaliter super non solutione decimarum, secus specialiter.*
10 *Papa an possit statuere, quòd stetur dicto vnius testis in omni causa.*
11 *Et quid, quòd duo testes non sufficiant contra illud, in ore duorum, uel trium.*
12 *Pontifex an generaliter possit statuere, quòd Clerici in sacris constituti, non sint obligati ad horas canonicas.*
13 *Et an possit statuere in die dominico quilibet possit exercere artem suam.*
14 *An contra decisionem Apostoli.*
15 *An possit statuere, quòd iuramentum non ligaret.*
16 *Quid si statueret, quòd coniuncti matrimonialiter, in totum separentur.*
17 *An possit dispensare, quòd matrimonium ad tempus duret.*
18 *Quid si statueret, quòd vsuræ essent permissæ.*
19 *An dispenset super voto continentiæ ex causa faciendo, scilicet de monacho non monachum. & 25.*
20 *An possit subijcere vnum clericum iudici sæculari.*
21 *Pontifex potest deponere multos Episcopos, at non omnes, & quo iure.*
22 *Neq; potest auferre omnia pri uilegia Ecclesiæ.*
23 *Pontifex potest dispensare contra quatuor generalia concilia, circa ea, quæ non tangunt articulos fidei, vel statum vniuersalis Ecclesiæ.*
24 *Et etiam quòd omnes clerici de nouo licitè contrabant matrimonium: secùs de constitutis in sacris.*
26 *Pontifex omnia potest præter peccatum.*
27 *Et exceptis illis, quæ sibi sunt specialiter probibita.*

CONCLVSIO I.

In quibus casibus non potest dispensari, nec dispensatur.

1 PRIMÒ † contra articulos fidei, vt
not. in c. quidam. xxv. q.j. ex quo
2 tex. & ibi not. † nec illos renouare,
vel imitare, nec noua sacramenta
instituere, nec instituta renouare,
secundum beatum Tho. ij. ij. q.j. versi. ad primũ
ergo. & per eundem in iiij. dist. xvij. q. xlij. & zen
zen. in extrauag. Io. xxj. quę incipit, inter nonnul
3 los. & dicas etiam, † quòd in voto necessario nul
lo modo Papa dispensat, si licitum sit secundum
Hosti. in summ. de voto. in §. vij. incipi. vtrum,
& per quem in votis.

Tamen beatus Tho. in iiij. sent. dist. xxxviij. art. vlt. q.j. & art. iiij. circa medium, dicit quòd Papa in omnibus votis dispensat, sed ij. ij. quæst. lxxxviij. art. vlt. tenuit contrarium dicens, quòd super voto continentiæ non potest dispensare, per tex. in c. Inter monasterium. de sta. regul. Infra dicam de voto, conclusione lxx.

4 Aliqui etiam voluerunt, quòd † nõ dispenset
contra præceptum domini, nec contra euange-
lium, nec Apostolum, & etiam per not. in c. signi
ficasti. de elec. & c. sicut sancti euangelij. xv. dist.
de quo tamen latius infra dicam per discursum
in diuersis tit. & præcipuè de biga. & de voto, de
homicidio, & de dispensatione per ingressum
religionis, & de sponsalibus, & alijs congruen-
tibus locis.

5 Item regulariter † non dispensat contra ius di
uinum, nec contra quatuor concilia, vt in c. sunt
quidam. xxv. q.j. & c. significasti. de elec. & c. si-
cut sancti. xv. dist. glo. in c. literas. de resti. spol.
in verbo, non potest. Io. de Deo posuit. xj. casus,
in quibus Papa non dispensat. in verbo, non po-
test dispensare, ponit regulam, videlicet quòd
Papa non potest dispensare in his, quæ sunt con-
tra articulos fidei, vel generalem statum eccle-
siæ: nec in his, quę sunt cõtra substantialia mona
6 chat. † nec in his, quæ sui natura mala sunt. Nec
7 † contra monachatum, quòd intelligo in perpe-
tuum, quia ad tempus potest, vt not. Io. An. in rè
gula, actus legitimi. in Mercu. & vltra illos xj. ca
sus, in quibus Papa non dispensat, quos Spec. re
fert ad literam, non referendo tamen eum, idem
addit alios quatuor in tit. de leg. sub rubri. de di
spensat. in §. nunc breuiter dicendũ est de dispen
satione domini Papæ. quos hic non repetam, ne
transplantem, sed ad illos me refero, inter quos
tamen sunt aliqui dispensabiles, vt infra.

Dominus meus Fel. in c. fin. de maior. & obedi. in vlt. col. dicit, quòd quando fit mentio de potestate Papæ in his, quæ sunt de iure diuino, nõ debemus arguere de toto ad partem, vt not. in l. quæ de tota. de rei vẽdi. & in c. quidam. xxv. q.j. dicendo, non tollit hoc ius in totum, ergo nec in parte. multiplex enim instantia datur ad ostendendum aliud esse loqui de particulari constitutione limitatiua iuris diuini seu dispensatione ex causa, & aliud loqui de vniuersali contraria ordinatione. Ecce exempla, non posset Papa statuere vniuersaliter super non solutione decimarum, & tamen particulariter statuit, & dispensat cum aliquibus, ne teneantur soluere, vt

dicit

dicit glo.in c.à nobis.de decimis.& ibi omnes.
10 Item, non posset Papa statuere, quòd staretur
dicto vnius testis in omni causa, quia esset con-
tra illud Numeri 35. Ad vnius testimonium
nullus condemnabitur.& iij.q.ix.iudicas.& per
eundem Fel. in c. constitutus. de rescrip. Nec
11 quòd duo testes non sufficerent, quia esset con-
tra illud euãgelicum, In ore duorum, vel trium,
&c. vt Io. viij. & transumptiuè in c. in omni.de
testi. & tamen certis casibus statuit stari dicto
vnius testis, vt per Spec. in tit.de testi.in §.restat
de numero.& aliquando auget numerum testiũ,
vt in c.præsul.ij.q.iiij.& idem Fel.dixit in c. per
tuas.de maio.& obed.q non posset Papa statue
12 re generaliter, quòd clerici in sacris constituti
non essent obligati ad horas canonicas, quia es-
set contra ius diuinum, Septies in die laudem ti-
bi dixi, Psal.cxviij.& transumptiuè in c.j.de ce-
lebr.miss. & tamen cum vno potest dispensare,
si non super toto, saltem super tanto, vt per do.
Card.in cle.j. versi.sexto nota. de celebr.mis. &
per Abba.in c.fi.in iij. col.eodem tit. Nec posset
13 statuere, quòd die dominico, quilibet exerceat
artem suam, quia esset contra ius diuinum, Sab-
bata sanctifices: & transumptiuè in c.j. de feri.
& tamen alicui concedit, quòd die dominico
14 possit piscari.c.licet. de fer. Non posset statuere
generaliter, contra decisionem Apostoli, quia
vt ipse dixit ad Galatas.j. Etiam si Angelus de
cœlo aliud euangelizaret, quàm euangelizaui
sumus, anathema sit, vt ibi, & transumptiuè xj.
q.iij. si is, qui præest. tamen Papa ex causa cum
aliquo dispensat contra dictum Apostoli, vt di-
xit Inno.& omnes, in c.super eo.de biga.& Doc.
in c.lector.xxxiiij.dist. & per beatum Tho.quoli
bet.iiij.art. xiiij. & Pet. de Ancha. consil. mihi
cxxiij.incip. circa bigamos.& Inno. in c.propo-
suit.de concess.præben. in xiiij.col. Io.de Turre
cremata Cardinalis S. Sixti, in suo tractatu de
Papa. quæst.lxiij. & Rota.de biga.in no.decis.j.
alias ccccxlvij.incip.quoddam factum extra Ro
15 tam.& Goffr.in sum.de biga.in fi. Non posset sta
tuere, quòd iuramentum non ligaret, propter re
sistentiam iuris diuini, de quo in c.& si Christus
de iure iur.tamen cum aliquo dispensat, vt not.
idem Fel.in c.constitutus.in versi.generaliter au
tem.de rescrip. Non posset ordinare, quòd con-
16 iuncti matrimonialiter separentur in totum, per
illud euangelicum, Quos Deus cõiunxit.& tran-
sumptiuè xxxij. q.ij. quos Deus. & in cap.j. de
coniug.lepros. tamen ex causa dispensat ex toto,
& soluit matrimonium, vt in cap. gaudemus.
de diuortio.
17 Item dispensat, quòd matrimonium duret ad
tempus, vt not.Io. An. in regula actus legitimi.
de re.iu.in vj.in Mercuri.vbi tamen Io. An.dixit
referendo dicentes, quòd illud c. sunt quidam.
ibi allegatum, non prohibet contra euangelium
dispensare, sed euangelium destruere. Non pos-
18 set generaliter statuere, quòd vsuræ essent per-
missæ propter euangelium, Mutuum dantes, &
nihil inde sperantes. & tamen ex causa statuit,
quòd fructus non computentur.c.salubriter. de
vsur.& in c.per vestras.de donat.inter virum, &
vxo.& ibi per Abb.& alios.
19 Super voto continentiæ, potest etiam dispen-
sare ex causa, faciendo ex monacho non mona-
chum, vt infra dicam de voto, & dixit Io. An.in
d.c.actus legitimi.& idem dixit Fel.in c. si quan
do. de rescript.
20 Posset etiam Papa subijcere vnum clericum
iudici seculari, vt dixit idem Fel. in c. ij. de ma-
ior.& obedi. sed non omnes clericos, quia esset
in destructionem ecclesiæ. Vel dic, quia ante Pe-
trum non erant subditi iudici seculari, & hoc pri
uilegium clericorum non est ab homine, sed à
Deo, iuxta illud Psal. Nolite tangere Christos
meos. & de hoc est glo. singul.in c.si Imperator.
xcvj.dist.in verbo, & discuti. & hoc idem tenet
Cardinalis in cap. perpendimus. de sent. exco.
in repeti.
21 Posset etiam deponere multos Episcopos si-
ne causa, sed non omnes Episcopos. Idem dicito
de beneficiatis, & hoc de plenitudine potestatis,
non autem auctoritate ordinaria. glo. in c. per
principalem.ix.q.iij & c.institutus.de relig.do-
mi.& tex.in cle.j. vt lite penden. & Rota in no.
decisi.cccxlj. quia esset decolorare vniuersalem
statum ecclesiæ, quod Papæ non licet.glo.not.in
c.quæ ad perpetuam.xxv.q.j.
22 Non posset auferre omnia priuilegia ecclesiæ
Ro.sed benè aliqua, de quo vide per Alb.de Ro-
sa.in l. iubemus nulli.C.de sacros.eccles.vbi enu
merat priuilegia Ro. ecclesiæ.
23 Posset etiam dispensare contra quatuor con-
cilia generalia circa ea, quæ non tangunt articu-
los fidei, vel statum vniuersalis ecclesiæ, vt not.
in c. cum ad monasterium. de stat. regul. & ibi
glo. in verbo, abdicatio. & in c. post translatio-
nem.de renunciat.tex.& glo.in verbo, præsumit.
xv.dist.& j.q.iij.ex multis.& ibi glo.in verbo, ex
principalibus.quæ hoc expressè dicit, & allegat
iura in hoc concordantia, quibus adde bo.glo.in
c.requiritis.j.q.vij.in verbo, vt plerisq;. ibi, scias
ergo. tex.& glo. in fi.xv.q.j. & per Inn.in c. iiij.
de consuetu.& in c.inquisitioni.de sententia ex-
co.& Hosti.in summa de dispẽsati.in §.j.in versi.
aliqui etiam dicunt, quòd contra quatuor conci
lia generalia dispensare non potest, quod est fal-
sum, vt probatur de elec.significasti.
24 Posset dispensare, seu de nouo statuere, quòd
omnes clerici de nouo licitè contrahant matri-
monium, vt dicit glo. in c. quæ ad perpetuam.
xxv.q.j.& c.sunt quidam.sæpius supra alleg.

Non

Non dispensat, quòd constitutus in sacris cōtrahat matrimonium, secundum glo. in c. cum olim. de cler. coniug. & tamen potest dispensare cum subdiacono. & est ratio quia subdiaconatus olim non erat ordo sacer, & hodie est ex constitutione ecclesiæ, super quam Papa habet latissimas habenas, dicit glo. in c. j. de immunit. eccl. in verbo infectis. & est etiam glo. in cle. ad rem. de hęret. in verbo, ecclesiæ. & quòd subdiaconus olim non esset sacer ordo, est tex. in cap. lector. xxxiiij. dist. & ibi bo. glo. & quòd cum eo dispenset, est tex. in c. de illo. xxxij. dist. & Io. An. in regula, semel Deo. in vj. & not. in c. cum ad monasterium. de stat. regul. & ibi Inno. & xxj. q. ij. §. sunt quidam. & c. cum olim. de cler. coniugat. & in c. j. de voto. in vj. An autem cum diacono dispenset, not. glo. in d. c. Quæ ad perpetuam. xxv.
25 q. j. Qui dicit, quòd † Papa super continentia sacerdotum potest dispensare. Et xxxij. dist. de illo. in glo. vnica, dicam latius infra. qui cleri. vel vouen.

Et de huiusmodi potestate Papæ, & eius latissima extensione, vide Hosti. & Io. An. & alios post eos, in c. magnæ. de voto. vbi dicunt, quòd
26 † omnia licent Papæ pręter quam peccatū. quod etiam dictum Io. An. limitat, videlicet quando peccatum surgit ex conuentione legis diuinę tantùm, secus si ex cōuentione legis positiuæ, quòd benè nota. De huiusmodi potestate vide etiam Inno. in c. quod super his. de voto. & c. magnæ. & in c. licet. de for. compet. & per Bal. in l. rescripta. C. de preci. Imper. offeren. Et de eius potestate in laicos not. in c. nouit. de iudi. & in c. per venerabilem. qui fil. sint legit. & in c. venerabilem. de elec. & in c. fundamenta. eo. tit. in vj. & cle. ne Romani. eo. tit. §. irritum. in versi. quintò quæro. vbi Card. latè ponit de huiusmodi potestate, & in c. pro humani. de homici. in vj. & in c. j. de translat. prælat.

27 Sed sit firma conclusio, quòd † Papa potest dispensare in omnibus casibus, illis exceptis, qui sunt sibi specialiter prohibiti, vt sunt articuli fidei, & decoloratio status vniuersalis ecclesiæ, & in illis & potest cum moderamine, de quo dicam etiam aliquid infra de spons. & qui cleri. vel vouent.

Nec est attendendum ad casus illos, quos posuit Goffr. in summa de tempo. ordi. in illis quatuor versibus videlicet.

Sine bis ordo datur, seu baptismus repetitur :
Aut quod vtatur fidei status ordo petatur,
Vt si præstetur vtrunque, simon operetur,
Vt dispensetur, spes irrita prorsus habetur.

Quia imò in omnibus his casibus Papa potest dispensare, si vult per ea, quæ habetur in c. licet. de translat. prælat. & dicunt non dispensare, idest non debere dispensare, vel non de facili: aliàs si vult, potest cum quocunq;, & quacunq; irregularitate, vt not. Inno. in c. cum æterni. de re. iur. in vj. & in c. j. de biga. & dixi supra in principio huius tit. & dicam infra de voto, in lxx. conclusione, vbi videbis. Et ex his fit expedita prima conclusio supra posita, accidentibus quæ proximè dicam.

SVMMAE.

1 *Dispensari potest in quatuor casibus, at non dispensatur.*

CONCLVSIO II.

Casus, in quibus potest dispensari, sed non dispensatur.

AD secundam, videlicet quòd aliqui sunt casus, in quibus potest dispensari, sed non dispensatur: Docto-
1 res exemplificant in homicidio voluntario: item ponunt alios quatuor casus. Primus est cum eo, qui reordinatus est, vt j. q. vlt. c. saluberrimum. in fi. Secundus est in eo, qui rebaptizatur scienter, vt in c. eos. & c. qui bis. de consecra. dist. iiij. Tertius cum eo, qui cum posset ab ecclesia catholica, & catholicis ordinari, tamen in contemptum eius, & fidei subuersionem fecit se ab hæreticis ordinari, vt j. q. vij. conuenientibus. Quartus cum eo, qui ordinatus est simoniacè à simoniaco, vt ix. q. j. & ij, sunt casus illi, qui continentur in illis quatuor versibus, in quibus, vt supra proximè dixi, potest cum causa dispensari.

SVMMAE.

1 *Arg. à sufficienti partium enumeratione negatiuè valet.*

CONCLVSIO III.

AD tertiam, videlicet quòd aliqui sunt casus, in quibus potest dispensari & dispensatur, dico quòd in titulis specialibus subsequentibus videbimus in discursu operis.

Sed ex iam hactenus dictis satis possumus dicere, quòd ex quo vidimus in quibus casibus nō potest dispensari, satis ostensum sit, quòd in
1 alijs dispensari potest, arguendo negatiuè à sufficienti partium enumeratione, quia vnius inclusio, alterius exclusio. no. in c. nonne. de præsumpt. & xxxij. dist. hospitiolum, à contrario sensu.

SVMMAE.

1 *Nuptiæ replent terram, & virginitas paradisum.*
2 *Virginitas est soror Angelorum.*
Castitas sola est, qua cum fiducia potest Deo animas

mas hominum præsentare.
3 *Anima tanto magis Deo accepta est, quanto pau-*
cior homo reperitur sine vitio incontinentiæ.
4 *Incontinentia inter grauiora delicta connumeratur.*
Incontinentia pertinet ad animam, sed minus in-
temperantia.
5 *Pontifex in CXIIII. casibus solus dispensat, vsque*
in finem.
6 *Beneficia ecclesiastica respectu potestatis Papalis*
sunt manualia seu obedientialia, & ad nutum
amouibilia. & 12.
7 *Pontifex potest ex plenitudine potestatis transferre*
episcopatum, etiam eo inuito.
8 *Cancellarius cancellariæ Apostolicæ olim praerat*
iustitiæ, & cum Pontifice contendebat de parita-
te circa concernentiam iustitiam.
9 *Vicecancellarius cancellariæ Apostolicæ, quare*
sic hodie dicatur.
10 *Papa est maior in Ecclesia, & post eum Camerarius,*
deinde maior pænitentiarius, &c.
11 *Officium camerarij, & maioris pænitentiarij mor-*
tuo Papa non cessat.
13 *Sacerdotes quare ita in magna quantitate introdu-*
cti sunt.

CONCLVSIO IIII.

Casus in quibus solus Papa dispensat.

AD quartam conclusionem, videlicet quòd aliqui sunt casus, in quibus dubitatur, vtrum in eis valeat dispensari. Dicas primò dubitari secundum antiquos Doc. an in simplici voto continentiæ: dixerunt aliqui, quòd non, quia vix, aut nunquam potest melius inueniri, in quo fieret voti permutatio: per quibus facit illud Ecclesiastici xxvj. in fi. Omnis ponderatio non est digna continentis animæ. facit tex.
1 glo. in c. nuptiæ. xxxij. q. j. vbi dicitur, quòd † nu-
ptiæ replent terram, & virginitas paradisum. &
2 ibi glo. dicit, quòd † virginitas est soror Angelo-
rum: ideo aliqui dicunt prædicta iura non procedere in voto continentiæ in iam corruptis, quia virginitatis aureolam amiserunt, sed in virginitatis voto tantum procedere. Sed de hac materia latius dicam infra de voto, vbi quæram, an in solemni voto castitatis dispensetur, & ibi latius. Imperator tñ in authen. de leno. in §. sancimus, colla. ij. ait, quòd sola est castitas, quæ cum fiducia potest Deo animas hominum præsentare. & idem not. in c. cũ ad monasterium. de stat.
regul. quæ tanto magis Deo accepta est, quanto
3 pauciores reperiuntur sine vitio incontinentiæ,
dicit Greg. in epistola ad secũdinum, & transum
ptiuè habetur in c. cum sanctitas. L. dist. & in c.
4 de his. xxviij. dist. & xxxiij. q. v. quæ sit. † Incõtinen
tia enim inter grauiora delicta connumeratur; vt not. in c. accepimus. de purgat. cano. & beatus Tho. ij. ij. q. cliij. art. j. dicit, Incontinentia pertinet ad animam, sed minus intemperantia, vt ea. q. art. ij. & iij. aliqui tamen, vt fuit Guil. Altisiodorensis, qui fuit summus Theologus, & Tarantasiensis, Fribur. & Geral. & Hermanus: hi omnes vltramontani tenuerunt Papam in hoc simplici voto posse dispensare. vt est tex. in c. me minimus. qui cleri. vel vouen. vbi latius dicam.
5 Modò singulariter vidẽdum est in quibus ca-
sibus solus Papa dispenset, disponat, & cognoscat, postquàm vidimus in quibus non potest dispensare. Spec. in tit. de dispens. in §. nunc breuiter dicendum de dispensatione Papæ. in tit. de legato. in §. nunc ostendendum. ponit lxxxix. casus Papę specialiter reseruatos, quos hic seriatim nõ referam, sed sicut occurret, illis alios addendo vsq; ad num. cxvij. & glo. in c. sicut vnire. de excel. prælat. ponit hos versus videlicet.

Restituit Papa solus, deponit, & ipse
Diuidit, ac vnit: eximit, atque probat.
Articulos soluit fidei, synodum facit generalem:
Tansfert, & mutat: appellat nullus ab illo.

Et primò dicendum est, quòd solus Papa cognoscit super quæstione fidei, & super eius articulos, si de eis oriretur dubitatio, & solus cum hæreticis, & reuertentibus dispensat, vt in c. quotiens. xxiij. q. j.

Solus Papa transfert Episcopum vel electum, vt in c. inter corporalia. de translat. prælat. & in c. nisi esset illa specialis. de offi. lega. & idem videtur dicendum de omnibus alijs prelatis exemptis, & immediatè subiectis sedi Apostolicæ.

Solus Papa cognoscit de depositione Episcoporum, & solus ipse reponit ac restituit, & cum eis in quocunque crimine dispensat, vt iij. q. vj. quamuis. & idem dicito de depositione Abbatum, & aliorum prælatorum exemptorum, vt in c. multum. ea. causa, & q. & c. accusatus

Solus Papa dispensat super electionibus nulliter factis, quod intellige cum ecclesia est viduata, vt in c. deniq;. vij. q. j. & in c. inter corporalia. de translat. prælat. & in c. licet. de regul. iunctis his, quæ not. per Inno. in c. ex parte. de concess. præben. & Rota in no. ccccxlj. fuit dubium, vtrum inductio.

Solus Papa admittit resignationes Episcoporum, & aliorum prælatorum sedi Apostolicæ immediatè subiectorum, vt in eisdem iuribus supra proximè allegatis.

Solus Papa eximit Episcopos à subiectione, & obedientia suffraganeorum suorum, vt in c. frater. xvj. q. j. & idem dicito de quibuscunq; religiosis vel clericis, qui sunt in sua diœcesi, ne subsint suo ordinario.

Solus

Solus Papa dispēsat cum actualiter deposito ab ordine, vt ij.q.vj.ideo. el j.& ij.& ibi glo. in verbo, ac restitutionibus. dicit, quòd si est solem niter degradatus, solus Papa eum restituit, & cū eo dispēsat: secus si est solo verbo depositus.

Solus Papa interpretatur suū priuilegiū, cum venisset.de iudi.& idem dicito de rescripto Apo stolico secundum Hosti. vbi per viam iuris solui non posset à iudice, vel ab alio, vt not.in c.ij. de offi.lega.& idem intelligit Hosti. ibidē de interpretatione statuti facti per legatum, qui iam exiuit prouinciam nullo ei succedente, & idem de dispensatione in casibus, per idem statutum Papæ reseruatis.

Solus Papa mutat sedes episcopales, vt vij. q.j.temporis.& idē dicito de mutatione, vel dimissione conuentuum iam acceptorum, & incorporatorum religioni quatuor mendicantiū, qui huiusmodi conuentus iam acceptatos dimittere, aut deserere, nec ad aliam religionem transferre, sine Papæ dispensatione, vt in c.j.de religio.domi.in vj.

Solus Papa nouā sedem Episcopalem exigit. xvj. quæst.j. felix. & de consecra. dist.j. De locorum verò.

Solus Papa nouam instituit religionem, vt in iuribus supra proximè allegatis.& xij. dist. præceptis.

Solus Papa vnum Episcopatum subijcit alteri, vt xvj.q.j. & temporis. & sicut vnire. de excess.prælat.& c. quòd translationem.

Solus Papa Episcopatum diuidit, & duos in vnum vnit, vt in iuribus supra dictis.& idem dicendum de ecclesijs, & monasterijs conuentualibus exemptis.

Solus Papa dispensat super voto Hierosolymitano, vt de voto.ex multa.& idem dicito de voto ad Sanctum Iacobum in Compostella,& limina Apostolorum, non ex dispositione iuris communis, sed ex speciali reseruatione Papæ, quæ etiam continetur,& legitur in bulla, in cœna domini, in qua hodie etiam includitur beata Virgo de Lareto.

Solus Papa dispensat super voto religionis, de quo latius dicam infra de voto.

Solus Papa dispensat super iuramento licito, veniens. de iure iur. & multo magis vbi est dubium, an sit licitum an illicitum, vt in c.venerabilem.de elec.sine tamē causa rationabili hoc nō facit, vel debet facere: sed in dubijs etiam Episcopus potest secundum beatum Tho.in summa.dicam infra de dispensatione Episcoporum.

Solus Papa dispensat super irregularitatibus contractis ex maioribus criminibus, adulterio puta, cum quis sit in iudicio confessus, vel conuictus. de iudi. at si clerici.in §. de adult. & specialiter super irregularitate cōtracta ex eo, quòd quis scienter permisit se bis baptizari.c.eos. & c. qui bis.de consecra. dist.iiij. & idem dicito si ignoranter, & postea ratificauerit.

Solus Papa similiter dispensat cum eo, qui bis eundem ordinem scienter recipit, vt in c. saluberrimum.j.q.vij.& idem dicas de bis chrismato, vt de consecra. dist.v. dictum. & idem in omnibus casibus contentis in illis versibus supra positis, siue bis ordo.

Solus Papa dispensatur cum bigamo ad ordines, vt de biga.in c.nuper.si.

Solus Papa dispensat cum clerico non ordinato ministrante in ordine sacro, quem non habet: quia talis ad superiores promoueri non potest sine dispēsatione Papæ, vt de cler. non ord. minist.cap.j.ij.& iij.

Solus Papa dispensat cum notabiliter corpore vitiato: puta monoculo, vel gibbo, epilentico, sine naso, vel gutturoso, vt de corpot.vitia. per totum. Ideo supra in prœmio huius operis dixi, quòd locutus est Dominus ad Mosem dicēs, Loquere ad Aaron, homo de semine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offeret panes Deo suo, nec accedet ad ministerium eius. leuit. xxj.

Solus Papa dispensat cum homicida, vel mutilatore voluntario membri, siue voluntariè siue necessariè, etiam sine peccato, vt ex iustitia, vt in c.miror.L.dist. & idem dicito de dantibus auxilium, consilium, vel fauorē verbo, vel facto propinquo, vt sequatur effectus, vt in c. si quis viduam.L.dist.dicam latius infra de homici.& aduerte, quòd non dico absoluere, sed dispensare.

Solus Papa dispensat cum eo, qui scienter excommunicatus ordines suscēpit, vt de sent. exco. cum illorum.

Solus Papa dispensat cum apostata, qui in apostasia suscepit ordines.si. de aposta.

Solus Papa dispensat ad duo curata, vel aliàs inuicem incōpatibilia.de multa.de præben. nisi sint vnita: quia tunc censetur vnicum. ideo hodie fiunt vniones ad vitam, in fraudem dic.c.de multa. & idem dicito, vt duo præsint vni ecclesiæ, vt hodie frequentatur ex resignationibus, quas senes faciunt nepotibus cum retentione fructuum denominatione tituli stali, vocis,& distributionum quotidianarum contra dictum cōcilium Lateran.& c.fin.xxj.q.ij. De hac dispensatione dicam infra in septima parte huius operis, vbi tractabimus de pluralitate beneficiorū.

Solus Papa dispensat, quòd minor xxx.annis sit Episcopus.cum nobis.de elect. vidi dispensari in xvij. ad Episcopatum, in xx. ad Patriarcatum, & in xviij. ad Cardinalatum.

Solus Papa dispensat, vt quis ante xxv.annum ætatis suæ habeat curatum, vel dignitatem. licet canon.de elect.in vj.

Solus

Solus Papa dispensat, vt in xx.dignitatem nō curatam, quis habeat, vt in eodem c. licet canon, per Io. An.

Solus Papa dispensat, vt ante ætatem à iure statutam quis suscipiat sacros ordines, videlicet subdiaconatum ante xviij. ad diaconatum ante xx. ad sacerdotium ante xxv. in his tamen annis inceptus habetur pro completo, vt not.in cle.generalem.de ætat.& qualit. fallit in prima clerica li tonsura, in qua requiritur septennium completum, vt latè dicam infra de ætat. & qualit. de hac etiam materia dicam infra de sacra.vnct. Sed non prætermitto, quòd huiusmodi ordinati sine dispensatione, si ministrant in sic susceptis ordinibus, efficiuntur irregulares, à qua irregularitate non nisi per Papam dispensari potest, secundum Io.An.Archidi. & præcipuè per Inno.in c.cum æterni.de reg.iu. in vj.

Solus Papa conuocat concilium generale. xvij.dist.per totum.

Solus Papa potest condere canonem generalem. xxv.q.j.ideo permittente. in §. si ergo primam sedem. & l.j.C.de leg.

Solus Papa, quem suo iure sine causa priuat. quod intellige de persona ecclesiastica, & iure ecclesiastico.ix.q.iij. per principalem. & ibi glo. & xix.dist.in memoriam,& de exces.prælat.quā sit graue. & dixi, & iure ecclesiastico propter ea, quæ dixit Inno. in c.inquisitioni. de sent. exco. in versi.mortale, vbi dixit, quòd licet Papa possit præmissa, non tamen posset auferre bona temporalia, vel laicorum, & si illa à me peteret puta libros, vel domum meam, non teneor ei parere. & idem in c. quæ in ecclesiarum. de constitu. & in cap.quia plerique. de immunit.ecclesia. & tex. in cle.j.vt lite penden.facit tex.in c.j. de præben. in vj.& in c.constitut.de relig.domibus.

Solus Papa ecclesiam non vacantem, aut præbendam conferre potest.nulla.de conces.præbē. & de præben.licet.el j.in vj.

Solus Papa potest conferre primas, seu maiores dignitates post pontificales: hodie tam ex dispositione iuris communis, vt in c. deliberatione.de offi.leg.in vj.quàm regulæ Cancellariæ Apostolicæ.numer.iij.

Solus Papa nominatim à se excommunicatum absoluit.c.venerabilem.de elec.& idem dico de participante cum tali in crimine, vt not.in c.significauit. de sententia exco. licet aliqui aliter sentiant.

Solus Papa absoluit excommunicatum à suo delegato ob non paritionem rei iudicatæ, si per annum insorduerit in censuris.quærenti.de offi. delegat.& idem dicito in excommunicato à legato, vel delegato, cuius iurisdictio expirauit, nec alter ei successit, vt not.in dic.c.quærenti.& c.pastoralis.de offi. ord.

Solus Papa dispensat cū indigno ad Episcopatum, vt de elec.dudum.in §.fi.& l.deputati.C.de crimi.sacril.quātum autem mereatur apud Deū; ipse nouit. vidi sub Alexand.vj. Cochum & vnum Camparium promoueri in Episcopum.

Solus Papa absoluit à censuris ecclesiasticis, quarum absolutionē ius ei specialiter reseruat; quia vbi absolutio sibi reseruatur, nemo se impedit, vt supra diximus, & infra dicam, de dispensat. Episcopi.

Solus Papa potest dispensare cum monacho, vt exeat claustra, vt seruiat principi, vel prælato. ix.q. iij. qui resistit.

Solus Papa dispensat in gradibus, quoad matrimonium.literas.de resti.spol. literas. de consang. & affi. non debet saluis gradibus diuina & naturæ lege prohibitis.

XL Solus Papa potest dispensare in omnibus præceptis Ecclesiæ, secundum beatum Tho. in iij. sent.& hoc intellige cum rationabili causa.

Solus Papa de plenitudine potestatis potest dispensare, quòd obligatus homini ad certū quid, vlterius ei nō teneatur:& sic tollere certam obligationē.ix.q.iij.per principalem.& in arg.l.quotiens. de preci. Imper. offer. Quod intellige vt supra dixi in xxxj. Casu.

Solus Papa dispensat, quòd simplex sacerdos confirmet, seu crismet pueros, secundum Pet.de Pal.& beatum Tho.in iiij. & idem dicito de minoribus ordinibus, consecratione ecclesiarum; & recōciliatione cimiteriorum, & benedictione virginū.arg.c.aqua.de cons. ecclesiæ vel altaris.

Solus Papa dispensat, quòd laicus cognoscat de causis spiritualibus. xxxij.dist. §.verùtamen. Butr.in c.decernimus.tenet contrarium.

Solus Papa dispensat, quòd laicus excommunicet, sed non quòd absoluat, vt supra. Quia tali non potest dare vsum clauium.

Solus Papa dispensat super matrimonio rato non consummato, secundum Canonistas in c.ex publico de cōuer. coniugat. licet theologi secus teneant, de quo latè dicā infra de sponsalib. vbi ponā xj. rationes & fundamenta Theologorum pro parte negatiua, & totidē canonistarū pro parte affirmatiua, & conclusio est quòd possit.

Solus Papa dispensat cum iudice, qui per sordes iudicauit. cum æterni. de re.iu.in vj.

Solus Papa dispensat, quòd nouitius fiat Abbas.de elec.officij.

Solus Papa dispensat, quòd corrupta promoueatur in abbatissam secundum aliquos in c. indicātibus.de elec.in vj.& ibi per Io. An.in clem. attēdentes. de stat. regul.in verbo, rationabilis. sed Archidia. ibidē tenet contrarium, dicens quòd etiam Episcopus potest dispēsare, sed quòd tunc non consecrabitur, nec benedicetur.& hanc opi. tenet Paulus de Leaz.in dicta cle.attendentes. &

Zenze.

Zenze. Isido. Cardinalis, & Io. de Imo. ibidem dicunt, tutius esse tenere, quòd solus Papa hoc possit, quia contra ius est, quòd corrupta sit Abbatissa, vt in c. iuuenculas. xx. q. j. contra quod solus Papa dispensat, nisi hoc alicui concessum reperiatur. vt in c. dilectus. de tempo. ordi. & idem tennerunt Doc. de parlamento Tolosano in decisio. suis, decisi. ccxcv. incipi. fuit dubitatũ, an aliqua pmouẽda in Abbatissam debeat esse virgo.

50 Solus Papa dispensat, quòd legatum factum ad vnum vsum, conuertatur ad alium. nos quidem. de testa. in cle. quia cõtingit. de relig. domi. & in Authen. de ecc. tit. collat. ix. & per l. si quis ad declinandũ. C. de epi. & cler. in §. pen. Bal. in l. si testamentum. de testa. dic, quòd nec etiam Papa hoc potest de potestate ordinaria, sed solùm de plenitudine. Lap. Io. An. Io. de Imo. & omnes sic intelligunt, d. cle. quia contingit. quinimò Bal. dicit hoc esse intelligendum etiã hærede cõsentiente. faciunt not. per eundem Bal. & Bart. in l. legatum. ff. de vsufruc. leg. & l. legatũ. ff. de admini. re. ad ciuit. pertinen. si tamen legatum nõ posset deputari ad vsum destinatum, tunc poterit fieri conuersio in alium vsum, etiam per Episcopũ. vt in iuribus supra allega. de quo plenius vide per do. meum Fel. in c. cum accessissent. de cõsti. in ix. col. in princip. & per totam illam col. vbi loquitur de commutatione voluntatis testatoris circa ius patronatus, & præsentationes.

Solus Papa est iudex Imperatoris in arduis, vt latè per Fel. in c. j. in v. col. in versi. not. ij. de probat.

Solus Papa habilitat testem criminosum, vt not. idem Fel. in c. testimonium. de testi. in viij. col. in versi. vnum. & not. Card.

Soli dicto Papæ creditur, vt not. Fel. in c. cum à nobis. de testi. in j. col. & quatuor sequent.

Solius Papæ responsio facta ad interrogationem specialem, facit legem generalem. ita Fel. in c. pastoralis. in princip. de excep.

Solus Papa ex certa scientia potest committere causam recusatione remota, vt latè dixit Fel. in c. cum inter. de excep. in v. col. in versi. verum Papa ex certa scientia.

Solius verbis Papæ statur etiam inter laicos, vt not. c. ad audientiam. de præscripti. & ibi Fel. in iij. col. in versi. dum dicit Abb.

Solus Papa dispensat cum semet ipso super voto, & iuramento, vt in c. ij. de spons. est ibi Fel. in ix. col. in princ.

Solus Papa, & ex magna causa, potest se intromittere in his, quæ sunt de iure diuino, secundum Inno. in c. fi. de consti. & bo. glo. & ibi Archid. in c. sunt quidam. xxvj. q. ij. de quo vide plenius per do. Fel. in d. c. ij. de spons. in vij. col. vbi declarat qualiter hæc intelligantur, vbi etiam declarat materiam absolutionis à iuramento simpliciter, vbi omnino vide.

Solus Papa est iudex omnium ordinarius, etiam si non appelletur ad ipsum, cuncta per mũdum conquest. per principalem. ix. q. iij.

Solus Papa absoluit quos concilium damnauit. ix. q. iij. vt supra j. q. iiij.

LX. Solus Papa vbiq; iudices delegat. ij. q. vj. ideo.

Solus Papa potest semper nouas leges condere, modo non sint contra euangelium, vel Apostolorum dicta. xxv. dist. & xxv. q. j. sunt quidam, cum iiij. c. sequentibus.

Solus Papa cognoscit de validitate, vel inualiditate vnionis per Episcopum factæ. ita tenet Parlamentum in suis decisi. deci. ciij. incipiente, Pragmatica sanctio.

Solus Papa cognoscit de validitate vel inualiditate dispensationis per eum factæ; ita Spec. in tit. de lapsis, & despera. in §. pen. in versi. fina.

Solus Papa dispensat cum legatis ad pias causas, vt not. in cle. quia contingit. de relig. domi. & ibi. per Car. & dicas hoc Papam posse de plenitudine potestatis, non autem ordinaria, secundum Bal. in l. si testamentum. C. de test. & idem tenet Lap. & Io. de Imo. in d. cle. quia contingit. quod aliqui intelligunt etiam hærede cõsentiente, quando non agitur de eius vtilitate, cui posset renunciare, sed de voluntate defuncti exequenda tantum. Ita Lap. Car. & Io. de Imo. in d. cle. quia contingit. & Bar. in l. legatum. ff. de vsufruc. legat. & l. legatum. ff. de administ. rer. ad ciuit. pertinen. limita tamen, si legatus non posset exequi ad locum destinatum, quia tunc etiam Episcopus poterit illud exequi in alium vsum. & idem dicas de alio inferiore Episcopo, ad quem spectat legati executio, vt in c. nos quidem. de testa. & in locis supra alleg. de quo etiam plenius vide per do. meum Fel. in vj. q. in ix. col. c. cum accessissent. de consti. vbi etiam ponit de derogatione voluntatis fundatoris beneficiorum, cui adiecta est quota, qualis, seu obligatio in fundatione, vbi omnino vide, vt etiam supra dixi.

Solus Papa audit causas, etiam graues, sine libello, solo facto proposito, etiam simpliciter, Doc. in cle. sæpe. de verbo. signif.

Solus Papa potest quemq; solo verbo ab omni reatu absoluere, vt not. Spec. in tit. de citatione. §. v. versi. quòd si iudex. & de accu. §. ij. vltra medium.

Solus Papa est legibus absolutus; debet tamẽ viuere secundum leges. l. digna vox. C. de leg.

Solus Papa solo verbo restituit degradatos, vt in c. ideo. ij. q. vj. quem tex. allegat Spec. in tit. de accusat. in §. ij. in penul. col. in versi. sed nunquid tot Episcopi sint necessarij.

Solus Papa potest dare beneficia, & prælaturas ad tẽpus, vt not. in c. j. de capel. monac. in vj.

LXX. Solus Papa potest priuare collatores benefi-

ciorum potestate conferendi per suum decretum & eis manus ligare, vt not. Fede. de Se. in trac. de permuta. q. iiij. & per Rotam in no. decis. ccxliiij. incipi. licet de more.

Solus Papa dispensat cum bigamo iam promoto, sed non promouendo, secundum Rotam in no. decisi. ccccxlvij. incipi. quoddam factũ extra Rotam. & Archidia. in c. j. de bigamis, in vj.

Solus Papa dispensat contra ius patronatus laicorum; quia illud habent ex gratia ecclesiæ. ita Rota in nouis, decisi. cccxxxj. incipi. supposito.

Solus Papa est maior, vel saltem par Apostolo. ideo solus non ligatur eius dicto. ita Rota in nou. ccccxlv. & Io. An. in c. hi qui. de præben. in vj. in nouel. & glo. in c. sunt quidem. xxv. q. j.

Solus Papa non cognoscit superiorem in hoc seculo, nec etiam cõcilium, nisi in casu hæresis, verè & non interpretatiuè, vt not. in c. nunc autem. xli. dist. & per Inno. in c. ex parte. el j. de verborum signi. & Io. An. in c. in fidei fauorem. de hæret. in nouel. & in c. proposuisti. de concess. præbend.

Solus Papa hodie tenet monarchiam totius mundi, & vtrunq; gladium. Rota in no. cc. decis. incip. inferior à principe. licet Rosellus in sua monarchia tenuerit contrarium, & similiter Augustinus de Anchona, & Nicolaus Cussanus Card. olim S. Petri ad vincula.

Sola potestatis plenitudo est in Papa, & nullus inferior est capax illius, secundum Ant. de Butr. c. fi. de causa pos. & propriet. in xxv. col. in versi. nunc.

Solius Papæ factum, vel cõtractus habet vim legis, secundum Cy. & alios post eum, in l. penul. de donat. inter virum & vxor.

Solus Papa potest quicquid vult. Ideo dicitur, quòd potest adæquare quadrata rotundis. ita Butr. in c. cũ venissent. de iudi. in versi. oppo. ij. & per eundem in cle. si Romanus Pontifex. de præben. non potest tamen alienare bona Ro. ecclesiæ, sine causa, vt ibidem.

Solus Papa potest de potestate absoluta, non ordinaria, esse iudex in causa propria, vt per eundem Butr. in eo. c. cum venissent. in eo. versi. ij. & idem in c. cum dilecta. de confir. vti. vel inuti. & per Inno. Hosti. & Ioan. An. in c. ex parte in Christo. de verbo. significa.

LXXX. Solus Papa potest supplere omnem defectũ in omni casu, secundum Butr. in c. vestra. de cohab. cler. & mulie. in xxvj. col.

Solus Papa potest reuocare sententiam etiam arbitrariam per laicum latam, quando ille laicus etiam non recognoscit superiorem, saltem de facto. de quo vide Doc. in c. exposita nobis Feltrensis. de arbir. & Feder. de Sen. in consilio suo cclxxxv. Butr. tamen in dicto c. exposita, videtur sentire aliter.

Solus Papa potest dispensare super non solutione decimarum cum aliquibus laicis, vel clericis, vel quòd de certis bonis decima perpetuò non soluatur: non tamen in omnibus, vt not. Hosti. Io. An. & Card. in c. à nobis. de decim. & ibi glo. in verbo, exemptis. & Doc. ibi dicunt, quòd Papa hoc ex causa potest, non tamen sine causa: tamen hæc moderatio nõ videtur procedere per ea, quæ not. Bal. post Cy. in l. rescripta. C. de præci. Imper. offer. & Butr. in c. quæ in ecclesiarum. de consti. qui dicunt, quòd in Principe semper præsumitur causa, & licet decimæ sint de iure diuino, contra quod Papa non dispensat, vt suprà dixi in princi. huius tituli, tamen moderando & limitando hoc potest, vt not. Inno. in d. c. quæ in ecclesiarum. & glo. in d. c. à nobis.

Solus Papa habet iurisdictionẽ in omnes laicos, sicut in clericos habitu saltem, licet nõ actu, nec exercitio, secundum glo. in c. nouit. de iudi. & in c. causam. qui fil. sint legit. & vtrobiq; per Butr. & idem tenuit Io. An. ibidem.

Solus Papa declarat dubia Canonistarum, vbi cõcurrunt inter eos variæ opiniones, secundum Butr. in c. sup literis. de rescrip. in vj. col. in versi. nota iiij. qui idem dicit de dubijs legistarum.

Solus Papa dispensat quòd Clerici de bonis ecclesiæ succurrant dominis temporalibus in eorum necessitatibus, vt est tex. in c. aduersus. de immunit. ecclesia.

Solus Papa dispensat super ius de plenitudine potestatis, & absolutè: non autem ordinariè, vt not. in c. proposuit. de concess. præben.

Solus Papa potest tollere clerico priuilegium Canonis, siquis suadente diabolo. xvij. q. iiij. quod aliqui intelligunt etiam de omnibus clericis, vt Archid. & Io. An. in c. nulli. de sent. exco. qui addunt cum concilio generali, & non solus.

Solus Papa habet vniuersalem iurisdictionẽ temporalem habitu; licet Imperator habeat actũ, vt not. in c. per venerabilẽ. qui fil. sint legit.

Solus Papa potest supprimere dignitatem in ecclesia, secundum Spec. in tit. de leg. in §. nunc tractatis. in versi. vlt.

Solus Papa gerit vices Dei in terris. tex. in c. j. & ij. de translat. prælat. & in c. Apostolicæ. de re iu. in vj. & c. nouit. de elec.

Solus Papa deponit Imperatorem, vt not. in c. ad Apostolicæ. de re iu. in vj. & ibi etiam ponitur ex quibus causis.

XC. Solus Papa dispensat cum monacho, vt contrahat matrimonium ad tempus: puta donec suscipiat prolem, vt dicit Io. An. in regula, semel Deo dicatum. in vj. in Mercur. & Bal. in l. si tibi filius. ff. de adopti. latius dicam infra de voto, in ij. q. principali, in fi.

Solus Papa potest concedere licentiam prælato-

lato-

lato eligendi sibi successorem in illa dignitate, secundum tex. & glo. in c. petisti. vij. q. j. sed attende, quòd tex. ille loquitur de prælato infirmo quærente coadiutorem cum successione, ut tractatur in tota illa causa.

Solus Papa est sponsus vniuersalis ecclesiæ, vt dicit tex. in c. cuncta per mundum, & per principalem. ix. q. iij. & beatus Tho. in tractatu contra impugnantes religionem, & in quatro summarum. dist. xxxviij.

Soli Papæ omnes principes terræ tenentur obedientiam præstare. inter quatuor. de maior. & obedi. & beatus Tho. in tractatu de rege, & regno. q. cxvij.

Soli Papæ est debita obedientia de necessitate salutis æternæ, ut in extrauaganti Bonif. quæ incipit, vnam sanctam, & per beatum Thom. in tractatu contra errores Græcorū. q. clxxij.

Solus Papa potest dispensare, ꝙ clericus non teneatur dicere totum officium, & dico totum, quia non posset dispensare, ꝙ de toto: ideo dic, ꝙ potest dispensare in quanto, & non in toto, vt not. in cle fin. de celebr. missarum.

100 Solus Papa dispensat, ꝙ Episcopus possit habere alia beneficia cum Episcopatu, ut not. in c. cum nostris de concess. præben. & quotidie videmus hoc practicari, & fui in casu: quia Sanctiss. D. noster Leo X. in promotione mea ad Episcopatū Nimosiensem promouit me cum retentione omnium beneficiorum meorum & archidiaconatu Feltren. qui mihi dignitas est.

Solus Papa habet potestatē imediatè à Deo, ceteri uerò deriuatiuam ab ipso Papa, ita dixit Augustinus de Anchona in suo tractatu de potestate Papæ, & Anto. de Carmario in simili tractatu, licet aliqui dicant contra per Constitutionē frequens, editē in Concilio Cōstātiē, sed uide no. in c. qnicunq;. ij. q. ij. dicā latius infra in tit. proximo in principio. Tamen Christus saluator dixit omnibus Apostolis æqualiter cum Petro.

Solus Papa potest tollere leges ciuiles, ꝙ intellige in terris ecclesiæ, & ubi vertitur periculū animæ, ut no. Io. An. in c. nonit de indic. & in c. fi. de præscrip. & in c. pen. & vlt. de secun. nup. & in c. fi. de foro compet. in vj. & in c. fi. de iure iur. eod. lib. & in c. ij. de excep. eod. lib. & in c. decernimus. de sent. excom. eod. lib.

Solus Papa dispensat, quòd simplex sacerdos possit recōciliare cimiterium, uel ecclesiam violatam, ut in c. aqua benedicta. de consecrat. eccles. uel altaris.

Solus Papa pōt priuare multos Episcopos, nō tamen omnes: quia decoloraretur status ecclesię uniuersalis, ut not. gl. in c. per principalē. ix. q. iij.

Solus Papa potest ordinare in clericos, & sacerdotes sine literis dimissoriis ordinariorū de uniuersis mundi partibus, quia omnes sibi subditi sunt, & totus mūdus tenetur ei obedietiam præstare, & talis obedientia est sibi debita dupli ci iure, videlicet tā diœcesano, quàm iurisdictio nis, vt in dict. c. cuncta per mundū. & c. per principalem. & in c. fi. de foro compe. & cā. antiqua. de priuil. & per Spec. in titu. de lega. §. iiij. vt dixi supra, ideo dicitur, quòd est ordinarius ordinariorum, & Episcopus Episcoporum, ut in c. nunc uerò. ea. dist. ubi etiam dicitur, quòd omnia beneficia quarumcunq; ecclesiarum uacantia conferre, & nō uacātia suę collationi reseruare potest, quia in his habet latissimam potestatē, ut in c. licet. de præben. in vj. Ideo Bal. in l. rescripta. C. de preci. imper. offer. dixit, ꝙ omnia beneficia ecclesiastica respectu potestatis Papalis sunt manualia seu obedientialia, & ad nutum amouibilia, & Andr. Siculus in c. quod translationem, mihi col. xxiij. de offi. leg. in repetitione, dixit quòd Papa ex plenitudine potestatis secundum dic. Bal. supra proximè relatum, potest trāsferre Episcopum, etiam eo inuito, & quomodo hoc intelligatur, ibi plenè, & Abb. Sicul. in sua disputatione incipi. Episcopus. & quidā rector hanc eandem materiam latè disputauit, ibi uide.

Nec pętermittēdum esse duxi, cum superius dixerim, ꝙ omnes tenentur obedientiam Romano Pontifici præstare, & omnes dignitates sunt inferiores Papali dignitati, seu apici Papali, tamē Zēze, ut refert Cardinalis, & quidē doctor nomine Zambarelus in sua repetitione cle. ij. de elec. dixit quòd olim Cancellarius cancellariæ

8 Apostolicæ præerat iustitiæ, & cōtendebat de pa ritate cum Papa circa concernentia iustitiam, ꝙ potius de facto, quā de iure fuisse affirmat: ideo ad eius auctoritatem minuendā eius nomen diminutum fuit, & fuit appellatus Vicecancellarius, & usq; ad tempora Bonifacii viij. non erat

9 Cardinalis, ut legitur in procemio vj. ibi dilectū filium magistrum Richardum de Senis. S. Rom. Ecclesiæ vicecancellarium, iur. utri. Doctorem & hodie aūt est Cardinalis, & habet suam iurisdictionem limitatam quòd regulas Cancellariæ, quas unusquisq; Pontifex in crastinum suæ assumptionis edit cum extensione facultatis Vicecancellarii: quæ tamen non obseruatur, cum quotidie Papa dictam facultatem, & extensionē tollat per suas signaturas, aut derogando, aut præueniendo.

Sed quomodo fiet istud quoad potestatem & contentionem Cancellarii cum Papa, vt supra dixi: cum iure decisum reperiatur, ꝙ maior post

10 Papam in Ro. Curia est Camerarius, secundus maior pœnitentiarius, tertius verò Vicecancellarius, vt exercitiū eorum indicat, quia officium

11 Camerarii, & maioris pœnitentiarii mortuo Papa non cessat, Vicecancellarii autem cessat, ut patet, & uidi in contingentia facti, & not. Car. in

cilium est originatum à solo Pontifice.

12 *Concilium quando est originatum à solo Concilio, Papa etiam præsente, sit promulgatio nomine Concilij, & non Papæ.*

13 *Potestas dispensandi commensuratur à potestate statuendi, & pœnam imponendi.*

14 *Qui potest statuere, & punire potest, et dispensare.*

De dispensatione Concilii Generalis.

AD INTELLIGENTIAM potestatis concilij generalis, in dispensando duo tempora distinguenda, & consideranda sunt. † Primum tempus originati concilij ab
1
ipso toto concilio. Secūdū tēpus originati concilij à solo Papa cum consilio concilij, quia primo casu vna est potestas concilij collectiua, & deinde distributiua virtualiter à sola potestate ipsius concilij.

Secundo verò casu esset potestas Papæ & concilij deriuatiuè ab ipso Papa, & pro hoc dicto videntur facere suprascriptiones constitutionum editarum in antiquis concilijs dicentes, N. episcopus seruus seruorū Dei sacro approbāte cōcilio: & sic, quòd Papa sit maior concilio, & quòd potestas concilij non sit immediatè à Deo, sed ab ipso Papa, & Papæ à Deo. Cuius contrarium dicendum videtur, si consideremus primum tempus iuxta declarationem Concilij Constantiensis per cōstitutionem, quæ incipit, Frequēs. licèt non sit frequens apud multos, qua inter cætera sic expressè cauetur, videlicet.

Hęc sancta synodus Cōstantiensis concilium generale faciens, pro extirpatione schismatis; & vnione, & reformatione ecclesiæ Dei in capite, & in membris fienda, &c. & nota, quòd in aliquibus copijs legitur, præsentis schismatis: in aliquibus simpliciter schismatis. & hoc pro tanto dico, quia multum interesset, quia constitutio videretur temporalis propter verbum præsentis, alias sine eo stat perpetua, & vniuersalis ad laudem &c. primò declarat, quòd ipsa in spiritu sancto legitimè congregata concilium generale faciens, & ecclesiam catholicam repræsentans, potestatem à Christo immediatè habet, cui quilibet cuiuscunque status, vel dignitatis existat, etiam Papalis, obedire tenetur in his, quæ pertinent ad fidem, & extirpationem schismatis, & reformationem ecclesię in capite, & in mēbris, & per verbum dicti schismatis facilè potest inferri, quòd constitutio respiciebat schisma tunc vigens, sed postea subdit.

Item declarat, quòd quicunque cuiuscunque conditionis, status, dignitatis, ęt papalis, existat, qui mandatis, statutis, ordinationibus, seu pręceptis huius sanctæ synodi, & cuiuscunque alterius concilij generalis legitimè congregati super præmissis, seu ad ea pertinentibus, factis, vel faciendis, obedire contumaciter contempserit, nisi resipuerit, condignę penitentiæ subijciatur, & debitè puniatur, & ad alia quæcunque subsidia recurrendo, si opus fuerit.

Ex qua quidem constitutione satis colligitur, quòd in tali casu omnis potestas ecclesię sit in ipso concilio, qui etiam eo casu eligit Papam, vt legimus nouissimè de Martino Papa V. qui depositis tribus, videlicet Ioanne, Gregorio, & Benedicto (quod fuit anno Domini 1415. in festo S. Martini) fuit per concilium Constantiense prædictum electus in Papam: tamen Abb. Sicul. in sua apologia, quam scripsit super intellectu dictæ constitutionis frequens, in sui excusationem, quòd nunquam consenserit in depositionem d. Eugenij Papæ factam in concilio Basiliensi, ponens in ea finalem suam sententiam, & sensum super intellectu dictæ constitutionis dixit audiuisse, quòd dum Reuerendissimus Cardinalis Florentinus, præceptor suus, legeret dictam constitutionem in quarta sessione dicti concilij, dum venit ad illa verba, in capite, & in membris, noluit illa legere, sed subticuit tanquam posita sine consensu patrum. Concilium tamen Basiliense ipsam constitutionem comprobauit, & Florentinum non reprobauit, nec reuocauit: ideo dicimus quòd tali tempore omnis iurisdictio est in ipsa Ecclesia collectiuè, & sic in ipso concilio, & est euidens ratio, videlicet carentia Papæ, vbi duo contendunt de Papatu, & nescitur vter sit verus Pontifex, iuxta tex. & glo. in c. si duo. lxxix. dist. quia secus esset mortuo Papa: quo mortuo Ecclesia propterea
2 non est sine pastore, † vt dicit gl. no. in cle. ne Romani. de elec. in verbo, nō consona. & alia bona gl. in c. j. de schismat. in vj. in verbo, sede vacāte.
3 quæ dicit, quòd Christus est † caput, sponsus, rector, & pastor ecclesiæ: & licèt deficiat vicarius, non deficit principalis, qui vicariatus vni, videlicet Petro & successoribus datus fuit, pro quo vide tex. in c. nos ad beatū Petrum. xl. dist. aliàs sequeretur si concilium indistinctè esset caput Ecclesiæ, quòd superuacuum esset eligere Papam, vt dicit dicta glo. & probabiliter tunc dici potest concilium generale posse dispensare in om-
4 nibus casibus, in quibus & Papa potest, † cum eadem sit potestas, & ab eodem. Vltra dictam constitutionem frequens, faciunt not. per Abb. in c. primo. de spons. in ij. col. in princ. & idem Abb. & Io. de Imo. in c. ex gestis. de cler. non residentib. qui Abb. sentit dictam distinctionem originis concilij. & communis omnium opinio
5 est, † quòd in concernentibus fidem, Papa non

 est

est supra conciliũ, vt not. in c. Anastasius. xix. dist. nec tenetur concilium generale causa fidei necessariò vocare Papam. licet glo. in dicto c. Anastasius. videtur aliter sentire, de quo vide Abb. Sicul. in c. quòd translationem. in iij. col. de offi. lega. & melius per eundem in c. maiores. de baptis. & bo. glo. in c. si Papa. xl. dist. & Archi. in c. in fidei. de hæret. in vj. & per Io. An. in c. proposuisti. de concess. præben. & in c. ad honorem. de auct. & vsu pal. & Io. de Ana. in c. licet. & c. qualiter, & quando. el ij. de accus. & vide Abb. in c. fraternitati. in princip. de hæret.

Secundo verò tempore, videlicet originati concilij à solo Papa, tunc varię sunt opiniones: aliqui dicunt, vt fuit Hosti. in d. c. ex gestis, qui ibi fuit protestatus, quod non intendebat scribere contra potestatem Papæ. & Ant. de But. in c. primo de pac. dicit quòd congregato legitimo concilio, etiam Papa præsente, vt caput, quòd tamen tota potestas dependet à concilio, quem etiam refert Abb. in dicto cap. primo. de spons. in v. not. quem tamen non sequitur, sed contra Hosti. & Butr. videtur expressè tenuisse glo. j. in dicto c. ex gestis. ibi, quoniam solus Papa ipsum deposuit. tamen tex. dicit ab omnibus canonicè est depositus: quæ verba Inno. ibi exponit omnibus consentientibus, quia imò Papa fecit depositionẽ, & in c. significasti. de elec. dicitur in tex. quòd omnia concilia per Romanæ ecclesiæ auctoritatem facta sint, & robur accipiant, & in eorum statutis Rom. Pontificis excipiatur auctoritas. vbi omnes ex illo tex. no. quòd concilium generale non est supra Papam, nec potest ei legem imponere: immo Papa de
6 potestatis plenitudine reuocat constitutionem concilij generalis, & illi pro libito derogat. gl. in c. vbi periculum. in verbo, concilio. de elec. in fi. in vj. quæ tenet quòd Papa sit super omnia concilia. & alleg. dictum cap. significasti. de elec. & Abb. Sicul. in c. ex gestis. de cler. non residen. quod intellige in his, quæ sunt de iure positiuo. Et Io. An. in dicto c. significasti. dicit, quòd
7 potius standum est decisioni solius Papæ, quod intelligit in his, quæ sunt iuris positiui, quàm totius concilij, si Papa contradicit concilio, de quo Abb. latè ibidem in ij. col. per totum. & in c. Ossius. de elec. & in dicto c. j. de pac. & in c. j. de spon. & in c. aduersus, de immunit. ecclesiarum. & in c. licet. de elec. & glo. in c. ad Apostolicæ. de re iudi. in vj. & in c. cõsensus. de reb. ecclesiæ non alienand. & Abb. in dicto c. ex gestis. de cler. non resid. & glo. in c. statutum. de rescrip. in vj. quæ vult, quòd Papa possit reuocare gesta concilij sine concilio, quod sanè intelligendum est, vt supra dixi, de his quę sunt iuris positiui, in quibus indubitanter Papa est supra concilium, quia ipse solus est caput ecclesię, & illi soli claues Christus promisit in Petro, Dabo claues, & super hanc petram ædificabo. Matth. xvj. quas post resurrectionem dedit dicens, Simon si amas me, pasce oues meas. Io. vlt. & Petro soli dixit, Confirma fratres tuos. Luc. xxij. & vocaberis Cephas, Io. j. & ad Corinth. ij. Fiet vnum ouile, & vnus pastor. Io. ix. & c. significasti. de elec. vbi dicitur quòd Christus Petro commisit curam. & Hiere. j. loquens de Christo, & successiuè in eius Vicarium, Constitui te super gentes, & regna, vt euellas, dissipes, ędifices, & plantes. & in Canticis vj. Vna est per
8 fecta mea, vna est columba mea. Ideo ad caput membra referuntur, & ad capitis dispositionem reguntur, pro quibus est bo. tex. in c. quàuis. xxv. dist. & in c. loquitur. & in c. pudenda. xxiiij. q. j. tamen Io. de Deo, in c. legimus. xciij.
9 dist. dicit, quòd si Papa in Concilio generali vult canonem condere, debet eum condere de consensu Episcoporum, quando vult condere nouum ius: alias non valet, quod facit, quia pręualebit sententia Episcoporum, quia orbis maior est vrbe, vt not. in dicto c. legimus. si vero Episcopi volunt tollere vetus ius per nouam constitutionem, tunc præualebit sententia Papæ, quia Episcopi ligati sunt per vetus ius, nec illud tollere possunt. allegat Augustinũ in lib. de vera religione, dicentem de his temporalibus legibus, quanquam de his hominem iudicent, cum eas instituant, cum tamẽ fuerint institutæ, & formatæ, non licebit iudici de ipsis, sed secundum ipsas iudicare: quæ auctoritas est canonizata transumptiuè iiij. dist. c. in istis. vbi bo. glo. quam omnino videto. in dispensationibus verò contra vetus ius semper præualet sententia Papæ, vt not. in c. veniam. xxxv. q. ix. ibi in tex. cui porrigo, mecum porrigie & ibi. Papa in no. i i. restituit priuatum ab Episcopis.

In tantę difficultatis mole, quæ non est noua, nec inusitata, meum non est descendere ad particularia, nec aciem ingredi: quandoquidẽ tot, & tanti viri clarissimi, tam Theologi quàm Canonistæ & Legistæ insudauerunt huius dubij attingere veritatem, & tamen adhuc sub iudice lis est, & erit in æuum: inter quos in hoc artic. an Papa sit supra concilium, an concilium supra Papam scripsisse inueni, & legi beatum Th. Richardum, Augustinum de Anchona, D. Card. S. Eustachij tempore Vrbani v i. cuius opus incipit, Quia res digna memoratu. Io. de Luganno, & incipit, Fletus magnus in ecclesia. Iacobum de Ianua, eodem tempore, & incipit, Quia quæque distincta facilius capiuntur. Bal. geminatè, primò in sua lectura, in principio tituli, si quis aliquem testari prohibu. & incipit, In nomine domini nostri Iesu Christi.

Secundo, in speciali tractatu tempore schismatis

matis Vrbani, & incipit, Ciuitas Dei militans. quam ædidit anno domini M CCCLXXX. die penultima Augusti, vt legitur in ea. Iordanem canonicum Osnaburgensem, & incipit, Mentes hominum, Guillielmum Parisiensem, Henricum Durandi, Petrum Alexandrũ de sancto Apulio de Anchona. Hi tres incõcussè tenẽt, quòd Rom. Pontifex extra casum hæresis strictè sumptæ, in quo casu efficitur minor quocunque catholico, solum Deum iudicem habet. Ludouicum de Irũdam, & incipit, Si paruorum hominũ non fit gradatim. Petrum de Illiaco Cardinalem Cameracensem, & incipit, Data est, Apostolo teste, omnis potestas in cœlo, & in terra. vbi in iij. parte dicti tractatus luculentissimè disputat, vtrum plenitudo potestatis resideat in solo Ro. Põtifice. Nicolaum Cussanum Cardinalem S. Petri ad vincula, in suo tractatu de cõcordantia catholica nuncupato. Benedictum Abbatem Massiliẽsem super c. firmiter credimus. de summa trini. Fratrem Ioannem de Ragusio, & incipit, vna est fidelium vniuersalis ecclesia. Petrum de Ancharano dupliciter, primò in concilio Pisano, & incipit, Reuerendissimi, metuendiq́ue patres. Ant. de Butr. & incipit, Reuerẽdissimis in Christo, & dominis d. presbyteris atque diaconibus Cardinalem Zabarellam, siue Florẽtinum, & incipit, Vnitatem ecclesię firmiter tenere. Ioannem de Millis, & incipit, Cum per c. frequẽs. Ioannẽ Patriarcham Antiochenũ, & incipit, Sacro sanctæ generali synodo. Petrum de Monte, Episcopum Brixien. & incipit, Sæpenumero inter doctissimos viros. Antonium de Canario, & incipit, Reuerendo in Christo patri, domino Nicolao Episcopo Radianaten. & Abb. Siculum in d. apologia, quæ incipit, Non fuit moris mei, etiam cũ adhuc iuuenis essem. Et Iulianum Cardinalẽ S. Angeli de Cæsarinis in concilio Basiliensi, in receptione Boemorũ, & incipit, Locuturus pro publica prima vtilitate. Et eundem Abbatem in concilio Basiliensi, & incipit, Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Et eũdem in sua disputatione j. incipiente, Episcopus, & quidam rector. Et Petrũ de Ancharano ij. ad Balthasarem Coxam tunc Cardinalem, qui fuit postea Io. xxiij. Papa. & incipit, Quæsiuisti Reueren de patre à me humili seruitore vestro, quomodo. & Ludo. Rom. in tribus vltimis Consilijs suis in ordine voluminis Consiliorum suorum. Vidi etiam alios complures tractatus in huiusmodi materia sine nomine auctoris. Vnum incip. Dissimulare non possum, quod pertinet ad omnes, & tenditur per totum contra concilium Basilien. & alium incipientem, Maximum onus, & humeris meis importabile, qui per totum tendit ad defensionem Basiliensium.

Et alium incipientem, Ro. Pontifex est immediatus, & principalis, ac vnicus Vicarius Iesu Christi. vidi etiam scripta per Do. meum Reuerẽdissimum d. Cardi. Alexandrum in c. sicut sancti euangelii. xv. dis. Vbi luculentissimè per lxxx. col. disputat hunc articulum. Et vidi nouissimè æditа per tunc Reueren. P. d. fratrem Thomam de vio Caietanum, ordinis prædicatorum, nũc Reuerendissimum Cardinalem, primò de comparatione auctoritatis Papę, & Concilij, seu ecclesiæ. vniuersalis. & incipit, Intendens resolutè comparare potestatem Papæ potestati ecclesiæ. Secũdò. Apologiam eiusdem super eadem comparatione. & incipit, Charitas Iesu Christi. Et fratrẽ Ciprianum Benetti eiusdẽ ordinis, de prima orbis, sede opus titulatum. & incipit, Vtrum Iulius Secundus Pontif. maxi. illa plenissima potestate scripserat. Et vltra hos xxxvij. tractatus vidi complures ordinariè scribentes in lecturis, & non dum finis. Illis itaque contentus silebo, tenens quod tenet supra ecclesia. Vna tamen omniũ rectè sentiẽtium sententia est, quam credo veram, (si ecclesia ipsam pro vera tenet) videlicet, quòd Papa catholicus non subest concilio. quam conclusionem omnes prædicti scribẽtes, vel saltem maior pars ipsorum, videntur fateri, & præcipuè Pet. de Alliaco in dicto suo tractatu. in §. sed adhuc restat. in princi. ibi, prima quæstio, vtrum Papa catholicus. Sed redeundo ad rubricam, & materiam nostram, vbicunque reperies in iure verbum dispensatiuum, vel promulgatiuum nomine Concilij, vbi concilium est originatum à solo Papa: licet non fiat sub nomine Papæ, tamen actus attribuitur Papæ cum consilio Concilij. Item not. Doc. & præcipuè Abb. & moderniores in d. c. Osius. de ele. vbi signat cõcordãtia iura. Et ad materiam vide beatum Th. in summa contra Gentiles, lib. iiij. q. lxxv. & contra errores Græcorum. q. lxviij. & in q. de pœnitentia. q. xx. art. iiij. & in tractatu contra impugnantes relig. & aliquid ij. ij. q. j. articulo x. Si vero concilium sit originatum à solo concilio, etiam Papa pręsente, † fit promulgatio nomi-
11 ne concilij, & non Papæ.

Circa dispensationem ergo concilij, dicendũ est, vt dixi supra sub rubrica, de interpretatione dispensationis. ibi, dispensatio est actus iurisdictionis. vbi dixi, quòd potestas dispensandi cõmensuratur à potestate statuendi, & pœnam imponendi, quia in omnibus casibus, in quibus quis potest statuere, & punire, potest & dispensare. Cõcilium ergo potest dispensare in omnibus casibus, in quibus potest statuere, & punire.

SVMMAE.

1 *Collegium Cardinalium sede vacante potest vti iurisdictione Papali in quantum permittit Concilium Lugdu-*

Lugdu. & 3,
3 *Congregatio fidelium est vniuersalis Ecclesia.*
4 *Creans maior est creato,*
5 *Cardinalis creat Cardinalem, quod est de maximis: & 6.*
7 *Pontifex an possit creare, seu deponere Cardinales absque Concilij Cardinalium interuentu.*
8 *Qui potest quod est plus, potest & quod est minus: & quomodo hæc regula intelligatur.*
9 *Collegium Cardinalium non potest se in arduis impedire sede vacante, nisi ex aliqua causa grandi, & imminente periculo, quod expediri oportet.*
10 *Necessitas dat iurisdictionem non habenti.*
11 *Collegium Cardinalium habet minorem iurisdictionem sede vacante, quàm cætera collegia inferiora.*
12 *Potest tamen restituere famæ.*
13 *Iuramentum fidelitatis non exigit collegium à Cardinalibus, sicut à cæteris prælatis: et cur hoc sit.*
14 *Officium pœnitentiariæ non desinit sede uacante.*

De dispensatione Collegii Cardinalium sede vacante.

VACANTE sede Apostolica, Vicaria vniuersalis Ecclesiæ, non transit
1 ad Collegium Cardinalium †, nisi inquantum permittit Concilium Lugdunense, quòd, vel eius pars alterari non potest, vt dicit tex. in cle. ne Romani. de elec. in j. parte, sed residet penès vniuersa-
2 lem Ecclesiam, † quæ est congregatio fidelium, vt in c. ecclesia. de consecr. dist. j. & in c. debitū. de biga. & in c. fundamenta. de elec. in vj. & Cardin. in suo tractatu Vnionis. in j. q. Ideo dicendum est illud dispensare non posse, nisi in sibi
3 specialiter permissis, † & sic possit fieri regula negatiua, potius, quàm affirmatiua circa potestatem dispensandi ipsius.

Sed contra hoc videtur posse dici, quòd immo Collegium Cardinalium possit ea omnia,
4 quæ potest Papa, ea ratione, † videlicet, quòd maior est creās creato, sed cœtus Cardinalium creat Papam, ergo est maior Papa. Ideo Hugo in c. nullus. lxxix. dist. quem refert, & sequitur Hosti. in c. licet. de elec. dixit, quòd Cardinalis creat
5 Cardinalem, † quod est de maximis: & quòd sit
6 de maximis, † vr probari per Io. An. in c. j. de suppli. negl. prælat. & not. Doct. in c. clerici. de vita, & honest. cleric. dicens, Papam non creare, ne-
7 que deponere posse Cardinales † sine consensu Concilij generalis. Host. tñ in c. ex gestis. de cler. non resid. dixit, quòd bene potest cum Collegio Cardinalium, quod potest credi de condecenti potestate, sed de absoluta solus potest, vt commu niter tenent moderni in d. c. ex gestis. Sed cum consensu vidi tempore Iulij XXI, deponere Reuerendissimum do. Bernardinum Carauа. Hispanum, virum excellentis doctrinæ, tituli sanctæ Crucis in Hierusalem, Cardinalem, tunc Episcopum Sabinen. Et Federicum de S. Seuerino sancti Theodori Diaconum Cardinalem. Et tempore Leonis Decimi deponi Alphonsum Borgesium, Petrinum Senensem, & Adrianum de Corneto, Cardinalem Cornetinum, & ab eodem Leone dictum sanctæ Crucis, & S. Seuerini restitui.

Præterea, qui potest totum, potest & partem: sed totū in ecclesia Dei nō est Papa, intelligendo de capite repręsentante ecclesiam, vt Cæphas, iuxta illud Io. j. & in c. sacrosancta. xxij. dist. vocaberis cæphas, & caput, & principium. & si de quo magis, &c. & quod plus est, vtique tanti est, cum similibus. ergo videtur, quòd cætus Cardinalium sede vacante succedat in omnibus, quæ sunt potestatis Papatus respectu iurisdictionis.

Sed contrarium est verius per tex. & glo. in d. clem. ne Romani. in verbo, reprobatur. per verbum irritum ibi. in tex. positum. & idem dixit Archid. in d. c. nullus. lxxix. dist. qui refert Guil. Duran. ita tenuisse. Et ad contraria respondetur, quòd consequentia necessariò non concludit: nam capitulum creat Episcopum, non tamē exercet iurisdictionalia ipsius Episcopi, vt conferre, & consecrare, & creare, & exercere pontificalia, vt est tex. in c. j. ne sede vac. in vj. Vel aliter possumus respondere, vt dixit d. Cardinalis in d. clem. ne Romani. in versi. quartò opponi-
8 tur, quòd qui potest plus, potest & minus, † hoc est verum in eodem genere potentiæ, & quando minus cōtinetur sub pluri, vt not. in regula, plus; continet semper in se, quod est minus. in vj. sed ad casum nostrum potestas creandi Papam, & potestas creandi Cardinales non est eiusdem generis, nec vnum continetur sub alio.

Sed pro finali solutione huius rubricæ, dic,
9 quòd Collegium Cardinalium non potest † se in arduis impedire, sede vacante, nisi ex aliqua causa grandi, & imminēti periculo, ꝙ expediri oporteret, vt dixit glo. in c. j. de schismat. in vj. in verbo, sede vacante, quæ ponit certos casus, in quibus cœtus Cardinalium sede vacante potest se impedire. & aliquid dixit Pet. de Anch. in c. vbi periculum. de elec. in vj. materiam. col. ibi. colligo, quòd vacante sede, & Domin. de sancto Gemin. ibidem. in §. idem quoque. ex qua gloss. elicies quantum se extendat iurisdictio Collegij Cardinalium Apostolica sede vacante, quam seriosè non referam. ex ea tamen elicies, quòd necessitas dat iurisdictionem non habenti.
10 Item, † quòd Collegium Cardinalium habet minorem iurisdictionem sede vacante, quàm cętera collegia inferiora, tale tamen collegium po
12 test restituere famæ, † sede vacante, vt not. per Innoc.

noc. in c. cum te. & c. cum L. & A. de re ind. post principium. ibi. collegium tamen Cardinalium, & in d. cle. ne Romani. & ibi Card. Zabarella. in verbo, irritum. Aliqui etiam voluerunt, quòd id possit etiam sede non vacante, cum ecclesia habeat senatum, vt not. in c. Constantinus. xcvj. di. xvj. q. ij. Ecclesia haber senatum, qnod non placuit Bart. nec Abb. post eum. de quo vide eundẽ Abb. in c. cum te. de re iud. in iiij. col. ibi. venio ad secundum. vbi bene examinat hunc passum, & credo eos melius dixisse, quia viuente Papa nunquam Cardinales congregantur collegialiter, licet bene fiunt congregationes particulares pro specialibus negotiis per aliquot Cardinales de mandato Papæ, & sic semper vidi seruari in Rom. cur. & pro veritate opi. Bart. & Abb. facit text. in c. si quis cum militibus. vj. q. j. in princ. & l. si quis. C. ad legem Iuliam maiest. & gl. in c. excommunicatus. de offi. leg. in verbo, commissam. & in c. antiqua. de priuile. vbi dicitur, quòd collegium Cardinalium est adeo vnitum Papæ, quòd cum ipso dicitur vnum corpus. quod patet
13 ex eo, † quod à Cardinalibus non exigit iuramentum fidelitatis, sicut à cæteris prælatis, iuxta formam. c. ego N. de iureiu. ex quo designatur, non est differentia inter ipsos, sicut est inter dan
14 tem, & recipientem, vt not. in c. fi. de instit. † In dispensationibus autem circa specialiter reseruata Papæ, officium pœnitentiariæ, etiam sede vacante dispensat, † cum dictum officium mortuo Papa non desinat, sicut nec officium Camerarij, vt supra dixi, & dicitur tex. in d. clem. ne Romani. circa medium. sed de collegio, & potestate Cardinalium, vide Io. And. & post eum Io. de Ana. in c. ad liberandam. in v. vj. & vij. col. de Iudæis.

SVMMAE.

1 *Legatorum tria genera. & 10.*
2 *Legatus an possit quo ad beneficia, & sacros ordines cum illegitimè nato dispensare.*
3 *Pontifex solus ex causa super defectu ætatis, & ordinum vsque ad Episcopatum dispensat.*
4 *Causa electionis, Episcoporum sunt de maioribus.*
5 *Legatus de latere, an supra pluralitate beneficiorum incompatibilium dispensare possit.*
6 *Legatus natus, quo casu dispensare possit.*
7 *Quid de legatis missis.*
8 *Legatis non adhibenda est fides, nisi inspiciantur eorum priuilegia.*
9 *Dispensandi potestas transit in generali legationis mandato.*
10 *Legati non possunt ita facilè dispensare absque speciali mandato.*
11 *Adiectiuum de latere Papa, est vsurpatum, & quare. & 14.*
12 *Dictiones, ut, prout, vtpote, vt est, sicut, verbi gratia, & huiusmodi, sunt exemplificatiuæ.*
13 *Appellatione legatorum missorum, qui veniant.*

De dispensatione Legatorum sedis Apostolicæ, tam natorum, quàm missorum.

LEGATORVM genera tripartita sunt, dicit gl. in c. j. de offi. leg. in vj. in verbo, legati. Quidam enim sunt legati de latere, siue à latere, sed hoc nomen à latere hodie non est in vsu. Quidam missi, quidam nati, vt Cantuariensis, Eboracensis, Nicosiensis, & Pisanus Archiepiscopi.

Primi habent eminentiorem authoritatem, & potestatem, quia absoluunt excommunicatos à canone, si quis suadente, vt habetur in c. quòd translationem. de offi. leg. & c. excommunicatis. & portant insignia sedis Apostolicæ, & cessant Patriarchæ illis vti, vt pallio, & cruce præsente tali legato, vt no. in c. aniqua. de priui. & idem dicito de aliis legatis inferioribus, quo ad crucem, & alia insignia legationis, vt not. in c. volentes. de offi. leg.

De his itaque in materia nostra dispensationis loquendo, possumus facere regulam, videlicet, quòd si eis generalis sit commissa legatio, possunt in omnibus casibus dispẽsare illis, dumtaxat exceptis, quæ in signum singularis priuilegii, sunt sedi Apostolicæ specialiter reseruata, ad quæ non potest sine speciali concessione, seu (vt hodie dicitur) indulto manus extendere, vt not. in d. c. quòd translationem. de offi. leg. in prin. & in c. quòd dilecto. de consang. & affin. & Ioan. And. in c. eos. de sen. excom. & glo. ordi. in d. c. excommunicatis. in verbo, commissam. circa fi. de offi. leg. vt etiam dixi supra, de delegatione dispensationis: hodie tamen isti legati Cardinales conferunt iure nouo, vt in c. j. de offi. leg. in vj.

Si autem non habet generalem mandatum, ea tantum potest, quæ in suo indulto, sine priuilegio sunt expressa, intelligendo vltra ea, quæ de iure communi veniunt in generali mandato, & si certa prouincia, vel diœcesis, sit specialiter legationis innuere expressa, non poterit talis legatus dispensare cum alienigenis confluentibus ad eum ex alia prouincia, vel diœcesi, etiam in sua prouincia existens, excepta absolutione prædicta per iniectionem manuum violentarum in eundo, & redeundo, vt supra, & in d. c. excommunicatus. in fi. nisi hoc ei sit spiritualiter indultum. Ideo hodie exprimitur in indulto, si Papa hoc concedit. sed non consueuit hoc omnibus concedere, etiam legatis Cardinalibus, vt sæpius vidi recusari per D. nostrum Leonem X. hoc tamen signanter concessit Reuerendissimo Car. de Medicis fungenti munere legationis Bononiæ,

niæ, & per totam Romandiolam, siue Flamineã,
vt vidi, & legi in suo indulto.

An aũt legatus cũ illegitimè nato possit dispẽ
sare quo ad beneficia, & sacros ordines, dic quòd
non, vt dicit glo. in c. j. de fil. presbytero. in vj. in
verbo, sedis Apostolicæ, super defectu ætatis,
& etiam ordinum vsque ad Episcopatum ex cau
sa solus Papa dispensat, vt not. in c. cum nobis
3 olim. † Et per Spec. in tit. de legato. in §. nunc de
Episcoporum. versi. nunquid legatus. Licet Spe.
teneat ibi contrarium, quem sequitur But. con-
tra Ioan. An. in c. præterea. de æta. & qualit. ex
authoritate Hosti. in summ. eo. tit. de ætate. §.
ætas. & Innoc. in c. innotuit. de elect. in glo. j.
vbi dixit, vt sæpius diximus. videlicet, quòd
causæ maiores ad sed. Apost. referunt.

4 Et causæ electionis Episcoporum sunt de ma
ioribus, vt etiam dixit tex. in c. j. de ętat. & quali.
in vj. vbi à contrario sensu dicitur quòd in digni
tatibus curatis non potest ordinarius dispensa-
re super ætate, & ita ibidem tenuit Io. An. in ver
bo dispensare, in nouel. sed si hoc prohibetur in
dignitatibus inferioribus, fortius in dignitate
Episcopali, qui maiorem curam habet, & ius
capitulis, & totius diœcesis, vt no. in c. si Episco
pus. & c. cum Episcopus. de offi. ord. in vj. & c.
omnes basilicæ. ix. q. iij. Io. An. in addi. super dic.
versi. nunquid legatus. in ij. addi. incipi. nimis
detrahit. latè disputat hunc artic. impugnando
opi. Spec. & tuendo opi. Aegydij Bononien. præ
ceptoris sui, ibi vide.

5 Illud autem scias, quòd legatus etiam de late
re super pluralitate beneficiorum incompatibi-
lium dispensare non potest, vt not. in c. dudum.
de elec. & Inno. in c. de multa. de præben. & ibi
plenius per Io. An. in nouel. vbi recitat omnes
opiniones Doctorum hoc casu, sed hodie habe-
mus decisionem dominorum de Rota decisi.
cclxxxvij. in nouis. incipi. legatus. Ideo hodie le-
gati reportant speciale indultum à sede Apostoli
ca super eorum facultatibus.

6 De legatis verò natis dicimus, quòd vigore
natæ legationis non possunt in aliquo dispensa-
re, nisi in illis tantum, in quibus poterant ratio-
ne ordinariæ iurisdictionis, nisi illis de dono gra
tiæ specialis amplius & largius à sede Apostoli-
lica concedatur. Hanc quoque conclusionem te
nuerunt antiquiores, de quibus Spec. in hac ru
brica nullam fecit mentionem.

7 De legatis verò missis, seu nuncijs cum legati
potestate, dicito quòd tales nullam habent pote
statem à iure, vel in iure expressam, quia sunt in
nudis, & puris, quantum sonant eorum mãdata
& indulta. Ideo cum ex præmissis circa maiora
maius vertatur periculum, & ibi sit cautius agẽ
dum, quiescamus. xlj. di. vbi periculum. de elec.
in vj. & dispensationes sunt de maioribus & ar-
duis, immò de maximis, vt supra diximus. &
probatur in c. cum ex eo. de elec. in vj. & ibi Io.
An. in iij. col. qui dicit, quòd etiam est stricti iu-
ris. Debemus facere regulam, seu potius conclu
sioné, vt sciamus, in quibus, & quatenus legatis
8 liceat dispensare, videlicet † quòd semper inspi-
cienda sunt eorum priuilegia, sine quibus eis
credi non potest nobilissimus. xcvij. di. & in ex-
trauag. Bonif. de elect. la. j. incip. incidente,
quæ consueuerunt etiam ædi, & publicari & re-
gistrari in Cancellarijs ordinariorum, loco-
rum, & præcipuè loci, vbi legatus residet, vt ego
seruari feci Venetijs, dum Reuerendissimus d.
Matthæus tituli sanctæ Potentianæ, presbyter
Cardinalis Sedunensis nuncupatus, legationis
munere fungeretur per totum do. Venetorum,
& à Iulio II. Cardinalis & Legatus creatus esset.
Et propterea dicas, quòd in generali legationis
9 mandato transit potestas dispensandi, vt dicit
Spec. in tit. de dispensatione. in. §. consequenter.
versi. generaliter. licet procurator non possit pe-
tere dispensationé pro domino sine speciali man
dato, vt in c. innotuit. de elec. & ibi glo. & tex. in
c. quia de causa. ij. q. iiij. Non tamen legatus pas-
sim in arduis dispensat sine speciali mandato, vt
not. per Abb. in c. dilectus. de præben. & glo. in
c. fi. de hæret. in vj. & glo. in c. dilectus filius.
el primo. de præben. & ibi Abb. in verbo cum se
facultas. dixi supra sub rubrica de delegatione
dispẽsationis. in §. fi. Ideo legatus non posset de-
ponere ipsos sine speciali mandato, vt latius di-
cam infra, de senten. depositionis. & Spec. ubi
supra.

Hic non omitto, quòd præmissa tripartitio
legatorum non videtur iure probari, sed bina
partitio tantum, videlicet legatorum misso-
rum, & natorum, & inter missos bene fiat distin
ctio inter Cardinales & non Cardinales, de quo
videtur tex. in c. officij. quod est primum, de of-
fi. legati. qui non distinguit in nomine, sed tan-
tum in personis ibi, in §. quòd in fratribus no-
stris. & tunc dicentur tria genera ratione perso
natus, sed non ratione nominis adiecti, vide
licet de latere. Vnde Pet. de Tarantasia dicit,
quòd adiectiuum de latere est vsurpatum, osten
dens, quòd si volumus dicere Cardinales tãtum
legatos de latere, ex eo, quòd assistunt lateri Pa-
pæ, hoc non procedit, cum immò omnes alij prę
lati assistentes Papæ, vt sunt referendarij, de quo
rum collegio, & numero ego, licet indignè,
sum, & prælati domestici, & omnes alij, qui a-
cto eorum officia exercent, vt etiam sunt secre-
tarij, & cæteri curiæ officiales quocunque no-
mine censeantur, quorum ferè infinitus est
numerus, semper dicuntur assistere Papæ, & si
mittantur ad legationes cum generali legatio-
ne, pariter deberent dici de latere, sed nihil alle-
gat

gat: ſed pro eius opinione allego glo. quæ vide
tur hoc expreſsè ſentire in c.j. de offi. leg. in ver-
bo, legationis. ibi, vnde legatus miſſus de
latere Papæ, puta Cardinalis &cæt. & ſic non
ponit Cardinalem taxatiuè, ſed exemplificati-
12 uè, quia † dictio, vt, prout, utpote, vt eſt, ſi-
cut, verbi gratia, & huiuſmodi dictiones ſunt
exemplificatiuæ, vt not. in prooemio Digeſto-
rum. in verſ. itaque. & in l. quæſitum. §. porrò. &
l. qui habebat. §. j. & ibi Doc. de leg. j. & in l. præ
dia. §. item legatum. ff. de fun. inſtruc. & l. Lu-
cius. §. quidam. ff. de leg. iij. & in l. cum delanio
nis. §. item. de fun. inſtruc. & ſic probat illa glo.
13 quòd † appell. legatorum miſſorum veniunt om
nes recedentes de curia miſſi à Papa tam Cardi
nales, quàm non Cardinales, licèt aliqui volue-
rint, quòd Cardinales tantum dicantur de late
re, & alij miſſi, per tex. in c. ad eminentiam. de
ſen. excom. vbi dicitur, quòd Cardinalis ſit pars
corporis Papæ, vt ſupra dixi in rubrica de
diſpenſatione collegij Cardinalium. Sed Pet.
pro concluſione dicit, quòd cum hoc non inue-
niatur iure cautum, quòd conſtitutio ſit facti po
tius quàm iuris. poſtremò dicens, conſule igi-
14 tur Papam, & ipſe ſatisfaciet tibi: quia † hoc ad-
iectiuum de latere, eſt vſurpatum, & non à le-
ge traditum, licet glo. in d. c. j. de offi. leg. non
diſtinguat.

S V M M AE.

1 *Epiſcopi locos Apoſtolorum tenent.*
2 *Epiſcoporum onus, & magnitudo eorum officij.*
3 *Epiſcoporum ordo quotuplex. & 4.*
5 *Pontifex ſe Patriarcham appellat.*
6 *Aliquando Romanæ Eccleſiæ Epiſcopum.*
7 *Aliquando Vrbis Romanæ Archiepiſcopum.*
8 *Epiſcopus eſt primum genus, & gradus ordinum in Eccleſia.*
Epiſcopus quomodo, & quam poteſtatem habeat diſpenſandi, & 10.
9 *Pontifex an omnia facere poſſit circa diſpenſationes.*
11 *Epiſcopi pœnitentiales poſſunt diſpenſare, niſi hoc à iure prohibitum reperiatur.*
12 *Epiſcopus ad tempus poteſt condemnare & etiam diſpenſare, & ſi indiſcretè diſpenſet, an puniatur: & de eius lata poteſtate diſpenſandi vſque in ſi.*
Diſpenſat cum ordinato ab alieno Epiſcopo in contemptum proprij.
Et cum ordinato ab excommunicato Epiſcopo.
13 *Ordinatus ab excommunicato Epiſcopo recipit caracterem, quem ordinans (licèt excommunicatus) habebat, ſed executionem ordinis, & miniſterium non recipit.*
14 *Epiſcopus excommunicatus, & hæreticus, poteſt ſacros ordines conferre: alium tamen excommunicare nequaquam.*
15 *Vinum in adoleſcentia, eſt duplex libidinis incendiũ.*
16 *Epiſcopus poteſt clerico committere verberationem cum proprijs manibus: verberare autem minimè poteſt.*
17 *Delictum ab ebrio commiſſum non punitur: vel ſi punitur, mitius tamen.*
18 *Ebrietas ſemper eſt in culpa.*
Contractus cum ebrio initus, an ualeat.

De Diſpenſatione Epiſcoporum.

1 EPISCOPOS Apoſtolorum locum
tenere non eſt ambiguum, iuxta
auctoritatem Anacleti in c. in no-
uo. xxj. diſt. ibi, ipſis quoque dece-
dentibus, in loco eorum ſurrexe-
runt Epiſcopi. & in c. ſacroſancta. xxij. diſt. & in
c. porrò. lxvj. diſt. & in c. eccleſię principes. xxxv.
diſt. Et in c. quorum vices. lxviij. diſt. & in c. vi-
dentes. xvj. q. ij. de quibus Auguſt. in epiſtola ad
Valerium ait, Cogitet religioſa prudentia tua,
nihil eſſe in hac vita, maxime hoc tempore, dif-
ficilius, laborioſius, aut periculoſius epiſcopi,
aut presbyteri, aut diaconi officio, ſed apud
Deum nil beatius, ſi eo modo militetur, quo no-
ſter Imperator iubet, quem etiam refert beatus
Tho. ij. ij. q. cxviij. art. viij. Epiſcopi, etiam Car-
dinales appellantur, vt in glo. in c. relatio. xxj.
2 q. j. Qui in lege Euangelica poſt Petrum ad Apo
ſtolatum, & in plenitudinem poteſtatis aſſum-
ptum in partem ſollicitudinis vocati ſunt. Ideo
de eorum poteſtate poſt cognitionem poteſtatis
Petri, & ſucceſſorum, de miniſtrorum eius po
teſtate in diſpenſationibus videndum eſt. Et li-
cet Iſidorus in lib. Etymol. vij. epiſcoporum or
3 dinem quadripertitum ponat, videlicet in Pa-
triarchas, Archiepiſcopos, metropolitanos,
qui tamen ſunt idem, quod & Patriarchæ, vt in
c. in illis. lxxx. diſtin. ibi, Primates, vel Patriar-
chas. & c. Prouincię. xcix. diſt. vbi bonus tex. & c.
Epiſcopos. & tranſumptiuè xxj. diſt. cleros. ta-
4 men horum omnium vnus eſt Epiſcopalis or-
do, vt probatur in c. vrbes. lxxx. diſt. qui habuit
principium in Apoſtolis, vt ibi, licet differant
nomine, & ſuperioritate gradatim vſque ad api
cem Petri, & ſucceſſorum eius, licet in eo ſint
omnes gradus, & omnia nomina prędicta: nam
5 & Papa ſe Patriarcham appellat, vt xxij. diſt.
c. fin. Aliquando Romanum Papam, vt xcvij.
6 diſt. c. victor. Aliquando Romanæ eccleſię Epi
ſcopum, vt in c. ſi Epiſcopus accuſatus. ij. q. ix.
7 Aliquando vrbis Romæ Archiepiſcopus, vt
iiij. diſt. c. ſtatuimus. in ſui ſuprascriptione dicen
te, Teleſphorus vrbis Romę Archiepiſcopus:
Epiſcopum tamen ſe appellat. Vnde cum hoc
nomen Epiſcopus, ſit primum genus, & gradus
ordinum

ordinum in ecclesia Dei. cæteri verò species deri
uatiuæ à typo Apostolorum, vt dicit tex. in d.c.
vrbes.lxxx.dist. Dicemus primo de dispensatió-
ne Episcoporum in genere, deinde descende-
mus ad species.

De Episcoporum potestate dispensandi duæ
sunt opiniones inter Doctores. prima est, quòd
eis passim dispēsare liceat, à primæua eis à Chri
sto tradita potestate, nisi sit eis specialiter pro-
hibitum, vt infra dicetur per illud, Quorum re-
miseritis peccata, &c. & Matth. xviij. & Ioã. xx.
vbi Christus dixit omnibus Apostolis, & non
Petro tantum: licet prius Petro soli dixerit in sin
gulari. Quodcunque ligaueris, &c. Matth. xvj.
per quod datur intelligi, quòd constituit Pe-
trum in caput omnium Apostolorum, & per il-
lud, Pasce oues meas, & Tu es Petrus &c. Mat.
vbi supra. & sibi tradidit potestate suprema, e-
tiam super Apostolos, & sibi retinendi, relaxan-
di, & illi soli dixit, Duc in altum, vt supra dixi-
mus de dispensatione Papæ, in princ. ex quibus
infertur, quòd nisi Petrus quod intelligo de Pa-
9 pa sibi reseruasset, omnia eis essent permissa, pro
quo videntur plures tex. aperti. primo, in c. in no
uo. xxj. dist. & c. ecclesiæ principes. xxxv. & tex.
in c. quorum vices. lxviij. dist. & tex. in c. porrò.
lxvj. dist. & tex. & glo. in c. videntes. xij. q. j. su-
pra alleg. & in c. sacrosancta. xxj. dist. in §. & post
pauca inter beatos Apostolos quædam fuit di-
scretio potestatis, licet omnes essent Apostoli.
Petro tamen à domino concessum est, & ipsi in-
ter se voluerunt idipsum, vt reliquis omnibus
præesset Apostolis, & Cephas in c. qui vult con-
fiteri. in fi. ibi, itaq; Pontifex iustus, & perfectus
atque discretus nō cogitur suos sacerdotes sem
per abijcere, nec mox restituere, nisi statutum
fuerit à Romano Pontifice, de pœnit. dist. vj. &
in c. nuper, de sen. excō. videtur expressum, ꝙ om
nia eis in dispēsationibus sint permissa, quę spe-
cialiter per Papam non sunt prohibita. quod ma
nifestè colligit ibi in tex. quia tamen conditor ca
nonis eius absolutionem sibi specialiter non re-
tinuit, eo ipso cōcessisse videtur facultatem Epi
scopis inferioribus relaxandi. Et dixi inferiori-
bus, quia & ipse Papa est Episcopus in plenitudi
nem, cæteri autem in partem sollicitudinis, vt su
pra sæpius dictum est. Ideo formanda esset regu
la affirmatiua, videlicet ꝙ liceat Episcopis in om
nibus casibus dispensare illis exceptis, in quibus
Papa prohibuit sibi specialiter reseruando: &
tunc potius quærendum esset, qui sint casus à re
gula excepti, confirmando ea, quæ supra dixi, &
posui sub rubrica de dispensatione Papę, vbi po
sui cxiiij. casus, in quibus solus Papa dispensat,
in reliquis autem dispensatio Episcopis videtur
esse permissa. Non tamen dico, ꝙ illi cxiiij. casus
tantum Papę reseruati sint, quia complures etiã
casus, vltra illos, in corpore iuris clausos per dili
gentem scrutatorem inuenire posse credo.

Alij autem dicunt Episcopos nunquàm dispē
sare posse, nisi eis à iure sit permissum: pro qui-
bus facit tex. in c. inter corporalia. de transl. prę
la. & ibi Abb. in iij. col. in versi. vnde si cit ca. ibi,
& quod non est sanctorum patrum &c. & in c.
dilectus. de temp. ord. ibi, cum illi huiusmodi di
spensatio à canone minimè sit permissa, & not.
in l. maritum. C. de procura.

Sed dicito, ꝙ hæc vera est conclusio, ꝙ in pœ
11 nitentialibus Episcopis dispensatio † permissa
est, nisi prohibita in iure reperiatur, quia pœnitē
tiæ hodie arbitrariæ sunt. Casus autem reseruati
in pœnitentijs hodie habentur in c. ij. de pœnit.
& remis. in vj. & per Host. eo. tit. §. ij. in sum. &
per Ant. de Burr. & post eum per And. Sicul. in
c. at si clerici. in §. de adulterijs. de iudi.

Io. de Deo posuit cxxj. casus, in quibus permis
sum est Episcopis dispensare, quos dicit clausos
esse in corpore iuris, quos Spec. ad literam retu-
lit, illis etiam aliquos addendo, partim sub ru-
brica quid sit irregularitas, & partim sub §. nunc
de Episcoporum. Sed quia sunt sub diuersis ma-
terijs, & veniant examinandi sub congruis titu
lis, ideo ad eorum loca reseruabo.

Non prætermitto tamen hic ponere aliquos
casus, à d. Doctoribus nec positos, nec tactos,
in quibus Episcopus dispensat.

Et primò, quòd Episcopus potest dispensare
12 supra titulis beneficiorum, & ratio est, † quia
potest condemnare ad tempus, vt not. in c. si cō
stiterit. de accusat. & per Innoc. in c. dudum. de
elec. el secondo, in verbo, concessionem. & in c.
qui plures. xxj. q. j.

Et similiter poterat dispensare supra plurali-
tate beneficiorum, ante Concilium Lateranen-
sem, licèt non postea, vt in d. c. dudum. Vide
not. in c. decernimus. de iudi. & de tempo. ordi.
& c. cum dilectus. & per Rot. in collectis per
Thomam Fastoli, dubio vltimo, per Rot. in anti.
decis. xxix. Punitur tamen si indiscretè dispen-
sat, dicit gloss. in c. si quis sine examinatione.
lxxxj. distinct.

Dispensat etiam Episcopus sine consensu ca-
pituli, secundum communem opin. ratio, quia
ius dispensandi competit de iure specialis iuris
dictionis, vt supra dixi in tit. an dispensatio sit
de lege iurisdictionis, vel diœcesana, in quibus
non habet communionem capitulum cum Ep
scopo. & licet hoc non sit de iure scripto, potest
tamen hoc consuetudo operari, vt dicit Burr. in
d. c. at si clerici. §. de adulterijs. versi. venio ad di
clarandum. & ibi latissimè per Andr. Sicul. quod
luculenter hoc examinat ibi.

Item dispensat contra concilia generalia ex
causa necessitatis, vel magnæ vtilitatis Ecclesiæ,
vt

vt tenet Rot. in no. decisi. cclxij. incipi. in religioso professo circa finem.

Item cum clerico deponendo propter delictum, non autem cum iam deposito.

Item cum suspenso, & suspendendo, secundum But. in dic. c. & §. in versi. oppono, quòd non dispenset, sed cum iam deposito. ratio est, quia non deponitur quis nisi pro delicto graui & manifesto, & sic causante irregularitatem super qua solus Papa dispensat, vt dicit idem But. in eo. c. & §. versi. venio ad tertium in fi.

Dispensat etiam Episcopus, contra propriam constitutionem, quia ex causa potest eam in totum tollere, nisi constitutio transiuisset in contractum, vel alterius priuilegium, vel esset iuramento statuentis firmata, vt dicit Butr. in eo. capitu. & §. in penultima columna. vide hodie not. in capit. primo. de his, quæ fi. à maio. part. capi. & in cap. cum M. Ferrariensis. de constit. & ibi Butri. in vij. column. vers. diligenter. Hos casus hic posuisse volui, quia non ponuntur in locis superius alleg.

Item dispensat Episcopus in crimine cum lapsis & elapsis, vt restituantur, iuxta cap. dispensationes. & cap. vt constitueretur. & in crimine adulterij, & alijs, de quibus copiosius habetur in c. miror. & in §. nisi. & in cap. at si clerici. §. de adulterijs. de iudi. & not. in d. c. dilectus.

Dispensat etiam Episcopus cum eo, qui extra quatuor legitima, ac statuta tempora ordinatus est. capit. consultationi. & ibi not. gloss. de tempo. ordi. licet alij contra, secundum Spec. in dict. titul. de dispensat. §. nunc ostendendum. ver. lij. vbi dicit solum Papam extra ea tempora ordinare posse, ac in die dominico, per c. primum, & cap. de eo, de tempo. ordi. & cum alius hoc fecerit, & in ipsa ordinatione tempora non obseruauerit, tam cum ordinato, quàm cum ordinante, solus Papa dispensat. capit. cum quidam. eod. titul. quinimo si extra statuta tempora ordinatus ante obtentam dispensationem celebret, cum eo solus Papa dispensat, secundum Specul. ibi, & eundem in dict. §. nunc de Episcoporum. versi. prohibetur. In tempore autem velandi virgines dispensare potest. dict. capit. j. & ibi gloss. not. de tempo. ordi. & dicendum est vt ibi plenius per Doctor. & in capit. deuotis. xx. quæst. j. vbi ponitur tempus eas velandi, & per Specu. in d. §. ver. lxxxj.

Item dispensat cum eo, qui ab alieno Episcopo ordinatus est, proprio Episcopo inconsulto, vel contempto. cap. significasti. de offic. Archidia. & not. Spec. in d. §. de Episcoporum. versi. iij.

Item & cum eo, qui est ab excommunicato Episcopo ordinatus. capit. vltimo. de ordin. ab Episc. qui Episcopatum renunciat, dummodò imprudenter & ignoranter ordinem receperit, iuxta cap. j. in fine. eod. titu. & c. ordinationes. ix. quæst. j.

Sed quomodo potest cum isto dispensari, qui ab excommunicato nullum ordinem, & sacramentum recipere potuit, cum excommunicatus, sit extra communionem ecclesiæ, & omnino sacramentis ecclesiæ exutus nihil conferre potuit, vt in cap. quod in te. de pœniten. & remiss. & Bald. not. in l. j. v. colum. C. de hæredi. instituen. glo. & Docto. in dicto cap. vltim. & in dict. cap. ordinationes, dicunt quòd ordinatus ab excom-
13 municato characterem recipit, † quem ordinans, licèt excommunicatus habebat, sed ordinis executionem, & ministerium non recipit, quo ille ordinans omnino carebat, vt bellissimè ibi gloss. declarat, & proinde dictum Bald. de priuatione sacramenti intelligere debemus, quoad executionem tantum, non quoad characterem ordinis sacri: aliter non rectè loqueretur. Potest igitur Episcopus excommunicatus, & hæreticus, licet sit extra gremium ecclesiæ sacros ordi-
14 nes conferre: excommunicare † tamen alium non potest, quia ab ecclesia eiectus alium deijcere non potest, vt pulchrè ibi not. glo. & Docto.

Item cum eo dispensat, qui beneficium excommunicatus recipit. capit. postulastis. in princip. de cleric. excommu. mino. & ibi Innocent. & Ioan. Andr. (dummodo à Papa propter contemptum Sedis Apostolicæ excommunicatus non fuerit) quia tunc non posset ei beneficium conferri. c. cum bonæ. de æta. & qualita. & ibi gloss. & Docto. idem dicit ibi glo. in suspenso, nec posse hoc casu Episcopum dispensare, & not. Spec. vbi supra. versi. xvj.

Præterea dispensat Episcopus, vt quis plura beneficia curata obtineat, dummodo in dispensatione causa insit vtilitatis, aut ecclesiæ necessitatis, vt dicam infra de pluralitate beneficiorum, in fine operis, neque inspici debet fauor, aut gratia, & excellentia, ac merita eius, cui beneficia conferuntur: nam hoc casu non potest nisi Papa dispensare, quod prosequere latius, vt per Spec. in dicto titu. in §. videndum. versi. sed nunquid.

Facilius tamen Episcopus dispensare potest, vt quis habeat vnum duplex seu curatum, & alterum simplex, vt ibidem Specul. notat. quam materiam ponunt Canonistæ in capit. de multa, de præbend. & Andr. Sicul. in clemen. gratiæ. de rescript. col. vj.

Versa vice dispensat, vt duo ad vnam præbendam eligantur, secundum gloss. & Doctor. in capitul. tuæ. de præbend. & ibi vide, quando diuidi possit, & quando parrochia vna in duas diuiditur, & quando plures in vnam vniuntur, de qua etiam materia vide in cap. præcipimus. vbi bonus text. xvj. quæst. j. cap. vnio. x. quæstio. iij. & in capitu. ad audientiam. de eccle. ædifi. il secondo. & not. in capitu. sicut vnire. de excessio. prælat. vbi eius est diuidere, cuius est vnire, & econuerso. & est textus in dicto capitu. præcipimus.

Item dispensat cum clerico propter crimen vsuræ, ab officio & beneficio suspenso. c. præterea. de vsur.

Item cum clerico pugnante in duello. c. j. de cleri. pugnan. in duello. capitu. j. de corp. viti. dummodo mors aut mutilatio membri non insequatur, per cap. ijs, à quibus. xxiij. quæst. viij.

Tunc enim in beneficio tantum dispensare potest, per capit. ij. de cleri. pugnan. in duello. & cap. studeat ad fin. L. distinct. & Spec. not. vbi supra. versi. ix.

Item dispensat in casu capitu. j. de corpo. vitia.

Et in capitalibus occultis. cap. ex tenore. & ibi not. de tempo. ordi. & cap. de his. L. distinct. de quo per Specu. vbi supra. versic. x. & plenius in §. qualiter. versic. quoque notandum.

Dispensat cum presbytero, qui de facto cum virgine matrimonium contraxit, scilicet, quo ad sui officij executionem. cap. sanè. il secondo. de cleric. coniug. & not. in capit. nuper. de biga. qui si bis, aut cum corrupta contrahat, dispensare non potest, vt not. Specu. vbi supra. versic. xiij. per cap. presbyterorum. xxviij. distinct. & cap. vlti. de biga. & similiter cum sacerdote concubinas plures habente. c. quia. de biga. & Spec. vbi supra. versi. xj.

Item cum aduena in ecclesia instituto per eum, qui instituere non poterat, iuxta c. vlti. & ibi Doct. de cler. peregr.

Præterea cum adultero, ac cæteris minoribus criminibus irretito dispensat (cum tamen pœnitentia acta est) cap. at si clerici, §. de adulterijs. not. & in capitu. ex tenore. de tempo. ordi. & not. Specul. in dict. titu. versi. viij.

Item cum monacho, & Canonico regulari dispensat, ut in seculari ecclesia diuina ministrare possint, vt not. Specu. ibi supra, versic. xv. & in §. sunt quoque. versi. x. probatur. xvj. quæstio. j. cap. doctos. & capit. ex auctoritate. j. quæstio. vij. §. nisi. potest enim monachus sæculari ecclesiæ præfici. iuxta nota. in cap. j. de capel. mona. & in c. ij. & c. quod Dei. de statu mona. & not. in cle. j. de elect. dixi etiam supra.

Dispensat quoque cum clerico per saltum promoto. cap. j. de cleric. per sal. promo. lij. distinct. cap. j. & Spec. refert in titu. supradicto. versi. xvij.

Similiter dispensat cum eo, qui non ordinatus ministrauit; quoad beneficium tantum, ac etiam vt post biennium, aut triennium in suscepto iam ordine ministret, non autem vt ad superiorem ordinem ascendat. nota. in cap. ij. de cleri. non ordi. mino. de quo etiam vide plenius in Specu. vbi supra. versi. xviij. quia vt ad superiorem ordinem ascendat, solus Papa dispensat, vt ibi Specu. plenius differit.

Eodem modo cum diacono missam celebrante dispensat (acta prius pœnitentia) vt beneficium retineat, & tandem lapso biennio, aut triennio officium diaconatus exerceat, iuxta ea, quæ not. glo. & Docto. in cap. j. & ij. de cleri. excommu. mino.

Item cum religioso dispensat, vt ad mitiorem religionem transeat. cap. ex parte. de tem po. ordin. & ibi Docto. & Innocent. in cap vltimo. de renunciatio. & ibi. Ioan. & Archid. in cap. si religiosus. de elect. in vj. & idem Ioan. Andr. in additio. Spec. in dicto titu. de dispensa. §. sunt quoque. versi. xxiiij. & Specul. vbi supra, versi. xx.

Item dispensante Episcopo præbendæ commutari possunt. cap. quæsitum. de rerum permuta. Et ibi tradunt Docto. & glo. in clem. j. eodem titu.

Item cum eo, qui bigamum ordinauit, & irregulares promouit, vt in cap. j. de biga. & cap. dilectus. de tempo. ordin. & ibi not. Innocent. & Ioan. Andr. & Specu. vbi supra. versicu. xxij.

Idem potest falsarium clericum, vel ad Papam remittere, vel si visum fuerit, in carcerem conijcere. cap. in memoriam. xix. distinct. & not. Spec. vbi supra. versi. xxiij.

Si tamen certum est esse falsarium, eum deponere debet, vt in cap. ad falsariorum. de crimi.

mi. falsi. & not. gloss. in dicto cap. in memoriam, & probat text. in cap. si Episcopus. l. distinct.

Idem quoque Episcopus dispensat, vt coniugatus clericus simplex beneficium habeat, secundum Ioan. Andr. in cap. Ioannes. de cleric. coniuga. & probat text. in c. de his. & c. decernimus. xxviij. dist.

Item dispensat Episcopus, vt concubinarius clericus post actam pœnitentiam promoueatur. xxxiiij. dist. c. firmitatis, quod intelligendum est, nisi prius sententia damnatus fuerit, aut infamia respersus, secundum Specu. vbi supra. versicu. xxvj. & in titu. de leg. §. iuxta. versi. in suspensis autem.

Dispensat quoque cum hæretico, & schismatico conuerso. l. dist. c. presbyteros. de hæret. c. ad abolendum. de consecr. dist. ij. c. ego Berengarius.

De scismatico habetur in c. vt constitueretur. supra alleg. l. dist.

Similiter cum raptore dispensat, quoad viaticum concedendum. c. super eo. §. si verò. de rapt. nam cum prædonibus, & raptoribus dispensatiuè communicamus. xxiiij. q. ij. sanè.

Cum homicida autem Episcopus non dispensat licet quoad beneficium ne mendicet.

Accedat, quòd licet Episcopus cum homicida non dispenset, cum eo tamen, qui occidendi animo vulnerauit, & non occidit, dispensare potest, secundum Spec. in tit. de legati. §. iuxta. pen. col. versi. quando autem. An autem cum homicida casuali dispenset, vide ibidem Specu. & not. in c. ad audientiam. de homic.

Idem cum dictatore vindictæ sanguinis, vbi citra membri mutilationem sanguis exiuit, dispensare potest, & ibi not. Spec. & not. in c. j. de cler. percuss. & c. sententiam. ne cler. vel mona.

Nam mutilato membro, solus Papa dispensat. c. j. de corp. viti. & c. presbyterum. de cler. ægrot.

Item dispensat cum deposito, & degradato solo verbo, vt not. glo. in alleg. c. miror. l. dist. & Spec. in tit. de leg. §. nunc ostendendum. vers. nono. non autem cum actualiter degradato.

Item dispensat super infamia, vt aboleatur. not. in c. cum te. de re iudi. & ibi not. Doct. scribentes, & Abb. in v. col. & in c. at si clerici. §. de adulterijs. x. col. de iudi. de quo Fely. latè in d. c. cum te. scribit.

Item dispensat Episcopus in pœna. c. licèt canon, de elec. super retardando sacerdotio per septem annos, iuxta c. cùm ex eo. eo. tit.

Item dispensat ad tempus, ne quis in ecclesia parrochiali residere teneatur. dict. cap. licet. §. vltimo.

Item cum eo dispensat, qui ineligibilis factus erat per electionem sæcularis potestatis de eo per abusum factam. iuxta c. quisquis. de electio.

Item cum clerico furtim ordinato post prohibitionem, quando ad religionem transire vellet, iuxta cap. vltimum. de eo, qui fur. ordin. suscep.

Item dispensat cum electo ad sacerdotium, cui parentes inuito filio quæsierunt. c. præsentium. & c. quicunque. xj. q. v.

Item cum instituto per simoniam eo ignorante commissam, quia facta renunciatione (iuxta d. c. præsentium, & c. ex insinuatione. de simo. cap. nobis de elect.) statim eum ad beneficium recipere potest, & secum dispensando ei conferre, vt in dic. iuribus not. & not. gloss. in cap. de simoniacæ. de simo.

Cum scienter autem simoniaco solus Papa dispensat, dicto cap. nobis. in fine. & cap. penultimo. eod. titu. cum simoniaco tamen mentali Episcopus quoque dispensat, quia secundum gloss. not. in c. tua. in fine. de simo. sola intentio reddit quempiam simoniacum, sicut sola spes facit vsurarium. cap. consuluit. de vsur. & not. Bald. in rub. de vsur. ij. colum. facit glo. in c. j. de cler. non resi. lib. vj.

Dispensat quoque cum sacrilego. c. si quis presbyter. & ibi glo. l. distin. & c. vltimo. de furt. Dicitur autem sacrilegus multis modis, vt notum, & tritum est, & habetur in cap. si quis contumax. xvij. quæst. iiij. §. sacrilegium. vbi text. eleganter explicat, & ibi de huius criminis pœna, & habetur in l. sacrilegi. & ibi text. optimus. ff. ad legem Iuliam pecu. Nec omitto, quòd sacrilegus etiam dicitur, qui Cardinalem capit, aut capi curat, & sudet. cap. ad Apostolicæ. de re iudic. lib. vj. Quinimò Cardinalem offendēs, lege iulia maiestatis tenetur, & in graues pœnas incidit, vt in cap. felicis. de pœn. lib. sexto. de quo per Specu. vbi supra versic. xxix. & ibi per Ioan. Andr. in additio. De pœna verò offendentis Episcopum, vide clem. j. eo. tit. de pœn.

Item cum fure rei ecclesiasticæ dispensat, vt ei pœna mitigetur. xij. quæst. cap. firmitatis. l. dist. si quis presbyter. xvij. quæst. iiij. si fortè. & vt is post actam pœnitentiam in partem, vel in totum ad sacros ordines proueh possit, iux. c. vlt. de furt.

Idem cum sortilego clerico dispensat, qui pro reperiendo furto ad astrolabij inspectionem recurrit, cum quo nisi dispensatum fuerit, anno celebrare non debet. c. tuarum. de sortil. & c. peruenit. c. contra idolorum. xvj. q. v.

Item dispensat cum sectis, & castratis, vt illi, siue in cunabulis, siue alio casu excisi, & secti,

sine ita nati fuerint, vt ad ordines promoueātur, & promoti remaneant, vt c. ex parte. de corp. viti. & c. Eunuchus. & c. si quis pro ægritudine. l. dist. nisi quis sponte, ac sine necessitate, etiam propter Deum, & affectatam castitatem fecisset: tunc enim solus Papa dispensare potest. lv. dist. c. qui partem. & c. significauit. de corp. viti. Similiter solus Papa dispensat cum eo, qui in occulto maculam habet, secundum Innoc. & Doct. in c. ij. & c. significasti. eo. titu. & Io. And. in addit. versi. lviij.

Cum illiterato quoque, & idiota promoto, ne deponatur, sed in ordine remaneat, Episcopus dispensare potest: ita tamen, quòd doceatur, x. q. j. c. placuit. xxxviij. dist. c. nullus. & c. sedulò. Quod sanè accipiendum est, nisi sit omnino rudis, & literarum expers, secundum Spec. vbi supra. versi. prohibetur. dicentem etiam, quòd licet dispenset, vt promotus in ordine suscepto remaneat, non tamen dispensat, vt promoueatur. c. non confidat. l. dist. de quo etiam ibi per Spec. vers. xxvj. & in d. §. iuxta. vers. contrahitur. Sed pudet dicere, quàm parum id Episcopi hodie obseruent, qui & instructos, sacris que initiatos, quos nostra ætas ordinatos appellat, vt erudiantur, neque cogunt, neque curant omnino: & quod deterius est, quotidie rudes, & ignaros ad sacerdotia, ecclesiasticaque officia temerè, & sine delectu admittunt ecclesiæ dignitatem, ac decus negligentes, spernentesq; censuram, quā inde contrahunt, hauriuntque ex constitutione. c. vlt. de tempo. ordi. non aduertentes ad ea, quæ dixit Io. And. in c. cum ex eo. de elec. in vj. in nouella, in princ. vbi dixit, quòd de literatis implenda est ecclesia, non de porcis, & asinis, neque erubescentes ex eo, quòd contra rudes, & ignaros scriptum, est in c. vlt. de æta. & qualit. Hinc errores maximi in ecclesia pullularunt, hinc clericorum, sacerdotumque omnium, ac Pontificum contemptus, qui non solum cum barbarismo, & solœcismo Deum inuocant (vt Aug. verbis vtar, de quibus in d. c. sedulò) sed verba ipsa diuina proferre nesciētes, sepe effundunt, vt longe aliud, quàm diuina Christi Euāgelia, & sacras Pauli epistolas audiamus, quorum verba, & sensum ita corrumpunt, atque funditus euertunt, vt neque Paulum, neq; Christum, sed confusum nescio quid, & deprauatum sine aliquo sensu audire videamur: non aduertentes ignorantiam, matrem esse omnium malorum, & ab ore sacerdotum scientiam exquiri, qui in Dei populo docendi officium susceperunt, debetque eorum opus in prædicatione, & doctrina consistere, prouideque scripturas sacras, & canones scire debent, & fidei scientia, atque operum disciplina Dei populum instruere, vt habetur xxxviij. dist. c. j. & Paulo monente lectioni, & doctrinæ eos intendere, & in his semper permanere oportet. sic Paulus in sua epistola ad Thimo. ac per eum omnes sacerdotes exhortatus est, quorum (proh pudor) nulla hodie ratio habetur. pigetque recensere, quàm rudes sacerdotes, & inepti sunt, quamque contemptibiles, & à suo officio alieni.

De magnis prælatis taceo, de quibus dicere non licet, nec tutum est, sed vtar verbis Pii Papę II. in suo Somno de fortuno. Nolo referre, quot asinos viderim exaltatos supra cedros libani, quos ecclesia vtilius foret mortuos habere, quàm viuos, ignorantes quot digitos in manibus habeant. Longeque præstaret, si pauciores haberemus; qui & in ecclesia, & in Dei populo, fide, atque disciplina niterent, quàm vt tot rudes, inersq; vulgus, & vt cum eorum venia dixerim, tot soleati, hoc est ferrati asini, ad sacra, diuinaque officia susciperentur, vt glo. verbis vtar, de quibus in c. cum ex eo. de elect.

Item dispensat Episcopus in pœnitentijs iniungendis. xxvj. q. vij. c. tempora. & lv. dist. ferè per totam eam dist. de quo infra, vbi de dispensatione pœnitentiæ plenius dicemus publicè pęnitentes, tamen Episcopus etiam dispensando promouere non potest, vt in d. c. non confidat. & lxj. dist. c. sacerdotibus. de quo dicendum, vt per Doct. in c. quæsitum. de pœnit. & remiss. dicam infra de publicæ pœnit.

Item cum seruo monasterij dispensat, vt ad ordinem ecclesiasticum promoueatur. liiij. dist. c. multos. & c. de famulis. de ser. non ord.

Idem si seruum promotum redimere velit, dispensare potest. ea. dist. c. generaliter. An autem dispensare possit, vt inuitus clerici ordinetur. Spec. not. vbi supra. versi. xxxiiij. & not. in c. vlt. vbi tex. lxxiiij. dist.

Præterea dispensat Episcopus, vt assumptus subditus ex sua diœcesi ad Episcopatum in primo beneficio remaneat, si ad Episcopatum, ad quem promotus, vel electus fuit, admissus non fuerit, secundum Spec. vbi supra. versi. xliij. & est tex. in c. si quis. xcij. dist.

Item dispensat, vt alterius religionis monachus, alterius religionis monasterio præsideat. c. cum monasterium. de elec. not. Spec. in tit. de lega. §. nunc ostendendum. lxxix. vers. & vbi supra. vers. lij. & in §. consequenter. versi. legatus. & notant Doc. in c. officii. & in cap. cum magister. de electio.

Item dispensat cum clerico in ætate, iux. not. in c. dudum. & c. præterea. & c. Iudæorum. de æta. & qualit. & in c. j. eo. tit. lib. vj. vbi plenè per Io. And. post Specu. in addit. Specu. vbi est. versic. liij.

Item

Item, vt ex causa minor procuratio recipiat, quàm solita sit, v.q.ij.c.relatum. & de cen.c. felicis. lib.vj.

Similiter diminuere potest tertiam, vel quartam decimarum, & ex causa dispensare. eadem q.c.priscis.& c.vitio. xij.q.j. c. vlt. Spec. vbi supra.versi. lxxvij.

Idem etiam executionem sententiæ differre potest.xj.q.iij. c.cum apud.& not. Spec. vbi supra. versi. L.

Potest quoque cum eo, qui beneficium renunciat dispensare, & sibi victum concedere, & reseruare.c.ad supplicationem.de renunc. & Specu.not.vbi supra. versi. liiij. faciunt quæ not. in c.admonet.& c. ad supplicationem. & c. quidē. eo.tit.licet alias renunciatio pura, & libera esse debeat, ac sine pacto, & reseruatione.not. glo.& Doct.in c.cum inter. de elect.

Dispensat quoq;, vt monachus in minoribus constitutus Abbas fiat.c.itam.de æta. & qualit. & Io. An.post Spec. plenius not in versi.lvj.

Debet quoq; Episcopus dispensare cum ijs, quos sine tit.ad sacros ordines promouit, vt victum habeant. de æta. & qual.c. accepimus. de præben.c.cum secundum. & c. Episcopus. & ibi not.eo.tit.

Potest quoq; dispensare, & facere Episcopus, quòd prælatus perpetuum vicarium constituat. c.ad hoc.de offi. vic. alioquin prælatus per seipsum vacare, & seruire deberet in beneficio, quod sibi pro ministrando, faciendoq; officio datur, vt est tex.in c. vlt.de rescrip. lib. vj.& in c. eos & c. præcedenti, & sequenti.lxxxj.dist.& alibi in hoc libello diximus.

Potest quoq; Episcopus efficere, vt super decimis, & rebus specialibus, & causis beneficiorum transactio sine vitio fiat.c.statuimus. de transac. c.j.& ij.de re.permut.c.de cætero. & c. iam pridem.de transac.

Dispensat præterea cum rectoribus, qui ad synodum non venerunt, iuxta not.in c.quòd super his.de maio.& obedi.qui nisi veniant, ab Episcopo priuari possunt, vt ibi not. & c. de eulogijs. xviij.dist.

Item dispensare debet cum clerico deposito, ne sæculari iudici tradatur, iuxta.c. cum non ab homine.& ibi not. de iudi. nā in deposito character remanet, quo clericaliter viuere debet, & ideo eum restituit iterum nō ordinatus.xj. q.iij. c.si Episcopus, & fortè alibi.ij. lib.vbi de depositione dicemus.

Potest quoque Episcopus cum contumace dispensare, & contumaciæ gratiam facere. c. & consuluit. de offic. delegat. capit. j. & ij. de do. & contu. & not. Spec. vbi supra versi.lxvj. Sed mihi videtur, quòd hoc non sit proprium Episcopalis dispensationis, quia spectare contumacem, & ei gratiam facere, non solum ad Episcopos, sed & ad alios iudices spectat, iuxta not. in d. c. consuluit. & l.j.& ibi per Bal. Aug. & Doc.C.quo.& quan.iud.

Potest etiam Episcopus permittere, ac dispensare, vt coniuges seorsum vitam ducant, si videat ex cohabitatione, & conuiuendi societate, deterius contingere.c.tua nos.de iureiur. quod intelligēdum est, si vterq; castitatem obseruare velit, aliàs cogitur alter excommunicationis vinculo ad alterum redire, d. c. tua nos. licet eo casu alter coniugū, non expectata Episcopi auctoritate, ad incontinentē coniugem redire, secundum gl. in dic.c.tua nos. Nec possent coniuges sine Episcopi auctoritate se inuicem separare, q̄uis ad religionem transeant, nec potest alter religionem ingredi, si alter dissentiat.c. si vir, & vxor.xxvij. q.ij. de quo per Spec.vbi supra versi.lxix.

Dispensat etiam in correctione morum, quia potest ex causa dissimulare, aut correctionē differre.xxiiij.q.iiij.c.non potest.& lenire, ac mitigare pœnam, & modum adhibere. xxiij.q.iiij.c. fortè.de pœnit.dist.vj.c.j.in fi.& c.nisi.& ibi no. de offi.lega.

Item dispensat Episcopus in pœna commissa pro immunitate ecclesiæ violatæ, iux.c.siquis cōtumax.& ibi no.xviij.q.iiij.facit xij.q.ij.de viro.

Item dispensat mitigando pœnam matricidarum, de qua in c.latorem.xxxiij.q.ij.quæ de iure canonico data est, vt ante ecclesiæ ianuam stans annum maneat, neq; ingrediatur: post annum fas est ei introire, sed cum aliquo communicare, & loqui non licet, nisi triennio exacto, quo tempore septem annis oblationes facturus est, neque inter ea carnem comedere, neque vinum bibere, nisi dominicis, festiuisque diebus à Pascha vsq; ad Penthecostem ei permissum est, & inermis semper, & pedes ire debet: quia arma, nisi contra Sarracenos, & Paganos ferre non potest: tribus diebus singulis ebdomadis ieiunare debet, corporis Christi non nisi triennium ante mortem particeps fit. hanc pœnam minuere potest Episcopus, vt in fi.d.c. & ibi glo.no. Hæc tamen hodie non seruatur, quia hodie seueritas hæc non habet locum in ecclesia.

Item dispensat cum incestuosis in matrimonio contrahendo.xxxiij.q.ij.siquis cum duabus. & c.in adolescentia.& c.antiqui.de quo etiam in c. ex literis. & ibi plene no. de eo, qui cognouit consang.vxor suæ.& xxxv.q.iij. cap. de incestis. not. Spec.vbi supra, versi.cxvij.

Item cum eo, qui vxoris suæ sororem imprudenter, & per errorem cognouit. c. in lectum. xxxiiij.q.ij.

Item dispensat, vt is, qui matrem spontè cognouit, possit cum alia nuptias contrahere, iuxta not.in c.ij.de eo, qui cogn.consangui.vxo.suę.&

not.in d.c.ſiquis cum duabus.& xxvij.q.j.c.vir-
ginem.vbi ſuper eo inceſto Epiſcopus diſpenſat.

Item diſpenſat, vt ſeparatus ab vxore propter
impedimentum conſanguinitatis, cum alia coo-
trahere poſſit.xxxv.q.vj.c.ab illo die.

Itē cum raptoribus mulierum, vt rapta cum
raptore, peracta pœnitentia, contrahat matrimo
nium, & pœnā ioris ciuilis euadat.xxxvj.q.j.c.ſi.
& q.ij.c. tria. & de rapto.c.vlt. quod intelligere
oportet ſecundum eam, quæ ibi no.

Item diſpenſat, quòd in oratorijs miſſa can-
tetur de conſecr.diſt.j.c.concedimus.c.clericus,
& cap. ſiquis.

Item presbytero, qoi duas miſſas ſub vno ca-
none celebrauit, de conſecr.diſt.ij.c.relatum. &
c. comperimus. oec eſt permiſſum ſacerdotibus
ſub vno Chriſti corpore aſſumpto plures miſſas
dicere, dic.c. relatum. oec poteſt Chriſti corpus
omiſſo ſanguioe ſumere, quia presbyter ſub v-
traq; ſpecie communicare debet, vt in dic.capit.
comperimus.

Item mitigat Epiſcopus pœnam ſacerdotis,
& diſpenſat cum eius negligentia, ſi mures eu-
chariſtiam corroſerunt, qua ex culpa xl.dierum,
aut xxx. pœnitentiam agere debet. de conſecra.
diſt.ij.c.qoi benè.eadem pœna xl. dierum pro pę
nitentia prodita eſt, ſi Chriſti ſanguis ſpargatur
in terram, eadem diſt. c.ſi per negligentiam, &
ibi videre licet plures alios caſus, & vbi ſanguis
effunditur, quid ſit agendum.

Item cum rebaptizato imprudenter diſpenſa
re, poteſt iuxta c. qui bis.de conſecr. diſt.iiij.nā
ſi ſciente quis iterum baptizatus fuerit, ſeptem
aonis eum pœnitere oportebit. d.c.qui bis.

Idem quoq; in pœna ſacerdotis veteri chriſ-
mate baptizantis diſpenſat.capit. ſiquis de alio.
ea.diſtinct.

Item diſpenſare poteſt cum monacho, qui ex-
tra clauſtrum carnes comedit.c.carnem.de con-
ſecr.diſt.v.carnis enim vſus monachis eſt inter
dictus: alioqoin ſex menſes recluſus pœniten-
tiam agere debet, vt ibi, ſic etiam monialibus vi-
ni vſus interdictus eſt, quæ vinum vt venenum
fugere debēt c.vinolentium.xxxv.diſt.in ſi. quip
pe vinum luxurioſa res eſt, & eius perceptio lu-
xuriam facit, ea.diſt.c.luxurioſa.& c.luxuria. Nā
iuxta Terentianum illud, ſine Cerere, & Baccho
friget Venus. Sic piſcis illis matronis Roma-
nis vini vſus interdictus, & iocognitus fuit, vt
ſcribit Val. Maximus. Cato refert propinquos
Romanos oſculum fœminis dare ſolitos, vt ſen
tirent an temetum, hoc eſt vinum, olerent: & au
thor eſt Plinius, eum qui vxorem occidiſſet, ꝙ
vinum è dolio bibiſſet, à Romulo fuiſſe abſolu-
tum, & tradit Fabius Pictor mulierem, quia lo-
culum, vbi erant claues cellæ vinariæ reſignaſ-
ſet, à ſuis inedia mori coactam: Hierony.dixit, vi
num in adoleſcentia duplex eſſe libidinis incen-
dium. inde præcepit Euſtochio pro veneno fu-
giendum eſſe. Et Pelignus poeta canit.

At Venus in vinis, ignis in igne fuit. Hinc ſa-
cerdotem vinolentum Apoſtolus damnat: vetus
quoq; lex ſacerdotes, qui Iudæi templo miniſtra
rent à vini, & ſyceræ potu abſtinere iuſſit, ne cra
pula & ebrietate eorum corda grauarentur. d.c.
vinolentum. potiſſimum enim clerico ebrietas
cauenda eſt, eamque ante omnia vitare debet c.
ante omnia, ea.diſt. cæteraq;, quæ hac in re addu
cere poſſem, ex induſtria omitto, ne inuehere vi-
dear in vinolentos, & crapuloſos, contra quos
eſt tex. in c. luxurioſa.xxxv. diſt. & in c. eccleſiæ.
xxxv. diſt. Non tamen prætereo, quòd ſiquis
clericus ebrius efficiatur, xxx. dierum ſpatio à
communione ſubmouendus eſt, aut verberibus
afficiendus.dic.c.ante omnia.ea.q.committit e-
nim Epiſcopus clerico verberationem cum ſuis
16 manibus, nemioem verberare liceat, † vt ibi not.
glo.quæ pœna fortè locum non haberet, cum vni
ca tantum fuerit ebrietas ſecundum Spec. in tit.
de accuſ.§.lxxxij. verſi.& not. vbi dixit ob vnicā
ebrietatem clericum neq; ſuſpendi, neq; depo-
ni. In vno tamen prodeſt ebrietas, quia facit
quòd delictum ab ebrio commiſſum, non punia
17 tur, aut mitius puniatur, † iux.ea, quæ Bar.not.in
l.reſpiciendū.in §.delinquunt.ff. de pœn. & Bal.
in l.data opera.iiij.col.qui accu.non poſ. & Sa-
ly.in l.diuus.ad legem Cor.de ſica.de quo etiam
per Flori.in l.ſed & ſi quemcunq;.§.iniuriam.ad
l.aquil.& dixit Ang.in l.j.C.ſiqui impera.male-
dix. quod ebrietas excuſat, quod intelligendum
eſt, cum magna fuerit ebrietas: nam parua non
excuſat delictum, ſecundum Bal.in dic.l.data o-
pera.C.qui accuſ. non poſ. ebrius tamen puniri
poteſt, quòd ebrius factus eſt, quia ebrietas ſem-
18 per † eſt in culpa, ſecundum glo.in l. vlt.§.vlt.de
repu.facit ad ſupra dicta l.omne delictum.§. pe-
nult.ff.de re mili.

An aūt contractus cum ebrio initus valeat, vi
de Alex. in l. dolum.C. de dolo. & ſuam para-
phraſim, hoc eſt additionem in dic.§.delinquūt:
in his omnibus caſibus Epiſcopus diſpenſare
poteſt.

Plures alij colligi poſſunt à Speculatore in lo
cis ſupra allegatis, quem in his caſibus affectata
breuitate potiſſimùm ſum ſecutus: nec non &
ab alijs, qui de huiuſmodi diſpenſationibus tra-
ctauerunt, ac etiam ex his, quę tradiderunt Doc.
in dic.c.at ſi clerici §. de adulterijs.de iudi. & in
dic.c.miror.in quibus locis reperiuntur quoque
caſus, in quibus Epiſcopus diſpenſare nō poteſt.
quòd ſi vera eſſet illa opinio Iono. de qua ſupra
diximus, quòd Epiſcopus in omnibus diſpēſat,
præterquam in expreſsè prohibitis, vel vbi con-
trariū iure cautum eſt, de cuius veritate in d. §.
de adul-

de adulterijs. tunc vtilius, & consultius fuisset prohibitos, seu exceptos casus colligere, & enumerare: quibus cognitis, in cæteris omnibus regula pro Episcopo comprobatur. l. qui accusare cum sua regula. ff. de accus. à sufficienti partium enumeratione.

SVMMAE.

1 *Inferior Papæ non dispensat in reseruatis ipsi Papæ.*
2 *Dictio solus è, stat exclusiue.*
Episcopus an super irregularitatibus prohibitis, & Papæ reseruatis possit dispensare.
3 *Episcopus an possit ex causa minuere pœnitentiam iniunctam à Papa.*
4 *Et quid de simplice Clerico circa pœnitentiam ab Episcopo iniunctam.*
5 *Episcopus an possit contra iura canonica constitutionem edere.*
6 *Dispensatio solis Episcopis videtur promissa, non autem alijs inferioribus.*
7 *Absoluendi potestas inferioribus Papæ concessa, intelligitur concessa tantum Episcopis, non alijs; & fallit vno casu. num. 9.*
8 *Episcopus an possit absoluere exemptos.*
10 *Inferior in casu necessitatis potest absoluere.*
Delegatus alteri committere non potest.
11 *Inferior an possit fungi officio Episcopi cum permissu, & licentia ipsius Episcopi, vel potius requiratur mandatum.*

Vtrum Episcopus aliquo casu, vel causa dispenset super reseruatis Papæ.

1 REGVLARITER dicendum est, † quòd in reseruatis Papæ, inferior non dispensat, vt supra satis diximus, vbi posuimus cxvij. Casus, in quibus so
2 lus Papa dispensat, & Dictio solus, † stat exclusiuè.

Immò videndum est, an in casibus regulariter prohibitis, & specialiter Papæ reseruatis, Episcopus valeat dispensare? Et dicendum est, quòd interdum magna necessitatis causa vrgente, vel suadente, Episcopi in his reseruatis dispensare possunt, vt eleganter dixerunt domini de Rota deci. cclv. Credo uelit dicere cclxij. in nouis. quos refert & sequitur Abb. Sicul. in d. §. de adulterijs. per singularem l. si huiusmodi. ff. man. quem refert, & approbat And. Sicul. in c. de causis. col. xv. de offi. deleg. Pro hoc facit, quia Episcopus pœnitentiam iniunctam à Pa
3 pa ex causa minuere potest, † secundum singularem glo. in c. tempora pœnitudinis. xxvj. q. vij. alleg. d. l. si huiusmodi. pro cuius ornatu videre possumus multa cumulata per Fel. in c. j. de con sti. fallen. septima. per quem tex. glo. singularis in c. latorem. xxxiiij. q. ij. dicit, quòd simplex sa-
4 cerdos, † seu curatus, potest pœnitentiam ab
5 Episcopo iniunctam minuere. Et † ex eadem causa Episcopus contra iura canonica constitutionem edere potest, vt singulariter dixit Bal. in l. omnes populi. ff. de iust. et iur. col. vj. quod extollit Abb. Sicul. in d. §. de adulterijs. & in c. vl. ti. de consuet. & And. Sicul. in d. c. de causis. Et Fel. allegatus. c. quòd super his. de ma. & obedi. in prima limitatione, vbi limitat, & restringit hoc dictum, vbi superior de facili consuli non posset iuxta terminos d. l. si huiusmodi. vbi per eum, & in d. c. j. fallentia vij. de constit. supra. dictis accedat, quòd solis Episcopis permissa vide
6 tur dispensatio, † & illis intelligitur concessa, non alijs inferioribus, vt latè, & eleganter dixit Inno. in c. innotuit. de eo, qui fur. or. susce. & idem scripsit in c. vlt. in fi. de postu. præla. Spec. not. in tit. de leg. §. sunt quoque, in fi. Abb. in c. ij. de vo. in d. c. nuper. & in c. ij. de sen. exco. plenè in d. §. de adulterijs. vbi Fel. diffusius: & alias remissiones vide per eundem Fel. in c. pastoralis. §. præterea. de offi. ord. ij. co'. versi. limita hanc primam fallentiam. vbi concludit autem Federic. consilio xiij. incipi. monachus Parrisinus, quòd vbi permissa est inferioribus absoluendi potestas, quia de Episcopis termino dictum videtur, nec possunt alij inferiores absoluere, etiam prælati regulares monachos excommuni-
7 catos, & † ab Episcopi iurisdictione exemptos absoluere nequeunt. Quare necessario pro absolutione Papa adeundus est, qui exemptorum est Episcopus, iuxta glo. per eum allega. in c. auctoritate. in ver. sede Aposto de priuil. lib. vj.

Nam Episcopus propter exemptionem eos absoluere non potest, & minimè prælatus regularis, quia vt Episcopo inferiori non est ei permissa absoluendi potestas: nam, vt dictum est, vbi canon. absolutionem inferioribus relinquit; de solis Episcopis sentiendum est, quòd Fel. ibi
8 latius prosequitur, & † quòd Episcopus exemptos absoluere nequeat, not. glo. in cle. cum ex eo. in ver. autem. de sent. exco. lib. vj. licet Io. An. in c. religiosi. eo. lib. & tit. per illum tex. aliter di xerit, s. quòd Episcopus absoluit exemptos. sed contraria opi. verior est, quia c. religiosi, non loquitur de exemptis, de quo per eundem Io. An. in c. sciente. de reg. iur. & Doc. in c. cum tempore. de arbit. de qua quæstione Abb. Sicu. plenius dixit in sua quadam disputatione, cuius ipse meminit in repeti. c. si quis. contra clericum. de fo. compe. in fi.

9 Adde, † quòd in eo casu, in quo non potest, nisi solus Episcopus absoluere, & dispensare: tamen ex mandato ipsius Episcopi quicunque inferior id efficere potest, quia Episcopus ea, quæ sibi permissa sunt, alteri mandare, & delegare po test, vt in c. vlt. de offi. ord. vt ibi hoc notant

Doc.

Doc. & Fel. & quòd possit Episcopus inferiori dispensationes committere, quas ipsi inferiores per se, & suo iure dare non possent, Domi. dixit in d.c. cum ex eo. de elec. Ideo Inno. in c. de cætero. de sent. exco. tradit eleganter, quòd quamuis inferior absoluere non possit ab excommunica-
10 tione Episcopo concessa, ex mandato. tamen † eius hoc ministerium exercere potest: subdens quòd inferior, qui in casu necessitatis absoluit, iuxta c. pastoralis. §. præterea. de offi. ordi. auctoritate propria, & non Episcopi absoluit, & quòd huiusmodi absolutionem Episcopus alteri committere potest. Idem Inno. not. & post eum Butr. in c. ab excommonicato. de rescrip. vij. col. & latius affirmat Federi. consil. xxxvj. & respondet Domi. in d.c. cum ex eo. ad c. vlt. in fi. de offi. deleg. vbi probatur, quòd huiusmodi ministeria alteri committi, & delegari non possunt: nam dicit ipse, quòd delegatus alteri committere non potest per rationem, de qua ibi. Sed Episcopus, & qui habet de iure, vel à canone potestatem, potest per alium exercere, quod etiam Feder. confirmat in d. consilio. & glo. & Doc. notant in d.c. vlt. de offi. ord. Dicit tamen ibidem, Fel. post alios, quòd licet alius inferior vice, & mandato
11 Episcopi ea exercere possit, ex simplici † tamen permissu, & licentia fieri non possunt: quia primo casu auctoritate, & vice superioris cōmittentis fiunt, secundo verò nomine proprio exercentur, licet superiore permittente, vt ibi latius per eos. Adde tamen, quòd quamuis solis Episcopis ius dispensandi concessum esse videatur, plerique tamen tenuerunt sede vacante capitulum dispensare posse. in qua sententia est Io. de Imol. c. ij. de se. uacan. Abb. Sicul, in d. §. de adulterijs. xij. col. & glo. in c. ecclesia habet senatum. xvj. q. j. quod intellexererunt iure, scilicet Episcopali, & non iure Capituli: & proinde dicunt, non obstare dictum Inno. in d. c. innotuit. de quo latius in d. §. de adulteriis. & per Fel. in c. cum olim. post Abbat. & Doc. q. viij. de ma. & obed. de primo, videlicet de dispensationis delegatione, dixi supra de delegatione dispensationis: de secundo, dixi infra de dispensatione Capituli sede vacante, & non vacante, ubi latè.

S V M M AE.

1 *Episcopus an possit pœnitentiales canones mitigare.*
Et an possit minuere pœnitentiam à Pontifice iniunctam.
2 *Quæ absolutiones sint Episcopo reseruata.*
3 *Pœnitentia publica à nemine imponi potest, nisi ab Episcopo.*

De potestate Episcopi super Pœnitentijs iniungendis, & iure dispensandi super illis.

PRAETERRA in foro pœnitentiali, ac in pœnitentijs iniungendis magnam habet Episcopus potestatem, & in his suo arbitrio dispensare potest. xlv. dist. c. licet. & quasi per totam illam dist. & in c. tempora pœnitudinis. xxvj. q. vij. dummodo adhibita quadam ratione, & modestia fiat. de pœnit. dist. v. c. fal-
1 sas. xxiij. q. iiij. c. si is, qui. Potestque † Episcopus pœnitentiales canones mitigare. d. c. tempora, de pœn. dist. j. c. pœnæ. & c. v. & c. medicinam. Debetq; ipsam pœnitentiam ponderare. de pœn. & remis. c. significauit. & c. quæsitum. de consecr. dist. iij. c. de pœnitentibus. nisi cū à canone dispēsatio est inhibita. c. pessimam. xxiij. q. vlt. & cū Episcopus dipensari vellet, vt pœnitentes ad ordines promoueret, quia tunc dispensare non potest, secundum Spec. in d. ti. de dispens. §. nunc de Episcoporum, versi. xxviij. & not. in c. quæsitum. per c. ex pœnitentibus. l. j. dist. cum alijs per eos alleg.

Potest quoque Episcopus à Papa iniunctam pœnitentiam minuere, vt supra dictum est, secundum singularem glo. in d. c. tempora. Item habet Episcopus in pœnitentijs iniungendis ius præcipuum: habet etiam singulares quosdam casus, in quibus nisi ipse pœnitentiam iniungere, & dispensare potest, quos glossator colligit in c. ij. de pœnit. in vj. in quibus simplici sacerdoti nulla datur absoluendi potestas, quos breuiter communicare non pigeat.

2 Primò † absolutio maioris excommunicationis Episcopo est reseruata, iuxta. c. nuper. de sen. exco. quod intellige, quando est inducta à lege & canone. Nam si ab homine lata est, excommunicatus ab alio, quàm ab excommunicatore, aut à Papa, absolui non potest, vt est tex. & ibi plene not. Inno. in c. pastoralis. §. Præterea. de offi. ordi. & not. in d. c. nuper. vt latius dicam infra de sent. excomm. in §. nunc de absolutione.

Secundo pœnitentia blasphemantis, & maledicentis Deo, & sanctis. c. ij. de maled.

Item sortilegi. c. ij. de sortileg.

Item commutatio votorum, iuxta. c. ij. & c. ex multa. de vo. & vo. redempt. nisi in voto continentiæ, & not. glo. in d. c. j.

Item in voto Hierosolymitanæ peregrinationis, in quibus solus Papa dispensat. c. ex multa. & c. magnæ. & c. per tuas. eo. tit. Item distributio malè ablatorum incertorum, aut etiam certorum, vbi hi non existunt, quibus restitutio facienda est. c. cum sit deinde. & ego cumulatiuis de hac distributione facienda dicam infra in ti-

tulo

tulo de furtis.

Pœnitentia clãdestinorum matrimoniorum, aut contra ecclesię interdictum initorum. c. cum inhibito. de cland. despon. c. j. & vlt. de matrim. contra eccl. interdic. contra.

Item reseruatur pœnitentia omnium publicorum enormium criminum, & filiorum, siue ex proposito, siue ex casu oppressorum.

Item cuiuscunque homicidij periurii, falsi testimonii, falsi instrumenti, incestus, corruptionis monialium.

Item eorum, qui cum brutis coeũt, de quibus casibus vltra gl. prædictam, Host. scribit in sum. de pœn. & remiss. §. confitendum. & Doct. in d.

3 locis. & in d. c. ij. Adde, †quòd publicam pœnitentiam imponere, non nisi Episcopus potest. not. gl. & Doct. in c. conquerenté. versi. pœnitentias. de offi. ord. Ex mandato tamen Episcopi simplici quoq; sacerdoti eam licet iniungere, secundum Archid. de pœn. dist. vj. c. placuit. & notant Doct. & Fel. in c. vlt. de offi. ordi.

SVMMAE.

1 *Sacerdos simplex, Abbas, seu inferior, non possunt concedere indulgentiam anni, quia soli Episcopo hoc concessum est.*

2 *Et quid de Vicario Episcopi.*

3 *Et quid de Legato.*

Episcoporum, Archiepiscoporum, & Legatorum potestas, quo ad indulgentias æqualis est.

4 *Indulgentia data à malo Prælato, non minus prodest, quàm si à bono data esset.*

5 *Indulgentia concessa à prælato falsò, qui verus putabatur, an animæ prosit.*

6 *Bullæ falsæ, quæ veræ creduntur, an animabus prosint.*

7 *Episcopus, & prælatus, habens auctoritatem concedendi indulgentiam, an habeant hanc potestatem limitatam.*

8 *Pontifex, Principis Apostolorum successor, omnem indulgentiam peccatorum concedere potest.*

9 *Pontifex non debet concedere plenariam indulgentiam, nisi ex magna aliqua causa.*

10 *Concilium generale potest plenariam indulgentiam concedere.*

11 *Indulgentia plenaria, an in veteri testamento cognita fuerit.*

12 *Et quo tempore habuerit originem. & 13.*

14 *Indulgentiam plenariam non assequi possumus absq; Dei misericordia.*

15 *Peccatorum remissione vsus est Saluator noster cum Petro, Maria Magdalena, & Latrone.*

De Indulgentia Episcopi, & plenaria remissione, & Iubileo.

POTEST præterea Episcopus circa culpas, & peccata, seu crimina dispensando indulgentias, hoc est peccatorum remissiones, indulgere in multis casibus. Nam Episcopus in dedicationibus basilicarum, potest anni indulgentiam concedere, & in earundem anniuersario quadraginta dierum, iux. c. cum ex eo. in fi. & c. nostro. de pœnit. & remiss. & cap. j. & vlt. eo. tit. lib. vj.

1 Has autem indulgẽtias simplex sacerdos, aut Abbas, siue alius inferior concedere non potest, per not. in c. accedentibus. de excess. præla. & scribit Pet. de Ancha. in commento regulæ, ea, quæ. de reg. iuris, lib. vj. & c. nostro. de pœnit. & rem. vbi Cald. & Doct. hoc notant, & adducunt rationes, quas ne sim longior, omitto. Adde, quæ scribunt Doct. & maxime Ant. de Rosel. in suo eleganti commento. c. quòd autem. de pœn.

2 & remiss. Item, nec Vicarius Episcopi has indulgentias sine speciali mandato concedere potest secundum Calder. in d. c. nostro. ad fi. nec etiam capitulum sede vacante, secundum eum ibidem, & tenet Io. An. in c. accedentibus. de priuil. Dominicus post Archid. in c. ij. de pœnit. & remiss. lib. vj. Io. de Imol. in clem. j. xiij. col. de priuil. Card. in clem. j. de hær. in ver. duro. q. xj. Fel. in c. cum olim. q. xiij. de maior. & obedien.

3 Legatus autem, siue sit sacerdos, siue non, indulgentiam, sicut Episcopus dare potest, secundum Ang. de Anchon. in suo aureo libello, de potestate ecclesiæ. q. xxix. & art. viij. quem Fel. refert in sermone suo, incipiente, Hodie mecum eris in paradiso. vbi de hac indulgentia plura, & optima quæque cumulauit.

De Episcoporũ quoq;, & Archiepiscoporũ, & Legatorũ indulgentiis, quorũ in his par est potestas, Doct. plenè notant in d. c. quòd autem. ubi Ant. de Rosel. in d. sua repetit. & Doc. in d. c. nostro. vbi Calde. & Old. q. xxiij. cuius est initium, quæritur, si prælatus, & in summa Pisana. in verbo, indulgentiæ. & magister Robertus omnium prædicatorum ætatis suæ Princeps, in sermone Quadragesimali, venit nox.

Neque prætereo, quòd indulgentia concessa à

4 prælato malo non minus prodest, quàm si à bono data fuerit, secundum Theologos, & habet in iiij. sentẽtiarum. xx. dist. art. ij. q. iij. Quibus accedat, quod tradit Pet. de Ancha. in clem. ij. de pœnit. & remiss. quòd si indulgentiæ à prælato penitus falsò conceduntur. qui verus putabatur, ad salutem animarum prosunt, ac si à vero prælato

datæ

datæ essent, & idem sentit esse dicendum de falsis bullis, quia quoad animarum salutem sicut verè prosunt, vbi innchitur contra quosdam que stuarios, qui adulterinis bullis Venetiis grandem pecuniam extorserant, quod est notandum, & Iason refert in l. præscriptione. C. si contra ius vel vti. publi. & Fely. hanc sententiam probat in supra dicto sermone.

Est tamen aduertendum, quòd Episcopus, & quicunque alij prælati in concedenda indulgen-
7 tia, non possunt metam excedere, de qua in d.c. cum ex eo. quia ij, vt dictum est, non plenam, sed simplicem potestatem habent. c.ij. dist.xj. Sed
8 Rom. Pontifex, Principis Apostolorum successor, plenariam indulgentiam omnium peccatorum dare potest. cap. ad liberandum. de Iudæ. & Innoc. & Doct. plenius probant in d. c. quòd autem. de pœnit. glo. & Doct. in cle. ij. eod. tit. & Fel. in sermone supra dicto, vbi adducit multas quæstiones extrauagantes, & qui aliud affirmaret, hæreticus esset, secundum Old. consi. cclxxj. quęstio talis. & Archiepiscopus Floren. in prima parte suæ summæ, tit. x. att. vltimo. rationem adducentem, & in hac materia multa differentem.

Papa tamen ad hanc plenariam indulgētiam concedendam, non nisi ex magna causa adduci debet, ne ecclesiæ thesaurus vilescat, secundum Alexan. de Ales in iiij. sent. dist. xx. art. ij. q. iij. vbi latè hanc materiam prosequitur, & ibidem Richardum de Media villa, & Bonauenturam, & Aug. Anchonitanus doctè scribit in d. tract. de potestate ecclesiæ. q. xxviij. supra allegata, vbi similiter dicit, non nisi ex iuxta causa concessam valere, & refert latius Fel. i suo supra d. sermone.

Nec omitto, quòd generale quoque conci-
10 lium has plenarias indulgentias dare potest. Singulare, ac nouum dictum fuit Abb. Sicul. in suo sermone, in Basiliensi Concilio habito, cuius est initium, Maximum & c. xv. col. cuius ipse meminit in d. clem. ij. de pœnit. & remiss. & Fel. refert, & sequitur in loco supra dicto.
11 Sed opere pretiū est scire, an in lege veteris testamenti, hæc plenaria indulgentia cognita fuerit, in quo dicendum, secundum Innoc. & Doc. in d. c. quòd autem, quòd in veteri testamēto minimè cognita fuit, quia sacerdotes veteri testamenti hanc potestatem soluendi, & ligandi non habebant, cum claues non haberent. Sed à Petro hæc plenaria indulgendi potestas, & peccata remittendi ad solum Romanum Pōtificem tran
12 slata est, nec ante tempora Papæ Gregorij ista plenaria iubilei indulgentia frequentata est, nec etiam Christiani, qui tunc catholici, & perfecti erant, multum ea indigebant, vt refert Innoc. & Doct. in d. c. quòd autem.

De hac indulgentia anni iubilei, vide Io. de Ana. in suo quodam opusculo, quod scripsit de hoc, & ibi latè ostendit, vnde iste annus iubilei ortum habuit.
13 De hac plenaria indulgentia loquitur tex. in d. clem. ij. de pœnit. & remiss. & glo. in verbo, culpa, & ibidem Doct. De iubileo tamen in lege veteri fit mentio Leui. xxv. & nu. vlt.
14 His annectendum putani, quòd plenariam indulgentiam non nisi ex Dei misericordia assequi possemus, quia secundum iustitiæ merita, cum pro mortali peccato pœna æterna debeatur, eam condignam, & proportionabilem soluere non possemus, nisi ex immensa Dei misericordia peccatorum remissio nobis indulgeret, secundum Alex. de Ales. iiij. sent. loco supra allegato, & Astesanum in præclara summa sua, libro v. tit. xxxviij.
15 Hac misericordia remittendi peccata Christus cum Petro, cum Maria Magdalena, & cum Latrone piissimè vsus est. Cætera in hac materia dicere supersedeo, quia messis est sacrorum Theologorum, & per eos, ac Doct. vtriusque iuris in locis supra dictis, satis, superque tractatum est, quibus hæc corrigenda, & limanda relinquo: hæc tamen paruula quasi magno mari selegi, huicq; transtuli semiplenis Episcoporum indulgentiis non contentus.

S V M M Æ.

1 *Episcopus, quæ priuilegia habeat.*
2 *Episcopus tactis scripturis iurare non debet.*
3 *An Episcopus possit facere constitutionem contra ius ciuile.*
4 *Episcopus potest constitutionem condere in sua diœcesi, quòd in certis causis summariè procedatur.*
5 *Episcopus potest statuere pretium rebus venalibus, & ad victum spectantibus, nè carius vendantur.*
6 *Clericus, & monachus per obsidem à suo superiore dari potest.*
7 *Prior monachorum, institutus ab Abbate, non potest remoueri sine Episcopo.*
Ordinatio Ecclesiæ spectat ad Episcopum.
8 *Fundator, & conditor Ecclesiæ, non potest in ipsa vllum ius habere, nisi quatenus Episcopus instituat.*
9 *Laicus non potest se impedire in oblationibus Ecclesiæ oblatis.* 10
Monasteria non possunt fundari absque venia, & promissu Episcopi. 11
Testis falsum deponens, qui corporaliter puniri debeat, euitat pœnam, si Episcopi veniam habuerit. 12
Episcopus, an adoptare possit. 13
Episcopalis dignitas non est merè secularis.
10 *Absolutus à Pontifice decepto, & circumuentus potest iterum ab Episcopo excommunicari.* 14

De

De Priuilegiis Episcoporum.

NVNC ad Episcoporum priuilegia descendo, quæ eis ex eorum dignitate, & potestate Episcopali competunt, vltra quæ superius dixi. Et ponam extensiuè septuaginta quinque priuilegia.

Primum enim priuilegium est, ne ecclesia cōstitui possit, nisi in loco construendæ ecclesiæ, primus ipse crucem apponat, designet atrium, atque primum lapidem collocet, de consec. dist. j. c. nemo. & Spec. not. in tit. de dispen. §. nunc de Episcoporum. versi. generaliter autem.

Adde, quòd sine Episcopi auctoritate, seu permissu, publicè campana haberi non potest. c. patentibus. de priuil.

Quæ autem, quot ve per campanæ sonum significantur, docet Ioan. An. in c. j. de offi. custo. Bal. in l. j. de dedi. liber. toll.

Item eo die, quo in altari missam cantauit, in eo nullus alius missam celebrare potest. de consecr. dist. ij. c. vlt. Quod intelligo pontificaliter.

Item ecclesiam solus consecrare, & reconciliare potest. de consecr. eccl. vel alta. c. consuluisti. & c. aqua. l. dist. in capite.

Similiter altaris consecratio ad eum spectat. lxviij. dist. c. quamuis.

Idem solus consecrat virgines. cap. deuotis. xx. quæst. j.

Solus chrismat, ac regenerationis lauacrum confirmat. c. quanto. & ibi not. de consu.

Ad eum solum chrisma, & sanctum oleum, & eius confectio spectat. lxxxv. dist. c. chrisma. & seq. de celeb. miss. c. te referente.

De his, & aliis ad Episcopalem ordinem pertinentibus, habetur in c. quòd sicut. §. præterea. de elect. & in c. inter corporalia. de transl. prael.

Quinquagesimam quoque, seu centesimam dare potest. c. Apostolicæ. de dona. c. pastoralis. de his, quæ fi. à præla. xij. q. ij. c. bonæ.

Item solemniter excommunicare potest, vt supra latius diximus per c. non debent. xj. q. iij.

Idem potest interdicti tempore audire diuina. de priuil. c. nonnulli. & c. quoniam, in vj. & ibi Io. An. in nouella, & alij doctores.

Potest quoque sibi quem vult confessorem, seu potius cōfessionis auditorem, eligere. c. vlt. de pœnit. & remis.

Potest quoque Episcopus altare habere viaticum, vt in c. prole. de priuil. lib. vj. & in eo celebrare, & celebrari facere vbicunque, etiam absque interdicti transgressione, & ibi glo. aliàs prærogatiuas notauit.

Item literas dimissorias dare potest, sine quibus facta ordinatio non valeret. viij. q. ij. c. illud. & c. dilectissimi. de offi. Archid. c. ut nostrum.

Idem quoque propter dignitatem anulum aureum in digito ferre potest. c. clerici. de vit. & hon. cler.

Similiter de canonicis suis duos secum habere potest. c. ad audientiam. de cler. non re.

Idem cum celebrat missarum solemnia, adesse secum debent tres diaconi, alijque presbyteri, & ministri, sine quorum præsentia celebrare non potest. c. Episcopus Deo. & c. iubemus. de consec. dist. prima.

Simplex autem sacerdos uno præsente celebrare debet: immò solus esse potest, quia Deus suam præsentiam supplet. c. hoc quoque. & ibi gl. ea. dist. c. vt quisque. de vit. & hone. cler. & c. proposuit. de fil. presbytero. & ibi notatur.

Cognoscitur quoque Episcopi dignitas, & ius præcipuum in iureiurando: nam aliter Episcopus, aliter alij iurant, vt in c. vlt. de iur. cal. & inconsulto Romano Pontifice iurare non debet. c. j. in fi. eo. tit. quod autem de consuetudine obseruatur, not. glo. & Doct. in d. c. j.

2 Accedat, † quòd Episcopus tactis scripturis iurare non debet, & vbi ita iurauerit, venialiter saltem peccat, quasi temerariè iurasset. xxij. q. iiij. §. illicitum. & vbi quis temerè iurat, pœnitentiam agere debet, vt not. glo. xxxiij. dist. §. rusticus. & ibi glo. declarat iusiurandum temerarium esse, vbi nulla necessitate cogente iuratur. c. & si Christus. de iur. iur. Lex quoque iuris ciuilis facilè iurantem, & peierantem castigat, & qui per genium principis iurasset, & peierasset, fustibus castigato, statimq; dimisso ex Græcorum prouerbio dicebatur, importunus noli iurare, vt legitur in l. si duo. in fi. ff. de iureiur. Græca tamen verba impressis libris desunt.

Præterea non cogitur testimonium dicere. l. nec honore. de Epis. & cler. canonizata xj. q. j. c. testimonium. §. nec honore. de quo dicendum, vt ibi cum auth. seq. sed index. & in c. j. & vltim. de iuramen. cal.

Adde, quòd tanta ei debetur reuerentia, quòd nisi Imperialis iussio procedat, nō cogitur iudicium subire, secundum Azo. in summa, supra, de Epis. & cle. & Spec. in §. nunc de Episcoporum. versi. generaliter autem. & proinde quando ab eius sententia appellatur, sicut in alijs, dici non potest, quòd per sordem iudicauit, secundum Spec. de appella. §. decimæ. versi. sciendum.

Et propter dignitatis altitudinem à patria potestate liberatur, auth. Sed & dignitas Episcopalis. C. de Epi. & cle. & supra latius ostendimus. Ideo plures testes contra eum exiguntur, iuxta c. præsul. & seq. ij. q. iiij. de quo infra clarius fortè dicemus, & de sensu & mente d. c. præsul. Atq; ad eius declarationem. Fely. multa scribit in c. per tuas. de maio. & obed.

Præterea in generali sedis Apostolicæ mandato

to de hæreticis inquirendis non includitur, nisi eius expressa mentio fiat. c. inquisitores. de hære. lib.vj.

Præterea sententiam excommunicationis, suspensionis, & interdicti eo modo, quo aliæ personæ ecclesiasticæ, non incurrit, vt alias supra diximus per c.quia periculosum.de sent.excom. lib. vj.

Nec contra Episcopum contumacem, sicut contra alios proceditur, sed in pœnis infligendis propter contumaciam eius maior ratio habetur, iuxta c.quia Pontificali.de offi. deleg. in vj.& alias meminimus.

Potest quoque censuales ecclesias constituere, iuxta c.præterea. & ibi not. & c. scientes. de consti.quod intelligendum est secundum ea,quę ibi notantur, & in c.prohibemus. & c. quanto. eod. titu.

Præterea clericos instituere, eosdemq; destituere potest. c.nouit.de his,quæ fi.à præla. & c. ex tua.de fil.presbytero.& c.ex frequentibus.ad fi.de insti.quia qui instituere potest, idem potest & destituere.c.cum ex iniuncto. in fin. de hæret. quod intelligendum est secundum ea,quæ Abb. Sicu.declarat in repe.c.si quis contra clericum, in vlti.quæstionibus.de for. compet.

Ipse idem generalem Synodum congregare potest, & constitutiones facere in diœcesi sua, iuxta ea, quæ habentur in c.quòd super his. de maio.& obed.in c.vlt.de fur. & in c. Episcopus. xviij.dist.& xviij.q.ij.c. Abbates,&nos supra plenius diximus.

Et sua constitutione mulierum fucationes, & superuacua ornamenta inhibere,& interdicere potest, & refrenare luxum vestium, & omnem, & quemcunque ornatum superfluum, secundum Bal.in proœ. Decretal. incipit, Rex pacificus.iiij.col.& not.Io. And.in c.ea,quæ. de regu.lu.lib. vj. multum disputans de efficacia, & validitate huius constitutionis, de quo etiam per Pet.de Ancb.c.j.de constit. charta xviij.vers. super hoc membro.

Item potest prohibere ludos sub censuris ecclesiasticis, & mulieres honestatis causa, ne ad eos inspiciendos accedant, quia in ludis complura inhonesta, & obscœna patrantur.

Potest enim inhonesta, & peccatum concernentia prohibere. l. j. de iust. & in. & ibi not. & tradit Bal.in d. c. Rex pacificus. & in his habet iurisdictionem propter causam, & materiam peccati, iux.c.nouit.de iudi.& c. vlt. de præscri. facit c.vlt.de excep.lib.vj.& no.in auth.alearum vsus.C. de relig. Faciunt ad prædicta, quæ not. Albe.in iij.parte statu.q.cciij.Card. in proœ. De creta.sed profectò pudendum est, cum nulli Episcopi hodie reperiantur, qui corruptis mulierum, ac deprauatis nostræ ætatis moribus, vllo remedio occurrant, vllaque ope, aut censura ecclesiastica deterreant. Quæ etiam hodie candam ad ipsorum Episcoporum instar sibi deferri faciunt, & adeo faciem pigmentis cerussatis siccant, quòd laruis dæmonum meritò comparari possunt, contra dictum Augustini ad Possidonium,& transumptiuè, in c.fucare. de consecr. distin. v.

3 Potest etiam constitutionem facere contra ius ciuile, secundum Domi.in c.ij.de maio.& obed.ad fi.dicens hoc sentire gl. in c.j. de loca. & potest statuere circa casus non diffinitos, etiam in negotijs maioribus, vt not.in d. c. ij. & refert Fel.in d.c.quòd super his.& dixit Bald. verbum admirandum.in c.cum omnes.de consti. col. penul. quòd licet Episcopus non possit causam committere appellatione remota, & sublato ordine iudicii, iux.gl.in c.vlt.de hær.lib. vj. potest† tamen constitutionem condere in sua diœcesi, quòd in certis causis summariè procedatur,quia aliud committere, aliud statuere, secundum eum, licet Fel.in d. c. quòd super his. hoc non approbet rationibus suis, nisi quando iusta inesset causa summariæ cognitionis committendæ, secundum Inno.in c.vlt. per illum tex.de iuá fact. de quo dicendum,vt ibi per eum latius.

Adde,quòd hoc dictum Bal. Andr. Sicul. reprehendit, in clem.ne Romani.iiij. char.de ele. per illū tex.in ver.tolli. facit quod notat Ang. in disputatione,Hastensis miles.xxv. col. versic.de secundo, an valeat.vbi d. glo. c. vlt. intelligit in statutis quoque locum habere,quod refert Fel. in c.j.in ij.col.in iij.declaratione.de rescrip.

An autem Episcopus possit statuere, quòd in curia sua exceptio non numeratę pecuniæ vltra statutū tempus opponi possit, aut quòd clerici hāc exceptionem opponere non possint. Bal. tradit in d.c.cum omnes. Ego de hac exceptione, quando opponitur à paupere, siue ab ecclesia, ecclesiasticisque personis, remitto me hodie ad tract. de paupere, & paupertate, vbi latè.

Præterea cognoscit Episcopus, ne carcere inclusis,& pauperibus alimonia desit.l.iudices.C. de episco. audi. Et ipse curare debet, vt statuta ibi, & cauta pro illis personis, & eorum sumptibus à iudicibus obseruentur. Nec est alibi lex tam fauorabilis pro pauperum, & carcerato rum sumptibus ministrandis, & latè hæc in supra dicto tractatu deducuntur.

5 Item potest Episcopus rerum venalium,& ad victum spectantium pretium statuere, ne carius vendantur, & præsertim quo tempore annona carior ē.l.j.& ibi glo.Bart.& Bal.C.de Epi.aud.

An autem hoc idem ciuium statuto effici possit, videndus est Bart. in l. j. in §. cura carnis.ff. de off.præfc.vrb.in l. annona. de extraor. cri. in l.Imperatores.ad l.Iuliam.de anno.not.in c.j.de empt.

emp.& vend.& in l.j.vt ibi Io. de Platea,& Luc. de Pēna, vt nemini liceat in emp.spe.se excus. & in l.j.de quibus mune.nem.lice.se excu. & in d. l.j.de Epi.aud.Flor.in l.si pendētes.§. si quid. ff. de vsuf.Lud.in sing.in ver. ciuitas ipe charistiæ.

Item fraudatores, & pigmentarios,quos aromatarios,& speciarios vulgo appellant, vendentes ceram fabis admixtam, & adulteratam, mul ctare potest,secundum Abb. antiquum in d.c.j. de emp.& vend.& ibi hoc tenet Io.An.& Ludo. in suis singularibus,in ver. Episcopus.hoc munus olim apud Comanos Ædilium erat,vt annona iusto pretio præberetur, vt apud Liuium, & Plinium legitur in plerisq; locis. Et Pomponius Iurisconsultus refert duos ædiles sub Iulio Cæsare constitutos esse,qui frumento præessent,esseq; cereales appellatos,sicut cura carnis ad præfectum vrbis pertinebat.d.§. cura carnis, hoc etiam probatur in l.ideo condemnatus.de comp. vbi de Ædilitate,& annona fit mentio,licet corruptus habeatur ille tex. cum pro verbo Ædilitatis edulitatis legatur.legi enim debet auctiorem annonam Aedilitatis tempore præbuit,non auctiorem edulitatis tempore præbuit,vt passim legitur,hodie hęc seruatur apud Venetos & Venetijs,qui constituunt tres Ædiles , qui domini bladorū,& totidem quidam macelli nominant.

Item potest Episcopus potestate sua hæreticos inquirere,eosq; condemnare.c.excommunicamus.§.vlt. de hær.c. ad abolendam.§. adijcimus.eo.tit. Nec amittit Episcopus potestatem, quamuis alteri à Papa hoc negocium delegetur, vt in c. per hoc. de hær. lib. vj. & notat Bal. in auth.habita.C.ne filius pro pat.

Sunt præterea mathematicorum, magorum, & omnium maleficiorum libri, aut codices sub Episcoporum oculis concremādi: & nisi hi verę religionis cultum crediderint, omnibus ciuitatibus pellendi, moxq; deportandi sunt iuxta primam constitutionem Theodosij in l. mathematicos.de epi.& cle.

Potest Episcopus interdicere,& excommunicare ciues expellentes alios iniustè, secundum Bald. in l.j.§. quies. de offic. præfect. vrb. quod refert Fel.in rubrica de treu.& pa.

Item vetus chrismа cremare,& nouum in cœna domini conficere debet.c.ex literis.de conse. dist.iij.c.omni tempore.dist. iiij. & ibi notatur.

Idem de causis matrimonij,& quibuscunq; spiritualibus cognoscit,nec Abbas,aut inferior prælatus eas causas tractare potest,vt in c.accedentibus.de excep.præla.xxj. dist. c. perlectis. & Goff.not.in summa, de diuor. §. vlti. & Docto. in d. c.accedentibus.

Idem patronis discordantibus de iure patronatus ecclesiæ, aut quia idoneus rector non prę sentatur de ipsa ecclesia reliquias tollere potest, fores claudere, simulq; inhibere, ne in ea quisquam sacra, & diuina officia celebret, & hæc appellatur cessatio à diuinis, de qua habetur in cap.si canonici.de offic.ordin. in vj. statuerque œconomum, qui fructus seruet, donec de rectore prouisum fuerit; vt in cap.ij. de iure par. & in cap. cum vos. de offic.ordin. dicendum tamen hoc, vt ibi per Doct.

Item vbi plures , & diuersi executores varias pauperum electiones fecissent, potest Episcopus vtram velit ex illis optare, secundum Docto. in l. iure gentium. in §. vltim. qui incipit, hodie. ff. de pact. vbi hoc etiam scribit Alex.allegans Spec. in titu de instru. ædi. §. nunc verò aliqua. versi. quid si sint plures. & ibidem Bal.

Præterea potest Episcopus compellere statuētes ad edendum statuta, & conuentiones. habet enim iurisdictionem malas & iniquas conuentiones, & statuta abolendi, & delendi penitus. Imò cogere potest statuentes, vt declarent generale statutum non extendi ad ecclesias & clericos. primum ponit Bald. in cap. j. §. conuenticula. de pac.iuram.firman.& in l.j. de monop. in l.collegium. C. de hæred. instituen.iuxta Alexand. in additio. Bart. in l. sub prætexto. ff. de extra ord. crim. secundum dictum de declaratione singulariter tradit Ioan. Andr.in cap. vlti. & ibi etiam Domi. de immuni.eccles.lib. vj. ij. colum.Bald.in l.iubemus,la prima.de sacrosan. eccle.not.Fely. in c.ecclesia sanctæ Mariæ. de cō sti.q.xix. vbi plures alios refert, vt ibi de his & alijs per eum latius.

Adde , quòd Episcopus inter non subditos clericos de causa ciuili sine libello cognoscit,secundū Spec.in tit.de li.concep.§.x. versi.quarto.

Idem facit,quando iudicis causam audit,qui fugit, & declinat,ne rationem reddat, vt ibidem not.Spec. versi.v.

Idem obseruat, vbi ex officio inquirit de ecclesiarum grauamine, & de earum diuina vacatione, aut de his, quæ minus canonicè absque sua conscientia obtenta sunt, cognoscit, vt in Spec. ibidem.versi.vij.

Adde, quòd Episcopus secundum veritatem iudicare debet,secundum Bald.in l.eam, quam. iiij.colum. C.de fideicom.quæ veritas conscientiæ veritati inhærere potest, & ab actis recedere. idem tamen Bald. in cap. sacramentum. in fin. de consuetu. rect. feu. in versic. feud. inquit eum secundum acta aliorum iudicum iudicare debere, & not. Ioan. Andr.in nouel. in cap. venerabili. de censi. Papa verò, & Imperator, qui supremam potestatem habent supra legem secundum conscientiam iudicare possunt, secundum Bart. in l.j. in fin. C. vt quæ desf. adno.vbi per scribentes.idem & in Rege dicēdum est, quia Rex est vti monarcha, & Imperator

in regno suo secundum Bald. in l. exemplo. C. de proba. & in c. j. §. si vassallus. de pac. iur. fir. & in c. vlti. de prohibi. feu. alie. per Feder. licet Bar. aliter sentire videatur. in l. j. §. de qua re. ff. de postitu. nisi quando Rex superiorem non recognoscit, vt ibi per eum, & in l. infamem. ad finem, de publ. iudic. Ego idem in Rege Apuliæ, & Siciliæ sentio, per ea, quæ latè disputat Andr. de Iser. in proœmio consti. regni, & in d. l. imperialem. §. vltim. cuius dicta corroboro per ea, quæ scribit Bald. & Ioan. Imol. in dict. l. infamem. & Maria. Soci. in c. j. col. xiij. in x. fall. de li. obla. vbi dicta in Papa & Principe extenduntur ad omnem dominum, qui in terris suis vice Principis fungitur, de quo per Fel. in c. cum non liceat. de præscrip. per Phi. Cor. post Abbas in c. pastoralis. de appel. in prin. per Ludo. Rom. in rubrica, de arbit. in vj. col. & per alia, quæ Fely. in d. c. cum non liceat, colligit cumulatim.

Alij iudices inferiores secundum acta, hoc est allegata & probata iudicare debent. l. illicitas. §. veritas. & cum ibi not. de offic. præsid. & not. Bald. in l. ij. de sent. ex pericu. reci. gloss. & scribentes in §. penult. instit. de actio. Ange. in auth. de testa. glo. & Gemi. & alij scribentes. in cap. j. de re iudi. lib. vj. possem plures limitationes referre, sed omitto, quia non est hic locus suus.

Præterea Episcopus pro redemptione captiuorum, & pro eleemosynis pauperum res ecclesiæ vendere potest. xij. quæst. ij. c. cautum. & c. gloria, & c. sacrorum. & x. quæst. ij. c. ij. Idem efficere potest, vt seruus ecclesiæ benemeritus dimisso peculio manumittatur. c. cum redemptor. & c. si quos. de seruis. xij. q. ij.

Item potest Episcopus clericum suum obsidem habere, & clericum, & monachum ob iurisiurandi religionem cogere, vt obsidis loco remaneant. c. ex rescripto. de iureiu. & ibi not. † clericum, & monachum per suum superiorem obsidem dari posse, & not. gl. in c. vt pridem. xxiij. quæst. viij. Item potest ecclesiarum numerum minuere, vbi nequeunt de proprijs fructibus sustentari. de consecrat. distinct. j. cap. omnes basilicæ. & plures ecclesias, præben. & dignitates in sua diœcesi vnire. Contra potest vnam præbendam, & dignitatem diuidere, iuxta ea, quæ plenè notantur in c. sicut vnire. de excep. prælat. in c. tuæ. de præben. & ibi optima glo. & in cap. ad audientiã. de eccle. ædifi. dummodo vniat de eorum consensu, quorum interest, & notatur in locis supra allegatis. vt in c. constitutus. de relig. domi. de quo in c. quidquam. cum præcedenti. xvj. q. j. & in Spec. de dispen. §. nunc de episcoporum, versi. clj. tem tamen vnius ecclesiæ alteri donare non potest. c. j. de reb. eccle. non alien.

Potest quoque capellas concedere monachis, c. pastoralis, de dona. de quo dic secundum ea, quæ ibi not.

Item potest monasterijs exemptionis priuilegia dare. c. ex ore. & c. cum olim. de priuil. xvj. q. j. c. peruenit. & not. Spec. vbi sup. vers. cviij.

Idem potest augere & minuere numerum canonicorum, vt in c. ex parte. de consti. & c. ex parte. de concess. præben. & c. vlt. de verb. signifi. & c. j. & ij. de institut.

Potest quoque nouam dignitatem in ecclesia instituere & creare, iuxta c. cum olim. de consue. & ibi not. & in c. cum accessissent. de consti.

Item potest ex causa ecclesias, & capellas ex vno loco ad alterum transferre, neq; ab alijs sine eius consensu fieri potest. xvj. q. vlti. c. si quis vult. & ibi glo. causas autem transferendi monasteria ibi vide, & in c. tribus. de conse. di. j. §. vbi suadet causa vtilitatis, aut persecutorum necessitas, aut cum alia difficultate, & malorum ingenio, & subtilitate grauantur, aut vbi aeris intemperies imminet. c. quorundam. lxxiij. dist. de quo etiam in c. ita nos. xxv. q. ij. sine causa nõ transferuntur. xix. q. iij. c. quæ semel. Ligna tamen diruitæ ecclesiæ à laicis in priuata ædificia, & vsus eorum transferri pati non debet, quæ à clericis si non committantur in alienus ecclesiæ ædificia, rectè transferuntur, secundum glo. in d. c. quæ semel. & est tex. in c. ligna. de conse. dist. j.

Potest præterea testes excommunicatos absoluere, ne probatio veritatis pereat. c. veniens. in fi. de test. de quo vide ibi Doct. Io. Imol. & Fely. quo casu potest testis etiam inuitus absolui ad effectum testificandi, quàmuis alias nisi petenti absolutio non detur. c. cum quidam. de pœnit. & remiss. & dicunt Doct. quòd nihilominus ille sic absolutus remanet in peccato, vt ibi latius per Ioan. Imol.

Adde, quòd clericus sine sui Episcopi permissu testimonium neq; in criminali, neq; in ciuili causa dicere potest. c. quanquam. xiiij. q. ij. permittit tamẽ Episcopus in causa ciuili, ne veritas occultetur, & eius probatio deficiat.

Præterea sine permissu Episcopi clericus peregrinari non potest. c. non oportet. de conse. dist. v. not. in d. l. si qua per calumniam. in §. fi. de Epis. & cler.

Item potest Episcopus ex causa ante sententiã fructus sequestrare. c. vlt. & pen. de seq. poss. & fruct. potest etiam fructus beneficij sequestrare, quando beneficiatus aliquis non residet in ecclesia, aut diuinum officiũ non impendit, vt not. Doc. in c. olim. de rescrip. & in c. peruenit. de appel. & not. Io. An. in c. locupletari. de reg. iur. lib. vj. quia propter officium datur beneficium, & qui non seruit in diuinis, nõ debet habere fructus, vt ibi not. & est bo. tex. in c. vlt. de rescrip. lib. vj. Idem not. in c. j. de celebr. missarum. facit tex. in c. j. in fi. de mi. vass. qui ar. bel. depo. & in c. vlt.

vlt. extra de parroch. not. Alex. in l.j.C.de his, qui.vt indi.

Potest quoq; Episcopus ex aliqua iosta caosa vacantis beneficij fructus retinere.c.j. ad finem, de eccl.benef.& ibi not.per Doc.& Io. An.in no uel.in vlt.col.& not.io cle.si vna, de re.eccl. non alie. Spec. oot.in loco supra allegato, versi. cvj. quod ex cupiditate nimia affectatae vtilitatis Pōtifices,& praelati saepe obseruant.

Accedat,quòd Episcopus in sua diçcesi beneficia confert,nec sibi ea retinere debet,quae alijs conferre tenetur.c.vlt.de inst.& d.c.j.io fi.vt eccles. benefi. habetor in c.relatum. de praeben.& tradunt recentiores quidam io rubrica de re.ecclesiae ooo alien. lib.vj.q.xxiiij.qnod de iure verum est adhibito coosensu capituli,vt ibi per eũ, licet Episcopi hodie ex coosnetudine praescripta sine conseosu capituli beneficia conferant,sicuti multa contra capitulũ praescripserunt,iuxta not. per glo.& Doc. in c.cum fit. de consuet. lib. vj. Bal.antè in sua margarita,in quinto. Episcopus. versi.ij. dixit, quòd Episcopus solus praebendas & beneficia confert, non tamen alij ioferiores praelati, qui sine consensu sui capituli conferre non debent, secundum Iono. in c. cum satis. de offi.archidi. Episcopus enim solus ius instituendi & destituendi habet in minoribus ecclesijs secundum Inno.& Doc.in c.nouit.de his,quae fi.à prael. sine consen. cap.

Papa verò & legatus eius sine alicuius consensu beneficia confert.c.j.& ij.de offi. leg. io vj. & possunt soli vacatura beneficia reseruare, vt not. in c. quamuis. de rescrip.& c.ij. de concess. praeben.& ibi glo. lib.vj. & not.vnica glo. iuris ciuilis in l.si certarum,in fi.de testa. mili.de quo etiã per glo.in c.si eo tempore.de elec. lib. vj. quae videtur aliter sentire in reseruatioöibus, de quibus ibi dicendum, vt ibi per Doc.latius.quod sa ne accipieodum est, cum hominis vacatura conceditur, nam certi homioïs vacaturam etiam ipse Papa dare non potest, vt in d.c.locis not.& tradit Sali.quem refert Iason,in l.vlt.C.de pact.ho die tamẽ inoleuit noua,& inaudita à Siculo practica,quòd Papa dat accessus & ingressus ad beneficia vacatura per accessum, & decessum, seu quamuis aliam dimissionem beneficiorum certę personę contra iura pręmissa. Sed quia omnia ecclesiastica beneficia quo ad bona temporalia & fructus,sunt de iure positiuo, dicendum est ꝙ possit, dare autem votum captandae mortis, & peccandi non potest,iuxta Concil.Lateranen. de multa. Sed hoc sciendum est, quòd quamuis prioratus collatio ad Abbatem pertineat, tamẽ quando prioratus curam animarum habet, ip-
7 sius curae cõmissio ad Episcopũ pertinet, † neq; potest prior taliter institutus ab Abbate sioe Episcopo remoueri, secundum Franc. Are. consil. lxiij.in praesenti cõsolatione.alle. Host.& Ant. de Butr.in c.ij. de stat.mo.refert & sequitur Fel. in c.per tuas.vlt.col.de maio.& obed.

Idem parrochiales ecclesias conuentuales efficit, si earum facultates suppetant,secundũ Abb. & Doc.in c.cum accessissent.de consti. & Bal.in marg.in qointo.Episcopus.ver.vlt.inuito tamen trono simplicem ecclesiam non potest collegiatã efficere, secundum Bal. in l. siquis presbyter.de Epis.& cler.de quo p Abb.Sicul.& Cano.in c.vobis.de iur.patro. per Fel. in c. cum accessissent. versi. hanc conclusionem limi.col.vij.de consti. & Andr. Sicul.io clem.litteras. de rescrip.

Ordinatio qnoq; ecclesiae ad eum spectat. lxx. dist.c.sanctorum,& c. sicut, & ibi oot. de exces. praelat.quamuis ecclesiae conditor aliud cauerit: quia ecclesia voa cum dote sua ad Episcopi ordinationem pertinet.c.j.cum seq.x.q.j.

8 Neque fundator, † & conditor ius vllum habere potest, nisi qoantus Episcopus iostituat, & ei concedat c.nouerit.ea.q.

9 Adde, † quòd de oblationibus ipsius ecclesiae neq; se impedire, neqoe retinere laicus quidquam potest,vt ibidem c.vlt.qui si de his auferre audeat,excommonicatur, vt ea.q.c.sanctorum.

Praeterea monasteria sine eios venia, & permissu non fundantur.c.oemo.de cõsecra. dist.j. c.quidam. & c.de monachis. cum seq.xviij.q.ij. neq; monachis sine consensu ecclesiae dantur, aut decimae persoluuntur.c. decimas. xvj.q.vij.

Item aduenae,atq; exteri clerici absq; eius iussu in sua dioecesi celebrare missam, & sacerdota le officium mioistrare oõ possunt.c.cunctis. xvj. q.j.quod intelligẽdum est secundum glo.ibi,oisi priuatim celebrarẽt.c.pen.de cler.pereg.vel oisi ab alijs presbyteris inuitarentur.c.Episcopi.vij. q.j.Episcopus tamen cauere debet, ne sine testimonialibus literis proprij Episcopi clericum peregrinum admittat, incidatq; io poenam, de qua in c.j.xxj.q.ij.faciũt quę notantur in l. si qua per calumoiam.C.de Episc.& cle.

Adde, quòd solus Episcopus clericum suum ordinat,& coosecrat.lxxij.dist.in summa.& in c. j.& seq.& c.nullus,& ibi not.de parro. debetq; ordinatio à ieiuno celebrari. Clericum verò alienae dioecesis sine dimissorijs literis,& coosensu proprij Episcopi ordinare nõ potest. dist.lxxj. & lxxij.ferè per omnia capitula:quem si sine cõsensu, & literis ordinauerit,poenam committit, de qua in c.vlt. de tempo.ordi.& c. eos, qui.eo. tit. lib. vj.

Idem potest auctoritatem alienationi rei ecclesiasticae praestare.xij.q.ij.c.sine excep.& c. Ab batibus.& c. placuit. habet etiam in monasterio iurisdictionem, iuxta c.vlt.de offi.archi.

Item depooit & suspendit perpetuò.xv.q.vij. c.Episcopus. de exces.praela.cap.j.

Item pauperi procuratorem constituere potest, qui coram ipsomet Episcopo agat. Nec est inconueniens, quòd procurator ab Episcopo cõstitutus coram eo agat, quia distinctum est officium, quo est pater pauperum, & quo est prælatus omnium, prout dixit Bal. eleganter in l. si Consul. de adop. & Fel. refert, & seqoitur in cap. edoceri. de rescri. Est prætetea Episcopi purgationis indictio, vt in tit. de purg. can. & de porg. vulg.

Potest qooqoe Episcopos propter impotentiam coeundi frigidos & maleficiatos coniuges post triennium separare, iuxta c. vlt. de frig. & malef. & c. per sortiarias. xxxiij. q. j.

Porest qnoq; Episcopus testi parcere, ne corporali supplicio afficiatur. c. j. xxiij. q. v. ad fi. & Spec. not. in tit. de dispen. §. nunc de Episcoporum. versi. xciiij.

Et quod magis mirum videri potest familiarem Papæ, cui Papa ipse per simo. præbendam contolit, eo beneficio Episcopus priuare potest, secundum Bal. post Inno. in c. de cætero. de re iudi. Refert Fel. in d. c. per tuas. de ma. & obe. ij. aut iij. colum.

Nunquid Episcopus adoptare possit, ant quiuis alius sacerdos, Ang. Are. tradit in insti. de adopti. §. minorem.

Supra dictis accedit, quòd dignitas Episcopalis non est merè sæcularis, vt not. in cle. j. de elec. & potest Episcopus esse regularis ecclesiæ, snbq; appellatione cathedralis ecclesiæ continetur regularis Episcopalis, vt per tex. ibi not. scribentes.

10 Nec prætereo, † qnòd vbi Papa deceptus, aot circomoentus, nec benè instructus excommunicatus absoloit: potest eum Episcopus nulla absolutionis habita ratione in pristinam excommunicationem redigere, secundnm Hosti. in c. consuluit. de offi. ordi. cuius dicti Fel. meminit in c. si quando. de rescrip. ij. aut iij. col.

Possem quoq; multa alia ad einsdem Episcopi dignitatem spectantia tam in spiritualibus, quàm tẽporalibus adducere, qoæ breuitas causa omitto. Hæc tamen, quæ hic diximus, non potauimus negligenda, quia alibi collecta & explicata non reperiuntur, & delectare, & prodesse quandoque legentibus potcrunt.

SVMMAE.

1 *Archiepiscoporum, Primatum, & Patriarcharum dispensandi potestas æqualis dicitur.*

2 *Et an possint dispensare cum subditis Suffraganeorum suorum, omisso ipso Suffraganeo ordinario, & in quibus casibus. num. 4.*

3 *Vbi Archiepiscopi Primates, & Patriarchæ de causis cognoscere non possunt; neque eis dispensare concessum est.*

De dispensatione Archiepiscoporum, Primatum, & Patriarcharum.

ARCHIEPSSCOPORVM, Primarom, & Patriarcharum in dispensando cum eorum subditis,
1 † æqualis eademque potestas est ordinariè, sicut in Episcopis licet in alijs potiori prærogatiua gaudeant, vt in c. antiqua. de priuil. & not. in c. graue. de præben. & in cle. in plerisq;. de elec. & ibi Card. & Spec. in tit. de iurisd. om. iudi. versi. secundnm canones & per eundem Spec. in tit. de dispen. in §. de dispensatione Abbatis. Vltra tamen ordinariam eorum iurisdictio extenditur, qnia dispensant cum suffraganeis sois, & subditis ipsorum suffraganeorum malè institutis, vt in c. consultationis. de tempo. ordi. & per Inno. in c. ex ratione. de
2 ætat. & qualit. Super † quibus quærendum est, an metropolitani, seu Archiepiscopi, Primates, & Patriarchæ possint dispensare cum subditis suffraganeorum snorum omisso ipso suffraganeo ordinario.

An verò eo ordine seruato, qni seruatur in denolutione causarum, ad metropolitanum, ita q metropolitanus non possit adiri, nisi per viam querelæ, aut appellationis, & non simpliciter omisso ordinario: quia sicut de cansis subditorum non possunt se impedire, nisi præmissa via; vt habetur in c. Romana. de appel. in vj. & Romana, de offi. ordi. eo. lib. & in c. pastoralia. de offi. ordi. & in c. literas. de concess. præben. & per Abb. in dic. c. antiqua. in §. & vlterius collige sicne dispensare.

3 Et credo, † quòd vbi ordine non seruato non possunt cognoscere de cansis, sic nec dispensare, cum sæpius diximus, quòd potestas dispensandi commensuratur à potestate indicãdi. pro quo videtur tex. in d. c. antiqna. de priuil. & in c. j. de pœnit. dist. vj. in fi. & in c. pastoralis. de offi. ord. & in c. nullos. ix. dist. & in c. j. ix. q. iij. & c. constitutus, ea. q. notat Abb. expresse in d. c. antiqna. in v. not. vbi plene posuit ordinem gradatim procedendi, vbi videtur præmissa intelligere in pœnalibus actionibus.

4 Sed qnia dixi † in pœnalibus, quæro qnid in pœnitentialibus? Et credo idem esse: hoc tamen fallere, & locum non habere in sex casibus.

Primus vbi Archiepiscopus metropolitanus vel Patriarcha exercet iurisdictionem voluntariam in subditos suffraganeorum suorum, per tex. in c. nostro. de pœnit. & remis.

Secundus; casus est, in c. perpetuo. de censi. in vj. vbi est casns, quòd Archiepiscopus visitans, potest suffraganeorum suorum confessiones

siones audire, & absoluere, & pœnitentias iniungere.

Tertius casus est in gl.sum.ix.q.iij.pro quo facit tex.in c.pastoralis.de offi.ordi. & in cle.Archiepiscopo. de priuil.

Item & quartò, si alicui digno dispensationem deneget: quo casu cum inferior quasi debitum deneget, videtur quòd possit implorare superioris iudicis officium super obtinenda dispensatione, licet dispensatio à subdito iure stricto peti non possit, vt supra dixi, sub rubrica quæ sint causæ dispensationis. in §. debita autem.& tunc superior de honestate, quasi de iure congrui, remittet ipsum ad suffraganeum, vt dispenset cum eo:quo recusante, vel negligente, superior dispensabit, arg.not.in c.ad reprimendam,de offi.ordi.& in c.facto.& c. per tuas. de sen.exco. §.fi. sicut videmus, quòd excommunicatus à suffraganeo appellans ad metropolitanum, vel Papam, si sit malè excommunicatus remittitur per superiorem ad excommunicatorem pro absolutione, & sic seruat palatium Apostolicum.

Quintus casus, vbicunque suffraganeus culpa sua ius dispensandi perdidisset, vt not.in c.diuersis fallacijs. de cler. coniug.

Sextus casus est, cum Episcopus est suspensus ad tempus,& dispensatio pro magno bono fiendo,vel magno malo, vel scandalo euitando celeritatem requireret, vt supra dixi: quia ex quo capitulum in tali casu suspensionis non succedit Episcopo, ut not. in c.graue. de præben. & ibi Abb. in quinto not. ex tali causa fit deuolutio ad metropolitanum.

De dispensatione Capituli Sede vacante.

D O. Franc.Pauinus,olim auditor Rota, edidit tractatū de auctoritate capituli sede vacāte, in quo multa posuit tum permissa, tum prohibita, capitulo sede vacante, valde plenè, qnæ hic referre superfluum esset, & extra materiam nostram irregularitatis vel dispensationis. Ideo resecatis resecandis, referam, quæ faciunt ad materiam nostram tantum, quibus addam addenda, & procedam per quæstiones. & primò quæro,

S V M M Æ.

1 *Capitulum; an sede vacante possit dispensare in omnibus casibus, in quibus prælatus defunctus suo iure ordinario dispensare potuisset.*

2 *Dispensatio concessa, vel prohibita, tripliciter consideratur.*

3 *Ecclesia, an & quando fungatur officio Episcopi.*

Vtrum Capitulum aliquo tempore dispensare possit.

INNOCENTIVS in c. cum H. de eo,qui fur.ord.suf.videtur sentire, quòd viuente prælato, inferiores nunquam dispensare possint, nisi vbi in iure inuenitur expressum: sed dispensare est de arduis, & maioribus negotijs, & stricti iuris, vt not. Ioan. An. in c. cum ex eo. de elec. in vj.in nouella. & minores prælati ardua ad Episcopum referre debent, vt dicit tex. in c.ad hæc. de offi. archid. ibi, nisi adeo ardua fuerint negocia.ideo capitulum viuente prælato non dispensat.

1 Secundo quæro, † vtrum capitulum sede vacante possit dispensare in omnibus casibus, in quibus prælatus defunctus dispensare potuisset suo iure ordinario. Federicus de Senis in quæstionibus suis xxx. incipiente, an capitulum sede vacante. & post eum Io. An. qui eundem Feder. refert, vt infra latius dicam. in capit. episcopali. de maior. & obedi. & in c. ex eo. de elec. in vj. in nouel. formauit hanc quęstionem,quam Pauinus posuit in dicto suo tractatu,in quinta principali quęst. ad quem me remitto.

Sed sequendo dicta Feder.de Sen.& Io.An.di-
2 stinguendum est, & dicendum, † quòd tres sunt species casuum dispensationis permissæ, vel prohibitæ. sunt enim quidam casus, in quibus certum est capitulum sede vacante posse dispensare, quidam in quibus certum est non posse.Et quidam, de quibus dubitatur ad instar eorum, quæ diximus supra in quadripertita dispensatione Papæ, videlicet an possit dispensare, &c,

De primis casibus dicit Io. An.in d.c.episcopali.in princip. quòd casus, qui sunt de iustitia in spiritualibus, vel temporalibus, ad Episcopum spectantibus, prosequitur capitulum sede vacante. allegat c. si Episcopus. de suppl. negl. præl.& c.ecclesiæ.eo.ti.adde bo. glo. in cle.j.de hære.in verbo capituli.Illa autem,quæ sunt gratiæ,vel alienationis,non sunt concessa,nisi quan-
3 tum de iure conceditur.allegat c.ne se vaca.† Nō enim ecclesia semper fungitur vice Episcopi, vt in c.j.de præscri.& in c. si qua de rebus. xij. q.ij.

Administrat spiritualia & temporalia, vt de suppl.negl.præl.c.Episcopus.in vj.&d.c.Episcopali. siue vacent, siue quasi vacent, vt ibidem iudicat hæreticos. de hæret. ad abolendam. in princi.

Dat inquisitores hæresis, vt in c.j. & ij.& in cle.j.de hæret.

Confirmat electos.eo.ti.cum olim.

 Instituit

Instituit præsentatos, vt in c. j. de institut.

Dat commendatitias ad ordines, vt in c. cum nullus. §. ij. de tempo. ordi. in vj.

Compellit executores testamentorum, qui susceperunt officium, vt in c. Ioannes. in uerbo, diœcesanum. de testa.

Dat coadiutorem Episcopo dementi Apostolica sede vacante. de cle. ægrot. c. j. §. si verò.

Absoluit excommunicatos ab Episcopo defuncto, atq. c. his quæ. de maior. & obedi. & c. cum olim. latius dicam infra, de sent. exco. vbi formabo hanc quæst.

De secunda specie est collatio beneficiorum spectantium ad collationem solius Episcopi, vt in c. ij. ne se. vaca. & in c. j. eo. ti. lib. vj. Non alienat immobilia, quia nec id facit administrator à Papa, vt infra dicemus, sub rubrica de commendatarijs, & administratoribus &c.

Non succedit in immunitatibus, vel priuilegijs, de quibus supra diximus, vt not. in c. fi. de priui. in vj.

Non succedit in dando consilium, quo ab Episcopo requiri debet, vt in c. j. §. fi. ne se. vac. in vj.

De tertia specie sunt multi casus, in quibus dubitatur.

Dubitatur enim an visitare possit, de quo in d. cle. j. in glo. in verbo, capituli. de hæt.

Item an det subdito licentiam transeundi, de quo per eundem Io. An. in c. si Abbatem. de ele. in vj. in iij. glo.

An permutationes beneficiorum facere possit, de quo in cle. j. de re. permut.

An det literas indulgentiarum, de quo inferius latius dicemus, & idem Io. An. dixit in c. ac cedentibus. de exce. prælat.

An dispensat in septennio ad ordines, de quo idem Io. An. in c. cum ex eo. de elec. in vj. in nouella, vbi de hoc.

An succedat in iurisdictione Episcopali delegata à iure, de quo per eundem Io. An. in c. ad abolendam. in glo. de hæret.

An conferat beneficia ad Episcopum deuoluta, de quo etiam per Io. An. in c. quanquam. de elec. super glo. pen. lib. vj.

An succedat in cognitione præbendæ, de quo habetur in c. verum. in glo. j. de fo. compe.

An succedat in officio executionis testamentorum post annum, de quo scripsit Spec. in tit. de instru. edi. in §. nunc verò aliqua. in fin. pe. columna.

Item an succedat in electione, quæ iure priuato competit Episcopo, de quo habetur in c. scriptum, de elec. supra glo. in verbo, mutuo hoc ideo.

Item an possit facere statuta iusta, & salubria, iuxta c. erit autem lex. iiij. dist. Io. An. vbi supra, dixit audiuisse hoc tunc fuisse disputatum per magnæ scientiæ virū D. Federicum de Senis, vbi conclusit, quòd sic, & valere statutum, nisi Episcopus succedens illud reuocet, quod potest, vt in c. si qua de rebus. & ibi glo. ij. & idem Io. An. in c. licet canon. de elec. in vj. supra, glo. pe. Disputatio autem Feder. est, vt supra dixi xxx. in vol. consil. suorum, quem hic aliter non referam breuitatis causa, sed ad eam me remitto.

Sed quia satis ex præmissis uidimus, in quibus succedat capitulum, sede uacante, quæ fortè aliquibus uidebuntur esse impertinētia ad subiectam materiam dispensationis. Ideo ipsa applicando ad materiam nostram, dicamus in quibus dispenset.

S V M M Æ.

1 *Qui non iudicat, an possit in gratiosis dispensare, stante regula, quòd qui potest iudicare, & dispensare potest.*

2 *Quæ sunt de mera iustitia, sede vacante transeunt in capitulum.*

3 *Consuetudo præscripta dat iurisdictionem.*

4 *Sacerdotum tantum est benedicere.*

5 *Electus confirmatus, non sacerdos, an possit plenariam indulgentiam concedere.*

6 *Potestas concedendi indulgentiam plenariam sequitur iurisdictionem.*

7 *Dispensatio dependet à iurisdictione.*

SVPRA in rubrica de dispensat. Patriarcharum, Archiepiscoporum, &c. diximus faciendo regulam, quòd in pœnalibus actionibus, qui potest iudicare, potest dispensare: quia vt supra dixi de interpretatione dispensationis, in §. dispensatio est actus iurisdictionis. Sed attende ad ea, quæ dixi supra de dispensatione rectorum parrochialium ecclesiarum, in §. licet omnes casus. & in §. vlterius, & est vlt. §.

1 Sed quid † in alijs gratiosis, cum dispensatio imitator gratiæ, & regula stet negatiuè, ne sede vacante aliquid innouetur, & præcipuè circa spectantia ad Episcopum, vltra in iure expressa, vt est tex. & ibi glo. in verbo, cum nusquam. in c. illa deuotionis. ne sed. vaca.

Feder. de Se. in cons. suo xl. incip. super eo, quæritur, disputat hunc artic. & Archi. in c. j. de ma. & obe. & Io. An. ibidem in nouel. vt supra di

2 xi. Sed Feder. videtur stare dictæ † regulæ, cū in capitulum sede vaca. transeant omnia, quæ sunt de iustitia mera, vt supra diximus. sed Io. And. in d. c. j. de ma. & obedi. in ij. col. in nouel. de hac quæstione remittit se ad dicta per eum in c. accedentibus. de exces. prælat. vt etiam supra dixi, cuius & aliorum dicta in hoc arti. resumpsit

posit Pauinus in d. suo tractatu de author. capitu-
li, se. vaca. in iiij. q. priu. in prima parte ipsius tra
ctatus, quærens an capitulum sede vacante pos-
sit dare indulgentias, vel literas indulgentiarũ,
de quibus in c. cum ex eo. de pœnit. & remis. &
in c. fi. eo. tit. lib. vj. & in principio resolutè re-
spondens dixit, communem canonistarum opi-
nionem esse, quòd non, vt tenet Archi. in c. j. de
pœn. & re. in vj. & Card. in cle. j. de priuil. versi.
quibus. iij. col. in fi. vbi dicit, quòd inferiores
prælati non dant indulgentias, nec electus Epi-
scopus non confirmatus, nec capitulum se. va-
ca. & Io. An. in c. j. de pœnit. & remis. in nouella,
tamen attende ad ea, quæ infra ponam de dispen
satione Ant. de But. cons. suo ix. in fi. quod inci-
pit, quia hic agitur. & Doc. in c. cum olim. & c.
relatum. de cler. non resi. & in c. eam te. de re-
scrip. & Pet. de Ancho. in cle. prima de hær. & i-
dem Card. in d. c. accedentibus. de exces. præla.
allegans etiam alias concordantias. ponit etiam
Archi. in d. c. j. de hæret. in xj. q. quem etiam re-
fert idem Pauinus, quòd huiusmodi potestas di-
spensandi non posses introduci de consuetudi-
ne generali, de speciali autem posset, per d. c. ac-
cedentibus. de exces. prælat. ibi, concedendo e-
tiam indulgentiarum literas, iux. fi. literæ. ibi, ni
si forsan quisquam eorum speciali confessione,
vel alia legitima causa super huiusmodi valeat
3 se tueri. & ibi glo. in verbo, legitima, dicit, ꝙ † cõ
suetudo præscripta dat iurisdictionem, & allo-
gat concordantias, & hoc omnes tenent.

Sed maius dubium insurgit, quis dabit, & pro
nunciabit huiusmodi indulgentias, cum videa-
tur esse actus ordinis, & non iurisdictionis, & sa
piat distributionem thesauri ecclesiæ, concer-
nentem potestatem clauium, solis Episcopis per
missam, vt dixit tex. in c. accedentibus. de exces.
prælat. quæ etiam Abbatibus est specialiter in-
terdicta, vt ibi quorundam Abbatum excessus.
& dixit Hosti. in summa de remi. in §. quis possit
facere. in versi. fi. quòd non Episcopus indulgen-
tias facere potest, arg. c. aqua benedicta. de con-
secr. ecclesiæ. & quòd huiusmodi indulgentiæ
possint dici, quòd Episcopalis dignitatis. idest
iurisdictionis non sunt, licet sint Episcopalis or
dinis, & sic electus confirmatus, sicut etiam con
suetudo approbat ipsas, facere potest, arg. not. in
c. transmissa. de elec. quia electus confirmatus in
iurisdictionem Episcopalem habet, & potest solue
re, & ligare, & has remissiones facere, ex quo pro
prius iudex est. Et idem dixit Abb. in c. suffraga-
neis. de elec. in fi. ibi, ex his infertur. Consulit
tamen ibi Host. quòd si electus non sit sacerdos,
quòd abstineat: quia talis non videtur habere
potestatem clauium, quoad potestatem ligandi
& soluendi, quæ solis sacerdotibus videtur con-
cessa, & Christus benedictus misit decem lepro-
sos ad sacerdotes, vt Luc. xvij. ibi, Quos, vt vidit,
dixit, Ite & ostendite vos sacerdotibus. & de La-
zaro suscitato dixit, Soluite eum, Io. xj. aliqui ta-
men, vt Nico. de Lira ibi exponit, quòd Iesus eis
dixit, Soluite, non quòd ipse facere non po-
tuisset, sicut dixi de amotione lapidis ab hostio
monumenti, sed vt accedentes de propè, & tãge-
tes, ex visu, & tactu essẽt testes miraculi efficacio
res non autem in significatione sacerdotij, sicut
illud leprosorum, & Leuiti. xiiij. in princip.
etiam de leprosis fit remissio sacerdotibus, & so
4 lis sacerdotibus, † quorum est benedicere, vt di
cit tex. in c. hinc est. xvj. q. j. in §. superiori autem
Dominus Iesus dixit: Quorum remiseritis pec
cata, &c. vt Ioan. xx. cap. & Math. xviij. Et de
hac potestate sacerdotali, & clauium: & quare
clauium, & non clauis, in singulari, vide Hosti.
in sum. de remis. in §. j. post principium. Sed do.
Card. Zaba. in cle. j. de reliq. & ven. sanct. in ver-
si. fi. q. vj. & vij. tenuit contrarium, videlicet ꝙ
5 electus † confirmatus non sacerdos, possit has in
dulgentias concedere, & idem in d. c. accedenti-
bus. & idem dixit Abb. in d. c. suffraganeis, alle-
gans beatum Thom. in iiij. sent. dist. xx. q. iij. ar
ti. iij. & q. iiij. art. ij. Sed retenta prima opinione,
tanquàm magis communi, videlicet quòd non
possit non sacerdos: Ad solutionem quæsiti dic.
ꝙ licet non possit per se concedere, potest tamẽ
alteri Episcopo committere, qui concedat, vt
seruat practica quotidiana, pro qua est tex. in c.
suffraganeis. de elec. cum ibi not. Opin. tamen
beati Tho. & Ioan. Cald. quem ibi allegat etiam
Card. & Abb. post eum, videtur bene procede-
re, & seruari per legatos Apostolicos, diaconos
Cardinales, vt not. in c. fi. de offi. lega. & beatus
Tho. in d. q. iiij. quem refert Pauinus, dicens: ꝙ
6 potestas huiusmodi † sequitur iurisdictionem,
& sic etiam non sacerdos, dummodo habeat iu
risdictionem, indulgentias dare potest: & idem
dicit esse dicendum de capitulo sede vacante, de
quo vide pleoẽ per Abba. in c. cum olim. de ma.
& obed. vbi tenet, ꝙ sede vacante de iure, vel de
facto, naturaliter, vel ciuiliter, capitulum succe
dit in iurisdictione tam spiritualium, quàm tem
poralium, & dicit ꝙ hæc regula hodie tenenda
est. Circa verò potestatem dispẽsandi trãsit cum
opinione Feder. in d. consi. xxx. simpliciter dicẽ
7 do, ꝙ dispensatio † dependet à iurisdictione, vt
supra plenius diximus, & non ab ordine.

SVMMAE.

1 *Basilij sancti origo, quo tempore, & ex qua ciuitate ortus sit.*
2 *Benedictij; Sancti origo.*
3 *Augustini pariter.*
4 *Monachi in primitiua Ecclesia aliquo clericali priui-
legio*

legio non erant decorati.

5 *Clerici, monachi, & religiosi Abbatem habentes, qui sunt priuilegiati, & quid de non habentibus Abbatem, sed Priorem, vel Guardianum.* 10.

Priuilegium beneficio clericali, in quibus casibus dispensare possint.

Dispensatio dupliciter considerari potest.

Pontifex super castitatem non dispensat.

De nihilo aliquid fit.

6 *Deus, licet possit omnia, non tamen potest virginem post ruinam restaurare.*

7 *Claustrales, an possint dispensare.*

8 *Episcopus effectus, an liberetur à tribus substantialibus religionis, scilicet à paupertate, castitate, & obedientia.*

9 *Monachus effectus Episcopus, carnes comedere non debet.*

De Dispensatione Abbatum, Priorum, & aliorum Prælatorum claustralium in suis claustris, & extra.

IOANNES de Deo posuit rubricam de dispensatione Abbatis simpliciter, & posuit xxxv. casus, in quibus Abb. potest dispensare, quos ad literam refert Spec. sub rubrica sine.§.de dispen. Abb. & principis, & quarundam aliarum personarum, quos referre esset impertinens. Sed quia rubrica nostra est tripartita, & hodie sunt Abbates, Priores, & Guardiani, & præsidentes diuersarum religionum priuilegiatarũ à sede Apostolica diuersimodè, non inferiorum monachis in suis priuilegijs: ideo bene conuenit, vt de singulis aliquid dicamus, etiam ab origine.

Idem Ioan. sub rubrica de stat. regu. dicit patres nostros dixisse tres fuisse regulas principales à principio: primam fuisse Basilij, secundam Benedicti, tertiam Augustini. allegat text. in c. perniciosam. xviij. q. ij. Sed attendendo ad ordinem literæ, videtur quòd Benedictus præponatur Basilio. tamen Basilius, ut in chronicis legitur, fuit multo anterior: nam si chronicis creditur, fuit anno humanati verbi CCCXXIII. ex

1 † Cæsariensi Cappadociæ ciuitate oriundus, ordinis monachorum in Græcia institutor, de quo secunda Synodus ait, Basilius, Cæsariensis Episcopus, cuius claritas per totum orbem refulsit, vt de consecr. dist. j. Iacobus frater domini. Be-

2 nedictus † verò fuit anno DXX. & sic vltra cc. annos post Basilium. Augustinus quoque fuit ante Benedictum: fuit enim ab eadem humanitate conuersio eius ad catholicam fidem ccc.

3 xc. † sicut legitur similiter in chronicis. Et sic non videtur posse dici secundam fuisse Benedicti, & tertiam Augustini, imò econuerso.

Sed omissis temporibus, veniamus ad dictiones. In primitiua † namque Monachorum insti-

4 tutione aliquo priuilegio clericali nõ erant monachi decorati, vt probat tex. & glo. in c. à subdiacono. in verbo, Abbas xciij. dist. & tex. in c. hinc est. xvj. q. j. in §. superiori, & §. item illud Hieronymi ibi. alia est causa monachi, alia clerici, vsque ad finem, & isti sunt hodie priuilegiati, vt Papæ, vel Episcopi priuilegio, aut donatione decimas vindicare possint, vt in c. pœnit. xvj. q. j. ibi, cum absq; proprij Episcopi, &c. & c. visis. ea. causa. quæst. ij. cum c. sequen. Item erant priuilegiati, vt hodie sunt, quòd de laboribus suis non soluant decimas, vt in cap. quæsh. xvj. quæst. j. & in cap. quia tua. xxij. quæst. j. Quod de Cistertiensibus monachis non est intelligendum, secundum antiqua tempora, cum essent consubstantialia suæ regulæ, vt in c. recolentes. de sta. monac. Vbi eis aliquid proprij possidere interdicitur, cum sit consubstantialia plantationis regulæ, vt ibi dicit Papa: sed hodie secus, vt in c. nuper. de deci. & c. ex parte. immo hodie ipse ordo est maioribus priuilegijs decoratus cæteris monachorum ordinibus, de quo in c. cum ordine. de rescr. & ibi Doct.

Canonici regulares hodie & ipsi sunt priuilegiati, qui cœperunt esse, & ortum habuerunt ab Augustino, vt in c. nolle. xij. q. j. & ibi etiam glo. Et de eorum capacitate ad bona ex priuilegio contra ordinem, & institutionem primitinã ipsius patris Augustini, est tex. in c. cum olim. de priuil. & ordo iste, vt aliqui volunt, non habuit ortum ab August. sed è Nazaræis, quibus committebãtur sancta sanctorum. ita dixit Io. de Deo supra, dicta rub. in j. col. ibi, item regulares Canonici. allegat tex. ic. plurimos. lxxxiij. dist. qui tex. bene dicit, quòd sancta sanctorum committebantur sacerdotibus, qui fuerunt de tribu Leuit sed quòd Canonici regulares ab eis ortum habuerunt, non video quomodo probat. Sed quia ipse Io. de Deo fuit Canonicus Vlixbonẽsis, vt ipse dixit in procemio dicti sui tractatus, vt supra diximus in procemio ibi. inter huius materiæ scribẽtes, de facili esse posset, quòd tunc ipsi Canonici erant regulares, vt alij Laterani. ideo sic sibi dicere placuerit, arguendo ab origine sacerdotũ in lege gratiæ. & hoc magis arguit, quia in honorem ipsorum dicit, quòd proprietates Nazaræorum, & sic Canonicorum regularium sunt, quia sunt gemmæ, sunt flores, sunt sancti. Vnde ponit versus, videlicet.

Gemma flos sancti tria nomina sunt Nazareis.
Gemma se renouant, flos cuius fit, sicut abundat.

Sunt & hospitalarii Hierosolymitani, & sancti Iacobi de Spata, & fratres de Callatrana, & omnes hodie sunt priuilegiati, & appellantur milites, & cœperunt tempore Gregorii Magni, siue

siue sancti, qui ipsos, seu ipsas militias ordinauit pro defensione terræ sāctæ, sed hodie opus esset etiā nouas militias ordinare pro eius redēptione. & hi omnes ex priuilegio Papæ, vel Episcoporum possunt habere decimas, vt not. in c. in præsentia. de sepul. Sed hi, & omnes alii religiosi, quantumcunque priuilegiati, tenentur soluere decimas de terris emptis post Concilium Lateranensem, vt not. in c. nuper. de deci.

Anachoritæ, siue heremitæ ab antiquo fuerunt, vt legimus in vitis patrum, & habemus in c. quoniam vetus. xxiij. q. j. & multi ex eis fuerunt sanctissimi, vt legitur in Catalogo sanctorum. Inter quos primus fuit Paulus, vt cantat ecclesia. xj. die ian. Fuerunt & Ant. & Honofr. Cyrillus, & de Anachoritis habemus tex. in c. post pascha. lxxvij. dist. Et ij possunt habere proprium, & testari, nisi vouissent paupertatem, vt not. in c. per latum. §. contra. Paulus primus heremita. xix. q. j.

Sunt & alii ordines Cruciferorum, Camaldulensium, Carthusiensium, de Trinitate, & Charitate, & hi omnes habent suas obseruantias speciales, secundum quas ingredientes viuere tenētur, vt dicit tex. in c. illa autem. xij. dist. & xj. distin. in his.

Sunt & fratres Prædicatores, & Minores, quorum regula, & ordo ortum habuit à beato Dominico, & beato Francisco sub arctissima paupertate, vt se magis Deo astringerent sub xij. capitulis, vt not. in c. nimis. de excess. prælat. & c. nimis paria. eo. tit. & fuit sub Pontificatu Innoc. III. & hi sunt priuilegiati, vt inuitis Episcopis possint vocari ad magnas ciuitates. Item possunt habere altare portatile ex priuilegio Honorii III. de quo in c. in his. de priuil. & vbique celebrare, sine præiudicio tamen iuris parrochialis, vt ibi.

In quibus autem casibus hi omnes priuilegiati dispensare possint, hodie non potest dari certa doctrina, sed facito regulam, quòd nullus inferior Episcopo potest dispensare, nisi sit ei specialiter concessum à suo superiore. ita Innoc. in c. ij. de eo, qui fur. ordi. susce. dicit, quod nisi à lege concedatur, non potest dispensare, vt Abbas, Archidiaconus, & inferiores eis, sentiens, quòd non sufficiat authoritas superioris. Et tunc potest solùm in casibus sibi specialiter concessis. & est ratio, quia dispensatio est stricti iuris. Et in dispensationibus ius illud tantum tribuitur quā
5 tum †exprimitur, dicit Io. An. in c. cum ex eo. de elec. in vj. in nouella. Ideo supra, rubrica de dispensatione legatorū dixi, ibi de legatis verò missis, quòd quantum inferioribus liceat dispensare, expedit inspicere eorum priuilegia, sine quibus etiam Cardinali non credit, per c. nobilissimus. xcvij. dist. vt supra vidimus. Tamen hodie omnes claustrales mendicantes, & non mendicantes & omnes regulares, de quibus supra, absoluere possunt ministros suos. multi et religiosi claustrales vltra priuilegia sui ordinis, habent etiam à sede Apostolica specialia confessionalia sub diuersis formis, vt supra diximus sub rubrica de dispen. capituli sede vaca. post principium.

Sed descendendo ad quædam specialia circa dispēsationem, incipiendo ab Abbatibus, possumus dicere, quòd dispensatio potest dupliciter considerari, videlicet aut circa ea, quę specialiter ad religionem pertinent, aut circa alia. Primo casu subdistingue, quia aut agitur circa tria substātialia regulæ cuiusuis ordinis, videlicet paupertate, castitate, & obedientia: aut de alijs. Si circa substātialia, circa proprium habendum, non potest dispensare: potest tamen monacho concedere liberam administrationem bonorum. Circa continentiam, non potest Abbas dispensare, pro quo vide tex. in c. cum ad monasterium. de stat. reg. ibi, nec æstimet Abbas. quòd super habenda proprietate possit cum aliquo monacho dispensare, quia abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis à Deo est annexa regulæ monachali; vt contra ea nec summus Pontifex possit licentiam indulgere. Vincentius tamen, & Io. dixerunt, quòd licet Papa non possit dispēsare super proprietate & castitate cum monacho, potest tamen dispensare, quòd monachus non sit monachus, & sic facere de monacho non monachum. Aliqui tamen dicunt, quòd Papa ex plenitudine potestatis potest dispensare, quòd monachus habeat proprietatem, cum possit auferre substantiā rei. & alleg. l. j. in princi. C. de rei vxo. acti. Quia etiam de nihilo potest aliquid facere, vt in c. hoc quippe. iij. q. vj. & de consecr. dist. ij. c. reuera. & illa verba, licentiam indulgere, posita in fi. d. c. cum ad monasterium. exponunt. i. non conuenit suæ potentiæ, sicut & illud, Cū Deus omnia pos-
6 sit, non potest tamen virginem† post ruinam restaurare, vt dicit tex. in c. si Paulus. xxxij. q. v.

Antiqui tamen Doctores tenuerunt contrarium, vt fuit Tancredus, & Bernardus, videlicet quòd Papa in ijs duobus non possit dispensare, per dictam decretalem, & eius finem, de quo satis etiam diximus supra de dispensatione Papæ. De voto verò continentiæ prolixius dicemus infra sub rubrica qui cler. vel vouen. & de voto.

Circa tertium bonū religionis, videlicet obe-
7 dientiam, †an possint claustrales dispensare, videtur primò dici posse, quòd possint: nam cum in illa decretali, cum ad monasterium, dicatur, quòd non possunt Abbates dispensare circa proprietatem, & continentiam, videtur de alijs concedi, vt in c. hospitiolū tuum. xxxij. dist. & c. nonne. de præsump. quia vnum negando, alterum confitetur ibi, Bonum est mulierem nō tangere, malum

malum est ergo tangere. & in c. qualis.xxv.dist. & xv. q.iij. in illa lege. & io l.j.§.ij. de pac. data. & lex Iulia de adult. prohibet damnatam mulierem testimonium dicere, non damnata testimonium dicendi ius haber, & tex. in d.c. oonne. de præsumpt.

Sed ex his quæro, quid si religiosus eligitur, vel vt hodie assumitur ad Episcopatū: hoc ideo dico, assumitur propter regulam Cancellariæ quartam in ordine, per quam Papa suorum prædecessorum vestigijs inhærendo reseruat suę sanctitati prouisionem omnium cathedralium, etiam metropolitanarum ecclesiarum, tollēdo, & abolendo totum titulum de elect. etiam quòd ad alias dignitates maiores post Pontificalem, & principales io collegiatis, excedentes valorem annuum x. duc. & hoc in quinta regula in ordine regularum. Ex qua regula Andreas Barbatia, dum legisset titulum de consuetu. dixit, quòd superuacuum erat legere tit. de electione, quia hodie erat sublatum per dictam regulam, & malè, quia hodie videmus etiam famulos stabularios, & his deteriores promoueri ad Episcopatum, ita quòd puder probos viros, & Deum timentes in omni bonitate, & doctrina Episcopari. Hæc ille.

8 Sed quæro, † an effectus Episcopus liberetur à tribus substantialibus religionis, de quibus supra. & dicas, quòd sic. tex. est vnicus io c. vnico, xviij.q.j. & est ratio secuodum glo. ibi, quia de filio factus est pater, & silentio noo potest vacare, qui debet esse tuba præcoois, vide ibi. Sed in contrarium videtur glo. in c. caroem, in verbo, violauerit, de. consecra. dist.v. quæ dicit, quòd

9 †monachus effectus Episcopus noo debet comedere carnes, quæ tamen signat contrarium in d. cap. voico. xviij.q.j. & sic transit.

Io omnibus verò alijs ad meram religionem, & modum viuendi pertinentibus, potest Abbas dispensare, nisi sit ei specialiter interdictum per suam regulam, vel eius constitutiones, vt est tex. in c. mooachus. & c. monachum. xx.q.iiij. & hoc ideo, quia à lege specialiter conceditur.

Circa verò alia, quæ ad religionem specialiter non pertinent, sed tamen à iure communi prohibita sunt, inuenio duos casus, in quibus Abbates dispensant: vous est in casu c. com H. de eo, qui fur. ord. susce. vbi Abbati permittitur dispēsare cum eo, qui susceptis minoribus ordinibus eodem die furtiuè sacrum ordinem suscepit, vt possit ad alios promoueri. & dicunt aliqui Doc. ibi, quòd idem fortè si duos sacros eodem die suscepisset. Secundus casus est in c. cum illorum. in §. nos tamen. de sen. exco. vbi Abbati permissa est dispensatio ex violenta manuum iniectione excommunicato.

10 Sed quia † supra fecimus mentionem de diuersis religionibus, hucusq; autem de Abbatibus tantum diximus: quid modo de alijs religiooibus, noo habentibus Abbatem, sed priorē, guardianum, præsidentem, custodem, vel prælatum quouis oomine designatum dicas, quòd hoc priuilegium, & beneficium ad omoes extenditur, vt eadem sit ratio in omnibus, vt in d.§. oos tamē, io religionis fauorem, & vt vagandi materia subtrahatur, maiorem eis gratiam exhibere volentes eorum prælatis, quòd etiam talibus absolutionis beneficiū impartiri valeant, indulgemus, nisi excess. &c. ex quibus verbis satis colligitur, quòd ratio, quæ mouit Papam ad concedēdum, fuit fauor religionis, ergo extenditur ad quoscunq; religionibus præsideotes fallit hoc tamen in omnibus, cum excessus extiterit difficilis, & enormis, vt per mutilationem membri, vel notabilem sanguinis effusionem, vt ibi in d.§. nos tamen, in h.

Hæc omnia ergo intelligas etiam de canonicis regularibus, cum parū distent à monachis, vt in c. quod Dei timorem. de sta. reg. & in c. præsens. xx. q.iij. & arg. c. monachi. de sen. exco. & clarè in d.c. cum illorum. ibi, quòd monachi, & canonici regulares.

Et quia supra proximè diximus, quòd fauore religionis hoc ideo Papa cōcessit, quid dicemus de clericis sæcularibus, & alijs non claustralibus ex eo, quòd tex. in d.c. cum illorum, habuit considerationem ad claustra, ne clausis vagandi materia tribuatur, vt ibi, qui si claustrales fuerint huiusmodi &c. dicas, quòd Hierosolymitani hospitalarij non possunt in dictis duobus casibus dispensare, cum tex. ille non videatur ad illos considerasse, nec dispoluisse, sed tantum ad veros claustrales, & obedientiales: & quòd lex non dixit, neq; nos dicere debemus. xix. dist. Si Romanorum. l. de pretio, & maximè in dispensationibus, quæ vt sæpius diximus, sunt stricti iuris, cum ex eo. de elec. in vj. in alijs autem, quæ ad suam religionem specialiter pertinent, vt in abstinentijs, & ieiunijs, esu carnium extra refectorium, de noo surgendo ad matutinum, de nō ieiunando, de oon disciplinando in die veneris, iuxta ritum regulæ, & consuetudinem monasterij, & huiusmodi, dispensare benè possunt. De prioribus autem hospitaliorum secus dicendum est, quia tales fortè id possunt, quod cæteri claustrales, & obedientiarij, arg. c. canonica. de sen. exco. vbi eorum prioribus permittitur absolutio ab excommunicatione cum fratribus suis: videto ibi, alij ergo remaneant sub dispositione iuris communis. Et hæc sufficiant quo ad dispensationem prælatorum claustralium.

Superest, vt videamus de dispensatione per ingressum religionis, quam priuilegiatam multipliciter inuenio, cum vita contemplatiua meritò sit

tò sit priuilegianda, tanquam eminentior actiua, vt per beatum Tho. secunda secundæ. q.clxxviij. art.j.& in iij.dist. xxxv.art.j.

S V M M AE.

1 *Ingressus religionis omnem irregularitatis maculam tollit.*

2 *Ecclesia potest dispensare cum filio vitium ingratitudinis committente, ex qua ingratitudine poterat paterna hæreditate priuari, & quomodo.*

3 *Monachatus omnem maculam ab oculis peccantium abstergit.*

4 *Ecclesia, an possit dispensare circa vota peregrinationis, vel abstinentiæ.*

5 *Reus fracti voti, aliquatenus non habetur, qui temporale obsequium in perpetuam noscitur religionis obseruantiam commutare.*

6 *Satisfactio certa peccati, non est necessaria, vbi totum tempus obedientiæ impenditur sui conditoris.*

Ingressus religionis, an tollat votum prius emissum.

7 *Vota omnia tolluntur per ingressum religionis.*

8 *Illegitimè natus, si ingrediatur monasterium, efficitur legitimus, & potest promoueri.*

Nasci de adulterio, non est peccatum.

9 *Ingressus religionis, in quibus casibus dispensare possit.*

De dispensatione per ingressum religionis.

DICAMVS itaq; religionis ingressu sine hominis ministerio multipliciter dispensare ex dispositione, seu concessione ecclesiæ, vt errantes facilius conuertantur ad gremium religionis, quæ ad illud reuertentibus, nunquam claudit gremium, iuxta illud Matth. xviij. Quotiens si peccauerit, &c. ibi. nedum septies, sed septuagies septies. Alias,

Si quoties homines peccant, sua fulmina mittat
Iuppiter, exiguo tempore nullus erit.

1 Ingressus † enim religionis omnem irregularitatis maculam tollit, vt xvj. dist. legi. xix. q. fi. c. vlt. & gl. sum. lvj. dist. licet quidam dicant, quòd non dispensat, sed reddit faciliorem ad dispensandum, vt ibi. tamen videmus hodie primam veriorem, & sic seruari.

2 Dispensat † itaque primò ecclesia circa ingratitudinem cum filio vtriusque sexus committente vitium ingratitudinis erga parentes per ingressum religionis, ex qua ingratitudine hæreditate paterna, vel materna, de iure erat priuandus. causas autem, propter quas filius hæreditate paterna de iure veniat priuandus, posuit gl. in c. Quintauallis. de iureiur. in verbo, exhæredaret. quæ enumerat xvj. casus, non dico, erat
priuatus, quia tunc per ingressum religionis nõ
recuperat, & per talem ingressum aboletur vi-
tium, vt est tex. in c. non liceat. xix. q. vlt. Mona-
3 chatus † enim omnem maculam abstergit ab ocu
lis peccantium, vt in auth. de mona. in princ. se-
cunda col. & in d. c. non liceat. & ibi gl. & bo. gl.
in c. ex literarum. in verbo, fauore religionis. de
apostat.

4 Dispensat quoque circa vota † peregrinatio-
nis, vel abstinentiæ, & hoc ipso iure, vt in c. scri
pturæ. de voto. Reus fracti voti aliquatenus
5 non habetur, qui temporale obsequium † in per-
petuam noscitur religionis obseruantiam com-
mutare, vt ibi.

6 Non enim necessataria † est certa satisfactio
peccati, vbi totum tempus obedientiæ impendi
tur sui conditoris. de pœnit. dist. j. c. quis aliquan
do videt, in §. non ergo necessaria. Hi enim ta-
les imitantur illud Propheticum, Declina à ma-
lo, & fac bonum: Inquire veritatem, & sequere
eam. & illud Esaiæ, Derelinquit impius viam
suam, & vir iniquus cogitationem suam, &c. &
deinde, Et nil amplius horum à peccatore exi-
gitur, videlicet pœnitentia. & illud Austulphi
vxoricidæ, de quo in c. admonere. xxxiij. q. ij.
cui Stephanus Papa consuluit, vt pro tanto faci-
nore vxoricidii ingrediatur religionem ad pœ-
nitentiam perpetuam peragendam, & euitabit
publicam pœnitentiam, alias de iure impo-
nendam.

Sed hic quæro, vtrum per ingressum religio-
nis tollatur votum prius emissum. tex. & gl. in c.
monacho. xx. q. iiij. & glo. in c. noluit itaque lex.
xxxiij. q. vlt. videntur tenere, quòd non: sed au-
thoritate Abbatis tollatur, & reuocetur. Alii
distinxerunt tales vouentes, etiam post ingres-
sum teneri, & astrictos esse voto; nisi secum per
suum prælatum dispensetur, fatentes votum te-
nere superiore permittente, & cessante scanda-
lo non debet tolli votum, cum non possit serua-
ri, & adimpleri sine scandalo. Hoc videtur sen-
tire glo. in d. c. monacho. in fi. ibi. & intellige de
voto abstinentiæ, per quod alii scandalizantur.
Rayn. in sum. dixit, quòd si quis vult vota in me
lius commutare de consensu sui Episcopi, intrã
do religionem, absolutus est. si verò non inten-
debat commutare, vel etiam intendebat, sed de-
fecit authoritas superioris, non videtur dispen-
7 satum. Hugut. tamen dixit, quòd † per ingres-
sum religionis, omnia vota tolluntur: dicit ta-
men tutius esse, habere authoritatem prælati, &
omnes allegat tex. & gl. supra allegatas.

8 Dispensat † etiam religio circa irregularita-
tem. Vnde illegitimè nati, si monasterium, e-
tiam Canonicorum regularium ingrediantur,
possunt promoueri, & hoc ipso iure, vt in c. j. de
fil. presbyte. & lvj. dist. presbyterorum filios.

Aliqui

Aliqui dicunt, quòd ingressus religionis nunquam in aliquo casu ipso iure tollit irregularitatem, sed tantum reddit faciliorem dispensationem, per quibus videtur tex.in c.ij. de aposta.in fi.qui facit pro, & contra, facit pro, in delictis occultis: & contra,in publicis. ideo gl.bene distinxit,dicens, quòd aut irregularitas surrexit ex proprio delicto,& non tollitur per ingressum religionis, sed fauore religionis facilius tollitur dispensatione, allegat c.j.de eo, qui fur.ord.suscep. Aut surgit ex delicto alieno, puta parentum, quia natus ex damnato coitu, & tunc per ingressum religionis tollitur illa irregularitas, ita quòd sine dispensatione potest ad ordines promoueri,vt in d.c.j.de fil.presbyterorum. Nõ tamen ad prælaturam, vt in c.j.de fil.presbyt.& per Io.de Ana.in rubrica de simo.in iiij. col. circa medium. dicam infra, de fil.presb. Et nasci de adulterio non est peccatum. sed nota, vt dicit tex.in c.accedens.de purg. can. sed committere adulteriũ,est peccatum, vt in c.nasci.lvj.dis. & nunquam de vitiis parentum erubescamus,vt in c.nunquam.ea.d.st.& ibi bo.gl. tamen isti adulterini, sunt vt plurimum, & in plurimis, incontinentiæ paternæ imitatores, degeneres, furentes libidine, infidi, instabiles, in bello etiam seculari inconstantes, dicit tex. in c. si gens Anglorum, circa medium.lvj. dist. Ideo in dispensationibus super defectu natalium ad ordines officium pœnitentiariæ semper apponit clausulam hodie, adeo de stylo curiæ necessariam, quòd si omitteretur, literæ essent subreptitiæ, videlicet quatenus incontinentiæ paternæ non fuerit imitator. quæ assumpta fuit ex canone Vrbani Papæ, de qua in c.presbyterorum filios. & est cap. primum.lvj.dist.& tex.in c.literas. de fil.presb. Tamen præmissis cessantibus, & morum honestas eos commendabiles fecerit exemplis, & authoritatibus, non solùm sacerdotes, sed etiam summi Pontifices fieri possunt, dicit dictus canon, presbyterorum. Hi tamen in lege Mosis non ingrediebantur templum, vt Deuteron.in princ. Non ingredietur manzer, hoc est de scorto natus, in ecclesiam domini vsque ad decimam generationem.

Ad irregularitatem itaque conclndendo possumus dicere, quòd quædam sunt,in quibus re-
9 ligio† nullo modo dispensat, vt homicidium, vt not.in c.fi.de temp.ord.& bon.gl.in c.ij.de apostat.in verbo, non valebit. & idem possumus dicere in alijs manifestis delictis grauioribus, & hoc propter scandalum, vt dicit glo. in d.c.ij.de apost. Quædam sunt, in quibus dispensat, vt super irregularitate causata ex defectu natalium. Quædam, in quibus tantummodo facilitas tribuitur dispensandi, & hæc est distinctio, assumitur ex d.c. ij. de apost.

S V M M AE.

1 *Archidiaconus, quando per electionem assumitur, habet iurisdictionem ordinariam in subditos, secus si per meram Episcopi collationem: & quæ sit eius iurisdictio.*

2 *Consuetudo Ecclesiarum consideranda est ad cognoscendam iurisdictionem Archidiaconi.*

Et quid si non appareret de consuetudire.

3 *Archidiaconus, an de iure communi habeat curam animarum, si ab Episcopo specialiter non demandata sit.*

4 *Excommunicare, & absoluere, an sit principalis vsus clauium.*

5 *Archidiaconus, an possit dispensare super minori ætate ordinandorum, vel promouendorum.*

De dispensatione Archidiaconorum.

ARCHIDIACONVM ordinariam iurisdictionem habere in subditos, ipsosque corrigere, & reformare, iurgia, & lites eorum audire, instituere, & installare, pœnas imponere, mulctare, beneficiis priuare, sine destituere, excommunicare, suspendere, visitare procurationes ab eis, & obsequia debita recipere, curam animarum exercere, & demum voluerunt aliqui, etiam vices Episcopi gerere posse, cuius est oculus, vt in c.diaconi.xciij.dist. De primo habetur in c.j.de offi. Archi.de secundo ibidem.in fi.de tertio in c. perlectis. xxv. de quarto in c.si in plebibus.lxiiij. dist. & in c. cum venissent. de inst.& in c.super eo.de offi.deleg.& in c.ad hæc. de excess.prælat. de quinto, in c. licet. de pœnit. de sexto, in c.referente.de præben.de septimo,octauo,nono,& decimo, in c.dudum.el secundo. de elect.in §.tandem.& in c.ad hæc.de excess.prælat.de vndecimo, in c.cum in cunctis.§. inferiora.de elect. de duodecimo, & vltimo generali, in d.c.j.& c. ad hæc. de off. Arch.

Et quia dixi ordinariam iurisdictionem, hoc dixi propter distinctionem Host. in sum.de offi. Archi.in §.quod sit eius officiũ, videlicet, quòd habeat iurisdictionem, quando Archidiaconus
1 † per electionem assumitur, secus si per meram collationem Episcopi, quod bene nota. Alia est opi.dicentium, quod ad consuetudinem diuersarum ecclesiarum recurrendum est, vt agnosca-
2 mus quam iurisdictionem habeant,† quæ in hoc casu iurisdictionem dat, vt not.in l.j. C. de emãcip. & c. ix. questus. ix. q. iij.quæ etiam priuatæ personæ dat iurisdictionem, vt not. in c. cum contingat. de for. comp. & hanc tertiam opin. sequitur Hostien. ibi, tertii dicunt.

Sed

Sed quid si non apparet de consuetudine, dic vt ibi per eundem Host. Hæc quæstio est intricata, ideo difficilis: difficultatem autem ingerit qualitas iurisdictionis, quia si Archidiaconus habet ordinariam, habet vtique latiorem, & magis extensiuā, & intensiuā. Si aūt delegatam, tūc non excedit suos terminos delegatos, quia fines mandati, & c.cum dilecta de confir. vti.vel inuti.

Vltra dicta per Host. Reperio quendam fratrem Alber. Ordinis Prædicatorum, virum (vt apparet ex scriptis suis) magnæ scientiæ in Theologia, & Canonibus, in quodam tractatu de sen. excumm. sub rubr. vtrum Archidiaconi possint excommunicare, & absoluere. per cuius conclusiones facilè possumus inferre ad potestatem dispensandi. Qui, vt potest colligi, non vidit Goffre. nec Io. de Deo, nec Host. nec Spec. nec Ioan. And. quia nunquā de eis vllam fecit mentionem, sed tantum allegat Hugut. Barth. Brix. Rayn. Guliel. & Altisiodorensem eiusdem ordinis. Et quia bene examinat hunc locum, eiusque scripta apud paucos reperiuntur, hic inseram fideliter de verbo ad verbum, videlicet, De Archidiaconis magna est altercatio. videtur enim, quòd possint excommunicare, cum videantur habere iurisdictionē, arg. xxv. dist. plectis. & lxiij. dis. si in plebibus. & de offi. Archid. c. ij. & c. dilecto. & c. reprehensibilis. de appel. & in c. referēte. de præben. & in c. vnico. de eo, qui fur. ord. susc.

De matrimoniis etiam cognoscit, vt in c. literas. de restit. spol.

Item curam animarum videtur habere, vt in c. cum in cunctis. in §. inferiora. de elect. Vnde si recipiat Archidiaconus aliam prælationem, curam animarum habentem, ipso iure vacat Archidiaconatus, vt est expressum in c. dudum. de elect. & de multa. de præben.

Contrarium videtur signari in c. archidiaconis. de offi. archi. nam nec curam animarum videntur habere, vt in c. cum satis. de offi. archi. & in c. nullus. xvij. q. vij.

Præterea non vr hēre claues ligandi & soluēdi, sicut dicit Ambrosius, hoc solum permissum est sacerdotibus, vt in c. verbum. de pœnit. dist. j.

3 Sol. Dixit Hugut.† quòd de iure communi archidiaconus non habet curam animarum, nisi sibi ab Episcupo specialiter demandatur: nec alij potest committere, per d. c. nullus. xvij. q. vij. & c. satis. ea. cau. & q. vnde ea iura, quæ videntur cōtrarium innuere, intelliguntur ex delegatione.

Alij dicunt contrarium, s. quòd habet curam animarum, & iurisdictionem de iure communi: vnde & possunt excommunicare, & absoluere, & dispensare. eo enim quòd Episcopus eum instituit, siue per collegium eligitur, & ab Episcopo cōfirmatur, generalē administrationē cum iurisdictione adipiscit, vt in iuribus pro hac parte allegatis, nisi consuetudo sit in cōtrarium.

Huic opinioni videntur mihi multi consentire, & magni viri, & eam approbare. Iura enim plura & expressiora sunt pro ea, quam pro alia. Nec erāt pro ea tot expressa iura tpe Huguti & ea potissima ratione, quia sicut dicit decretalis, corrigere potest, & emendare, & circuire parrochias (si Episcopus non pōt) vt in d. c. ij. hoc aūt sine coertione Ecclesiasticę cēsurę parū valeret.

4 Ad illud obiectum, quòd non habet claues concedo: sed dico, † quòd excommunicare, & absoluere non est principalis vsus clauium, sed soluere, & ligare in foro pœnitentiali, quod tantum sacerdotibus conuenit secundarium autem vsum, qui est excommunicare, vel absoluere: possunt habere etiam qui non sunt sacerdotes, dummodo habeant iurisdictionem, arg. c. plectis. xxv. dis. & in c. in plebibus. in fi. lxiij. dis. & in c. ij. de offi. archid. & c. reprehēsibilis. de appel. & c. cum in ecclesiis. de ma. & obed. & in c. quantu, de offi. ordi. & per Hosti. in sum. de sen. exco. in §. ij. in vij. col. ibi, sed quis est hic minister. ibi solutio, dicas & sequitur. vel si velis dicere, quòd excommunicare, & absoluere sint de principali vsu clauium, dico quòd Ambros. vocat sacerdotes omnes clericos iurisdictionem habentes, nam & Iurisconsulti sacerdotes appellantur, in l. j. ff. de iusti. & iu. quòd loquatur de habentibus iurisdictionem. quod videtur verum, quia illud dicit contra hæreticos. hæc ille.

Ex quibus possumus inferre ad id, quod supra diximus pro generali solutione huius rubricę, videlicet, quòd cum actus dispensationis sit actus iurisdictionis, quòd archidiaconus possit dispensare in casibus, in quibus potest iudicare. Et vbi potest excommunicare & absoluere, ibi potest & dispensare: & hæc est regula sumpta ex c. verbum Dei. de pœnit. dist. prima. fallit tamen in aliquibus casibus in foro pœnitentiali, vt puta metropolitanus potest absoluere Episcopum à reatu pœna digno, non tamen cum eo poterit dispensare super eo delicto. nec eum deponere poterit, sed solus Papa, vt iij. q. vj. quamuis poterit tamen eos excommunicare sicut & absoluere. Fallit etiam in incendiario, vt postquam denunciatus est, non ab excōmunicatore, sed à solo Papa potest absolui, & cum eo dispensari, vt in c. tua nos. de sen. exco. Fallit tertiò in iudice delegato à Papa, & idem credo in delegato à quocunque alio, qui excommunicatum à se ob non paritionem literarum executorialium, quem potest absoluere infra annū, non tū vltra, nec poterit cū eo dispensare super irregularitate propterea contracta et ante, vt not. in c. quærenti. de offi. dele.

In hoc tamen casu absolutionis, post annum fit distinctio de excommunicatu ante litem cōtestatam, vel post, vide ibi. Fallit quartò quando excommunicator haberet iurisdictionem ad tēpus, quę expirat cū tpe, quo elapso nō potest neq;

H excom-

excommunicare, neq; absoluere, neq; dispensare, vt no. in c. de causis. de offi. dele. & c. cōsuluit.

Et complures ēt sunt casus, in quibus qui potest iudicare, excōicare, & absoluere, non potest dispēsare, iuxta, subiectas materias, vt dixi supra sub rubrica, quæ sunt causæ dispensationis, in fi. p illud dictū Gelasij ī c. necessaria. j. q. vij. Ideo discretus archidiacon⁹ p̄missis cū suis circūstātijs cōsideratis & pēsatis dispēsabit cū suis subditis.

Et vltimo non prætermitto quærere, nunquid
5 † archidiaconus possit dispensare super minori ætate ordinandorum, vel promouendorum, sicut Episcopi confirmandi minores electos in archipresbyteros, vide Inno. in c. innotuit. de elec. in principio. vbi q̄ non. Hæc oīa practicaui, dum adhuc iuuenis, essem Archidiaconus Feltrensis.

S V M M Æ.

1 *Virtus circa difficile, & bonum consistit.*
Pœnitentiæ, arbitrariæ sunt sacerdoti.
2 *Et quibus rationibus.*

De dispensatione rectorum parrochialium ecclesiarum cum suis parrochianis, & simplicium sacerdotum cum sibi subditis, & non subditis.

CHRISOSTOMVS in dialogo ait, Si talē mihi aliquē adducas monachum, qualia, vt secundum exagerationem dicam, Helias fuit: non tamen illi comparandus est, qui traditus populis multorum peccata ferre compulsus immobilis perseuerat, & fortis. Et Augusti. ad Valerium, de quo supra sub rubrica de dispensatione Episcopi, in principio dixit, Cogitet religiosa prudentia tua nihil esse in hac vita, maximè hoc tempore, difficilius, laboriosius, periculosius Episcopi, aut presbyteri, aut diaconi officio. Sed apud Deū nil beatius, si eo modo militetur; quo imperator noster iubet, de quo transumptiuè in c. ante omnia. xl. dist. Ideo Inno. iij. in concilio generali dixit, quòd est ars artium, regimen animarū, de quo in c. cū sit. de ætat. & qualit. & virtus consistit circa difficile & bonum, vt
1 in ij. Ethicorum. Rectè itaque conuenit, vt videamus successiuè post potestatem archidiaconorum in dispensando de potestate rectorum ecclesiarum animarum curam habentium cum proximiores sunt prælatis maioribus, & illis etiam exercitio curæ animarū coniūgantur, vt supra p Chrisost. & Aug. Et licet Augustinus p̄posuerit p̄sbyteros diaconis, vt ēt faciunt theologi: illud est pp excellentia sacerdotij. hic autē loquimur secūdū præemientiā administrationis, de quo vide plenè p Host. in sum. de offi. archid. & de offi. archipresb. in prin. & Doc. post eum, & p̄cipuè Ant. de But. in c. j. eo. ti. de offi. archi. & Io. An. in c. de liberatione. de offi. leg. lib. vj. in gl. iij. in fi.

Ad euidentiam itaque dicendorum præmittendum est, quòd pœnitentiæ arbitrariæ, sunt sacerdoti, vt de pœnit. dist. j. c. mensuram. & in c. tēpora pœnitudinis. xxvj. q. vij. etiam c. hoc sit positum. & c. sequenti. præsidentium enim arbitrio præfigantur pœnitudinis tempora, & modus pœnitendi delinquentibus præsidentium imponatur iudicio, & intimo charitatis affectu pœnitentem debemus suscipere, vt in locis proximè allegatis. His præmissis dicendum est, quòd nisi hodie essent arbitrariæ, oporteret seruare canones pœnitentiales, quos tunc tales sacerdotes curati de necessitate scire tenerentur, vt dicit in cap. nulli. xxxviij. dist. Tamen aliqui dicunt, vt Io. de Deo in suo dictionario super decretū, super verbo canon & canones, quòd ibi sacerdotem appellat Episcopū, quos canones hic inseruissem, nisi passim repetirentur excepti in summis religiosorum, vt in Angelica, supplemento, Antonina, & huiusmodi. Episcopales tamen posui supra de dispensatione Episcopi. Et licet arbitrariæ sint, debet tamen discretus rector in pœnitentiæ impositione plura considerare, vt personæ, dignitatem, officium, paupertatem, infirmitatem, seu debilitatē cōplexionis, consuetudinē, societatē, & deuotionē pœnitentis, religionis quoq;, & tpis qualitatem, & vrgentis periculi instantiam, vt in prędictis iuribus, & in c. his, qui. xxvj. q. vj.

Nec obstat not. in c. qualitas. de pœn. dist. v. vbi Inno. Papa dicit, falsas penitentias dicimus, q̄ non secundū authoritate sanctorum patrum pro qualitate criminum imponuntur, quia illud intelligitur secundum Doc. non consideratis circunstantijs. vnde dicit, pro qualitate criminum, supple & criminosorum, & aliarum circunstantiarū prædictarū, vt ibi sentit glo. vel vbi certa pœna statuitur, quia illa est seruanda, vt not. in c. de causis. de offi. deleg. Nec etiam obstat tex. in cap. prudentior de pœnit. dist. iij. vbi dicit Greg. Prudentior est pœna, quæ culpatur parua putaretur culpa, si cum illa finiretur & pœna, quia illud intelligitur de interiori pœna. Quandocunque enim recordatur peccator, debet dolere, quod illud peccatum commiserit. Vel secundum quosdam, illud intelligitur in pœna primi hominis, quæ productior est. Et eodem modo soluitur illud, Greg. xlvij. dist. omnes huius sæculi. & illud Io. vide benignum dominum. vbi dicitur quāto tempore deliquisti, tāto humilia te ad Deum. de pœn. dist. j. Et cum dicatur pœnitentias, esse arbitrarias, id sanè intelligendum tam in augendo, quàm in minuēdo, seu mitigando pariformiter. aliàs non esset recta mensura, vt in c. de his. 2. distinct.

2 Sed quarto, † quare hodie pœnitentiæ sint arbitrariæ? Dicas, quòd triplex est ratio. prima est humana fragilitas, siue infirmitas, vt ait Pelagius in c. fraternitatis. xxxiiij. dist. Defectus enim

nostri

nostri temporis, quibus non solùm merita, sed corpora ipsa hoim defecerūt destructionis illius, scilicet antiquæ, non patitur manere censuram.

Secunda est humanum scandalum. Si enim alicui mulieri coniugatæ, iuueni vel virgini nomine, magna & apparens pœnitentia iniungeretur, periculosum esset ei, & à maritis, & à parentibus, & earum pudicitiæ putatiuæ scandalum generaretur, & sic pœnitētia, quæ debet esse causa salutis, esset causa periculi, & exitij, & sic peccati. Ideo in c. ad aures. de temp. ordi. & c. cum teneamur. & c. cum non ignores. de præben. dicitur, ꝙ pro scandalo euitādo receditur à iure, faciunt not. in c. nihil cum scandalo. de præscr.

Tertia etiam humana ignorantia. solius enim Dei est peccatorum quantitates agnoscere, & contritionis, & pœnitentiæ mensuras diffinire: quem non fallit, nec peccati qualitas, neq; peccantis affectus, vt xxxiij. q. iij. Deus in quibus maledicit, in principio. Et licet omnes casus, in quibus huiusmodi rectores Parrochialium dispensare possunt, difficile esset seriatim ponere: ponemus tamen aliquot, ex quibus ad alios pares, vel minores inferri poterit.

S V M M AE.

1 *Sacerdos in quibus casibus dispensare possit.*
2 *Presbyteri potestatem excommunicandi, & absoluendi ab Episcopis habent. & hinc est, quòd Episcopi excōicatos tales absoluere, & relaxare possunt.*
3 *Sacerdos, an sicut potest in partem pœnitentiam relaxare, possit etiam in totum.*
4 *Thesaurus Ecclesiæ, qualis sit.*
5 *Rectores Ecclesiæ, an possint dare indulgentias in foro pœnitentiali, & cum eis dispensare per dies, & annos sicut eis videbitur.*
6 *Et quid de publicis indulgentijs, & generalibus.*
7 *Indulgentia discreta, & indiscreta, quæ dicatur.*
8 *Sacerdotes sæculares, & regulares, qui nullos habent subditos, an ex necessitate possint morituros absoluere.*
9 *Laicus, & socius, ex necessitate socium, vel alium confiteri potest.*
Laici non sunt capaces clauium.
10 *Simplex sacerdos citra articulum mortis, an alienos parochianos sub spe futuræ ratihabitionis proprij sacerdotis possit absoluere.*
Laici non sunt capaces clauium.

In quibus casibus Rectores Parrochialium dispensant cum suis subditis.

1 DISPENSAT † itaq; primò sacerdos in iniunctis pœnitentijs à semetipso, vt infra, primè apertius apparebit. Sed qd de iniūctis ab alijs inferioribus, vel superioribus, aut paribus. Io. glo. dixit, quòd sic, tum quia omnes pœnitentiæ, vt diximus, sunt arbitrariæ, tum ea ratione, videlicet quia Episcopus potest minuere pœnam quam indixit Papa, vt in c. latorem. xxxiij. q. ij. & glo. j. in c. tempora pœnitudinis. xxvj. q. vij. sicut etiam dicimus, quòd procurator potest in aliquibus casibus ex causa mandare contrarium eo, quod mandauit dominus, vt not. in l. si hominum. ff. mand. & glo. in d. c. tempora pœnitudinis. xxvj. q. vij. in verbo, iudicio. & glo. j. in fi. dixi supra de potestate Epi. supra pœnitentijs, & iure dispensandi. Sed hoc fortè verum est in illis dumtaxat criminibus, de quibus ipsi poterāt absoluere, & pœnitentias iniungere.

Eadem ratione credo, quòd quilibet confessor claustralis possit in pœnitentia parrochiano iniuncta per suū plebanū, vel rectorē, dispensare.

Vel possumus distinguere sic, videlicer qa aut primus sacerdos concessit pœnitenti, quòd ab alia huiusmodi pœnitentia relaxari possit, vel cōmutari, aut non: si sic pōt ab alio, vel illis, de quibus hic gnal'r, vel specialiter cōcessum est, & nō ab alijs, arg. notatorū in c. ꝙ quidā. de pœn. & remi. Si verò non fuerit concessum, distinguitur ꝙ aut secundus cōfessor est supior primo, aut æqualis, aut inferior. Primo casu indistinctè poterit, arg. c. j. & glo. ibi in verbo, reconciliare xxvj. q. vj. vbi dicitur, quòd presbyteri potestatem excōicandi, vel absoluendi ab Episcopis, accipi-
2 unt, & ideo excommunicatos † à sacerdotibus Episcopi absoluere, & relaxare possunt.

Nec obstant not. in c. cū ab ecclesiarū. de offi. ordi. quia ibi agitur in foro contentioso de excōmunicatione, hic aūt in pęnitentiali: & certū est, ꝙ in cōtentioso excōmunicatus ob cōtumaciam non absoluitur, nisi à suo excommunicatore, vel eius superiore, cū seruet hodie practica tā palatij Apostolici, q̄ aliarū curiarū spiritualiū, ꝙ in prolationibus censurarū in fi. reseruant absolutionē specialiter sibi, vel superiori p illā vulgatā clausulā, videlicet absolutionē verò &c. vel ibi non dr, ꝙ absolutio non teneat, si fiat, immo benè tenet, vt ibi notatur. Si verò sit æqualis, distingue: quia aut ita pares, ꝙ vterq; iurisdictionē habeat simul in confitentem: vt puta, duo sunt sacerdotes pares, & in solidū curam habentes eiusdem parrochiæ. Exemplū, in ecclesia Feltrensi sunt duo sachristæ, penes quos est cura animarū in solidū, ita ꝙ cura regitur p duos, vel vt Venetijs, vt exēplificat Pet. de Anc. in c. statutum. de elect. in vj. vbi omnes titulati in ecclesijs parrochialibus, & collegiatis de cōsensu plebani, & ex consuetudine exercent curam animarum, vel duo Episcopi, in quorum vtriusque diœcesi habet domicilium: ita quòd parrochianus est vtriusq; simul. Aut nō sunt ita pares, ꝙ tn̄ nō est vtriusq; parrochianus simul, sed successiuè. s. vnius post alium. in primo casu subdistinguitur, quòd aut erat

publica pœnitentia siue solemnis, aut priuata primo casu, ne scandalizetur primus confessor, requirendus est eius consensus, si adhuc remanet in officio, & de facili possit haberi copia eius: alioqui poterit pœnitentia per comparem relaxari, vel super ea dispensari, vel commutari poterit. Si occulta, similiter potest nō obstante subtilitate iuris, qua cauetur, ꝙ duobus procuratoribus in solidum datis, melior sit conditio occupantis. l. pluribus. de procu. quæ locum nō habet in huiusmodi voluntarijs iurisdictionibus. In secundo. s. cum ita sunt pares, ꝙ insimul non sunt eius prælati, vt puta vterq; est Episcopus, vel vterq; rector, & sacerdos eiusdem ecclesiæ: sed peccator, vel pœnitens transtulit domicilium de vno ad alterum, potest secūdum eius pœnitentiam relaxare, commutare, & cum eo super ea dispēsare, cum iam sit effectus subditus eius, arg. c. quòd autem. de pœnit. & rem. vbi remissiones factæ ab Episcopis locum habent in subditis suis. nec ibi distinguitur, à quo acceperint pœnitentiam, sed sufficit, ꝙ sint subditi eius. Nec obstat, ꝙ sententiam vnius Episcopi non possit alius, qui non sit superior, relaxare: quia illud habet locum in contentiosa, non autem in voluntaria iurisdictione. Si autem secundus confessor est inferior, puta quia Papa, vel summus pœnitentiarius, vel Episcopus iniunxit pœnitentiam, & vult eam pœnitens per proprium sacerdotem relaxari, commutari, vel dispēsari: potest, modò non sit iniuncta ex casu, qui sit superiori illius reseruatus à iure.

Tunc enim non posset, nisi iniungens concesserit confitenti, ꝙ ab alijs possit secum in pœnitentia dispensari: quo casu poterit ab illis solùm & non ab alijs, vt supra tactum est. Illud tamen nota, ꝙ quocunq; casu si de facili, & sine periculo haberi poterit copia primi sacerdotis, qui pœnitentiam iniunxit, ad eum remittendus est, vt idem soluat, qui ligauerit: quandoquidem melius nouit nodum, & hoc ex honestate, argu. c. ad reprimendum. de offi. ord. & c. per tuas. de sent. excom. & tunc maximè cum pœnitens non fuit confessus secundò peccata, propter quæ sibi fuerat pœnitentia iniuncta, tunc enim melius scit primus, vtrum leuiter, vel difficulter debeat dispensare, relaxare, vel commutare, aut grauem, vel leuem compensationem iniungere, cum melius, vt dixi, nouerit nodum.

3 Sed vlterius quæro, † sicut in parte potest sacerdos pœnitentiam relaxare, poterit ne in totum? credo, quòd non, per tex. & not. in c. si is, qui prælatus. xxiij. q. iiij. nisi tamen tanta cognoscatur in peccatore contritio, quanta fuit latrionis. sed quia certum non est de quantitate cōtritionis, tutius est semper aliqualem pœnitentiam imponere. Quod fallit in Papa, cui dispensatio totius sanctæ Ecclesiæ Dei liberaliter est commissa. Hæc volui extensius ponere, quia quotidiana, & in quibus multi inuoluuntur. Tamen Io. And. in c. indulgentiæ. de pœnit. & remiss. in nouel. ibi, Item an Papa vel Episcopus referens Vincentium, & Specu. tenet contrarium, ibi vide, & cogita. tamen credo contra, & thesauro Ecclesiæ intelligendo de Papa. De ipso verò secus, nisi apparerent talia signa contritionis, vt supra, licèt & hoc sit dubium.

4 Sed quæro † in quo consistat thesaurus ipse? Aliqui dicunt, quòd in meritis orationum, eleemosynarum, sacrificiorum, & aliorum bonorum, quæ fuit in vniuersali Ecclesia Dei. Alij dicunt, quòd consistit in meritis passionis Christi, & Sanctorum Martyrum, & Confessorum, & aliorum electorum Dei. Sed aliqui arguendo contradicunt, quòd nullus Ecclesiæ thesaurus sit dispensandus in Ecclesia: nam Christus bene remuneratus est de omnibus actibus suis, vt ad Philippen. ij. ibi, Humiliauit semetipsum, &c. propterea Deus exaltauit illum, &c. Itē Sancti Martyres fuerunt remunerati de pœnis suis vltra condignum, quia non sunt condignæ passiones huius sæculi, &c. & similiter Confessores & alij. Ergo non debent eorum merita remunerata amplius erogari pro pœnis aliorum dimittendis. Sed Alexand. de Alés in iiij. sent. di. xx. art. j. quæst. iij. dicit, quòd martyria, & alia merita sanctorum remunerata sunt: adeo quatenus erant augmentatiua gratiæ. Remanserunt tamen in potestate Ecclesiæ, quatenus erant satisfactiua pœnæ, quia illi sancti, non indigebant satisfactione pœnę: ideo de illis potest alijs subueniri, & sic Deus misericors nobis prouidit, vt esset in potestate Papæ illa merita erogare inquantum erant solutiua pœnæ, quia pœnam soluendam non habebant: non enim peccata punienda habebant: Similiter de merito sanguinis Christi, quòd sufficiebat una gutta ad redemptionem mundi millies, & decem millia: quia fuit quid infinitum, & ipse peccata non fecit, immo peccata nostra tulit. hæc ille, quem latius refert, & sequitur cum alijs sacris Doctoribus in hac materia loquentibus dominus meus Fel. in suo tractatu de indulgentia plenaria, in secunda & tertia colum. incip. hodie mecum eris in paradiso, ibi plenius vide.

5 Vlterius quæro, † an tales Rectores possint dare indulgentias in foro pœnitentiali, & cum eis dispensare per dies, & annos, sicut eis videbitur? Archidiaco. & Ioann. Andr. in capit. fin. de pœnitent. & remissio. in sexto. Et Aluar. quem refert & sequitur dominus Cardinalis in clementina prima, de priuileg. in §. quibus. in quarta columna. post principium,

dicunt

dicunt, quòd sic, dummodo discretè. allegant in arg. c. Deus, qui ecclesiam. de pœn. & re.

6 Sed † indulgentias generales, & publicas concedere non possunt. Et de huiusmodi indulgentijs per inferiores concedendis vide D. Card. in dicta clemen. §. fi.

7 Sed quia dixi dummodo discretè: quæro, quæ dicatur indulgētia discreta, & quæ indiscreta, supra, vide Car. vbi supra. in iij. col. in ij. q. Dicas discretam cum causa, indiscretam sine causa, vt pro redemptione captiuorum, defensione terræ sanctæ, refectione pontium, erectione studij, ædificatione ecclesiæ, & similibus, vt exemplificauit Fel. in dicto tractatu, qui allegat iura, sed breuitatis causa ibi videto.

De secunda parte rubricæ dicendo de simplicibus sacerdotibus, & eorum potestate circa dispensationes, confessiones, & pœnitentias, & eorum potestate ratione sacerdotij, maxima fuit altercatio in cōcilio Basiliēsi propter errores Bohemorum videlicet Io. Aleff. & Io. Gus, & Hieronymi de Plaga hæreticè dicentium, vltra aliàs manifestas hęreses, quòd quilibet sacerdos eo ipso, quòd erat sacerdos, etiam si non haberet curam animarum, sine alia relaxatione potestatis clauium à suo superiore, per solam generalē concessionem in consecratione, seu promotione ad sacerdotium, per Episcopum factam, de quo Hosti. vt infra, poterat virtute solius sacerdotij illam exercere, vt prædicare, dispensare, absoluere, dimittere peccata, & multa alia hæretica, quę hic magis cōuenit subticere, quā deducere propter simplices. & idem dixerunt de omnibus Episcopis contra supremam potestatem Papæ. Quæ omnia cōfutantur per magistrū Io. de Ragusio ordinis Prædicatorum, in suo tractatu contra errores Bohemorum, & incipit Reuerēdissimi Reuerendiq; patres. quæ ferè omnia damnatus Luthetus Martinus excitauit contra ecclesiam catholicam.

Sed his omissis, in simplicitate confessionis fidei catholicæ, quam firmiter credere, & simpliciter confiteri de necessitate salutis æternæ tenemur, dicamus, quòd etiam simplices sacerdotes sęculares, vel regulares, etiam curam animarum non habentes, cum eis dispensare, & eos excommunicare, & absoluere (in foro conscientiæ tantum, non autem cum solemnitate) sed specialiter possunt. Nam iurisdictio sine coërtione aliqua nulla esset. ff. de offi. eius, cui man. est iurisdic. l. fi. & ita tenet Hosti. in sum. de sen. exco. in d. §. quis possit excōmunicare. in versi. eo. sed quis est minister. circa medium. vbi multa ponit vtilia ad hanc materiam. vbi vide omnino, vt plenius instruaris.

8 Sed quid dicemus † de omnibus sacerdotibus sęcularibus, & regularibus, qui nullos habent subditos, & in necessitate morituros passim absoluunt? Dicas, quòd necessitas non subiacet legi. c. quanto. de consuet. quia in necessitate possumus cuicunq; sacerdoti confiteri. xxvj. q. vj. c. si presbyter. & de pœni. dist. iij. c. quicunq; presbyter. quia vt ait August. tanta est vis confessoris, quòd si immineat necessitatis articulus, possumus laico confiteri, vt infra proximè dicam. Ideo fit conclusio per Theologos, & pręcipuè per beatum Tho. & Pet. de Pal. quòd quilibet sacerdos potest absoluere pœnitentem agētem in extremis, quia in articulo mortis omnibus sacerdotibus, in omnes homines, & de omnibus peccatis, & sententijs permittitur absolutio à iure, vt dicit Augustinus in lib. de pœnitentia, & transumptiuè in c. quem pœnitet. de pœnit. dist. j. vbi dicitur, quòd tanta est vis confessionis, vt si immineat necessitas, vel quia infirmatur ad mortem, & vult confiteri, vel vult intrare in certamē, & in aciem iusti belli, & deest sacerdos, confiteatur proximo, & ita non solum clerico,

9 † sed laico quoq;, vel socio: quia tunc eis licet cōfiteri, quia licet ille non sit sacerdos, nec habeat potestatem clauium, confitens tamen fit dignus venia ex desiderio sacerdotis, qui socio confitetur turpitudinem sui criminis, & ita misericordia Dei est vbiq;, quia & isti sic confitenti proximo, & non sacerdoti, nouit parcere, licet non tā citò sicut si solueretur à sacerdote. De hoc etiam habetur in c. sacramentum. de confec. dist. iiij. vide tex. & not. in c. sanctū est baptisma. de consec. dist. iiij. vbi laicus publicè pœnitens baptizauit, & postea baptizatus absoluit baptizantem in periculo mortis constitutum. Possumus etiam confiteri laico, licet talis confessio non operetur absolutionem, cum laici non sint capaces potestatis clauium, nec possint soluere, vel ligare, sed operatur testimonium contritionis, & pœnitudinis in peccatore, qui tunc est confessus corde, & contritione, quæ sufficit loco confessionis, vbi non est copia sacerdotis, ad ostendendam fidem sacramenti. vnde si sic moritur, saluatur, vt in c. debitum. de bap. vide de hoc plenius in sum. per Hosti. de pœn. & remi. in §. cui confitendum in versi. vij. tēpore necessitatis, vbi ponit quòd etiā militi, & fœminæ in necessitate confiteri possumus, & sic confessis decedentibus ecclesiæ beneficio subuenitur, vt in c. à nobis. de sen. exco. & omnis absolutio est dispensatio, vt supra diximus in rubrica quid sit dispensatio.

10 Potest † etiam simplex sacerdos, citra articulum mortis, alienos pártochianos sub spe futuræ ratihabitionis proprij sacerdotis absoluere, arg. not. in cap. Lugdunensis. ix. q. ij. Sed Ray. in summa, quem refert & sequitur Io. de Fribur. in sua summa, sub rubrica de confessione, & absolutione, in xxxix. quæsti. vers. mihi clxxxviij. circa hanc materiam dicit. Nota quòd licet sa-

cerdotes instituti non possunt audire parrochianos . 'ienos, nisi in casibus necessitatis : possunt tamen eis dare consilium, ꝙ hoc etiam cuilibet licitum est: possunt etiam dare pœnitentiam nomine prælati eius, qui vult confiteri, ponentes spem in ratihabitione ipsius, & tũc debet sacerdos iste dicere confitenti, vt quàm citò poterit, repræsentet se prælato suo, & confiteatur ei : & postea dicat pœnitentiam, quam iste ei imposuit sub spe præmissa.& si habuerit ratam benè est : sin autem, accipiat ab illo, quod securius, & melius est. Hæc ille.quæ probantur per tex.in d.c. de cætero. de sen.exco. & in c.ea noscitur. in fi. de his, quæ fi.à præla.

SVMMAE.

1 *Commendatarius non dicitur prælatus, sed potius procurator.*
2 *Commenda est dispensatio.*
3 *Commendatarius, an dicatur habere titulum canonicum.*
4 *Commendatarius, an possit præsentare Clericum ordinandum ad titulum fructuum suæ commendæ.*
5 *Commendatarius, an faciat fructus suos commendæ, & administrationes quomodo hodie concedantur.*
6 *Commendatarius, in quibus casibus dispensare possit, & in quibus non.*
7 *Administrator à Pontifice datus, quo casu dispensare possit.*
8 *Episcopi an possint commendare.*

De Dispensatione Commendatarij, & administratoris.

CVM Commendatarius non sit præ-
1 latus, † sed potius procurator, di-
cit glo.in c.qui plures ecclesias.xxj.
q. j. quia non habet in ecclesia sibi
commendata ius, & in fructibus nisi ad colligen
dum, gubernandum, & erogandum pro vtili-
tate ecclesiæ, & ad custodiendum clericos.& di
citur etiam visitator, vt in c.obitum victoris. &
c.Cathaniẽsis.lxj.dist.& c.quoniam Velina. xij.
q.j.& per Inno.in c.dudum. il secondo. de elec.
in verbo, cõcessionem. faciunt not.in l. Lucius.
j.& ij. in §.mæuia.ff.deposi.hodie etiam dicitur
administrator, vt est tex.in c.is, cui.de elec.in vj.
vbi hæc materia tractatur. Imò cum & commen
2 da † sit dispensatio, vt dicit Inno.in c. si constite
rit.in verbo, cõmendata.de accusatio. in princ.
dubitari potest, an in aliquo casu sit sibi permis-
sa dispensatio.

De hac materia commendatariorum, & administratorum, habetur etiam per Inno. in c.in Lateranen.de præben. & in d.c. si constiterit. de
accus.in d.verbo, commendata.& per Archid.in
c.si propter.de rescript.& ibi quærit, an commẽ
3 datarius † dicatur habere titulum canonicum.
vbi dicit, ꝙ sic : non tamen habet titulum præ-
laturæ, de quo vide elegans cõsilium Ludo.Ro-
ma.cccl.incip. in casu propositæ consultationis.
vbi videbis hãc materiam commendatariorum,
& administratorum bene examinatam, & And.
Barb. in j.vel ij.consi.& Fede. de Senis in tract.
permut.q.mihi xv.& per Archid. in c.nemo. de
4 elec.vbi quærit, an commendatarius † possit præ
sentare clericum ordinandum ad titulum fru-
ctuum suæ commendæ: & dicit quòd sic: quia
eos facit suos, de quo dic, vt infra & per Domi.
de sancto Gemi.in d.c.nemo.& per Docto. in c.
non satis.de simo.& ibi Ioã.de Ana.in j.col. vbi
quærit an Cardinales possint pensionare benefi-
cia sibi commendata, & est q.inutilis, intelligẽ
do de annuis, & firmis perpetuis pensionibus
ad vitam, vt hodie seruatur : secus si intelligi-
mus de arendis, & per Abb.in cap.querelam.in
5 xxiiij.col.de elec.& ibi, † an commendatarius fa
ciat fructus suos. & glo.in c.nemo.de elec.in vj.
& Abba.in c.monachis.de præben.

Sed pro huius materiç declaratione sciẽdum est, ꝙ hodie commendæ, & administrationes nõ conceduntur, iuxta formam decretorum sanctorum Patrum, de quibus in d. c.obitum, & Cathaniensis. & c.quoniam Velina, supra allegat. quia hodie cancellaria dat clausulas, ex quibus conceditur omnis potestas commendatario, excepto tit. prælaturæ sub hac verborum forma, videlicet, tibi perpetuo commendamus tenendam, regendam, & gubernandam, donec vixeris: ita quòd de fructibus, redditibus, & prouentibus, &c. disponere valeas, & possis, sicut dictæ ecclesiæ pro tempore priores disponere potuerunt, siue possent, & deberent: alienatione tamen quorumcunque bonorum, &c. penitus interdicta, ita tamen quòd dictæ ecclesiæ supportentur onera consueta, & diuinus cultus nõ negligatur ea. Ex quibus verbis verificatur, quod dixit Ioan.And.in c.cum ex eo, de elec. in glo. in verbo, licèt ergo.in nouel.vbi dicit, quòd in om
nibus casibus concernentibus iurisdictionem,
commendatarius dispẽsare, & disponere potest,
6 † secus aũt in concernentibus ordinem: pro quo
faciunt quæ dixi supra, sub rubrica, an dispensa
tio sit de lege diœcesana, an de lege iurisdictio-
nis, & Ioan. And. exemplificat in electo confir-
mato, non consecrato, allegat c. transmissam,
7 de elec.cum concordantijs, vt ibi. Et dicit † etiã
ꝙ administrator datus per Papam potest dispen-
sare in casu d.c.cum ex eo. de elec. per not. in d.
c.is, cui.eo.tit.& lib.vbi est casus expressus, ex
quo potes elicere regulam supradictam.
8 Sed quæro, nunquid Episcopi possent commen-

mendare? & dic, quòd sic: de quo vide per Innoc. in c. dudum, de elec. in ij. col. in verbo, concessionem. sed huiusmodi commendatarij nullam habent iurisdictionem, vel administrationem, sicut commendatarij apostolici, vt supra dixi, sed tantum habent custodiam ecclesiæ, & bonorum, vt ibi per Innoc. Apostolici autem commendatarij habent plenam administrationem, & regimen, sicut si haberent in titulum: & hoc ex speciali sedis Apostolicæ indulgentia expressa, vt supra dixi.

SEQVITVR QVARTA PARS.

SVMMAE.

1 *Deus distribuit humanum genus per Reges & Principes, & illius Imperio omnia subiecit.*
2 *Reges, & Principes, qui in temporalibus non agnoscunt superiorem de iure, nisi Deum, dispensare possunt in multis, vt absoluere à iuramento.*
3 *Item omnem infamiæ maculam abolere.*
4 *Item ad natales restituunt, & famam, & ad primum statum.*
5 *Spurios restituunt natalibus, & eos patribus legitime succedere faciunt.*
6 *Item possunt proprium filium legitimare tanquam Princeps, non tanquam pater.*
7 *Item dispensat cum seruo alieno, restituendo eum natalibus liberorum, adeo vt non teneatur præstare patrocinium pro domino cuius seruus fuit.*

De Dispensatione Imperatoris, Regum, & Principum, non recognoscentium superiorem in temporalibus.

1 PER REGES, & Principes Deus distribuit humanum genus, & illius Imperio omnia subiecit, vt testatur Augusti. super Ioan. & transumptiuè in c. quo iure. viij. dist. & in l. bene à Zenone. C. de quadri. præscript. & Ambros. In manu Imperatoris, & eius potestate omnia sunt, intelligendo de temporalibus. vt dixit tex. in c. conuenior. xxiij. q. viij. vnde Salomon Rex, Et labia eius, & cor eius in manu Dei: & vbi voluerit, inclinabit illud. Sap. j. & C. de sum. trin. inter claras. & in c. Imperatores. xj. q. iij. & in c. lege Imperatorum. x. dist. & viij. dist. quæ cōtra morem. & fecit Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præesset diei, & minus, vt præesset nocti: per quæ designatur diuina, & humana potestas. solitæ. de maio. & obed. Sed hodie copiosius per extrauagantem Benedicti, vnam sanctā Ecclesiam: ex quibus datur intelligi, quod supra diximus in princ. pro quo facit illud Matthæi xxij. c. vbi iussit tributum solui Cæsari ibi, quæ sunt Cæsaris Cæsari. & xvij. eiusdem. in fi. ibi, & aperto ore eius inuenies staterem illum sumens da eis, quòd te & me. Doceas nos, vt Cæsari, i. principibus terræ, sub quorum dominio, & regimine gubernamur, pareamus, & obediamus: quoniam scriptum est, Qui principi non obedierit, morte moriatur.

Viso itaque supra de potestate dispensandi principibus, & præsidentibus Ecclesiasticis à lege tam diuina, quàm humana concessa, bene cōuenit, vt de principibus sæcularibus etiā à Deo, vt supra in principio diximus, constitutis videamus, cum & ipsi Dei ministri sint, vt in d. c. quo iure. viij. dist. iuxta illud, Per quoniam Reges regnant, & domini dominantur.

Reges itaque, & Principes, qui in temporalibus non agnoscunt superiorem de iure, nisi Deum, in multis dispensare possunt. pro quorum demōstratione aliqua infra signabuntur, ex quibus ad similia facilè inferre poterimus. Et
2 primò absoluit à iuramento seu verius dispēsat, vt in l. Imperatores. ff. ad munici. & ita tenet gl. in c. auctoritatem. xv. q. vj. & est glo. prima, circa fi. in vers. item Imperator dispensat, quod est mirabile in auribus nostris.

3 Item omnem † infamiæ maculam abolere possunt: licet,

Quem semel horrendis maculis infamia tinxit,
Ad bene tangendum multa laboret aqua.

Et hoc intelligendum est cum causa, & si viderit expedire, vt voluit Imperator in l. abolitio. C. de aboliti. & hæc locum sibi vendicat non tantum, in principe, sed & in omni competenti iudice, vt ibi.

4 Item † restituunt ad natales, & famam, & primum statum, vt in l. j. C. de sen. pas. Formam autem restitutionis, ex qua practicam in alijs dicere poteris, vide in c. si quem pœnituerit accusasse, in fi. ij. q. iij. sumptam ex tit. de sent. pass. C. vt ibi. & de restitutione ad famam, intellige de infamia iuris, non autem facti, quam Princeps non potest tollere, cum sit facti: quod nisi per cōtrarium factum, tolli non potest, cum pudeat apud bonos, & graues, & in eorum mente. Et hoc verum est, cum quis specialiter restituitur, aliàs sola indulgentia sufficit, sed tunc infamia non tollitur, vt in l. indulgentiam. C. de gene. abol. & in c. Euphemium. §. fi. ij. q. iij. & l. generalis. & l. tutor. & l. cum patrem tuum. C. de sent. pas. & restit.

Item

5 Item † spurios restituunt natalibus, & eos patribus legitimè succedere faciunt, vt latius infra dicemus, sub rubrica de fil.presbyt. & illeg. nat. Et licet ex damnato coitu nati per leges non possint succedere, possitnt tamen per speciale priuilegium Imperatoris, vel regis, aut alterius Principis, non recognoscentis superiorem secum dispensati ad talem successionem, quod intellige inter suos subditos.

6 Item † Imperator, vel Rex, & quicunque alius, non recognoscens superiorem, potest proprium filium legitimare, tanquam princeps, non tanquam pater, vt not. in c. per vene. q. fil. sint legit. & in authent. quibus modis. nat. effi. lib. §. illud.

7 Item † dispensat cum seruo alieno, restituendo cum natalibus liberorum, ita quòd non teneatur præstare patrocinium pro domino, cuius seruus fuit, vt in c. Episcopus. §. idem, qui manu mittitur. xij. q. ij.

Sed quia difficile esset ponere omnes casus, in quibus Imperator, & principes præfati cum suis subditis dispensare possunt, possumus facere regulam, videlicet quòd ex quo dispensatio, vt supra diximus, est iuris communis relaxatio: vbi cunque ergo princeps, siue circa pœnalia, siue circa gratiosa relaxat, tollendo pœnas debitas, & statutas à iure, siue in repellendo ab actibus legitimis, siue affligendo, semper videtur dispensare. & idem dic tolerando, vel dissimulando in actu à iure prohibito. tex. est & glo. & Abb. in c. quia circa. de consang. & affi. ibi, poteris dissimulare. sed attende, quòd illud fuit propter scandalum: aliàs superior exercens actum contra legem, eo casu, quo dispensare potest, non videtur dispensasse in dubio, vt dicit Inno. in c. veniens. de fil. presb. licet aliud sit in dispensatione supremi principis, quia in eius dispensatione non requiritur causæ cognitio, sed sufficit sola voluntas: sed tolerando, vel dissimulando, satis vult. Ita Innoc. in c. cum ad monasterium. de sta. reg. sed in dispensatione inferioris causæ cognitio, vide Abb. in c. diuersis fallacijs. de cle. coniug. dicam infra in vltima rubrica huius operis, de citata dispensatione.

SVMMAE.

1 *Munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba iustorum.*
2 *Omnes diligunt munera, & quærunt.*
3 *Ignis deuorabit tabernacula illorum, qui libenter munera recipiunt.*
4 *Iustitia citò auro violatur.*
5 *Iudicans rectè, & præmium remunerationis expectans fraudem in Deum perpetrat.*
Acceptio nummorum est prævaricatio veritatis.
6 *Qui excutit manus suas ab omni munere, iste in excelsis habitabit.*
7 *Pontifex solus dispensat cum irregularibus de corpore vitiatis, illegitimè natis, de pœnitentibus, bigamis, &c.*
8 *Episcopus an possit dispensare cum suspenso per annum pendente anno.*
9 *Tex. in c. nuper. de sent. excom. limitatur.*
10 *Iudex malè iudicans, & sic committens peccatum, à quo debeat absolui, & quomodo.*
11 *Causam damni dans, damnum dedisse videtur.*
12 *Iudex, qui malè iudicauit, non potest absoluere, nisi restituerit ablatum parti, & huiusce rei æstimatio facienda est, & quomodo; & quomodo probari debeat. & nu. 13. & 14.*
15 *Iudices, qui iudicant ex consilio assessoris, an subiaceant pœna constitutionis c. cum æterni. de re iud. in vj.*
Vel potius assessor. nu. 17.
16 *Eligens executorem, qui malè misit executioni, tenetur.*
18 *Iudex iniustus, an semper teneatur iudicare secundum canones, vel leges.*

De Dispensatione Iudicum.

MAGISTROS constitues in omnibus portis tuis, quas dominus Deus tuus dederit tibi, vt iudicent populum tuum iusto iudicio, nec in alteram partem declinent: non ac-
1 cipies personam, nec munera, quia † munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba iusto-
2 rum. Deuter. xvj. † Et omnes diligunt munera, & quærunt, & sequuntur, & ignis deuorabit ta-
3 bernacula illorum, † qui libenter munera reci-
4 piunt. Iob viij. Et iustitia citò † auro violatur. xj. q. iij. c. pauper. Et Gregorius, qui rectè iudi-
5 cat, & præmium † remunerationis expectat, fraudem in Deum perpetrat. xj. q. iij. qui rectè. acceptio enim nummorum, præuaricatio veritatis
6 est. Et † qui excutit manus suas ab omni munere, iste in excelsis habitabit, vt in d. c. qui rectè. & Esa. v. Ve, qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo propter hoc, sicut deuorat stipulam lingua ignis, & calor flammæ exurit, sic radix eorum, quasi fauilla erit, & germen eorum, vt puluis ascendet: abiiciunt. n. legem domini. Et de hac materia vide Host. in sum. de vit. & honest. cler. in §. & in quibus. versi. item consistit. in iij. col. in fi.

De quibus iudicibus, & eorum partibus, & pertinentibus ad iudicia, dixit plenius beatus Tho. secunda secundæ. q. lx. per totum. Cumque per impios iudices sæpe hominibus fiat iniuria, & sua, & sua per iniquam sententiam auferantur: ideo Innoc. IIII. huius scientiæ canonicæ splendidissimum iubar, in Concilio Lugdu. de

quo

quo in c.cum ęterni.de re ind.in vj.statuit,quòd
iudex, qui per sordes iudicat, tenetur parti læsæ
in æstimationem litis, & per annum sit suspen-
sus. & si medio tempore ingerat se diuinis, per-
petuò est suspensus, & solus Papa cum eo dispen
sat.& Innoc.ibi. super gl.in verbo, irregularitas,
7 dicit † quòd cum irregularibus solus Papa dispē
sat, & idem dicit videri de corpore vitiatis, & il
legitimè natis, de pœnitentibus, & bigamis, &
sic dicit Ecclesiam Romanam seruare, vt dixi su
pra sub rubrica de dispensatione Papæ, in ij. co-
lum. in §. hic non prætermitto. & pluries per
discursum.

Sed quia tex.in d. c. cum æterni. in §. scitu-
rus. reseruat liberationem ab irregularitate solo
Romano Pontificī: quęro, an idem sit de suspen
sione per annum, qua in tex. videtur posse di-
ci prima facie, quòd non. ex quo Papa ibi hoc
non dixit, per glo. ibi positam in verbo, officii.
quæ dicit, quòd ex quo sumus in odiosis, & Pa-
pa non dixit, nec nos dicere debemus. si Roma-
norum.xix.dist.L.de pretio.de Publici. Odia.n.
restringi, & fauores conuenit ampliari, vt in re-
gula, odia.de reg.iur. in vj. nam si Papa hoc sibi
soli reseruari voluisset, bene sciuisset dicere,
vt dicit ibi gl. Præterea supra dixi de dispen. E-
piscopi. in §. de Episcoporum potestate dispen-
sando, duæ sunt opiniones. Episcopos posse di-
spensare in omnibus casibus eis à canone specia
liter non prohibitis, vbi latius vide: sed casus
iste non videtur eis prohibitus, ergo est permis-
sus, sed dic contrarium, quòd immo Episcopus
8 durante anno suspensionis, † non potest suspe-
ctum absoluere, nec cum eo dispensare, etiam si
sit sibi subditus, per not. in clem. j. de hæret. &
not.in c.cupientes.de elect.in vj. §. cæterum.&
ibi glo.in verbo, est ergo.& not.Dom.de S. Go-
mi.in d.c.cum æterni, in iiij.colum. ibi. quæro
an Episcopus, qui ponit regulam limitatiuam
ad c.nuper.de sent.excom. videlicet, quòd vbi à
iure additur tempus suspensionis, non potest
ordinarius absoluere, nec dispensare: cum om
9 nis † absolutio sit dispensatio, & qui possit ab-
soluere, possit dispensare, & econuerso, vt supra
dixi in ij. parte huius operis. & allegat similem
gl. in clem.j. de hæret.supra, verbo, excommu-
nicationis. Dicit etiam ibi Dominicus, quòd
Episcopi non comprehenduntur, nec puniun-
tur ista pœna, licet grauius peccent, cum di-
gnitas personæ aggrauet peccatum, vide ibi
per eum.

Et quia tex.in d. c. cum æterni.ibi ad extima-
tionem litis, quòd huiusmodi iudices tenentur
parti læsæ, cui propter ea venit condemnandus
ad æstimationem.

Quæro, quis cum tali iudice super huiusmo-
di condemnatione, & æstimatione poterit di-
10 spensare? † omissis distinctionibus, quas facit ibi
gl. in verbo, condemnandis, & retentis termi-
nis, & verbis tex. credo, quòd nec Papa, nec
alius possit dispensare, nisi refecto interesse par
ti læsæ ex mala sententia, si sit soluēdo: quia non
dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, iu
xta sententiam Augustini in epistola ad Macedo
nium dicentis, si res aliena, propter quam pec-
catum est, reddi possit, & non redditur, pœni-
tentia non agitur, sed simulatur. si autem vera-
citer agitur, non dimittitur peccatum, nisi resti-
tuatur ablatum. de qua in c.si res.xiiij.q.vj.& in
11 hoc casu habet locum illa regula, qui † causam
damni dat, &c.de qua per Spec. in tit. de iudi.in
§. iij. in fi. & in tit. de iniur. & dam. dat. in §. ij.
vbi latè.

Sed hic consequenter quæro, quia tex. in c.
cum æterni. dicit, quòd ad æstimationem litis
parti, qua lęserit, venit condemnandus.
12 Quo modo hæc æstimatio fiet, videlicet, † an
ad totam causam iuxta petita, an verò per æ-
stimationem officio iudicis fiendam. Et tunc,
an sit per testes probanda, an verò medio iura-
mento læsi. Tex.in d.c.cum æterni.videtur sen-
tire, quòd teneatur ad totam causam propter
verbum æstimationem litis, in tex. appositam,
& hanc credo esse veritatem.
13 Sed quomodo probabitur hęc ęstimatio, si a-
ctor, qui petebat per sordes, vel gratiā obtinue-
rit reo negante petita: vel econuerso, si actor si-
militer succubuerit petitis, non aliter liquidatis
in quātitate, vel qualitate, cum non ageret super
re æstimationem recipiente. Archi.in c.olim.de
14 iniu.& dam.dat.dixit, ꝙ † solo iuramento dam-
num ex sententia, vel banno immissum proba-
tur. Vbi etiam dixit, quòd damnum in actio-
ne, quòd vi, aut clam, & in actione, de dolo,
probatur solo iuramento, arg.d.c.olim.

Vlterius quæro, tex.d.c.cum æterni. loquitur
de iudicibus, quid dicemus de iudicibus, qui iu
15 dicant ex consilio assessoris, vtrum † subiaceant
pœnæ dictæ constitutionis. & ratio dubitandi
est, quia tex. dicit contra conscientiam, & con-
tra iustitiam, & tex.in c. statutū. in §.assessorem.
de rescrip. in vj. concedit, quòd iudex indigens
assessore neutri partium suspectum assumat:
iudicans autem secundum consilium assessoris,
non iudicat, nec pro, nec contra conscientiam
propriam, nec contra iustitiam, quantum in se
est, cum in casu assessoris assumpti præsumatur
insufficiētia iudicis propter imperitiam, vt etiā
sentit expresè gl. in d.c.statutū. in §.assessorem.
in verbo, indigeat.Spec.in ti.de execu.in vers.est
autem, dicit, quòd damnum datum per execu-
16 torem, emendare tenet, qui eum eligit, † quia,
vt dicitur, mala electio est in culpa electoris, vt
in l.nam & seruus.§. fi. & ibi glo. ff. si mens. fal.
mo.

mo, dixe. & in l. ij. & l. qui non tam idoneum. ff. commod. & l. videmus. & ibi gl. ff. locati.

Io. de Friburgo, ſummus Theologus, in ſua ſumma in tit. de iudicibus, & aſſeſſoribus, in ij. lib. aliàs, q. cxliij. fol. lxxiij. de mente domi. Ray. dixit indiſtinctè omnes aſſeſſores, id eſt officiales & executores, ſi dolo induxerunt iudicem ad malè iudicandum, ipſos teneri: ſi vero iudex propter imperitiam aſſeſſoris malè iudicauit, erit excuſatus iudex: ſi ſimplex erat, & habuerit bonã conſcientiam, nec fuerit in culpa, eligẽdo talem aſſeſſorem, qui ſecundum communem ſenſum reputabatur bonus, & ſufficiens: quia in maiorẽ culpa fuit iſte aſſeſſor, quàm iudex, quia aſſeſſor communiter eligitur propter ſciẽtiam: pro quo facitq. dominicalis xx. clericis, quidã dicens, ꝙ non ſic in iudice, quia multi illiterati, & ſimpliciſſimi habent iuriſdictionem iuſtè & canonicè, & comprehenduntur ſub d. conſtitutione. c. ſtatutum. & tamen ſunt puri ignorantes. Ideo præcisè tenebitur aſſeſſor ei, qui læſus eſt, arg. l. ij. ff. quod quiſque iuris. Hæc ille. videtur ergo poſſe dici d. c. cum æterni. non ſibi vendicare locum in iudice, qui ſecundum conſilium aſſeſſoris boni communiter reputati iudicauit, nec eſt imputandum iudici, qui onus iudicandi aſſumpſit, ſentiens ſe ignorantem & inſufficientem, quia vtitur beneficio, ſiue priuilegio ſibi à iure conceſſo tam in audiendo, quàm in aſſumendo aſſeſſorem, vt in d. c. ſtatutum.

17 Et conſequenter quæritur, ſi iudices † in hoc caſu non tenentur, vtrum aſſeſſores ipſi teneantur, & ſubiaceant pœnę d. c. cum æterni. & videtur poſſe dici abſolutè, quòd non, licet ipſi ſint in peccato, vt proximè dixi, quia lex hoc non dixit, & ſimus in pœnalibus: tamen in foro conſcientiæ tenerẽ contrariũ, tutiorem viam eligendo: q͞a intentio legiſlatoris fuit prouidere fraudibus, contra iudicãtes per ſordes contra iuſtitiã.

Cum iſtis ergo diſpenſari non poterit, niſi vt ſupra dixi de iudicibus.

18 Sed quæro vtrum iuſtus iudex † teneatur ſemper iudicare ſecundum Canones, vel leges? Videtur dicendum ꝙ ſic, per tex. expreſſum in c. canonum, ſtatuta. de conſtitut. ibi, & nemo in actionibus vel iudicijs eccleſiaſticis ſuo ſenſu, ſed eorũ authoritate ducatur. Sed dic contrariũ eſſe verius, vt tenet ſanctus Tho. ii. ij. q. lxvij. art. ij. vbi omnino vide. & eſt ratio, quia iudex ſemper debet conſiderare, quæ veriſimiliter legiſlator conſideraſſet, & cogitaſſet, & cogitaret tẽpore iudicij fiendi, & cauſæ terminãdę. pro quo eſt tex. in c. ſciendum eſt. xxix. diſ. cũ duobus c. ſequentibus. tex. autem ille c. Canonum, intelligit vbi non eſt conſideratio in contrarium: ſaluis tamen probationibus & allegationibus, vt per eundem. S. ibidem. q. lxvij. art. ij.

De hac materia iudicum iudicantium contra veritatem, vide eundem beatum Thom. ij. ij. q. 67. ar. ij. ibi ad ſecundum, per totum.

S V M M AE.

1 *Iurans fidelitatem domino ſuo, ſex in memoriam habere debet.*

2 *Obligatio fidelitatis præſtandæ à vaſſallo duorum, an ſit etiam ex parte domini.*

3 *Vaſſallus quomodo cum domino diſpenſare dicatur.*

De diſpenſatione domini cum vaſallo, & vaſalli cum domino.

IN Epiſtola Philiberti Epiſcopi, Canonizata xxij. q. v. de forma fidelitatis per vaſallum domino præſtandæ, ſic legitur, De forma fidelitatis aliqd ſcribere monitus, hęc vobis quæ ſequunt, breuiter ex librorũ authoritate notaui.

1 Qui domino ſuo fidelitatem † iurat, iſta ſex ſemper in memoria debet habere, videlicet incolume, tutum, honeſtum, vtile, facile, poſſibile.

Incolume, videlicet, ne ſit in damnum domino ſuo de ſuo corpore.

Tutum, ne ſit ei in damnum de ſecreto ſuo, vel de munitionibus, per quas tutus eſſe poteſt.

Honeſtum, ne ſit ei in damnum de ſua iuſtitia, vel de alijs cauſis, quæ ad honeſtatem eius pertinere videntur.

Vtile, ne ſit ei in dãnũ de ſuis poſſeſſionibus.

Facile vel poſſibile, ne id bonum quod dominus facere leuiter poterat, faciat ei difficile: neue id, quod poſſibile erat, reddat ei impoſſibile, vt fidelis hæc documenta caueat iuſtum. Sed quia non ſufficit abſtinere à malo, niſi fiat id, quod bonum eſt, reſtat vt in eiſdem ſex ſupra dictis, conſilium & auxilium domino ſuo fidelis præſtet, ſi beneficij dignus videri vult, & ſaluus eſſe de fidelitate, quam iurauit.

2 Dominus † quoque fideli ſuo in his omnibus vicem reddere debet: quod ſi non fecerit, meritò cenſebitur maleficus, ſicut ille, qui in eorum præuaricatione, vel faciendo, vel conſentiendo deprehenſus fuerit perfidus, & periurus hæc ibi.

3 Ex his patet, in quibus, & ad quæ domino † vaſallus ſuo iureiurando teneatur. Quæ obligatio videtur reciproca, vt tenet ibi glo. fi.

In materia itaque noſtra diſpenſationis dicas, quòd in omnibus caſibus ſupra notatis dominus & vaſallus reciprocè peccare poſſunt, & reciprocè diſpenſare remittendo. Ideo dicas, quòd quotiens vaſallus peccat in dominum, quo peccato feudo priuari poſſet, & debeat, diſpenſatio eſt. ad hoc conſueuit allegari tex. in c. ſi imperator. xcvj. diſt. & c. conuenior. xxiij. q. viij. in fi. Ideo cum hodie in inueſtituris feudorum ponatur

tur clausula, videlicet remittendo ei omnem in iuriam, & omnem moram, &c. hæc est domini dispensatio cum vasallo.

3 Vasallus † quoque cum domino dispensat, quotiens in præmissis dominus vices non reddit propter quod dominus dominio feudi priuari posset, vt in d. gloss. fin. & xcv. dist. esto subiectus iur. & in c. peruenit. de iu. & in c. nihil iniquius. xxxij. q. vj. quotiens. ergo cum non tendit ad priuationem, cum posset, dispensat.

S V M M AE.

1 *Coniugum obligatio reciproca esse debet, & inter se in pluribus casibus dispensant.*
2 *Vxor, an possit reuocare uotum continentiæ mariti. & 4. & 5.*
3 *Miles, an teneatur in castris secum vxorem formosam ducere, ne adulteretur.*
Custodia rerum, quæ pluribus placent, est difficilis.
6 *Inobedientia maioris potestatis, præponderanda est minori.*
7 *Maritus, qui præcepit vxori contra votum, an peccet.*
8 *Obedientia in gradu prohibito, non præstari debet, & quando hoc procedat.*

De dispensatione mariti cum vxore, & è conuerso.

CONIVGVM reciprocam mutuamque obligationem esse, iure sancitum est, vt in c. intellexit de adulter. & c. si quis. el j. xxxij. q. j. & in c. nihil sanquinius, ea causa. q. vj. & in c. Christiana. ea. ca. q. v. & in c. præcepit dominus. & in l. illud. ff. ad l. Aquil. dicam aliquid infra de adulte. matrimonij enim nis in vtroq; consistit, & paria delicta mutua compensatione tollunt, vt ibi. Ideo rubricam hanc reciprocam posuimus, cũ plures sint casus, in quibus coniuges mutuo inter sese dispẽsare possunt, quorom xj. ponemus, ex quibus alios à paritate rationis & causæ elicere poteris.

1 Dispensant † itaq; inter se mutuò. in abstinentia, in peregrinatione, in incontinentia, in adulterio, in libertate, in incognoscibilitate, in voto, in ingressu religionis, in debiti redditione, in modo dormiendi, & in ieiunijs: De quibus itaq; aliquid delibando, infra videbimus.

Primo votum abstinẽtiæ vxor ꝓpria auctoritate reuocare non debet, sed mariti auctoritate irritatur, etiam si ante matrimonium emissum fuerit, & eo superueniente nondum compleuerat. Quod vsqueadeo verum est, quòd etiam si de sponsi consensu vouerat, & postea factus maritus prohibeat, debet viro obedire vxor, vt Numeri xxx. cap. ibi, si maritum habuerit, & ibi, vxor in domo viri, vsque ad fi. cap. Et quod dixi, etiam si ante matrimonium, &c illud intelligas ante traductionem, licet post sponsionem & affidationem, puella adhuc existente sub patria potestate, ne contrarietur textui ibi, q̃ si audiens, vir tacuerit, & pro præmissis facit auctoritas Augustini in c. noluit. xxxiij. q. v. ibi, si antequam persoluerit, nupserit. & in iiij. sent. d. xxxij. ibi, quòd verò sine consenso.

De perigrinatione, & continentia idem tene per omnia, vt supra dictum est de abstinentia. quod tamen sanè intelligendum est, vt infra in §. proximo, & seqoenti dicam. Quoniam tam liber Numeri, quàm Augustinus, vt supra, sentiunt in eisdem, vt infra, videlicet de continentia intelligendum est cum distinctione: quia aut inter virum & vxorem est secuta copola carnalis, aut non. Primo casu neuter altero inuito potest ingredi religionem: immo debitum reddere cogitur, vt in cap. secundom verba apostolica. xxxiij. q. v. in secundo verò sic, vt in cap. verum de conuers. coniug. In alio etiam casu, vt si vterque voluisset cõiunctim, videlicet mutuò cõsensu, neuter votũ reuocare põt, vt xxxiij. q. v. c. quod Deo. & in c. vna sola causa. Nec obstat præmissis, quod notatur de iureiur. tua. el secundo. quia ibi non fuit votum, sed iuramentum tantum, & temerarium, & contra bonum matrimonii, videlicet, quòd prolem suscipiendam, nec obstat adulterium, quia fuit mutuum, & vtrinqoe commissum, adeo pari compensatione sublatum, vt in d. c. intelleximus.

Sed quia diximus in secunda parte rubricæ de dispensatione vxoris cum marito: quæro nunc
2 quid è conuerso † vxor in prædictis terminis possit reuocare votum mariti circa continentiam? Nam quoad illud sunt pares, vt in d. c. vna sola causa. xxxiij. q. v. & c. quod Deo. ea. ca. & q. Dicas quòd omnino sunt pares, & quod vni licet, vel non licet, idem, & alteri, vt in c. si quis vxorem. xxxvj. q. j. & q. v.

Fallit in voto peregrinationis Hierosolymitanæ fauore terræ sanctæ, ac fidei catholicæ. Quod votum potest vir sine vxoris licentia emittere, & liberè adimplere: vxor tamen, vt assentiat, est attentius commonenda, vt est tex. in c. ex multa. de voto. ibi, in tanta quoque necessitate. Sed illud est consilii, & non necessitatis, aut præcepti, fauore fidei, vt ibi.

Si tamen mulier vult sequi virum, potest, vt in c. quòd super his. eo. titu. de quo vide latè per Io. de Friburgo in sua sum. lib. j. de voto. tit. viij. fol. xxiij. q. lxij. incip. Vtrum vir possit accipere crucem ad transfretandum vxore nolente, & q. sequenti.

De aliis verò votis inter virum, & vxorem, & mutua inter eos dispensatione, & consensu, vide eundem in eo. tit. q. xxxv. vsque ad quæs.

lxiij. in-

lxiij. inclusiuè. cuius dicta non refero, ne transplantem. ibi videto, cum summa ipsa hodie sit cussa, & vocatur à fratribus Prædicatorum Summa confessorum, quia ipse Io.de Fribur. fuit d.c. ordinis professor.

3 Sed vltra præmissa ponamus, † quòd maritus recusat, vt liberius, & expeditius militet, & ne fortè in castris mulier adulteretur, maximè si sit formosa, cum difficilius custodiatur, quod pluribus placet, vt ait Seneca in moralibus, vt accidisse legitur Saræ vxori Abrahæ, quàm sororem suam dixerat, & fuit adulterata, vt legitur Genesis xij. nunquid tenebitur eam ducere, aut de necessitate cum ea remanere, ipsa dicēte, aut veniam aut maneas. quæstio est difficilis. credo tamen, saluo semper saniori iudicio, q. in hoc casu possit vir inuita vxore, etiam iudicialiter reluctante ire, nec tenetur eam ducere, & ratio mouens me est, quòd aliter possit fieri fraus prædictæ decretali ex multa. in d. §. in tanta. ibi, liberè valeant geminatæ liberæ, & verbum liberè, & libera de sui natura tollit omne iuris, facti, & personarum impedimentum, vt not. per Bal. in c. j. de rescrip. & glo. in c. lator. de homi. & in clem. generalem. de æta. & qualit. & in c. de multa. de præben. & in cle. dudum. de sepult. & no. in c. secundo, de arbit. in vj. & in c. j. de reg. eo. lib. & vtrobique per Domi. & in c. si à sede. de priuil. & ibi per Burrig. & in c. quorundam. de excessio. prælat. & in c. quia nos. de testa. & per Barto. in auth. si qua mulier. C. de eden. & per Cardin. in c. ad hoc. de relig. domi. & per Bal. in l. j. ff. de testam. mili. & per Io. de Imo. in c. irrefragabili. de offi. ord. cum infinitis similib.

Sed contra hanc conclusionem videtur obstare, quòd huiusmodi separatio, & disiunctio esset contra ipsam matrimonii diffinitionem ibi, indiuiduam vitæ continens consuetudinem, quia si maritus posset sic inuita vxore ad bellum orientale accedere, non esset indiuidua vitæ consuetudo.

Sed potest responderi, quòd illa indiuiduitas non est perpetua, sed temporalis: alias sequeretur, quòd Veneti non possent inuitis vxoribus transfretare in suis triremibus matrimonii causa exponentes se manifestis mortis periculis. Ideo dicas, quòd contraria iura loquuntur de separatione perpetua, non autem ad tempus.

Et quia supra dixi de voto abstinentiæ, quòd iugales sunt pares. videtur tex. in contrarium. in c. cum caput. xxxiij. q. v. vbi vir dicitur caput mulieris, & non subesse mulieri, & quòd mulier non possit reuocare votum mariti, contra id,

4 quod supra diximus. Solutio. Dicas, † quòd omne votum tendens in præiudicium vxoris, vxor illud reuocare potest per iura supra allegata. Vota verò, quæ non tendunt in vxoris, vel matrimonij, & illius exercitii præiudicium, neuter coniugium illud reuocare potest.

Fallit & hoc, si tale votum, licet non esset præ

5 iudiciale, esset † tamen scandalosum, vel tædiosum: puta si vxor, vel maritus vouissent singula nocte surgere ad matutinum, vel portare camisiam in lecto, & eam nunquam exuere, nisi in necessitate munditiæ, quia tunc reuocari potest: alias autem tenentur, vt facere eleemosynam de suis pecuniis. Nec obstat c. manifestum. xxxiij. q. v. quia loquitur regulariter, & patitur fallentias, de quibus supra.

Sed cōtra hoc vf. posse dici mulierē peccare,

6 frangendo vota ad mandatum viri, quia † inobedientia maioris potestatis præponderanda est minori. Sed, cum votum sit Deo præstitum, iuxta illud, Vouete, & reddite vota vestra Deo: magis Deo, quàm vni homini obediendum est, iuxta illud Apostoli, Deo potius, quàm hominibus obediendum est. Sol. Dic, quòd mulier hic non obedit viro contra Deum. Nam Deus vult, quòd obediat viro in hoc casu, & actu, & obedientia coniugali, vt Numeri, vbi supra. & vide, quæ not. in simili, in c. debitores, de iureiur.

7 Sed † nunquid maritus præcipiendo vxori contra votum peccet? Distingue, Si vtrunque s. & præcipiens, & præceptum est peccatum, non est obediendum. xj. q. iij. non semper. ibi, cum dominus iubet quæ sunt cōtra Deum, cum cap. sequenti. Si verò illud, quod præcipitur, est peccatum, sed præcipere non est peccatum: exemplum, sicut potest esse cum Ecclesia militans decipitur, & præcipit, vt coniugati in gradu prohibito reddant sibi debitum, cum alter cognoscat se consanguineum, vel affinem in gra

8 du prohibito, non est obediendum, † quòd etiam intelligo, siue sit peccatum mortale, quod præcipitur, siue etiam veniale, vt ait Gregor. & transumptiuè, in cap. quid ergo mirum. xj. quæst. iij. vbi Greg. præcipit, quòd pro obedientia nunquam malum fiat.

Aliquando tamen bonum intermitti debet pro obedientia, sed nulli dubium est peccatum, etiam veniale peccatum esse, ergo non debet pro obedientia seruanda fieri, maximè cum ipse non distinguat, nec alibi distinctum inueniamus inter mortale, & venialia, in licentia peccandi quoad hunc casum: quare nec nos distinguere debemus. xix. dist. si Romanorum. lv. dist. si Euangelici. l. de pretio. de Public. & maximè, vbi de peccato agitur, in quo periculum est, vt in c. quiescamus. xlij. dist. & verbum generale generaliter prolatum, generaliter est intelligendum, vt in c. si dormierit. xxxj. q. j.

Si verò præcipere est peccatum, & non id, quod fieri præcipitur, obediendum est, vt quum

forte

fortè præcipitur aliquid, quod est iustum, sed tamen ex ira, vel odio, sicut subditi impugnant hostes, vel familia: vbi autem dubium esset, an sit peccatum, semper obediendum est, vt in c. quod culpatur. in fi. ibi, non est potestas, nisi à Deo, vsque ad finem.

In adulterio cum vxor maculat thorum viri, si eam non abijcit, vel si sibi conciliat post pœnitentiam, magna dispensatio est, i. iuris, & que zelæ relaxatio, vt in c. benedicto. xxxij. q. j. & c. quod autem tibi durum. & quæst. vij. per totum. vbi de hoc, & in c. si vir. de adult. & de diuor. gaudemus. & per totum illum titulum.

In libertate, vt in emente seruam, & cum ea contrahente matrimonium: quia eo ipso cum ipsa super libertate, vt in c. si quis ancillam. xxix. q. ij. cum duobus cap. sequētibus, & de coniug. seruorum, in tribus cap. primis.

In incognoscibilitate, vt in arcta vel maleficiata, & in viro frigido maleficiato, & impotenti ad coeundum, vel carente membro virili, vel virilibus. Nam iugales sic se adinuicem sustinentes dispensant, vt in c. quod proposuisti. xxxij. q. vij. & in cap. consultationi. & c. laudabilem. de frig. & maleficia. sub qua rubrica hæc latius deducemus. De voto infra dicemus sub titu. de voto. De religione quoque dicemus infra, de conuer. coniug. Et de hac materia voti vide aliquid per beatum Antoninum in sua Sum. in iij. parte. tit. j. c. xxvij. vbi ponit de voto abstinentiæ coniugum, de voto peregrinationis, & de voto castitatis breuiter tantum.

S V M M AE.

1 *Parentes in quibus casibus dispenset cum filijs.*
2 *Prohibitio facta ab habente parem potestatem præualet, licèt consensus alterius interueniat.*
3 *Pater instituendo filium suum illegitimum, videtur illum legitimare.*
4 *Et dotando filiam luxuriosè viuentem, videtur cum ea dispensare.*
5 *Remissio, & dispensatio à pari procedunt.*

De Dispensatione Patrisfamilias cum filiis, & familiabus, & seruis suis.

INGRATITUDINIS causæ, propter quas pater filium exhæredare potest, xij. à iure principaliter traduntur, quas glo. in c. quintauallis. de iurein. enumerauit, sumptas ex auct. vt cum de appel. cogno. §. quoniam. & §. causas, & §. aliud. Quæ tamen omnes vnico tolluntur remedio, videlicet per ingressum religionis, vt diximus supra de dispensatione per ingressum religionis, in §. dispensat itaque primo.

1 Parentes, † itaq; cum filijs in omnibus casibus prædictis, circa ingressum religionis, possunt dispensare tacitè, vel expressè. Tacitè tolerando, expressè parcendo, vel remittendo, aut instituendo. & hæc dispensatio est, vt supra dixi in proximo præcedenti titu. in §. in incognoscibilitate.

Dispensant etiam parentes cum filijs impuberibus, vt ingrediantur religionem, quos aliter infra annum, & diem reuocare possunt, vt in c. in qualibet. & in c. puella. xx. q. ij. licet c. si quis ante annum, de regu. videatur sentire de anno tantum. & prædicta intelligo de ingredientibus, inuitis vel inscijs parentibus, vel tutore: quia ipsis præsentibus, vel sciētibus & tacētibus, nō est locus reuocationi, arg. c. frequēs. liiij. di.

Sed quia hæc quotidie accidunt, pone ꝙ alter parētum ingressui filij assentit, alter verò dissentit, vtputa matrem, quæ dicit filium esse munimen suum: credo † potiorem esse cōditionem
2 prohibētis in pari causa, & pręsertim in matre, quæ semper est certa de filiatione, & magis patitur ex amissione filij, & sic magis sua interest. ad hoc faciunt not. in l. j. C. de authori. præstan. & in c. j. lvj. dist. Aliqui dicunt contrarium per text. in c. addidistis. xx. quæst. j.

Sed pone, ꝙ impubes post ingressum transfertur ad monasterium remotum, vel ignotum, ita ꝙ parentes non valent infra annum illuc accedere, & filium repetere, vt vidi in facto in quodam cōterraneo meo diuite, filio viduę, qui suasionibus nonnullorum malorum religiosorum, vt hæreditatem lucrarentur, quorum religionē subticeo, eorum religionem intrauit, & illico eū Perusium transtulerunt, vt postea compertum fuit. (Credo tempus non currere) per tex. in c. si quis incognitus. xvij. q. ij. & ita tunc cōsului per illum tex. Imò ꝙ mater habebat triennium, vt ibi in argumentum, & inuitis dentibus illorum fratrum puer restitutus fuit matri post bienniū. hæc volui scripsisse, quia quotidie accidunt, & practicantur.

3 Item pater † dispensat cum filio illegitimo ad successionem ipsum instituendo in defectum legitimorum. Et pater spurium filium legitimum appellat, non dicendo naturalem, vt in authen. quibus modis nat. collat. vij.

4 Dispensat † quoque pater cum filia vitam luxuriosam ducente, ipsam dotando.

Dispensat pariter cum filio similem vitam ducente, iux. illud de filio prodigo, vt Luc. cap. xv.

Et demum dispensat in omnibus casibus in d. glo. c. quintauallis. numeratis & contentis, vt supra diximus, & alijs similibus: quia omnis remissio est dispensatio. xxiij. q. iiij. si is qui, & in c. j. & fin. de iniur. & dam. da.

SEQVITVR QVINTA PARS.

SVMMAE.

1 *Malè nati ſæpe ſunt infideles, & inſtabiles.*
2 *Vnica hodie eſt tribus Chriſti in Eccleſia.*
3 *Diſpenſatio magna, maior, & maxima, et quales ſint.*
4 *Prælatura nunquam datur abſque ſpeciali diſpenſatione.*
5 *Spurius an poſſit habere vicariam in illa eccleſia, in qua pater habuit immediatè perſonatum.*
Et quid de nepotibus legitimis ex filio presbyteri, & quando habeat locum. nu. 6.
Vitium perſonæ dicitur perſonale, & cum perſona extinguitur.
7 *Hæreticorum duo genera, & quales ſint.*
Papa hodie dat diſpenſationem immediatè in primis beneficijs.
Spurij, manſeres, baſtardi, & nothi inter ſe differũt.
8 *Filius non debet pro patre pati.*
9 *Diſpenſatus ad ordines, non dicitur diſpenſatus ad beneficia, & quare.*
10 *Filius ſuſceptus ex damnato coitu, & poſtea contractum eſt matrimonium inter parentes, an poſſit promoueri abſque diſpenſatione tanquam legitimus.*
11 *Quid ſi poſt ſuſceptam prolem ex damnato coitu alteri viro, vel fœminę copulatur, & demum ſoluto matrimonio morte, iterum matrimonialiter coniunguntur, an ille filius efficiatur legitimus.*
12 *Legitimus non tantum legitimè natus dicitur, ſed etiam qui in faciem Eccleſiæ legitimus reputatur, licet matrimonium non fuerit, & quando hoc verè intelligatur.*
13 *Filius natus ex damnato coitu, ſed ignorantibus parentibus, an ſi poſtea cognitum ſit impedimentum, legitimus ſit.*
14 *Regulares mendicantium, vt Prædicatorum, Minorum, & aliorum, etiam non mendicantium, ut monachi patientes defectum natalium, an poſſint ad prælaturam ſui ordinis promoueri ſine diſpenſatione.*
15 *Diſpenſatio an expiret, re integra per mortem concedentis diſpenſationem.*
16 *Profeſsi tantum an poſſint promoueri in Epiſcopos abſque ſpeciali diſpenſatione.*
17 *Et qui ſit, qui in tali caſu diſpenſare poſſit.*
18 *Verbum conuentus, quid ſignificet.*
19 *Extenſio, an ſit facienda in diſpenſatione, & promotione.*
20 *Diſpenſatus ſuper vno beneficio non poteſt illud permutare, niſi ſit ei ſpecialiter conceſſum.*
21 *Diſpenſatus per Epiſcopum ſuper illegitimitate, non poteſt recipere præbendam Eccleſiæ Cathedralis: & cur hoc ſit.*
22 *Mentio, an ſit facienda in, & de conſecutiuis illius beneficij, ſuper quo, vel cum quo ſuit diſpenſatum. & quid in non conſecutiuis.*
23 *Diſpenſatio poteſt trahi ad ſimilia, & minora eiuſdem generis.*
24 *Impetrans nouam diſpenſationem, tenetur facere mentionem de prima, ſi habuerit.*
25 *Diſpenſatus, vt poſſit obtinere beneficia in Cathedrali, non extenditur ad Metropolitanam.*
26 *Diſpenſatio magna comprehendit tam Cathedralem, quàm Metropolitanam.*

De Filiis Presbyterorum, & aliis illegitimè natis, & ordinandis vel non, & de diſpenſatione cum eis.

NON ingredietur manſer, hoc eſt de ſcorto natus, in eccleſiam domini vſque ad decimam generationem. Deuteron. xxiij. & in c. innotuit. de elec. & in c. per venerabilem. qui fili ſint legiti. Ideo hæc rubrica poteſt impugnari de mala forma, cum potius debuiſſet formari negatiuè. videlicet de fil. presbyt. & alijs illegitimè natis non ordinandis: vel ne filij presbyterorum, & alij illegitimè nati promoueantur, vel ordinentur.

Cauſa autem prohibitionis legis diuinæ ſecundum Goffr. in Sum. in princ. multiplex fuit. Et primò dignitas, & excellentia clericalis, quæ vilibus & infamibus perſonis committi nõ debet, vt not. in c. inter dilectos. de exceſ. prælar.

Secundo perniciosum exemplum, ex quo ſcandalum generatur in populo, ſi tales in eccleſia tolerantur, vt in c. cum decorem. de fil. presbyt.

Item & tertio deteſtatio paterni criminis, & paternæ incõtinẽtiæ, vt oſtendatur quàm graue & deteſtabile ſit peccatum eorum, de quo in c. presbyterorum filios. lvj. diſt. ante fin. Ideo in diſpenſationibus officium pœnitentiariæ ſemper apponit clauſulam illam, dummodo incontinẽtiæ paternæ non fuerit imitator, vt ſupra dixi, in j. rubr. de diſpenſ. per ingreſſum religionis. & in d. c. presbyterorum filios, & hoc ideo.

Et quarto. quia talis incontinentiæ conſueuerunt eſſe imitatores, vt in c. vndecunq;. lvj. diſt. & in c. ſi gens Anglorum. ea. diſt. & in c. ſi quis cum militibus. vj. q. j.

Quinto, vt ſacerdotes confuſione, & rubore perfuſi abſtineant à filiorum procreatione, arg. not. in c. quoniam frequenter. vt lite nõ conteſt. §. in alijs. ibi, vt tędio affectus veniat reſpõſurus.

Sexto, ne ſanctuarium Dei ad hæredes trãsferatur, ad ſimilitudinem hæreditatis humanæ, vt

not.

not.in c.apostolica.cum concordantijs.viij. q.j. dixi infra in titu.de testa.

2 Item & septimo, † quia huiusmodi malè nati consueuerunt esse, & sæpe sunt infideles, & instabiles, & esse prolem neque honorabilem hominibus, neque Deo amabilem, vt dicit text. in d.c.si gens Anglorum.

Et cum prohibitio sit de lege diuina, videtur dicendum cum eis etiam per Papam dispensari non posse, vt supra dixi de dispen. Papæ in prin. ibi, ideo sit regula. Et propterea tex.in d. c.presbyterorum.in fin.& c. Osius. & c.vndecunque nascantur. & c.nunquam.& c.nisi. de adult. lvj. dist. Videntur non benedixisse permittentes sic illegitimè natos promoueri posse vsque ad Papatum inclusiuè, si alias idonei sint, vt in eis.

Pro solutione contrarij dicas cum Augustino.in c.sponsus ille.& cum Hierony. in c.dominus noster Iesus Christus, ea.dist.& sic hodie debemus stare sub lege Euangelica.

Et ad illud Deuteron. potest responderi etiã, vltra dictum Augustini, & Hierony. videlicet, quia in lege Mosis non poterant esse sacerdotes, aut i tẽplo ministrare, nisi de tribu Leui, de qua fuit Virgo Maria, licet Ioseph fuerit de tribu Iuda: tamen illę duæ tribus poterant inter se cõtrahere matrimonium. Iesus Christus ideo fuit sacerdos, & primus sacerdos legis Euangelicæ. iuxta illud, Tu es sacerdos in æternum secundũ ordinem Melchisedech. licet etiam fuit sacerdos in templo Salomonis, vt posuit Suidas Historicus Græcus, de quo dixi supra. In lege autem Euangelica Christus non reiecit quenquam ad ipsum venientem, iuxta illud Ioan. vj. Qui venit

2 ad me, non eijciam foras. & † hodie vnica est tribus Christi in Ecclesia Dei, & sic ceremonialia sunt sublata, legalia autem non: quia dixit Iesus, Non veni soluere legem, aut Prophetas, sed adimplere, Matth.v. Sublata itaque imitatione paternæ incontinentiæ, cum illegitimè natis, si aliter boni sint, triplex dispensatio adhibetur,

3 † scilicet magna, maior, & maxima.

Magna, vt possint promoueri ad omnes etiã sacros ordines, & altaris ministerium, & ecclesiastica beneficia, etiam curam animarum habẽtia, & etiam ad regulares prælaturas, vt probatur in c.j.& c. veniens.& c.propositi.& c.ex trãsmissa.& c.extirpandus.de fil.presbyt.

Maior, vt in paterna ecclesia, & beneficio succedat: aliquo tamen medio, vt in d.c.transmissa. hodie tamen Papa per signaturam dispẽsat, etiã sine medio, & immediatè in beneficijs paternis, vt vidi in ecclesia Vicentina, & vna collegiata Venetijs, in filio & patre hodie viuẽtibus. cum quo Sanctiss. Dominus Noster Leo X. dispensauit omnibus Referendarijs murmurantibus, licet vtique posset de sui ordinaria potestate: quod tamen videtur, vt aliqui dixerunt, non esse de congruo.

Maxima est, vt nullo medio ad Episcopatum succedat, vt in c. Cœnomanensem.lvj.dist.& in c.ex tua. de fil. presbyt.& in d.c.filios presbyterorum. lvj. dist.

Et quia supra dixi, quæ sint prohibitionis causæ, & etiam concessionis in vtraque lege, scilicet gratiæ & euangelica: videndum est qui filij presbyterorum, & alij illegitime nati à promotione impediantur, & quæ dispensatio cum eis adhibeatur, & quis cum eis dispensare possit.

Dicas itaque, quòd filij presbyterorum promoueri possunt ad ordines minores, etiam sine dispensatione, per tex.in c.j. de fil. presbytero. à contrario sensu, vbi prohibetur promoueri ad sacros, ergo ad inferiores permissum est. c.nonne.de præsump.& c.accedens. de purg.can.in fi. & c.hospiciolum.xxxij.di. hodie tamẽ practica seruat, quòd Episcopi cum suis subditis in minoribus dispensant expresse.

Curia autem seruat, quòd in supplicatione omnes ordines vnico contextu ponuntur, dicendo vt à quocunque catholico Antistite gratiam & communionem sed. Apost.habente se primò clericali charactere insigniri. Et ad omnes etiam sacros & presbyteratus ordines promoueri liberè & licitè valeat, & possit secum misericorditer dispensari, & postquam in illis promotus fuerit ministrare, & perpetuo altissimo famulari, ita quòd veniant tantum ordines expressi: licet Goffr.teneat, quòd cum dispensato ad clericatum veniãt omnes minores: tamen curia seruat contrarium, vt dixi, & sic vidi, & audiui in officio pœnitentiariæ. ingressu autem religionis hæc omnia tolluntur, vt satis supra dixi in titulo de dispensatione per ingress. relig.

4 Ad prælaturam † autem nunquam promouentur absque speciali dispensatione, vt in d.c.j. de fil.presb. & quasi per totum. & in d. c. filios. & in c.de incestis. xxxvj.q.iij. & idẽ tenet Goffr. in sum.huius tit.in 4.col.post medium. & Io.de Ana.in rubrica de simo.in 4.col. circa medium. vbi vide omninò.

Hæc vera sunt de his, qui ex fornicationis coitu nati sunt: de alijs autem genitis ante sacerdotium ex legitimo matrimonio, dicas quòd nedũ sine dispensatione promouentur, imò possunt esse beneficiati in paterna ecclesia viuente patre, & ei etiam in beneficio succedere, si aliàs sint idonei, vt in c.adhoc.de fil.presbyt. licet Alanus videatur tenuisse contrarium in c. ad extirpandas.de fil. presbyter.& in c. constitutus. & in c. transmissa. Alij verò dicunt contrarium verius, quod illa iura loquuntur de illegitimè natis.

Prima fortè est verior & tutior. Secunda verò benignior, & ipsam teneo: quia aliàs sequeretur,

quòd legitimum matrimonium in hoc citra bigamiam notaretur, quasi infamia, si proles sic genita repelleretur, & hoc non reperitur iure cautum, nisi per opinionem Alani, & sequentium, qui sequuntur illud, quod supra diximus, ne sanctuarium Dei transferatur in hæreditatem, ad similitudinem hæreditatis humanæ, quod potest referri tam ad legitimè, quàm illegitimè natos, hæc sola ratio videtur eos tueri, quæ facilè tollitur, si aliunde filij beneficia consequantur, quàm ex persona patris, puta ex prouisione superioris, qui sic scienter prouidendo, videtur declarare talia non obstare.

5 Sed quæro † an spurius possit habere vicariã in illa ecclesia, in qua pater habuit immediatè personatum? dicas quòd non, vt in c. Michael, de fil. presb. & Goffr. in summa huius tituli.

Sed quid dicemus de nepotibus, vel filijs filiorum presbyterorũ legitimè natis, & procreatis, An repellantur à beneficijs auorum, sicut & filij repelluntur? Aliqui dixerunt, quòd sic, arg. c. consuluit. de iur. patr. & c. ad decorem. de instit. & c. quoniam. de fil. presb.

Præterea nomine filiorum nepotes continentur. ff. de verbo. signif. l. liberorum. & in l. filium. ff. ad Macedon. Sed dic contrarium verius, & illud teneas, quia pœnæ legum interpretatione arctandæ sunt. l. cum quidam. ff. de liber. & posth. c. pœnæ. de pœnit. dist. j. & in c. odia. de reg. iu. in vj. & glo. in c. presbyterorum. in verbo, filios. lvj. dist. videtur hoc expresse tenere.

Præterea vitium personæ, dicitur personale, & extinguitur cũ persona, iu regula priuilegiũ, in vj. & p successionẽ tollit, vt in c. dominus noster. supra alleg. lvj. dist. vnde consueuit dici, q licet senator vxorem non possit ducere, eam cuius pater vel mater ludicram artem exercuit, potest tamen eã ducere, cuius auus vel auia ludicrã artem fecit, vt not. in l. senatoris. §. j. de titu nup.

6 Possunt ergo † nepotes habere beneficia auorũ immediatè. fallit si peterent iure successionis, quia tunc debet repelli, siue consanguineus, siue extraneus sit, & sic loquuntur, & debentur intelligi decretales pro contraria parte allegatæ. & sicut per gradus descendentiæ tolluntur vitia indecentia notam, ita & in beneficialibus: quod fallit in hæreticis tã larè, quàm strictè susceptis.

7 Et per tyronibus dico, quòd hæreticorum † duo sunt genera: alij hæretici in via hæresis, alij interpretatiuè, siue præsumptiuè. veri hæretici sunt non credentes, vel hæreticè credentes: interpretatiui verò multifariè assumi possunt. Nam quilibet mortaliter peccans, potest latè dici hæreticus, ab errando, & errorem committendo, quia quoties erramus, possumus dici hæretici, iuxta illud Petri, quem Paulus reprehendit in faciem, de quo in c. Paulus. ij. q. vij. in fi.

Item potest dici hæreticus errans citra articulos fidei, in his, quæ cõcernunt ordinem fidei, licet non substantiam, vt in d. c. Paulus. & in his non fit extensio, nec pœnæ legales comprehendentes filios, & descendentes hæreticorum, vsq; ad certum gradum non extenduntur ad istos, sed tantum intelliguntur in suis terminis expressis. c. odia. supra alleg. cum suis similibus. Sicut itaque ex parte personarum vitium tollitur per successionem, sic ex parte beneficij tollitur vitium per mediam personam. Vnde licet filius sacerdotis legitimatus beneficium paternũ immediatè habere non possit, potest tamen media persona intercedente. vt in c. ex transmissa. de fil. presbyt. & c. ad extirpandas. vbi de hoc. Et ratio est in promptu, quia tunc non dicitur succedere patri, sed extraneo: quo casu tollitur omnis paterna successio, quæ in his omnino prohibetur, vt supra in d. c. apostolica. viij. q. j.

Et quia hæc materia frequens est, & quotidiana in Ro. curia, scias quòd hodie Papa dat dispẽsationem immediatè in paternis beneficijs, vt supra dixi, per not. in c. ex transmissa. hoc eo. ti. & glo. in c. ex parte. De resti. Tamen indifferenter datur prouisio per resignationem immediatè prouisi, non dico possessoris in beneficio paterno, literis nõ confectis. exemplũ. pro rudibus P. resignauit beneficium N. vt illud resignet M. filio resignantis N. literis non confectis resignat, admittitur resignatio, sed temporibus istis sæpius vidi practicari meliorem cautelam, vnde licet quia N. expediebat literas in forma breuis, per quas dabatur possessio ipsi N. donec literas expediret, quas nunquam expediebat, sed illis non confectis resignabat M. qui literis expeditis succedebat in beneficio paterno, & sic extat cautela contra viscera iuris, quod esset reformandum.

Et quia totus mundus est hodie plenus istorum spuriorum, & mãserorum, bastardorum, & nothorum: de quorum differentijs vide Inn. in c. nisi cum pridem. de renunci. circa fi. supra verbo nothos, & Hosti. in summa huius tit. in §. primo. Quos communiter parentes dant eos Deo, quos homines respuunt, vt dicitur in c. sacerdotes. xlix. dis. In fi. vt hanc materiam pleniorem habeamus, pone quòd sacerdos genuit filium ex vxore legitima, cum qua laicus contraxerat: sed ipsa vxore ignorante, vel clam consentiente, fecit se promoueri successiuè ad sacerdotium, nunquid filius sine dispensatione succedet in beneficio? dicas quòd sic: quia ecclesia non iudicat de occultis, vt sæpius diximus, & Goffr. in summa huius tit. in iiij. col. in princip. ibi. item quid si sacerdos.

Sed quid si ipsi coniuges adinuicem promiserunt perpetuam continentiam per votum, & vir fuit

fuit promotus, & postea prolem suscipiunt, vt vidi in ecclesia Paduana in quodam eius prælato, cuius nomen subticendum est honestatis causa, & Venetijs in vno nobili coniugato, qui ingressus fuit ordinem Carthusiensium, demum apostatauit. Quidam dicunt, quòd idem sit in fauorem prolis: & quia culpa parentum non debet nocere huiusmodi filijs, cum semel fuerit verum matrimonium inter parentes, & in eo legitimè procreatos, arg. c. diaconi. xxviij. di. & c. multorum. xxvij. q. ij. & in c. literas. de fil. presb. & in c. nunquam. lvj. di. Tamen cõtrarium verius posset dici triplici ratione.

Primò, quia licet tales sint de legitimo matrimonio procreati, tamen tempore geniturę, vel natiuitatis, exercitium matrimonij erat eis pœnitus interdictum, & sic geniti ex prohibito & damnato coitu, ratio, quia coitus ille violat professionem, & continentiam professioni, & ordini annexam, vt lxxxiij. di. cum in præterito. & xxviij. dist. diaconi.

8 Secundo, †quia illa ratio, quòd culpa parentũ nõ nocet filijs, de qua in d. c. nunquam de vitijs parentum exubescamus. lvj. dist. nõ multum valet. nam eadem ratione non deberet pati filius spurius, etiam sine dispensatione: & tamen nocet, vt supra diximus in princip. ibi, causæ autem prohibitionis. sicut enim ille non fuit in culpa, sed parẽtes, ita & isti. nasci enim de adulterio nõ est illius culpa, qui nascitur, sed illius, qui generat, vt in d. c. nasci. lvj. dist. & c. nunquam de vitijs. ea. dist. & ibi bo. glo. Et sicut dicimus, quòd mala fides, sine culpa parentum nocet filijs, vt in c. cũ inhibitio. de cland. despon. & ibi Inn. & Io. An. in princ. ij. col. sic & bona fides eorum prodest, vt in c. cum inter Io. & c. ex tenore. qui fil. sint legit. & extat elegans consilium Pet. de Ancha. incipiens, stiposius. sub oruio.

Tertiò, quia illa decretalis literas, videtur facere contra tenentes contrarium, quia ibi Papa dicit de quodam, qui fuit paternæ incontinentię imitator, & si nõ imitator sit aliàs dignus inuentus, tum permittitur ordinari, & de ecclesiastico beneficio sibi prouideri, vnde sibi commodè dispensari posset, in quibus verbis Papa magis dispensatiuè videtur loqui, quàm de iure communi. Si enim cum legitimus iure suo, posset vtriq; promoueri, quare ergo dicit Papa permittimus? Item ex eo, quòd dicit in clericum, non videtur dispensasse cum eo ad maiores ordines, quia expressio vnius ordinis minoris non extenditur ad alium superiorem, vel maiorem, cum in ordinibus nunquam sit dare æqualitatem, sed semper gradum ascensus. & in hoc casu quod de vno dicitur, non extenditur ad alios, vt est bona glo. in terminis in c. lector. lxxxiiij. dist. & alia glo. in c. si autem. xxx. q. ij. in verbo nisi.

9 Et †dispensatus ad ordines non est dispensatus ad beneficia, cum quis possit habere ordines sine beneficio, vt not. Butr. in c. at si clerici. in §. de adulterijs. versi. venio ad quartũ principale. Sed in c. postulasti. de rescrip. dicit, quòd practica seruat, quòd dispensatus ad omnes ordines etiam sacros, censetur dispensatus ad vnum simplex, & idem videtur sentire Oldra. consil. suo xxij. & xxxv. & de his vide Inno. in c. dilectus. de concess. præben. & Archi. in c. licet. de præben. in vj. & Butr. in d. c. at si clerici. in §. de adult. in §. ad tertium. Ideo practica seruat, quòd dum petitur dispensatio ad minores, dicitur ad primam clericalem tonsurã, & alios minores ordines, & vsq; adeo hoc seruat officium sacræ pœnitentiariæ, quòd si diceret de simplici clericatu absq; clausula, & ad omnes alios minores, non comprehẽditur aliquis ordo præter expressionem, ideo seruatur, quòd ponitur clausula, vsq; ad altaris ministerium, vt supra dixi. Legitimi autem ad omnes ordines possunt promoueri, quia supra dixi, quòd in dispensatione ad vnum clericatum, vel simplex apponitur clausula, vnde se commodè substentare valeat. tale temperamẽtum non ponitur in legitimis, sed simpliciter ad beneficia promouentur, & de illis prouidetur: per quę omnia videtur talem nõ esse legitimum, quod aliqui antiqui cõcedunt, vt Goffr. & hoc videtur verius propter prædictas rationes, argu. not. in c. cum olim. de cler. coniug. Debet igitur sic natus quo ad ordines, & dignitates pro illegitimo reputari, eo quòd ex damnato coitu & prohibito, est procreatus prohibitione legali, quia cum vir de consensu vxoris ad sacros ordines promouetur, sequestrato cubiculo & mansione, non debent amplius commisceri, vt lxx. dist. Episcopus. Hæc Goffr. in sum. huius tit. in iiij. col. quasi per totũ, & Hosti. etiam in sum. in §. fi. in iij. col. in princip. versi. quid si sacerdos generat. vbi ponit multa bona ad materiam, ibi vide, ne trãsplatemus. & sic vidi seruari in filio dicti prælati me procurante in officio pœnitentiariæ, quòd fuit facta narratiua facti, vt supra, & fuit secum dispensatũm ad omnes ordines vsq; ad sacerdotium inclusiuè, & ad vnum curatum. dicas etiam, quòd mortuo viro vxor alteri nubere non potest, vt in c. feriatim. xxxij. dist. in fi. & xxviij. dist. quia sunt culpæ. potest tamen dici, quòd cum taliter nato benignius agendum est, & facilius dispensandũ. Ita permissa vera sunt in clericis occidentalibus.

In orietalibus verò si quis vel laicus, vel in minoribus ordinibus constitutus contraxerit, poterit in sacris constitutus vti matrimonio illo: & filij exinde geniti possunt non solùm ad minora beneficia, sed etiam ad Episcopatum promoueri, vt not. in c. cum olim. de cler. coniug. & xxxj. dist. in cœna. & c. quoniam. & c. in Romana. &

c.aliter. Ratio autem diuerſitatis eſt, quia eccleſia orientalis non admiſit caſtitatem io clericis.

10 Sed ponamus † quòd poſt ſuſceptam prolem ex damnato coitu, duxit in vxorem matrem prolis ſuſceptæ, vtrum tales filij poſſunt promoueri ſine diſpeoſatione, tamquàm legitimi. Goffr. in ſum. huius tit. in iij. col. ibi, quòd ſiquis natus ſit ex damnato coitu. diſtinguit, quòd aut pater tempore geniturę potuiſſet contrahere cum illa, ita quòd nullum erat impedimentum, & legitima eſt proles, & filij poſſunt promoueri, & ſuccedunt io hæreditate, & admittuntur ad omnes actus legitimos, vt not. in c. tanta. qui fil. ſint legit. ne fauor matrimonij reſtringatur, vt ibi per Goffr. & glo. in c. inootuit. de elec. in verb. cõiugata, ibi, ſed quid ſi contraxiſſet poſtea q̃ vide.

11 Sed pone, † quòd mater, vel pater poſt ſuſceptam prolem ex damnato coitu, alteri viro, vel fœminæ copulator, & demum ſoluto matrimonio morte, iterum coniunguntur, & copulantur matrimonialiter, vtrum ipſa primo damnate ſuſcepta proles efficiatur legitima, ita q; ſine diſpenſatione promoueri poſſit ad ſacros ordines: Dicas quòd ſic, fauore matrimonij & prolis, tã per iura ſupra allegata, quàm per d.c. tanta. de quo vide Io. An. io addi. Spec. in tit. qui fil. ſint legit. io §. j. in addi. magna. Secus autem dicendum eſſet, ſi propter aliquod impedimentum non poterat eſſe matrimonium inter ipſos parentes tẽpore geniturę, qoia tunc licet ſublato poſtea impedimento ducat ipſam in vxorem, non legitimabitur proles, vt in d.c. tanta. & in Authen. quibus modis nati effi. legit. col. vj. Aliqui tamen dicunt, quòd in primo caſu taliter legitimati promoueri non poſſunt ad Epiſcopatum ſine diſpenſatione, iuxta not. in c. innotuit. de elec. ſecundũ vnam lecturam. Alij tenent contrarium ſecundum lecturas poſteriores. Tutius tamen, & melius tenendum eſt, vt ibidem not. vt tenent communiter omoes ſecundum glo. ibi, & idem tenet Goffr. in ſumma huius tituli, in iij. col. poſt medium, quòd talis poteſt eligi, quia matrimonium ſequens præcedentia purgat.

12 Vnum tamen hic notandum eſt, quòd non ſolũ legitimus filius eſt, qui de legitimo matrimonio eſt genitus, & natus, ſed etiam de eo quod in faciem eccleſiæ legitimum reputatur, quamuis in veritate matrimonium non fuerit, vt not. io c. cum inter Ioannem. & c. gaudemus. qui fil. ſint legit. Et hoc iotelligo verum, etiam quando ambo coniuncti ſunt in bona fide, credeotes ſe legitimè copulatos, vel dummodo alter eorum ita crediderit, & ſit io bona fide ignorans impedimentum, vt not. in c. ex tenore. qui fil. ſint legit. quia regula eſt, quòd ad legitimitatem prolis ſufficit bona fides alterius contrahentium, vt ibi. Sed copioſius vide per Inno. & Ioan. in d.c. cum iohibitio.

3 Si quis † verò clandeſtina, vel interdicta coniugia cootrahere præſumpſerit in gradu prohibito, & ignoranter, ſed poſtea probetur impedimentũ: ſoboles de tali cõiugio ſuſcepta prorſus illegitima eſt, de parentum ignorantia nullum habitura ſubſidium, cum illi contra prohibitionem eccleſiæ, aut clãdeſtinè cootrahentes, non expertes ſcientiæ, ignorantiæ affectatores iudiceotur. pari modo proles illegitima eſt cenſenda, ſi ambo parentes impedimentũ, ſcientes præter omne interdictum in conſpectu eccleſiæ contrahere præſumpſerint, vt eſt tex. in c. coniunctiones. xxxv. q. iij.

Et illud teneas, quòd cum his omnibus ſic, & alio quouis modo illegitimè natis ſolus Papa diſpenſat, ſalua diſpoſitiooe d.c. j. de fil. preſbytero. vel niſi quis ſpeciali poteſtate ſit à ſede Apoſtolica munitus. vt cũ his diſpenſare poſſit.

Sed ponamus, quòd aliquis à ſede apoſtolica reportauit indultum diſpenſandi cum adultero. Item cum inceſtuoſo. Item cum manſero. item cum baſtardo. Item cum notho. item cum ſpurio, nunquid poterit diſpenſare cum adultero & inceſtuoſo ſimul, vt de nato ex conſanguineis coniugatis vtrinque. hanc q. aliàs cum eſſem ſcholaris, diſputaui publicè Booooniæ: quod eſt quærere, an io ſimplici veniat mixtum. De qua q. vide primo Ant. de Butr. io c. at ſi clerici. in §. de adulterijs. de iudi. & per Ioã. And. in addit. Spec. ſub rubrica qui fil. ſint legi. io verſic. huic quæſtioni. Bart. tamen tenet contrarium in l. ij. ff. de verb. oblig. per Butr. in c. per venerabilem. qui fil. ſint leg. dicit etiam eſſe verum, quando non fieret alteri præiudicium: ſi vero ſit præiudicium, contrarium eſt verius.

Et oota, quòd habeos poteſtatem diſpenſandi cum adulterino, non poteſt diſpenſare cum nato ex adulterio duplicato, vt ſupra exemplificaui, ita Io. And. in addi. Spec. vbi ſupra verſ. quęro ſi natus. & verſi. huic quæſtioni. ſupra allega. vbi vult, quòd io ſimplici non veniat mixtum. Tamen contra hos patres habemus extrauagantem Cle. vj. quæ incipit, nuper, quàm refert Ioã. Cald. in c. dilecto. de conſang. & affin. de qua vide quod dixi ſupra ſub titu. de extenſiooe diſpenſat. ne idem repetamus, & ita And. Barbat. poſt eum io d. §. de adulterijs. & attende, quòd hæc quæſtio duplex eſt, & poteſt referri actiuè & paſſiuè tam ad generantem, quàm ad genitum, & etiam ad ſolum peccatum adulterij inceſtus ſacrilegij, vt cum monacha, de quo per glo. not. in c. virginibus ſacris. xxvij. q. j. in verbo, inceſta. quam Abb. Sicu. refert io c. mooaſteria. de vita, & hone. cler. in princ. quæ dicit, quòd accedens ad monialem, ioceſtum committit, quia ſponſa Dei eſt, qui eſt pater noſter. xij. q. ij. qui abſtulit.

&

& incestus committitur cum affini, sicut cum cõsanguinea. xxxv.q.iij. de incestis. Et adulterium committit, qui sponsam alterius corrumpit. Item sacrilegium cum professa, & re sacra, vel saltem Deo dicata. Et ideo consueuit quæri, an accedens ad monialem committat tria peccata, an vnum: vide ibi. Non est tamen dubium peccatum esse qualificatum & mixtum, cadens & bene veniens sub quæstione nostra: quæ cum sit disputabilis admodum, & Bart. tenuerit, quòd sic, alij verò quòd non: sola conclusione contentus dicas, quòd non. Et ita concludit Butrig. in iiij. col. vbi supra. in fi. ibi, in adulterio autem. Et potissima ratio est, quam dicunt Philosophi, videlicet quòd qualitas superueniens enti, qualificat illud, & ponit in diuersam speciem, de quo per Philosophum in iiij. Topicorum. quòd facit pro statutis, quòd prohibiti portare vinũ, non sunt prohibiti portare aquam vitis, quæ cõficitur ex vino: quia non est illa, sed diuersa species. Idem dicendum de prohibito portare panem, vel portare farinam; quia alienata specie, mutatur natura. Materia est conueniens disputationi scholasticę, sed conclusio est vt supra.

Non prætermittam hic, quia supra diximus, quòd per ingressum religionis tollitur, & purgatur omnis macula irregularitatis naturæ, vt supra in tit. de dispens. per ingress. relig. in versi. dispẽsat etiam religio circa irregularitatem. vbi
14 plenius. Modo † quæro vtrum regulares Mendicantium, vt Prædicatorum, Minorum, & aliorum etiam non mendicantium, vt monachi patientes defectum natalium, possint ad prælaturam sui ordinis promoueri sine dispẽsatione, eo quia supra diximus, quòd ad prælaturas nemo & his promouetur sine dispensatione Papæ? Videtur dicendum quòd sic, quia eorum prælaturæ sunt potius onera, quàm honores: & quædã ministeria vigilantia & labores, potius quàm dignitates: pro quo facit, quia huiusmodi prælati sunt annuibiles ad nutum superioris, etiam sine causa, quod non contingit in veris prælaturis, & dignitatibus, ꝙ ipsa rei experientia docet: quia hi non habẽt nec titulum, nec liberam administrationem, & sunt tanquam signa ad signatum, & est quoddam honorabile nomen. Hæc Pet. de Tarantas. Sed reperio contrarium verius, quòd huiusmodi patientes defectum indigent dispensatione Papali, sicut & cæteri, vt tenet in terminis Feder. de Senis consil. lxxviij. incip. Papa concessit magistro frat. prædic. vbi etiam, quòd per mortem concedentis dispensationem, re integra non expirat dispensatio.

15 Sed † quid si tales ministri, vel etiam simplices huiusmodi ordinum professi promoueantur in Episcopos, an indigent speciali dispẽsatione?
16 Videtur dicendum † quòd sic, per text. in d.c.j. ibi, prælationem verò nullatenus habeant, quod etiam posset intelligi de prælaturis sui ordinis, vt supra diximus, quod hodie est solutum per quotidianam obseruantiam, vt videmus in omnibus religionibus approbatis. Sed pro solutione quæsiti vltra d. tex. c. j. est glo. hoc tenens in summa lvj. dist. incip. ibi, quia ingressus mona-
17 sterij, vsque ad fin. glo. quæ tenet, † quòd cum religiosis solus Papa dispensat ad Episcopatum. allegat c. innotuit. de elec. Sed non videtur, quòd ille tex. loquitur magis de regularibus professis, quàm de sæcularibus, licet dicat conuentus eius
18 dem ecclesiæ, quia verbum † conuentus intelligitur de capitulo, & canonicis conuentualibus in vnum ad actum electionis, quod denotat verbum capitulũ, petijt per sedẽ Apost. confirmari, & in §. habito. ibi, capitulum. & ibi, nomine capituli. quod potest referri tam ad seculares, quàm ad regulares canonicos in vtroque dispensationem, quoad Episcopatum, esse necessariam, nisi Papa promouendo dispenset ex certa scientia tacitè vel expressè. pro quo allego dictum Imol. in c. veniens. de fil. presbyr. ibi, vel potes dicere. vbi vide de hoc plenius, cum hodie electiones in Episcopatibus omnino sublatæ sint per regulã quartam cancellariæ, per quam sublatus est titulus de elec. in cathedralibus & collegiatis, excedentibus valorem decem, & monasterijs non claustralibus excedentibus valorem 200. vt in regula v. cancellariæ, vt supra dixi.

Sed illud nota, quòd curia habet, & seruat stilum suum. Nam quandoque dispensat ad ordines sacros, quandoque vltra ordines sacros ad simplicia, vnum vel plura: quandoque ad vnũ, quandoque ad duo curata: quandoque ad vnum canonicatum & præbendam citra cathedralem, & metropolitanam ecclesiam: quandoque ad dignitates, personatus, & administrationes, seu officia etiam animarum curam habentia, non tamen maiores post pontificales: interdum ad omnes indifferenter citra Episcopatum. Ad Papatũ autem ante promotionem nunquam vidi, sed illud vnico contextu, s. dispensatio, & promotio.

19 In his quoque attende † quòd nunquam fit extensio, cum, vt supra sæpius dixi, dispensationes sint stricti iuris, & illud solùm tribuit dispẽsatio, quòd exprimit, ut dixit Io. And. in c. cum ex eo. de elec. in vj. & ante eum Innoc. in c. dudum. de elec. in verbo, beneficijs, satis supra diximus in titulo de extensione dispensationis. & su
20 pra hoc eo. tit. §. sed ponamus. vnde † dispẽsatus super vno beneficio, non potest illud permutare, nisi sit sibi specialiter concessum, ita Rota in nouis. cccxxxix. incip. si illegitimus. & tunc dispensatur cum clausula. extenditur clausula, videlicet etiã illud ex causa pmutationis, vel alias dimittendi. & loco dimissi, aliud simile vel dissimile.

mile, &c. & hæcquoque clausula semper apponitur extensé in dispensatione ad duo, & tria: & tunc dicitur, loco dimissi vel dimissorum, aliud simile vel similia, & totiens quotiens, &c.

His itaque retentis, pone ꝙ Papa dispensauit cum filio sacerdotis, seu alias patiente defectum natalium, ꝙ possit promoueri ad omnes ordines, etiam sacros, & ꝙ possit habere vnum curatum, quod postea sit canonicé assecutus, & ꝙ postea permutauit in Rom. curia, & in manibus Papæ cum canonicatu ecclesiæ cathedralis, consentiente Papa, in qua pater est canonicus, non tamen de hoc facta mentione in permutatione, an valeat permutatio. Dicas ꝙ non, similiter si sit secum dispensatum simpliciter, vt possit tenere vnũ simplex, vel vnum curatum, vel mixtim, non potest obtinere Canonicatum, vel aliud qua
21 lificatum. Et † dispensatus per Episcopum super illegitimitate, non potest recipere præbendã Ecclesiæ cathedralis, quia talis dispensatio Episcopi non extenditur ad cathedrales. Rota in no. nu. cxxxvj. incip. voluerunt domini, supra al. leg. Et de stilo curiæ fit extensio singulariter in literis de omnibus, in quibus dispensatur, & ita reperti in libris pœnitentiariæ, & abbreuiatorũ de maiori præsidentia, qui regunt eorum officium potius secundum stilum cancellariæ, qui tam ad vnguem extractus est ex visoribus iuris, quàm ex eorum doctrina: cum aliqui eorum sint simplices curiales, non graduati, nec bene practici curiæ quibus sufficit, ꝙ regnant secundum antiquum stilum inuentum à doctis patribus. Ideo Spec. in tit. de rescript. præsentatione, dicit quòd Romæ fit, inspici debet: quia stilus curiæ hodie facit ius, quia extractus est de iure.

Sed ad intellectum huius dicti vide glo. j. in c. j. de tempo. ord. vbi melius. Sed dom. Fely. in c. 10 nostra. de rescri. dicit, ꝙ hodie nõ facit ius, quia quotidie variatur. hodie, i. temporibus nostris, quibus huiusmodi officia curiæ venduntur plus offerenti, & ponderantur pecuniæ, & non homines ementes. Sed ad propositũ quęst. prępositę vide elegans cõsi. Gasparis de Cal. sub tit. de fil. presbytero. consil. j. alias consil. lxvj. incip. Ao si filius illegitimus sacerdotis, vbi ad materiam multa bona videbis. Vide etiam decisio. Ægid. ccxciij. incip. Illegitimus. & est breuis decisio, dicens, quòd illegitimus dispensatus ad dignitates curatas, & electiuas habebit in ecclesia cathedrali. & eundem Ægid. decisi. ccclxij. incipi. Illegitimus dispensatus. vbi Episcopus non dispensat cum illegitimo in cathedrali ad præbendas, vt supra dixi. & idem xxv. decisi. dcclvj. inci. Si illegitimus dispensatus. ad curatum, quæ est vltima in volu. vbi deciditur, quòd si illegitimus dispensatus ad vnum beneficium, illud permutet cum legitimo, eius defectum ignorante, permutatio est nulla. quilibet tamen permutantium habet regressum ad suum dimissum beneficium. & si cum illegitimatio est dispensatum ad vnum curatum, vel simplex, intelligitur tantum de vno prima vice conferendo, nec potest illud dimittere, vt aliud assumat: nec etiam permutare, nisi sit apposita clausula permutandi totiens quotiens, pro quo est tex. in c. non potest. de præben. in vj. licet Io. And. in nouel. videatur impugnare d. tex. quoad hoc. Ideo hodie Cancellaria apponit dictam clausulam dimittendi, & loco dimissi aliud simile accipiendi totiens quotiens, &c. de quo vide per Rotam in nouis decisio. cxxxvj. incip. voluerunt domini. & melius decisi. cccxxxix. incip. Si illegitimus. & ad materiam. Vide etiam io antiquis, decisi. xlv. incipi. nota, quòd secundum aliquos. & decisi. cxxij. inci. nota, quòd vbi est dispensatum. & cclxxx. incip. Vt præcedens. quæ tamen hodie non seruatur, immo fit totum oppositum; quia oportet facere mentionem de dispensatione, & de defectu, & vt hic omittatur, fit compositio cum datario, & sic practicaui sæpius. Et attende, quòd in, & de, consecutiuis illius beneficii, supra quo,
22 vel † cum quo fuit dispensatum, non tenetur facere mentionem: secus in non consecutiuis. Et dispensatio potest trahi ad similia, & minora e-
23 iusdem generis, † vt tenet Oldr. consil. ccxv. incip. Puncta breuia. in ij. col. vltra medium: vbi etiam dicit, quòd ex hoc ideo tenemur facere mẽtionem de dispensatione in noua impetratione,
24 vt † supra dixi curiam seruare: quia etiam post dispensationem remanet quædam nebula afficiens dispensationem, de qua necesse est facere mentionem, vt in c. ij. de fil. presbyt. in vj. & hoc ideo, quia vt sæpius dixi, dispensatio est strictissimi iuris, exceptis dispensationibus graduum, in quibus fit extensio fauore matrimonii, vt supra diximus in ti. de extensione dispensationis.

25 Ideo dispensatus, vt possit obtinere beneficia in cathedrali, non extenditur ad Metropolitanam, vt tenet Io. And. in c. quamuis. de præben. in vj. in nouel. in verbo, Metropolitana, ꝙ idem Io. An. in addit. Spec. hoc eo. tit. §. j. circa fi. intellexit, quando est certa ad ordines, vel ad vnum, dumtaxat beneficium. Secus si est ampla ad plura beneficia etiam curata. Item idem sentit, si dispensatur, quòd possit obtinere beneficia ad collationem Archiepiscopi spectantia, quòd dicit colligi posse ex dictis per eum in additionibus Spec. in tit. de act. & per. in §. super petitionibus: versi. pen. in fi. & io d. c. quamuis. de præben. in vj. in versi. hoc casu. in nouel.

26 Et quod dictum est † supra de dispensatione ampla, dicit intelligi, quòd comprehendit, non solum cathedralem, sed etiam Metropolitanam: fuerunt verba Oldr. d. consil. mihi ccxv. incip. Pũcta

cta breuia supra alleg. Vbi etiam dicit, quòd licet dispensatio non comprehendit beneficium curatum: si tamen non est restricta ad beneficia certæ ciuitatis, & diœcesis, si est ampla ad beneficia certæ prouinciæ, & fortius si est amplior ad beneficia totius mundi, sub tali dispensatione ueniunt etiam beneficia in ecclesia Metropolitana, contra quod videtur facere, quod dixit Innoc. in c. dilectus. de concess. præben. Sed verè ibi loquitur in aliis terminis, sed hodie hæ quæstiones de nihilo seruiunt ad practicã, quia Cancellaria declarat per clausulas speciales, & extensiuas, quantum Papa concedit, & quantum gratia extenditur. Ideo practicæ standum est, & stilo curiæ, qui ponit clausulam in cathedralibus, & Metropolitanis ecclesiis, & interdum etiam secundum qualitatem supplicantis apponitur clausula ad dignitates etiam maiores post pontificalem, vel non tamen maiorem post pontificalem.

S V M M Æ.

1 *Serui, an impediantur, quin ordinari possint.*
2 *Seruus ordinatus iuxta formam. c. si seruus absente. liiij. distin. dispensatiuè remanet in ordinibus.*
3 *Seruus ad sacros ordines promotus, inuito domino tenetur Vicarium domino pro se præstare, aut si non habet, ipse reddatur. Et quare non sit in alia quacunque re consecrata, vel Deo dicata.*
4 *Dolus non perpenditur in rebus inanimatis, sicut in homine.*
5 *Consecratio in rebus inanimatis est in superficie: & ideo per laicos non debet manu tangi.*

De seruis ordinandis, vel non.

SERVORVM ordo, & originis, seu status, vilitas, & indignitas ex seruitute proueniens, quę ex iuris gentium constitutione, qua quis dominio alterius contra naturam subditur, inuenta est, vt Institut. de iur. perso. §. seruitus. parit impedimentum, sine culpa tamen, & peccato ad sacros ordines suscipiendos, & ecclesiastica beneficia retinenda: ideo post præcedentem titulum defectus originis subditur titulus de his, qui viles nascuntur, aut in vili seruitutis statu reperiuntur. seruilis .n. vilitas clericali non cõuenit dignitati, vt liiij. dist. c. admittunt.
1 In seruis † tamen nullam inuenio irregularita
tis notam in iure expressam, modo non sint neophiti, vt infra dicam sub titulo de neoph. Sed tamen inuenio impedimentum legale, ex quo etiam non impeditur characteris impressio, si de facto promouentur, vt tenet gloss. in cap. de seruorum. in verbo deponatur, & c. nullus. in verbo degradetur. de seruis ord. vel non. Ideo non video, quòd ecclesia cum eis dispenset, sed potius video, quòd si Episcopus scienter, & de facto promonet seruum alienum, tenetur ad emendum in duplum, vt in c. si seruus absente. & c. si sequens. liiij. dist. & dicit glo. in verbo, deponatur, circa medium, quæ vult, quòd duo serui æquè boni domino reddantur pro vno ordinato, & remanet ordinatus, & tenet, & imprimitur ordo seu character, & sic ecclesia in nullo cum seruo dispensat, nec tollit impedimentum, sed potius domini cum seruis dispensant, vt promoueantur. sed ne transplantem, remitto ad summistas, & præcipuè Goffr. & Host. vbi plenè, & quicquid boni dici potest in hac materia, posuerunt dictæ duæ glo. in verbo deponatur, & verbo, degradetur. quas omnino vide. & aliquid in text. & glo. in c. miramur. eo. tit. in verbo, mentio, quæ omnia referuntur per Hostiẽ. eo titu. in §. qualiter seruus. per totum illum §.
Dispẽsationem autem in hoc inuenio, quod ordi
2 natus † iux. formã d. c. si seruus absente. dispensa
tiuè remanet in ordinibus, vt dicit ibi glo. in
verbo, & hoc fauore libertatis. cum alias sic pro
motus deberet deponi, vt ibi dicit glo. Sed pu
nitur Episcopus in duobus seruis, si habet: alias
de seruis ecclesiæ non daret. Vide in glo. in ver
bo, recompenset. & de hac materia post summi
stas prædictos, vide liiij. dist. per totum.
3 Sed quæro, conclusio est, quòd seruus † ad sa
cros promotus ordines inuito domino, tenetur
Vicarium domino pro se præstare, aut si non ha
bet, ipse reddatur, vt concludit glo. in d. c. mira
mur. de seruis ord. vel non. in verbo, mentio.
Quare non sic in alia quacunque re consecrata,
vel Deo dicata, prout prohibet in regula, Se
mel Deo dicatum. de reg. iur. in vj. quæ patitur
fallentia in hoc, quia qui rem alienam conse
crat, eius æstimationem restituat, vt in c. compe
rimus. xiiij. q. vj. dicit Goffr. vbi supra, quòd hoc
4 ideo est, quia in rebus † inanimatis nõ perpendi
tur dolus, sicut in homine. Item, quia in rebus
5 bus inanimatis consecratio † est in superficie: &
ideo non debent per laicos manu tangi, vt vasa sacra. de consecr. dist. j. Sed in homine est in anima, quæ non potest in manu tangi, ideo laici tangunt manus consecratas sacerdotum, quæ ungunt chrismate, & non tangunt calicem, neque patenã, quæ similiter unguntur, ut xxxij. q. vij. licet dimittatur, & ibi glo. not. cætera uide per Goffr. & Host. ubi supra.

S V M M Æ.

1 *Debitor est seruus creditoris, largè sumpto vocabulo nomine seruitutis.*
2 *Obligatus ex debito ciuili, vel criminali, si promouetur ad aliquos ecclesiasticos ordines, an mutet forum,*

rum, & gaudeat priuilegio clericali.

3 *Dignitas Epiſcopalis liberat à forma ſeruili, vel aſcriptitia, ſed non à curiali, vel officiali.*

4 *Spiritui ſancto nemo debet reſiſtere.*

5 *Subueniri eis ab eccleſia, indignum eſt per quos conſtat in eccleſia ſcandalum generari.*

De obligatis ad ratiocinia ordinandis, vel non, & diſpenſatione cum eis.

1 QVIA debitor † eſt ſeruus creditoris, largè ſumpto uocabulo nomine ſeruitutis, ut dicit glo. in l. fideicommiſſi.§.ſi rem.in uerbo, accidere.de leg. iij. Talis tamen debitor non tenetur creditori ſeruire, ut not.in l.ob æs.C.de act. & oblig. & bo.glo.in c.de raptoribus.xxvj. q.ij.in uerbo, ad ſeruiendum. Ideo poſt impedimentum ſeruitutis naturalis à natiuitate, uel accidenti iure gentium introductæ ſine peccato proueniens, eſt ſeruitus debitoris, ex debito etiam alicui proueniens, ut in illis, qui obligantur ad ratiocinia adminiſtratorum reddenda. Ideo antiqui poſuerunt hanc rubricam poſt rubricam præcedentem. Vidi tamen, quòd in compilatione decretalium, quæ fuit Innoc.III. quòd titulus, ſiue rubrica hæc ſequebatur rubricam de his, qui ſęuia exercuerant. quam hodie in hac compilatione Gregoriana non habemus.de quibus glo. in c.j. hoc eo.tit. in uerbo, executores. mentionem facit, non tamen allegando dictam antiquam compilationem, quam Pet.de Taranta. in d. tractatu allegauit, & de his habemus bo.tex.in c.de ſignata.& c.præterea.lj.diſt.vbi vide bonam glo. quæ dicit, quòd debitor mortuus, non poteſt ſepeliri, niſi ſatisfecerat creditori, quæ hodie non ſeruatur, alias pauci ſepelirentur.

Et quia materia hæc eſt frequens, & quotidiana, & maximè inter mercatores, & alios negocia, & mercimonia exercentes, qui dum decoxerunt, recurrunt ad ordines clericales, faciẽtes ſe illis inſigniri, vt effugiant iudicium ſæculare, vt quotidie videmus in Rom.cur.ideo ipſam lucubratius videamus.

Goff.& Hoſt. hic poſuerunt ea omnia per partes, quæ poſuit gl.in c.j.eo.tit.in verbo, ratiocinia.ex qua extraxerunt quicquid in ſumma dixerunt, primo proponentes quæ ſunt ratiocinia. quæ ratiocinia impediant promotionem. Quare obligentur. Qualiter obligentur. Quis dicatur obligatus. Et qualiter hoc impedimentum fuerit introductum.

De modo autem illud tollendi, nihil dicunt, cum ſatis pateat, quòd per ſolutionem, & debiti ſatisfactionem tollatur. Hisque hic omiſſis, & ad eos remiſſis, videamus propius impedimentum ex huiuſmodi obligatione proueniens, qualiter poſſit tolli diſpenſatione per eccleſiam, ita quòd obligatus poſſit promoueri, & promotus etiam de facto gaudeat priuilegio clericali, vel alias ſuæ promotionis priuilegio tueatur, & ſic quæramus.

2 Vtrũ † obligatus ex debito ciuili, vel criminali, ſi promouetur ad aliquos eccleſiaſticos ordines, mutet forum, & gaudeat priuilegio clericali. omiſſis diſtinctionibus Goffr. & Hoſt. diſtinguentium inter procuratorem ad negocia, & procuratorem ad lites: actorem ab vniuerſitate conſtitutum executorem ſententiarum, executorem teſtamentorum, curatorem, ſiue potius tutorem pupillorum, & his ſimilibus, qui per has diſtinctiones ambulauerunt. credo etiam dicendum de mente d. glo. in verbo ratiocinia. quòd nullo gaudeant priuilegio, niſi ſub diſtinctione infra dicenda, videlicet niſi ſatisfaciant creditoribus, vel ſufficienter caueant de ſoluendo infra moderatum tempus à ſuo iudice: dico ſtatuendum, ita quòd omnis dolus, & fraus omnino ceſſet, etiam ſi non moueatur lis, aut quæſtio ante promotionem.

Si verò opponit de culpa tantum, non autem de culpa, aut dolo: tunc promouetur, ſed non gaudebit priuilegio fori. Sed coram ſuo iudice lis finietur, vt not.in c.propoſuiſti.de for.comp. & l.cum quidam. de iuriſd. om. iud. Si verò lis non ſit mota ante promotionem, fiet promotio. Si verò manifeſtum ſit ordinẽ ſuſcepiſſe in fraudem creditorum, vt demum ſibi competat remedium.c.Odoardus.de ſolut. Ad quòd ſæpe recurrunt fraudulenter, & ſine legitima cauſa, ita quòd appareat de manifeſto dolo: tunc tene, quod nullo gaudeat priuilegio clericali quoad forum. Et tunc Epiſcopus ipſum repellere poteſt, tanquam quemlibet alium criminoſum, vt vj. q. j. infamis.& in l.ſi quis prohibet.ff. de poſtula. & in c.alieni.ij.q.vij.hæc gl.Alani in d.c.vnico. Et ita ſæpius ſeruaui de facto, dum eſſem Vicarius Reuerendiſſimi dom. Dominici Grimani, Cardinalis ſancti Marci, Patriarchæ Aquileienſis, viri omnis ſapientiæ, & doctrina repleti, & inter Theologos, & Philoſophos ætatis noſtræ ſplendidiſſimi iubaria; & ſimiliter vidi ſeruari in ſignatura, contra impetrantes beneficium c.Odoardus per contrariam commiſſionem, per quam conſueuerunt creditores obtinere in ſignatura iuſtitiæ, quòd conſtitò de potentia, ita quòd ſit ſoluendo, & conſequuntur fraude debitoris, nõ gaudeat priuilegio. & ſolet dari ſignatura, placet, prout de iure. vel placet conſtito de aſſertis, ita quòd reducuntur ad terminos ſupra dictos, & meritò. Idem dicas de criminaliter accuſato, qui pendẽte accuſatione fecit ſe clericum in fraudem, vt euitet pœnam, ſeu iudicium iudicis ſæcularis,

cularis, quòd non prodest sibi, per not. per Io.
An. in d.c.j. & per Bart. in l.j. ff. de pœn. & in l.
fi. ff. de bo. eorum. quod tamen intellige non pro
desse sibi, quoad pœnam pecuniariam, sed bene
quoad pœnam corporis afflictiuam. ita consu-
luit Io. de Imol. consil. suo cxviij. incip. In thema
te, quidam sæcularis perpetrauit delictum.

Et attende, quòd si ratiocinia, aut debita erãt
obscura, ita quòd liquida non appareat, quòd
esset debitor: tunc restituendus est. quod intelli
go remittẽdus ad forum suum, vt ratiocinia præ
stet. Quod etiam fallit, nisi ecclesia pro eo sa-
tisfacere velit, aut alius fideiussor se, & eo mo-
do, quo ordinatus teneretur, obliget se pro eo,
vt lj. dist. c.j. & ij. & in c. sacerdotibus. ne cle. vel
mon. & in l. officialis. C. de Episcop. & cler. adhi-
bita tamen distinctione cap. ex antiquis. liiij. dis.
vbi dicitur, si quidam ex his presbyter repeti-
tur in eodẽ gradu, peculii sui amissione maneat.
Diaconus verò, aut per se Vicarium reddat, aut
si non habuerit, ipse reddatur.

Quam distinctionem Io. glo. non admittit per
cap. si seruus sciente domino. de quo supra dixi-
mus, tit. præcedenti. liiij. dist. & in Auth. de san-
3 ctiss. Episcopis. §. sed hoc quidã. vbi dicitur, † q
Episcopalis dignitas liberat à forma seruili, vel
ascriptitia, sed non à curiali, vel officiali, quæ
etiam post ordinationem durat. & si hoc in Epi-
scopali, multo fortius in inferioribus, ne libe-
rentur à curiali forma, quantum ad ratiocinia
præstanda: alias curia defraudaretur ab ecclesia,
quæ non debet confouere decipientes, sed dece
ptos. Et idem intellige secundum Goffr. vbi su
pra, in ij. col. circa fi. de ingredientibus monaste
rium, quòd tamen sanè intelligendum est de in-
gredientibus, aut ex leuitate, aut vt defraudet
creditorem: quia secus esset, si ingrederetur ex
charitate, aut Dei inspiratione, quia tunc non
faceret iniuriam creditori. excusatur enim au-
4 thoritate spiritus sancti, † cui nemo potest, nec
debet resistere. xix. q. ij. duæ. & c. licet. de regul.
trans. monasterium autem tenetur satisfacere de
his, quæ ab ipso habuit, vt xix. q. fi. si qua mulier.
& in l. Deo nobis. §. j. C. de Epis. & cler. Si verò
nihil habet, tunc inanis est actio, & c. xiiij. q. vj. si
res. l. nam is. ff. de dolo. Si tamen post ingressum,
& tractu temporis aliquid acquireret, puta per
successionem, aut legatum, vel donationem in-
tuitu personę suæ titulo lucratiuo, tenebitur mo
nasterium in quantum illud esset lucrum. quan-
tum verò ad alios, bene statur dictæ distinctio-
ni, arg. d.c. si qua mulier. xix. q. iij. poterit ẽt de
bitor existens in monasterio, & honesto exerci-
tio lucrari, & creditori facere satis: non tamen
prætermittendo diuina officia diurna, vel no-
cturna, ita quòd non sit onerosus monasterio,
vt xxj. dist. clericus. Idem dicas de effecto cleri-
co sęculari præstita cautione idonea de soluen-
do, vt supra diximus, vt colligitur ex c. de lapsis.
xvj. q. vj. & de clerico sæculari. Non obstante c.
legem. liiij. dist. & c. quicunque. quia illa cap. lo-
quuntur de perpetuo obligatis, puta de seruis
curialibus, & similibus. Hæc Pet. de Tarant.

Et pro complemento huius materiæ pona-
mus, quòd clericus efficitur negociorum gesto
laici, vt hodie videmus in pluribus, vt Vene-
tiis, qui incedens sine signato habitu clerica-
li, sed in habitu alias honesto, sicut cæteri ciues,
vel negociatores, aut negociorum gestores, qui
ratione administrationis propter pecuniariam
causam deprehenditur in fraudem: nũquid gau
debit priuilegio clericali, & Episcopus ipsum
tueri teneatur. Videtur dicendum, quòd non:
4 † quia indignum est eis ab ecclesia subueniri, per
quos constat in ecclesia scandalum generari, vt
in cap. ij. ne cler. vel mona. vbi multa ad hoc in-
uenies.

Sed dicas, quòd requiritur monitio per Epi-
scopum, ne clerici fiant ministri laicorum, nec
rebus eorum procuratores existant. ita tenet Pet.
de Tarant. hic, cuius opinio facilè impugnatur
ex dispositione iuris scripti, videlicet rubricæ,
ne cler. uel mona. neg. sæcul. se immisc. quæ stat
prohibitiuè. de procu. c.j. & xxj. q. iij. per totum.
& in c. clericorum quilibet. xcj. dist. & tex. in c.
vnico. de oblig. ibi, procuratores, actores, exe-
cutores. Ideo teneo primam partem, & credo
distinctionem non esse bonam ex dictis iuribus.

Dicas ergo Ecclesiam aliter cum huiusmodi
obligatis dispensare non posse, quàm supra uidi
mus: alias in distributione iustitiæ posset erra-
re, quia ex suo ordine clericali satis monitus est.

SVMMAE.

1 *Per maculas corporum vitia animarum describuntur.*
2 *Pontifex solus potest dispensare cum corpore vitiatis.*
3 *Mutilatio membri, quando impediat quem ordinandum.*
4 *Mutilatio quænam inducat deformitatem.*
5 *Mutilatus sic natus, nec repellitur, nec deijcitur ab ordine.*
6 *Qui sibi non pepercit, multo minus alteri parcet. et 7.*
8 *Deus nihil superflui in homine creatur.*
9 *Castitas religione, non sectione quærenda est.*
10 *An quis possit contra factum proprium venire.*
11 *Inferior Episcopo, an possit super vitio corporali dispensare.*
12 *Irregularitatis pœna à iure positiuo introducta est.*
13 *Episcopus potest dispensare in omnibus casibus, & cum omnibus personis, nisi sit ei specialiter prohibitum.*
14 *Etiam ad beneficia simplicia.*
15 *Arreptitius, seu dæmoniacus semel repertus non potest*

potest promoueri.
Et quid in arreptitio iam promoto. num. 17.
16 *Carnes hœdinę prouocant dæmones.*
17 *Herbis, & lapidibus uti quis potest contra dæmones, sine tamen incantatione.*
18 *Pontifex licèt ex potentia possit cum arreptitijs dispensare, non debet tamen.*
19 *Epilenticus, siue caducus, an possit promoueri. & quid si essent promoti.*
20 *Furiosus non potest promoueri: si tamen promotus sit, deijci non debet.*
21 *Paraliticus, an possit promoueri, & quomodo.*
22 *Hermaphroditus, an sit irregularis.*
23 *Non bibens vinum, an promouendus sit.*

De corpore vitiatis, ordinandis, vel non, & quomodo, & quando; & per quos cum eis dispensetur.

ATTENDENDO ad ea, quæ supra diximus ĩ proœmio huius operis, incipiendo ibi, Locutus est Dominus ad Mosem, vsq; ibi, vt immaculati sint, qui ministrant. hæc rubrica deberet stare negatiuè, cum hæc irregularitas proueniens ex vitio corporis, videatur esse de lege diuina, vt in iuribus ibi allegatis, & sic ꝙ ecclesia non possit cum eis dispensare. Sed dicas, cum beato Grego. in pastorali suo, & transumptiuè in d.c. hinc etenim. & cap. sacerdotes. xlix. dist. videlicet in lege veteri, seu data Mosi, dictum fuit per allegoriam, vt benè exponit, & declarat singulariter singula impedimẽta ibi Greg. & dum dixit dominus, erit autem agnus immaculatus, intellexit de Iesu Christo benedicto, qui se agnum immaculatum in holocaustum, & hostiam puram, & immaculatam in ara crucis obtulit se pro nobis, pro humani generis redẽptione. De sacerdotibus autem intellexit, vt exponit etiam ibi Gregorius, vt sint mundi & immaculati à sordibus, & peccatis ibi præfiguratis, sed spiritualiter intellectis. & hi etiã hodie indistin-
1 ctè repelluntur, vt ibi Greg. quia † per maculas corporum vitia describuntur animarum. Nam absurdum esset, vt pro quacunq; macula homo repelleretur, cum non sit arbitrarium homini, aut in eius potestate, vel voluntate nasci sine macula. Ideo dicendum est, quòd hodie ecclesia admittit, & non reijcit maculatos corpore, nisi sint macula scandalosa, secundum plus & minus maculati, vt latius infra dicetur.

Et incipiendo à claudo, cum eo ecclesia dispẽsat, nisi sit talis, qui ante altare stare (non dico ac cedere) non possit, arg. de consecr. dist. j. c. nullus. & xlv. dist. disciplina.

Cæcum autem, aut habentem horrendam maculam, quæ granat deformitatem, similiter ius non admittit, vt in c. de tua. de corp. vitia. Et idẽ de habente manum aridam.

2 Sed hic facito regulam, † quòd solus Papa potest dispensare cum corpore vitiatis, secundum Io. An. in c. j. & c. significante. in glo. fi. hoc eo. ti. quod intellige de tali vitio, quod reddat deformitatem scandalosam, vt infra per discursum dicetur.

3 Circa † verò mutilatos facio decem distinctiones, ad quarum intelligentiã deducemus quasdã ad suas species sic, videlicet, vt mutilatio inducit debilitatem, vel deformitatem, aut non.

Item aut est in membro occulto, aut manifesto: paruo, vel magno: & aut naturaliter, aut accidentaliter. Aut violenter, aut casu, aut voluntati, aut in casuali. Aut dabatur opera rei licitæ, aut illicitæ. Et in voluntario, aut ex iusta causa, aut iniusta. Et si ex iniusta, aut manifestè iniusta, aut non manifestè; f. quia videbatur iusta, cum tamen non esset. Item si ex iusta, aut à se, aut ab alio.

Hæc igitur omnia eo ordine, quo proposita sunt, persequemur, de quibus etiam habetur per beatum Anto. Flo. in sua sum. in ij. parte iij. tit. xxix. per totum.

Sine itaq; exceptione dicito, quòd si mutilatio inducit deformitatem horribilem, & scandalosam, indistinctè prohibet, & impedit promouendum propter scandalum. immò promotum cessare facit à celebratione missarum, & aliorum diuinorum officiorum, in quibus illud membrũ apparere debet, vt est tex. in c. si euãgelica. lv. dist. & in c. exposuisti. de corp. vitia. & in c. ij. de cler. ægrot.

Et exemplificaui in missa, quia inferius dicimus, quòd in alijs officijs idem etiam, vt supra dixi: Dico in debilitato cessante deformitate ibi, vel si debilitas esset periculosa celebrationi, vt in cap. fi. eo. tit.

4 Sed † ne sit ignotum per ignotius, quæro, quę sit mutilatio, quæ inducat deformitatem? Sic dicito, videlicet si fuerit magni membri & manifesti, vt manus, vel pes: & ad decorem, vt oculus, vel nasus, vel labra, vel mentium, vel maxilla carne detecta, vel vnus de digitis magistris in sacrificio, & benedictione, vt pollex, vel index, vt est tex. & glo. in c. lator. in verbo, sinistro. in fine. lv. dist. Vel in membro paruo, vt in vngue, vel digito paruo, licet manifesto, aut non manifesto, vt in digito pedis, vel magni, & occulti, vt genitalium, quæ non faciunt ad deformitatem. Quæ vt melius pateant, exempla iungamus.

Nota itaq; quòd sunt quædam expressa, quæ sunt deformitates impedientes, vt totius manus carentia, vt in c. exposuisti. eo. tit.

Item

Item duorum digitorum abscissio cum parte palmæ, vt in c.ij.de cle.ægro. vbi iam promotus suspenditur à celebratione missarum, in alijs officijs permittitur ministrare. Item amissio vnius oculi, vt in d.c.si euangelica.lv.dist.

Sed quid si non caret vno oculo, sed lumine vnius oculi, dicas, quòd si oculus non est deformatus ita, vt scandalum fiat, & sacerdos sit aliàs discretus, vt sciat à periculo præcauere, poterit de consensu & permissione Episcopi celebrare. Nam hoc casu honestum est, vt consilium Episcopi requiratur, vt etiam in quibusdam alijs infra dicam. Tamen etiam cum monoculo, & in totum euulso vidi sæpius dispensari. Si tamen patiens vitiú corporis est præsens in curia, tunc facta commissione inspectionis vitij corporis, quæ communiter fit vni ex pœnitentiarijs, dicitur sic in literis, videlicet. Nos igitur, qui te per quosdam circunspectos viros diligenter inspici, & examinari fecimus, eorum relatione accepimus, huiusmodi vitium tale non esse, quòd notabile scandalú generet in populo, tuis supplicationibus inclinati, tecum clericali charactere insigniri ad omnes minores; ac etiam sacros & presbyteratus ordines à quocúq; catholico Antistite malueris gratiam, & cómunionem sed. Apo. habente etiam extra tempora à iure statuta, aliquibus tribus diebus dominicis, vel festis, dummodo alias ad hoc sufficiens, vel idoneus repertus fueris, ac sufficientem titulum, ex quo decenter te sustentare possis, & aliud canonicum nó obsistat, super quo eiusdem Antistitis conscientiam oneramus promoueri: & in eis susceptis in altaris etiam ministerio altissimo famulari possis, & valeas: tenore præsentium authoritate Apostolica dispensamus. Hanc tamen formam soli legati de latere seruant, quia in Rom. Cur. pœnitentiaria committit pœnitentiario cum oneratione suæ conscientiæ, qui per se ipsum exequitur dicens, quia per diligentem inspectionem vidimus vitium corporis huiusmodi, non esse oculis hominum scandalosum, authoritate, &c. declaramus, & nihilominus authoritate tibi commissa & mihi concessa tecum dispensamus, vt ad omnes ordines, vt supra.

Econuerso verò quidam casus expressi sunt, in quibus non sunt deformitates impedientes, vt est amissio partis digiti, vt in c.j.eo.ti. Item vnguis pollicis etiam dexteri, vt in c.fi.eo.tit. Item euulsio dentium etiam voluntaria ex iusta causa: puta propter immensos, & continuos dolores, vt est tex. in l. cui dens.ff.de ædil.edic.

Itẽ pluralitas digitorum in manibus, vt in l. homini.§.pen.ff.eo.

Item inæqualitas oculorum, brachiorum, & aliorum membrorum, dummodo eorum vsus haberi possit, vt in l.qui clauum.§.j.ff.eo.

Quæ autem mutilatio debilitatem inducat, magis sensu quàm arte sciri potest, si debilitas, vel deformitas ex mutilatione non remansit. Distinguimus tamen, quòd aut quis natus est mutilatus, & tunc nec repellitur, nec deijcitur, vt in c.eunuchus.lv.dist. aut factus, nó natus, & tunc aut casu, aut violentia, aut voluntariè.

Si violentia, aut à domino, aut ab hostibus, & est idem in eodem, seu vtroq;, vt in c.si quis à medicis.lv.dist.& c.lator.& c.præcepta.ea.di. & in c.ex parte.el primo.de corp.vit.

Si autem à se, siue ab altero, & dabat operam rei licitæ, ei non nocet: immo tali casu veniam meretur, vt in c.qui partem.lv.dist.

Aut rei illicitæ, vt in duello, quod sponte obtulit, vel oblatum suscepit, & tunc repellitur, & deijcitur, vt in cap.j.eo.tit.

Si voluntariè, aut ex causa iusta, aut iniusta. Si ex iusta, puta propter lepræ periculum abscissa sunt virilia, vel aliud membrum putridum, ne cætera membra putrescant; distingue, quòd aut à medico, & non nocet ad ordines, vt in d. cap. si quis à medicis.lv. distinct. & si quis per ægritudinem & in cap.ex parte. el secundo eod.titu. aut à semetipso, & tunc aliqui Doctores voluerunt, quòd si erat peritus in arte medendi, quòd non sibi noceret: secus autem sic.

Sed hodie dicendum est contrarium, per tex. in c.sententiam sanguinis.ne cler.vel mona. Quia officium & exercitium chirurgiæ, quoad adustionem, & cauteria; vel incisionem membrorum est clericis interdictum.

Sed quid si erat laicus, quando hoc fecit, (laicis enim officium hoc non est interdictum) prohibitio ergo illa non ligat ipsum, & sic ei nocere non debet quin promoueatur, sed saluo semper meliori iudicio, potest distingui inter clericum & laicum: nam clerico non licet tale officium in se, vel in alium exercere.

In laico verò distingue, quòd aut conscientia & synderesis ipsum mordet de morte alicuius, ideo forte quia ex eius imperitia, aut incuria, vel si non de morte, saltem de membri truncatione, vel adustione per cauterium tunc abstinere omnino debet, vt in c.ad aures. de æta. & qual. alias non, vt not.in c.tua nos.de homi.& dicam infra in tit.de physicis & chirurgis. & hæc intellige tam in seipso, quàm in alijs.

Si ex iniusta causa, & voluntariè: distingue, quia aut ex causa manifestè iniusta, aut non manifestè, sed ex tali, quæ videtur iusta, sed in rei veritate est iniusta. Si ex causa manifestè iniusta, puta ira, aut indignatione, puta vxoris, abscindit sibi virilia: tunc siue à se, siue ab alio, siue membrum magnum sit, siue paruum, occultum, vel manifestum, siue inducat deformitatem, siue de-

bilitatem, siue non, ex eo quòd sibi ipsi manus miecit, & intulit, repellitur, vt in c. maritum, xxxiij.di. & in c.qui partem.lv.d.Immò promotus deijcitur, vt in c. siquis absciderit, & hoc du
6 plici ratione: Vna, † quia præsumitur omne malum in alium ausurus, qui in se ipsum ita deseuit, vt.ff.de ædil.edic.l.cum autem.§.excipit.Qui enim sibi nō pepercit, multo minus alteri parcet. ff.de bo.eo.l. qui sibi ante sententiam mortem consciuerit.l. fin. Item quia talis sui ipsius homicida, vt in d.c. siquis sibi absciderit. lv.dist.

Si verò voluntariè, & ex causa, quæ videtur iusta, non tamen re vera iusta est, vt propter ægritudinem: puta quia erat incontinens, vel edax. & tunc per se, siue per alium amputauit sibi virilia, vt castè viueret, quamuis in hoc putaret se obsequium præstare Deo, tamen irregularis est, tanquam sui ipsius homicida, & Dei conditioni ini
8 micus, † qui nihil superflui creauit in homine, vt in c.ab exordio.xxxv. dist. vnde talis repellitur, reijcitur, & deijcitur, vt in d.c. siquis absciderit.& c.hi qui. & c. siquis per ægritudinem. nec obstat quod not.in c.significauit, eo.ti.quia ibi ex gratia, & dispensatione permittitur ministrare in minoribus ordinibus, non autem in sacerdotio ad altaris ministerium, & sic tex.ille continet dispensationem, & gratiam.nos autem loquimur de iure, & iuris rigore, vt facilius cognoscamus dispensationis viam.

9 Religione † siquidem, non sectione quætenda est castitas. Vnde Hierony. ad Armentarium, & trāsumptiuè in c.qui sitit. xxxiij.q.v. dicit, Mihi illi eunuchi placent, quos castrauit voluntas, non necessitas. Libenter eos in meo recipio sinu, qui se ipsos castrarunt propter regnum cœlorum.

Quidam hanc materiam de corpore vitiatis sub breuiloquio comprehendunt hoc modo, videlicet, Quicunque culpa sua vitiatus est in corpore, repellitur: qui verò sine culpa, non nisi scādalum timeatur ex nimia deformitate, vel periculum ex nimia debilitate.

Item quicunque vitiatos corpore consecrauerit, ipse factum suum dissolnet in iniuriam suā, denegando eis ordinum executionem, vt est tex. in c.pęnitentes.lv.di.vbi dicit glo.quòd ibi est ca
10 sus, in quo † quis potest venire contra factum proprium.

Sed pro vera solutione, & sigillo huius conclusionis dicas, eos qui absolutè ordinant, decreuit sancta synodus vacuam habere manus impositionem, & nullum tale factum valere ad iniuriam ipsius, qui eum ordinauit, vt lxx. di.neminem.benefaciunt not. in c. diuersis fallaciis. de cler.coniug. videtur etiam, quòd talis ordinans per annum sit ipso iure suspensus à celebratione missarum, quam sententiam (quæ est canonis) si seruare noluerit, debet excommunicari, vt in c. nullus pœnitentem. lv. di. tamen mihi videtur, quòd ille tex. qui est concilii Arelaten. sit canon latæ sentētiæ ibi, nouerit se alienum. iunctis præcedentibus verbis, incipiendo ibi, Et ideo quicunque ab hac die contra ea, quæ superius comprehensa sunt, clericum ordinare præsumpserit, ab ea die, qua hoc ei potuerit approbari, anno integro non pręsumat missas celebrare: quam rem siquis obseruare noluerit, & contra statuta fratrum faciens, missas celebrare præsumpserit, ecclesiæ communione priuetur, & ab omnium fratrum communione nouerit se alienum. Quia dignum est, vt seueritatē ecclesiasticę disciplinę sentiat, qui salubriter à sanctis patribus instituta obseruare contemnit: ideo non bene dixerunt, qui dixerunt hunc excommunicari debere, allegantes eundem tex. Sed Pet. de Taranta. hic dicit, quòd ille tex.impugnatur ex eo, quia non loquitur de corpore vitiatis, sed tantum de pœnitentibus & bigamis.

Sed dicas, quòd à paritate rationis intelligitur de omnibus patientibus defectum tam in corpore per vitium, quàm per notam, vt est bigamia, & natiuitas, ac omnia alia canonica impedimenta, pro quo est tex. Zozini Papæ in c.qui ecclesiasticis.xxxvj. distinct. & ibi glo. in verbo, ordinem, quam omnino vide pro clausura supra dictorum.

Sed redeundo ad subiectum materiæ nostræ
11 dispensationis super vitio corporali, dicas † ꝙ nullus inferior Episcopo potest super his dispensare, vt supra dixi per discursum.

Per Episcopum autem cum corpore vitiatis, quos supra repelli diximus, seu reijci in omni casu, in quo non remanet deformitas, nec turpitudo generans scādalum, nec debilitas periclitans: etiam si culpa sua fuerunt mutilati, non tamen à seipsis, non solum ad alia officia sacerdotio inferiora, sed etiam ad missam, & altaris ministeriū dispensatur, vt in c.j.de corp.viti.ibi, quando sine scandalo possit solemniter celebrare post peractam pœnitentiam cum eo misericorditer agere, & permittere ipsum in suo ordine ministrare, licet excessus eius grauis admodum extitisset.

Si autem remanet deformitas, vel debilitas, vel vtrunque: si quidem hoc sine culpa sua acciderit, videtur quòd in alijs officijs inferioribus sacerdotalibus citra missam, & altaris ministerium, possint etiam sine dispensatione celebrare, & administrare, per tex. in c.ij. de cler.ægrot. in fi. ibi, ipsum autem cæteris officijs sacerdotalibus fungi minimè prohibemus.

Si autem culpa sua, credo quòd dispensatio sit ei necessaria in inferioribus officijs diuinis à missa, & hæc credo vera, vt infra dicam de cler. ægrot.

ægror. post ptincip.

In non mutilatis verò à semetipsis distinguo, quia si ex insta causa .s. ex ira, & propria indignatione, puto quòd possit dispensari, licet homicidis comparentur, vt supra dixi: non tamen hoc, ideo, quia veri homicidæ fiot, sed qnia periculo homicidij se exposuerunt, sicut & qui infantem exponit, nomen homicidæ sortitur. lxxxvij. dist. si expositus. Cum his autem ex eo puto à solo Papa dispensari posse, vt supra dixi, quia homicidę comparantur.

Si verò ex causa verè iusta, vt propter ægritudinem corporalem, vt supra dixi, si ab alio in arte perito, credo quòd dispensatio non sit necessaria, per tex. in cap. ex parte. el ij. eo. titu. ibi, quoniam igitur canones sanctorum patrum, vsque ad fi.

Si verò à semetipsis, credo quòd necessaria sit dispensatio, saltem ab Episcopo, quia fecit qnod non dolnit, & hoc si erat clericus. si autem erat simplex laicus tempore abscissionis, non credo quòd indigeat dispensatione, vt supra diximus.

Si uerò ex causa, quæ videbatur insta, cum tamen non esset, pnta propter ægritudinem spirituale: puto cum eo per Episcopum dispensari posse in minoribus officiis, citra tamen missam, & altaris ministerinm, vt in c. significauit. de corp. viti. vbi cum secto ab altero voluntariè dispensatur citra missam, vt ibi. Si iam dictum presbyterum alias dignum inueneris, ei sacerdotale officiũ absq; altaris ministerio auctoritate nostra & tua, pront videris expedire, concedas.

In missa autem bene per Papam poterit dispensari, qui in omnibus irregularitatibus potest dispensare, cum irregularitatis pœna à iure posi-
12 tiuo introducta sit, † vt dicit Inno. in c. nisi cum pridem de renunci. in iij. col. super verbo, irregularitatis. vbi ponit etiam, & connumerat nonnullas species irregularitatis à iure positiuo introductas, faciens regulam, quòd Episcopus potest dispensare in omnibus casibus, & cum omnibus personis, nisi sit ei specialiter prohibitum,
13 † vt in c. dilectus. de tempo. ordi. Sed in casu supra proximè dicto Papa specialiter prohibet, ne Episcopus dispenset ad missam, ergo, &c.

Necdicas, ꝙ Papa ibi loquatur Archiepiscopo, quia idē est: imò à minori, vt tenet gl. in d. c.
14 significauit. in verbo, nostra, & tua. † cum istis tamen potest Episcopus dispensare, etiam ad beneficia simplicia, vt est tex. in c. super eo. de biga. in verbo, dispensare. & dicemus latius infra, in tit. seq.

Bene enim conuenit, vt clerici postquàm sint insigniti, si corpora vitiaot, possit secum sic ad simplicia dispensari, etiam secundum legem gratiæ, vt Leuit. xxj. vbi corpore maculati, prohibiti offerre panes Deo, vescebantur tamen panibus, qui offerebantur in sanctuario: ita tamen, vt intra velum non ingrederetur, & illis panibus præpositionis etiam viduæ generis Leuitici vescebantur, vt ibidem.

Sed quia hactenus vidimus de vitijs corporis extrinsecus, & apparentibus, nunc videamus de intrinsecis, non continuatis, apparentibus tamen interpollatim, & taliter vitiatis corpore, vel quod impossibilitatem inducit celebrandi, vel ex quo scandalum, aut periculum timetur, vt podagra, & paralysis, & similibus.

Et aliqui, quorum grauior est casus, & difficilior determinatio, vt sunt arreptitii, siue dęmoniaci, epilentici, caduci, & furiosi, habentes dilucida interualla, de his itaque studiosius videamus.

15 In arreptitijs † indistinctè tene, quòd ex qua semel quis arreptitius, seu dæmoniacus apparuit, nunquam potest promoueri, vt dicit Greg. in c. maritum. xxxiij. dist. & c. communiter clerici. vsque adeo. Et super hoc in promouendis nõ est contradictio inter Docto. & glo. in d. c. communiter. in princ. hoc indistinctè tenet ibi, promoueri autem non possunt. & ibi, in dæmoniacis. similiter non est contradictio in sequentib. Hi etiam appellantur energumini, vt in c. exorcista. xxiij. dist. energumini etiam appellantur lunatici, vt ibidem. & in c. omni die. de conse. di. v. & vtrobique glo. & hi quoque lunatici patiuntur, & repelluntur, vt infra dicemus, & dicit gl. in c. nuper. vij. q. ij. quòd carnes hœdinę prouo-
16 cāt dæmones. † Gnil. Dur. verò in aureo, hæ sunt irregularitates, quæ deijciunt: & dicit, ꝙ etiam hircinæ, & leporinæ. & possumus vti herbis, &
17 lapidibus contra dæmones, † sine tamen incantatione, vt dicit tex. in c. dæmonium. xxvj. q. vij.

In arreptitio iam promoto diuersæ sunt opiniones. Nã inter Hnguti. & alios antiquos glossatores fuit altercatio. Aliqui voluerunt, quòd sicut non debet promoueri, qui semel fuit arreptus à dæmone. ita nec officium potest exercere, etiam si iam promotus sit. & tenentes hanc opinionem dicunt quòd relationm qui, el secondo. ibi, qui. & non illud qui aut. vel qui aut refertur ad proximè positum, s. epilenticos. Et est sensus literæ hic. videlicet, epilentici non debent se ingerere diuinis sacris, exceptis illis, qui sine passionibus. i. vocis confusione, siue emissione vocis confusæ, & spumæ eiectione, qui tamen & ipsi, i. qui hoc non faciunt, sed tantum cadunt, debent esse tandin suspēsi, donec appareat eos per annum liberatos, i. non occupatos à dæmonum incursu. i. quòd appareat, quòd illa passio non sit dæmoniaca, sed tantum epilentica. Hugor. dicebat, quòd in dæmoniacis promotis si per annum steterint & nõ fuerint passi prædicta, quòd

 possint

possint exercere diuina officia. vnde dicit, quòd illud relatiuum qui, refertur propriè ipsis dæmoniacis, & non epilenticis,& impropriè ponitur secundum eum in fine liberati. Hæc omnia sunt verba gl.in d.c.communiter. quam vide. & si vi debis tex.in c.nuper.vij.q.ij.non dicas ibi signari contrarium eo, quod dixi in prima opinione, quia ibi casus erat dubius : ideo Gelasius mandat illis Episcopis diligentem, & solertissimam inquisitionem, & c.maritum. & clerici. vsque adeo,supra alleg. loquūtur de promouendis, & non de iam promotis. Sed prima opi.plus mihi placet propter tex. Marci ix.c. Vbi pater attulit filium suum habētem spiritum mutum, dicens, quòd vbicunque eum apprehenderit, allidit illum, & spumat, & stridet dentibus, & arescit: & ibi comminatus est spiritui immundo, dicens illi, Surde & mute spiritus, ego præcipio tibi exi ab eo, & amplius ne introeas in eum. & super illis verbis, & amplius ne introeas in eum, dicunt scribentes,& præcipuè Toletames,quòd

18 Iesus hoc ideo dixit. † quia semel arreptitius, si ne dæmoniacus, sæpe tentatur ab illo dæmone, qui etiam sua astutia sæpe fingit recessisse. & exiuisse, cum tamen permanserit etiam per annos, vt quotidie videmus : ideo teneo, & transeo cū prima. Quinimò si bene ponderemus d. glo. in d.c.communiter. ibi, i.appareat, ꝙ illa passio non est dæmoniaca, sed epilentica.glo.videtur sentire, ꝙ ubi non esset epilentica,nunquàm per mitteretur sacramentorum execucio, etiam si per annum steterint, & non fuerint passi, ex quo apparuit passionem non esse epilenticam : quia non sequitur, non est epilentica, ergo nec dæmoniaca. Et vidi Romæ quandam mulierem, nomine Menicha, quæ à dæmone uexabatur: & dum alligata fuisset ad columnam, ad quam Dominus noster Iesus Christus in Templo Salomonis adhæserat, virtute Dei expulsus est dæmon (quæ columna est in Ecclesia sancti Petri craticulis ferreis constipata, siue circundata) videbatur liberata: tamen post biennium iterum vexabatur, & introducta iterum ad columnam, etiā interrogatus diabolus, quisnam esset? respondit, ille idem qui erat. & interrogatus, quare redierat in eam? respondit, quòd nunquā exierat, sed tunc finxerat exiuisse. & interrogatus, quare tunc non exierat? nunquam voluit respondere, & sæpius, & iteratis diebus introducta, demum liberatur, & exiuit dæmon ille. & in signum sui recessus extinxit quatuor candelas ardentes, & fregit oculum vitreum vnius fenestræ Ecclesiæ S.Petri sic iubente sacerdote in signum exitus &c. Et mulier illa cecidit in terrā vti mortua,& verè credebatur mortua. Sacerdos autem ille,qui erat Sacrista,& vocabatur dominus Colla, in his valde expertus, illico legit super mulierem Euangelium illud Marci : & dum venit ad illa verba, ibi. Iesus autem tenens manum eius, eleuauit eum, & surrexit. exclamauit illa verba voce magna,& verè mulier eleuata est. & ego interfui, vidi, & audiui, & fuit anno primo Pontificatus Alex.VI. astante populi multitudine, omnibus timentibus, & plorantibus,& multi curiales nō credentes crediderunt, & fatebantur fidem Catholicam. Ideo teneo primam tanquam tutiorem.

Et cum istis credo non esse dispensandum etiam per Papam.licet nulli dubium sit, quòd posset, vt diximus: quia debet præponere claues discretionis clauibus potentię, vt not.Inno.qui & ipse fuit Papa,in c.quanto.de iureiur. & in c. ad Apostolicę.de re iud.in vj. In alijs uerò aliquando fit dispensatio, aliquando toleratio, ut supra uidimus,& in d.tex.legitur.

19 De † epilenticis uerò, siue caducis distinguendum est, an emittant voces confusas, uel spumam:an uerò sine elidantur in terram. Primo casu debent cessare omnino, vt in d.c.nuper vij.q.ij.& melius in c.præcedenti,quod incipit, in literis. & ibi propriè est casus. In secundo verò possunt celebrare,sed debent habere coadiutorem,ut in d.c.literis.& c. illud diuini oraculi. ea.c.& quæst.j.

Sed quid dicemus de epilenticis promouendis,ex quo diximus de iam promotis. Dicas pari ratione,ꝙ durante morbo non sunt promouēdi, cessante verò poterunt promoueri. Neq; dicas sicut diximus de dæmoniaco,seu arreptitio, ante promotionem,quia alius est morbus corporis, alius mentis oppressiuus: quia primus interdum prouenit ex mala corporis organizatione, & ex debilitate naturæ, vel parentū vitio : quia aliqui sunt morbi hæreditarij,vt podagra, strabonitas,claudicatio nimia, tubedo, quæ interdū tendit ad lepram,& hi similes morbi : licet text. in c.cum infirmitas.de pœnit.dicat, ꝙ nonnunquam infirmitas corporalis ex peccato prouenit, quia illud nonnunquam interpretatur.i. aliquando, non autem semper. Secundus verò vnde veniat, non potest dici, nisi Deo permittente, vt dicit August.de his dęmoniacis, & maleficis loquendo, in q.xvij.& xviij.de ciuit. Dei. Interdum etiam ex mala hominum dispositione, etiā Deo permittente, vt pulchrè & copiosè dixerūt patres illi ordinis Prędicatorum, magistri Henricus Institoris,& Iacobus Sprenger, Alemani, in prima parte sui opis titulati, Malleus maleficarum. in quo tripartitè tractant de varijs incantationum generibus, & eorum origine, vbi de istis arreptitijs pulchrè dicunt. Itē de maleficis mirabiliter per exempla horrenda, in ij. parte dicti operis pertractantur. In tertia verò de modo procedendi contra eos, & puniendi : & in de-

detestationem dæmonis magis conuenit, vt non promoueatur arreptitius, cum iam promotus cessante arreptione non admittatur, aut restituatur ad exercitium, cum iam habeat characterem in animam impressum, vt supra diximus de seruis non ordinandis, in §. sed quæro. conclusio est, quòd seruos. & iuxta illud,

Turpius eijcitur, quam non admittitur hospes.

Contra hanc opi. videntur tenere Hugo & Lauren. & allegant d.c. maritum. xxxiij. dist. qui loquitur de arreptitijs, & non epilenticis: ideo nihil facit, sed melius faciunt in contrarium, vt puto supra dicta.

De furiosis verò planum est, quòd promoue-
10 ri non possint, vt in d. c. maritum. † tamen promoti nō deijciūtur, vt est tex. i c. quāuis. vij. q. ij.
21 Quid autem † de paralitico, dicas ei coadiutorem esse dandum, vt in c. consultationibus. quod est fi. de cler. ægro. & de leproso, & grauiter longa ægritudine detento idem, vt in c. ex parte. & c. de rectoribus. & sequenti, eo. tit. de quibus infra tit. proximo.

Sed quærendum est, quomodo cum eis dispensari possit, vt aliquid supra diximus. Dicas quòd in lege domini discernere inter lepram & leptam sacerdotis est, vt Leuiti. xiij. in princip. Superioris itaque est iudicare, quæ deformitas, quæ debilitas, quæ infirmitas, vel mentis occupatio, quæ horribilitas, & quale impedimentum irregularitatem constituat in homine, vt in d.c. communiter. ibi. cōmuniter diffinimus. iuncto ibi, per discretionem Episcopi inueniantur.

Debent ergo impedimenta aspectui oculorum subijci, vt ibi colligitur: nam iuxta illud.

Segnius irritant animos demissa per aures,
Quàm quæ sunt oculis subiecta fidelibus.

Vt in l. iij. fini. regund. C. & in l. cum impunè. ff. eo. & l. minor. cum quæritur de ætate: si verò de virginitate, ad oculum obstetricis, vt in c. mo aliqua. xvij. q. j. & de prægnantibus, vel non, in l. j. ff. de vent. inspici. Ideo in hoc non potest dari certa doctrina. Ideo sacra pœnitentiaria in casibus, in quibus solus Papa dispensat, nunquam consueuit dare literas dispensationis super deformitatibus, & mutilationibus, sed mandatū de dispensando: & committit ordinarijs locorum cum clausula, diligenter inspicias: & si per inspectionem, &c. vel cum clausula, si ita eum reperetis, vel si ita est, super quo conscientiam tuam oneramus, vt supra dixi.

22 Sed † quid dicemus de hermaphrodito, an sit irregularis, cum sit corpore vitiatus, ita quòd non possit promoueri? Matia. Socinus in d. repeti. c. sententiam. ne cler. vel mona. distinguit, quòd aut ipse calescit magis in vno sexu, quàm in alio: quia in illo sexu ascribitur, in quo magis calescit, quia iudicabitur in illo sexu, vt si in masculino, vt masculus: si in fœminino, vt fœmina. vt not. in l. quæritur. ff. de sta. hominum. & iiij. q. iij. Item hermaphrodita. & l. repetundarum. §. primo. ff. de testi. & Archid. in c. diaconissam. xxvij. q. j. & Hosti. in sum. de testi. §. j. versi. quid de hermaphrodita. dicit standum esse suæ declarationi.

23 Vltimo quæro, † quid de nō bibente vinum, virum cum eo dispensetur, vt promoueatur ad sacerdotium? glo. in c. ipsi Apostoli. ij. q. vij. in verbo, nec esse. circa medium ibi, circa hanc materiam. dicit, quòd non, cum ipsum ministrantem oporteat communicare, vt de consecra. di. j. Episcopus. & dist. ij. peracta.

SVMMAE.

1 *Aegrotus quando promoueatur, & promotus, & quomodo conseruetur.*
2 *Aegrotanti ordinato datur coadiutor: & an talis coadiutor debeat in beneficio succedere. & 3.*
Episcopus, an possit inferioribus dare coadiutorem cum successione, etiam petenti. & Archiepiscopus Episcopos cum isti possint dare coadiutores indigentibus.
4 *Electio Episcoporum non pertinet ad Metropolitanū.*
5 *Leprosus, an remoueatur à beneficio, vel detur ei coadiutor.*
6 *Dispensatio tunc dicitur, quando aliquid admittitur seueritati iuris.*

De Clerico ægrotante, vel debilitato.

TITVLVS iste ideo subiungitur, cum bene conueniat pro secunda consideratione vitij corporalis, vel infirmitatis circa beneficiatos à beneficijs amouendos, vel nō, ex causa prouenien te sine culpa, & sine peccato. Et licet materia huius tit. nō cadat sub dispensatione, cum ægroti, & debiles non indigeant alia dispensatione, quā supra dictum est in tit. proximè præcedēti, tamē bene conuenit secundæ parti inscriptionis, & titu li huius nostri tractatus, videlicet de impedimē tis officiorum, & beneficiorum ecclesiasticorū. Ideo summistæ, vt Goff. & Host. hic, pro complemēto huius tit. remittunt se ad tit. præcedētem.

Sed vltra eos vide glo. in verbo administratio nis in c. tua nos. & c. ex parte. in verbo, coadiuto
1 rem. eo. tit. & videbis, † quòd secundum qualitatem ægritudinis dispēsatur, quòd sacerdos ægrotus, siue rector parrochialis, siue prælatus, siue simpliciter beneficiatus, deseruiat aut per vicarium, aut per coadiutorem: quod intellige de infirmitatibus incurabilibus, si Dei iudicio proueniunt: si autem eius culpa, tunc dignum est, vt malè merito perpetua egestate laborēt, vt in l. bona fides. ff.

depositi. idem Hostien. & alij distinxerunt inter ęgrotantem Dei permissione, & culpa sua, ponit exemplum Hostien. de eo, qui cognouit mulierem immediatè post leprosum, & idem potes dicere de cognoscente mulierem leprosam.

Hodie autem sic possumus dicere de sacerdotibus infectis morbo Gallico nuncupato, qui euidentissimè prouenit ex infectione his, qui cum mulieribus eodem morbo laborantibus sunt coinquinati. Iterum quos sunt hodie multi ecclesiastici, quos vidi pustulis, & doloribus aspersos, & repertos, quos bene iustitiæ conueniret omni dignitate, & ecclesiasticis beneficiis priuare, cum talis ægritudo eis Dei iudicio contigerit, vt tenet ibi Host. in summa, eo. titu. in §. & an propter infirmitatem. & hoc videtur dixisse de mente glo. in c. ex parte. in verbo, coadiutorem. hoc eo. titu. & ideo propter casum superuenientem sine culpa, &c. & sic à contrario sensu, si cum culpa superuenit, secus est: pro quo do aliam glo. in c. quamuis sit triste. vij.q.j. in verbo, ministretur. quam videtur hoc solum sentire. & ad hoc etiã bene facit. l. idem. ff. de cõ dict. ob causam. & l. si mulier. ff. quod met. causa. dicemus aliquid infra, sub tit. de cler. non resid.

Sed quia conclusio est, quòd ægrotanti datur coadiutor, vt in iuribus supra allegatis, & c. petiisti. & c. quia frater, & corpus. vij.q.j. quæro,
2 † an talis coadiutor debeat in beneficio succedere? & videtur dicendum, quòd sic, per tex. in d. c. quamuis sit triste. in fi. & c. petiisti. Vbi Zacharias Papa concessit Bonifacio Archiepiscopo Maguntino, ætate grauato, vt sibi coadiutorem assumarcum successione. Sed dicas illud
3 fuisse † quid specialiter concessum, quod patet ibi, hoc nulli concedi alii patimur, quod tibi charitate cogente largiri censuimus. cõtrarium ergo est regulare.

Sed nunquid Episcopus inferioribus poterit dare coadiutorem cum successione etiam petenti, & Archiepiscopus Episcopo, cum isti possint dare coadiutores indigentibus? dicas de Metropolitano, quòd non. tex. est in c. scripsit. vij.q.j.
4 & est cap. primum, † quia hoc pertinet ad Papam, vt in c. ex parte. eo. ti. ibi, mandamus. quia electio Episcoporum non pertinet ad Metropolitanum. idem dicas de omnibus inferioribus, quia est contra Concilium Lateranen. cum non possint inferiores à Papa dare vacaturam, vt in c. nulla. de concess. præben. quinimmo, & Papa rarò consueuit dare coadiutorem non petenti, & multi hodie petũt nepotes in coadiutores sine sufficiẽti causa, & obtinent tandẽ, vt sæpius vidi.
5 Sed † quid dicemus de leprosis, nunquid remouebuntur, vel eis coadiutor dabitur? Videtur dicendum, quòd donec non abominentur, debent remanere, vt dicit gl. in c. tua nos. de cler. ægro. in verbo, administratores. ibi, dicas cum Vincentio. & tunc, quòd quandiu aliquis potest remanere in collegio suo sine scandalo, & horrore non substituitur ei aliquis, alias alius ei substituendus est, qui erit prælatus in totum, & infirmo prouidebitur de bonis ecclesiæ.

Et an, & quando sine scandalo, & horrore possit remanere? credo, quòd sit relinquendum arbitrio superioris, quòd vltra, quæ supra dixi in tit. præced. in §. sed quærendum est. probatur Leuit. xiij. ibi, ad arbitrium eius separabitur. §. sacerdotis. Si autem vera leprosa erit abominabilis, tũc videtur, quòd de necessitate sit amouendus, nec superiori poterit sustinere ipsum, vt Leuit. eo. c. ibi, Contaminabit eum sacerdos, & non recludet: quia perspicuæ immunditiæ est. cum sequentibus vsque ibi, quicunque ergo maculatus fuerit lepra, & separatus est ad arbitrium sacerdotis, &c.

Sed dices fortè, quòd hoc nihil facit ad casum nostrum, quia loquũtur hæc de omnibus leprosis, non de sacerdotibus tantum: nos autem quærimus de sacerdotibus, etiam curam animarum, & præeminentiam cum administratione habentibus. Sed dicas idem esse indifferenter de omnibus, vt ibidem. Imò omnes indifferenter eiiciebant extra castra. Sed dicas, quòd illa omnia in lege veteri dicta sunt metaphoricè, videlicet de lepra peccati, quoad legem euangelicam, & extra castra hodie intelligitur extra communionem fidelium. Sed verè si sic hic vellemus intelligere, oportet dicere, quòd cum lepra interdum proueniat ex genitura, culpa parentum, quia geniti tempore menstruorum communiter efficiuntur leprosi, & similiter genitus, vel natus de leproso, uel leprosa, uel quia cognouit leprosam, uel mulierem immediatè cognitam à leproso, ut dixit Host. ubi supra, non possem referri spiritualiter ad lepram peccati, sed ad ueram lepram corporis afflictiuam. Ideo Canonistæ loquuntur de ea, ne sic alios inficiant, uel abominationem, & horrorem inducant. Vnde uidetur tenendum esse cum Vincentio, & Bern. quòd quandiu quis remanere potest in collegio suo, sine scandalo,
5 uel horrore, non est alius substituendus †. Alias sic, & substitutus erit prælatus cum libera, quod est speciale in lepra, vt dicit ibi in d. gl. in verbo, administrationis. ibi, & hoc est spãle in lepra propter abominationem, & scãdalũ populi.

Continet autem hæc materia dispensationem in se, in quantum plus, vel minus toleratur le-
6 prosus, quia † vbicunque admittitur aliquid seueritati iuris, dispensatio est, vt supra sæpius diximus. hæc dixerunt antiqui.

SVMMAE.

1 *Baptismus est ianua omnium sacramentorum, & sine eo nemo est salus. nu. 9.*

2 Non

2 *Non baptizati habent defectum ſacramenti fidei, ſine qua, & extra qua non poteſt ſalus, neque Dei cognitio.*

3 *Neophiti habent defectum gentilitatis, ſiue antiquitatis in ipſo fidei ſacramento.*

4 *Differentes baptizari defectu efficaciæ ſacramenti, i. remiſſionis, peccatorum ſalutem quo ad præſumptionem habent.*

5 *Bigamiæ defectus eſt in figura, & ſignificatione ſacramenti.*

6 *Presbyteri appellatione omnis clericus continetur.*

7 *Non baptizatus non recipit characterē ordinationis.*

8 *Actus actiuorum non operantur in non diſpoſito.*

10 *Baptiſmus triplex, fluminis, flaminis, & ſanguinis.*

11 *Baptiſmus, an poſſit fieri conditionaliter.*

12 *Nō baptizatus, ſed credens baptizatū eſſe, et ſecundū fidem viuens, an habeat remiſſionem peccatorum.*

13 *Sacramētū Eucharistię, an poſſit recipi à nō baptizato.*

14 *Sacramentum oblatum tempore Aaron erat immolare animalia, & de alijs ſubſequentibus ſacrificijs. & de eius ſignificatu. nu. 16.*

15 *Melchiſedech fuit ante legem Moſis.*

17 *Sacerdotium vetus, & nouum differunt.*

18 *Inno. in c. translato. de conſti. declaratur.*

19 *Baptiſmus quare in neceſſitatib⁹ à quocūq; accipi pōt. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo.*

20 *Fructus, qui ex baptiſmo oriuntur.*

De presbytero non baptizato.

IANVAM omnium ſacramento-
1 rum † baptiſmum eſſe, non eſt am-
biguū: ideo poſt vitia, ſeu defectus
corporis, de qbus vidimus ſupra de
defectibus aoimę, qui ſunt io non
baptizatis, in neophitis, in differentibus baptiza
ri, & bigamis, qui interdum à promotione repel
luntur, & promoti tam ab officio, quàm benefi-
cio eccleſiaſtico deijciuntur. & hoc eſt quartum
impedimentum ſine peccato proueniens.

Non baptizati enim habent defectum ſacra-
2 menti fidei, † ſine qua, & extra quam non eſt
ſalus, nec Dei cognitio, vt xxiiij. q. j. quicunque
ab vnitate. & c. qa ea ſola. & c. aduocauit. & p B.
Tho. ij. ij. q. lj. ar. v. & viij. & melius. q. iij. ar. ij.

3 Neophiti verò † habent defectum gentilita-
tis, ſiue antiquitatis io ipſo fidei ſacramento, vt
xlviij. d. quoniam, cum ſequenti. ideo ordinati
prohibentur. cauſa autem prohibitionis ſecun-
dum Apoſtolū ad Timoth. iij. & tranſumptiuè
xlviij. diſ. in ſumma ibi. cauſa aūt huius prohibi
tionis eſt, vt infra dicemus ſub tit. de neophitis.

4 Differentes † autem baptizari. defectu effica-
ciæ ſacramenti, ideſt remiſſionis peccatorum, ſa
lutem quoad præſumptionem habent, vt infra
latius in ſuo tit. dicemus.

5 Bigamiæ † verò defectus eſt in figura, ac ſigni
ficatione ſacramenti, vt ſimiliter dicemus.

In primis itaque de defectu ſacramenti agen-
tis tractabimus, dicentes de presbytero non ba-
ptizato. vbi conſiderandum eſt, an ordines iam
ſuſceperit, & non adminiſtrauerit Eccleſiaſtica
ſacramenta vſque ad confectionem. Et iſte titu-
lus hic ponitur propter tex. c. veniens. de presby
ter. non bapti. ibi, & certè de illo, qui natus eſt
de Chriſtianis parentibus, &c. quia tale impedi-
mentum ſine culpa, & ſine peccato oriri poteſt,
vt ſupra dixi in diuiſione huius operis, in quinta
parte, io principio.

6 Sciendum eſt igitur, † quòd quantum ad hūc
articulum pertinet, nomine presbyteri quilibet
clericus continetur cuiuſcunque ordinis, qui ſi
deprehenſus fuerit non eſſe baptizatus, baptiza
7 ri debet, & iterum ordinari: † quia non recipit
characterē in animam, qui nō eſt baptizatus, vt
8 in c. primo. & fi. de presbyter. nō bapti. † Actus
enim actiuorum non operantur io non diſpoſi-
to, vt ait philoſophus in ſecūdo de anima. Quòd
autem interdicitur refertur ad defectum, & non
ad ius, quia ordinatio nulla fuit: & eſt ratio,
quia baptiſmus eſt ianua omnium ſacramento-
rum ſecundum quid, ſaluis quæ dicuntur io c.
Apoſtolicam. hoc eo. ti. vt in c. fi. hoc eo. ti. & in
c. cum itaque. de conſecra. di. iiij. in fi. & ſine eo
9 non eſt ſalus, ea. di. † firmiſſimè intelligendo de
10 vno ex tribus, videlicet baptiſmo † fluminis, fla-
minis, vel ſanguinis. Si enim ordinem ſuſcepiſ-
ſet, & non recordaretur. j. q. j. quòd quiddam a-
liud eſt, ſi fuerit ordinatus, ſed non ſecundum
formam euangelicam, vt in c. fi. eo. ti. io princip.
Et idem ſi probabiliter dubitetur, an ſit baptiza
tus: quia & baptizari & ordinari debet, vt not.
in c. ij. de bapti. Sed io primis duobus caſibus,
ſcilicet cum cōſtat non eſſe baptizatum, vel nō,
in forma euangelij debet baptizari: quam for-
mam habemus in euangelio Matth. xxvij. in fi.
ibi, Euntes ergo, docete oēs gentes, baptizantes
eos in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, &
repetitiuè in c. j. & c. non vt apponas. de bapt.

11 In tertio verò caſu, ſi probabiliter dubitatur,
tunc baptizabitur conditionaliter ſub hac for-
malitate, videlicet ſi non es baptizatus, ego te ba
ptizo in nomine patris, &c. ſi es baptizatus, ego
non te baptizo, vt traditur io c. ij. de baptiſ. & ex
his dico idē ſeruandū eſſe ſub eadē forma condi
tionali io ordinibus eccleſiaſticis pari ratione.

Sed curioſi forte dicent infinitum hominum
numerum eſſe, de quorum baptiſmo non eſt me
moria, nec probatio: ergo conditionaliter reba
ptizandum.

Dicas ne ſimus proniores ad talia, quòd de
quolibet, qui natus eſt de Chriſtianis parenti-
bus, ſi fideliter & inter fideles eſt conuerſatus
tam vehementer, & euidenter, pręſumitur quòd
ſit

sit baptizatus, vt hæc præsumptiô pro certitudine sit habenda, nisi fortè euidentissimis argumẽtis contrarium probaretur, dicit tex. in c. fi. in fi. hoc eo. tit. & talis dicitur baptizatus baptismate flaminis, cum triplex sit baptismus, videlicet fluminis, flaminis, & sanguinis, vt supra. Ideo il-
12 lud tenendum est, † q̃ si quis in veritate non sit baptizatus, credens tamen se baptizatum, & semper in fide catholica, & in cõfessione & gremio eius perseuerauit, si alias fuit laudabilis cõuersationis, & vitæ, credo ei omnia peccata dimissa, & pro eo in ecclesia preces & sacrificia Deo posse offerri, vt in c. ij. eo. tit. cuius ratio est supra proximè dicta, quia baptizatus baptismate flaminis, sicut ille de quo in c. debitũ de bapt. Sed obijcitur cõtra prædicta circa ordinem sic. Sacerdos non baptizatus credens se baptizatũ, habet fidem Christi, ergo est membrum ecclesiæ Christi, cuius sacramentum nedum nõ contempsit, imò habere credidit: nõ enim efficitur quis membrum Christi solummodo per sacramentũ fidei, sed etiam per fidem sacramẽti. Et qui Christum habet per fidem, etiam si nõ sit baptizatus, habet nihilominus fundamentum fidei, vt in c. fi. hoc eo. tit. si ergo habuit fundamentum sacramentorum, poterit alia fundamenta superædificare. Ergo quando fuit ordinatus recepit characterem, & sic non debet iterum ordinari, sed ecclesia debet dispensatiuè tolerare. Solutio.

Hæc obiectio non valet, nam licet quis habeat sacramentum per fidem, tamen quàm cito incipit scire se non habere sacramentum fidei, & contemnit illud recipere, statim amittit fundamentum fidei. Vnde iterum ordinatur, quia certum est, q̃ nõ receperat ordines ante baptismũ.

Sed hæc solutio non videtur bona, quia sequeretur, q̃ clericus catholicus, si laberetur in hæresim, ex quo lapsu proculdubio amittitur fidei fundamentum, amitteret quoque ordinis characterem, & sic rediens ad fidem esset reordinandus; quod est falsum. Item etiam sequeretur, q̃ si clericus non baptizatus, fidelis tamen non contempsit sacramentum fidei, sed statim cum sciuit se non baptizatum doluit, & perseuerans in fide suscepit baptismum, cum nunquam amisẽrit fundamentum fidei ante baptismum, etiam characterem ordinis suscepisset, & ita postea veritate comperta non esset ordinandus: quod est contra omnes rectè & catholicè sentiẽtes, Ideo aliter dicendũ puto, s. q̃ in veritate fides est fundamentum omnium sacramentorum. nec enim danda sunt sacramẽta, nisi fideli, & baptismus. Ideo dicas q̃ duplex est fundamentũ, videlicet proximũ, & remotũ, & fides est fundamentum proximũ baptismi. Fundamentũ verò remotum est aliorum sacramẽtorum. Baptismus verò fundamentũ proximũ. vnde licèt quis habeat fundamentum remotũ, si non habet fundamẽtum proximũ, nõ recipit characterem sacramẽtorũ. Tamen si quis habet proximum fundamentũ, & nõ habet remotum, characterem recipit sacramentorum. Nã baptizatus infidelis si ordinatur, proculdubio characterem recipit. Exemplum. sicut si quis ædificaret domum super fundamentum remotũ, eo sublato, nihil ageret: sic qui sup fundamentũ fidei sublato fundamẽto baptismatis, si suprædificat ordinẽ, nihil agit. Hęc Tarantasiẽsis.

Sed iterum, & fortius obijcitur, nã videtur, q̃ nõ solum, qui creditur baptizatus recipit ordinem ante baptismũ, sed etiã ille, de quo scitur, q̃ nõ sit baptizatus: si ordinet, ẽt q̃ baptismus nõ sit ianua, vel fundamentũ oium sacramẽtorum, patet. Nã sacramentũ coniugij præcessit baptis-
13 mum, † & est etiã apud infideles. Sacramentum aũt Eucharistiæ à nõ baptizato recipi potest. Sacramẽtũ etiã Ordinis nõ solùm Pontificalis, sed etiã sacerdotalis, & Leuitici ex institutione sua præcessit baptismũ, vt patet Leuit. viij. vbi Moses ordinauit Aaron, & filios eius, vt dicã infra de nõ ordinato ministrãte, in principio. Hęc Inno. in c. fi. hoc eo. tit. qui tamen non soluit.

Sed potest dici, salua semper S. Ecclesiæ determinatione, videlicet q̃ Christus primus sacerdos in æternum, in lege Euãgelica sic ordinauit post cõsummationẽ legis veteris in ipsius passione, cũ dixit, cõsummatum est. i. oẽs prophetiæ & mãdata Mosis adimpletæ sunt, lege Decalogi firma manẽte, de qua Matth. v. Nõ veni soluere legẽ, sed adimplere. Quo verò ad circuncisionem ipsam sustulit dicẽs, Nisi qs renatus fuerit aqua & spiritusancto, saluus esse nõ poterit, vt Io. iij. Et sic patet, q̃ præposuit sacramentũ baptismi oibus alijs sacramẽtis, sine quo nõ potest esse salus, ergo est ianua oium sacramẽtorũ. Et ordinata in lege data, videlicet Mosis, hodie nõ sunt attendenda, nisi velimus Iudaizare, quia non est idem sacerdotium vetus & nouum, nec eadem lex. Translato. de constit. cum ibi not.

Præterea, quid est q̃ dicit idẽ Inno. q̃ sacramẽtum eucharistiæ à nõ baptizato recipi potest. Primo vr nõ bene dicere, q̃ eucharistia possit à tali recipi, quia not. cõtra in c. subdiaconus. §. sed illud. xiiij. q. j. vbi dicitur, quòd alia sacramenta præter baptismum, & sacramentum corporis, & sanguinis domini, & reconciliatio, non debet recipi ab hæretico, vel catholico non sacerdote, vt cã. j. q. vbi supra. c. cœpit. Solutio.

Ad primũ potest dici, q̃ aliud est sacrm nouæ legis, & aliud veteris, qd sic pbatur. Apostolus dicit ad Heb. v. & vij. & in d. c. trãslato. de cõstit. trãslato sacerdotio necesse est legis trãslatio. i. legalium sacrificiorũ. vbi manifestè ostẽdit Apls vetus sacerdotiũ trãslatum esse, ergo nõ est idẽ,
14 qd nouũ. Præterea † vetus sacerdotiũ fuit fm ordinem

dinem Aaron, cuius erat immolare animalia:
nouum verò ſecũdum ordinem Melchiſedech;
cuius ritus fuit offerre panem,& vinnm,vt Gen.
xiiij. De qno ſacerdotio Dauid propheticè dixit,
Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem
Melchiſedech, non autem ſecnndnm ordiuem
Aaron, vel Leuiticum. licet Inoo. in d.c. trãſlato,
teneat de ſacerdotio Lenitico in Chriſtum tran-
15 ſlato, ne ſit obiectio de Melchiſedech † qni ſuit
ante legem Moſis, qnia verè Chriſtus redem-
ptor non eſt ortus de tribn Leui, ſed de trihu Iu-
da, iuxta illud propheticum, Ex ſemine Abra-
hæ orta de tribu Iuda, clara ex ſtirpe Dauid, vt
etiam ad Hebræos vj. in fin. Et per hoc probat
Apoſtolus, qnòd dominus noſter Ieſus Chriſtus
non fuit ſacerdos ſecundum ordinem Aaron,
ſed ſecundum ordinem Melchiſedech, vt ad He
bræ. vij. ibi, Si ergo conſummatio per ſacerdo-
tium Leuiticum erar, populns enim ſibi legem
accepit: qoid adhoc neceſſarium ſnit ſecundum
ordinem Melchiſedech alium ſurgere ſacerdo-
tem, & non ſecundum ordinem Leui? Tranſlato
enim ſacerdotio, neceſſe eſt vt legis tranſlatio
fiat, in quo enim hæc dicunrur? de alia tribu eſt,
de qna nullus altario præſto fuit. manifeſtum
enĩ eſt, quòd ex Iuda ortus eſt dominos noſter,
in qua tribu nihil de ſacerdotibos Moſes loquu
16 tns eſt. Hæc Apoſtolus. Nã † omnia ſacrificia, &
expiationes Aaroo in victimis erant metaphori
cè ad agnum Dei, qui io ligno crucis immola-
tus portauit iniqnitates noſtras, & redemit oos
ſanguine ſuo, vt dixi ſupra in proęmio hnius o-
17 peris, & in epiſtola prima Petri. † ergo non eſt
idem ſacerdotium vetus & nonnm, vnde ſi ali-
quis ſacerdotium Iudæorum fieret Chriſtianus,
oon poſſet fungi ſacerdotio antequã eſſet apnd
Chriſtianos ordioatus. Nullum enim ordinem
noſtrum haher: vtrunque tamen ſacerdotium
habet ianuam ſuam, ſeu fnndamentum, vt vetus
habet circunciſionem: nouum vero baptiſmũ.
ex quo enim tempore dictum eſt, anima cuins
præputij caro circunciſa non fuerit, peribit de
populo ſuo. vbi dicit glo. interlinearis de ortu
ſanctorum, vt videlicet inter eos oon commi-
nerentur ex eo, io quem tempore fuit circunci-
ſio fundamentum ſacerdotij veteris: vnde ſiquis
non circunciſus ordioaretur ritu Iudaico, non
recepiſſet characterem. Similiter eo tempore,
qoo dominus dixit: Niſi quis renatus fuerit ex
aqoa, & ſpiritu ſancto, oon intrabit in regnnm
Dei, Ioan. iij. i. non numerabitur in grege Eccle-
ſiæ, quæ regnnm cęlorum dicitur, vt Matth. xvj.
Simile eſt regnum cœlorum ſagenæ miſſę io ma
ri. &c. licet etiam de regno cœleſtis patriæ.

Alia præmiſſa authoritas intelligatur ex eo,
in qnòd tempore baptiſmus fuit ianua, & fuoda
mentum noui ſacerdotij.

Cum ergo dicatur, quòd ſacramentum ordi
nis Pontificalis, Sacerdotalis, & Leuitici pręceſ
ſerit baptiſmum, verum eſt, ſi intelligas ſim-
pliciter ordioem intelligendo de ſacerdotio iu-
dæorum.

Si autem intelligas pro ſacerdotio nonę legis
Euangelicę, & Chriſtianornm, falſum eſt: nam
illud pręcedit à baptiſmo.

Ad illud, quod ohijcitur de ſacramento con-
iugij, quòd præceſſit haptiſmnm, quod eſt etiã
apud infideles: vnde baptiſmus noo eſt eius fun
damentum. concedo ita eſſe verum. propterea
illa aothoritas, videlicet haptiſmus, eſt ianua om
nium ſacramentorum. poteſt dici, quòd vera eſt
de illis ſacramentis, quæ ſunt nouę legis inſtitu
tione, & approbatione, non autem de illis, quæ
ſunt nouę legis apptobatione tantum, vt matri-
mootum. & eodem modo poſſet reſponderi ad
pręcedentem. q. de ordine, ſi quis vellet dicere
non eſſe ſacramentum, niſi tantum approbatio
ne, cũ ex inſtitutione nouam legẽ pręueniàt. ſed
quantũ ad illud, prima ſolutio fortè eſt melior.

Ad tertium, qoòd dicitur quòd ſacramentom
Eochariſtiæ à non baptizatis recipi poteſt, per ꝙ
videbatur, qnòd & ab eis poſſet confici: dicen-
dum eſt, quòd non ſequitor, quia omnes vtrioſ
que ſexus Chriſti fideles, poſtquàm ad annos di
ſcretionis peruenerint, tenentur ſemel in anoo
confiteri ſua ſolius peccata proprio ſacerdoti,
& ſuſcipere reuerenter, ad minns in Paſcha, Eu-
chariſtię ſacrameotnm, niſi fortè de proprij ſa
cerdotis conſilio, &c. vt in c. omnis vtriuſque
ſexus. de pœnit. & remiſſ. & tamen nec confice
re, nec miniſtrare poſſunt. ſic etiam & multi
poſſnnt miniſtrare, qui non poſſunt conficere,
vt diaconi, qoi poſſunt miniſtrare, ſed non cõ
ficere, etiam in caſu oeceſſitatis.

Vel dic quòd hæc propoſitio, Euchariſtia po
teſt recipi à non baptizatis, duplex eſt. ſi enim
hæc determinatio, à nõ baptizatis, referatur ad
verbum poteſt, vera eſt: & tnnc iotelligitor ex
parte ſuppoſiti, & eſt ſenſos, quòd non baptiza-
tus poteſt recipere ſacramentum Euchariſtię,
qood qnidem verum eſt. ſi enim daretur hoſtia
noo baptizato, non propterea deſinet ibi eſſe ve
rnm corpus Chriſti. Io hoc caſo loquitur Inno.
vbi ſupra. & tunc non procedit hæc obiectio, cũ
ipſe loquatur in recipiente, ſed obijcit de dãte.

Si autem hæc determinatio à non haptizatis,
referatur ad hoc verbũ recipi: tũc ſuperflna eſt,
& intelligitur ex parte appoſiti, & eſt ſenſus, de
manu noo baptizati, vel non baptizato miniſtrã
te poſſit recipi euchariſtia, quod falſum omnino
18 eſt, nec eſt ſenſus Inno. † vt patet ex ipſa litera,
qnia ibi nõ loquitor de collatione ſacramẽtorũ,
ſed de receptione. ſic ergo patet, ꝙ in argumẽto
ẽ fallacia amphibologię ex diuerſa cõſtructione.

Ad

Ad alia patet solutio per iam dicta. Iun. enim loquitur in susceptinne, in quo sensu uera est locutio, contraria uerò loquuntur in dante, in quo sensu falsa erat.

19 Si autem quæratur, †quare baptismus in necessitate potest accipi à quocunque, etiam hæretico, nō autem eucharistia, ut xxxij. dist. præter. in §. uerum. in fi. cum in alterutro fides, & contritio uicem suppleat sacramenti, ut de consecr. distin. ij. ut quid. & dist. iiij. baptismi uicem.

Resolutio, quia alia est consideratio in baptismo, quàm in aliis sacramentis. Baptismus enim est necessarior, & prior ordine, quàm cætera sacramenta, ut in eodem. §. verum. cum sit ianua sacramentorum, & fidei, & fides cum baptismo det uitam æternam, ut legitur in catechismo Catecuminorum.

Et sine fide impossibile sit placere Deo, ut ad Hebræos xj.

20 Vel ideo secundum Io. glo. quia in baptismo fit plenior remissio, †quàm in alijs. in sola enim contritione cum baptismo deletur omnis culpa, & pœna: ut nec purgatorium sentiant, qui in fine uitæ baptizantur, ut de pœnit. dist. vij. nullus. vel quia in Euchatistia solent hæretici formam peruertere. xxiiij. q. j. schisma. In baptismo verò non, ut in c. si hæreticus. de consecratione. distin. iiij. Vel quia quicunque accipit baptismum accipit corpus Christi, sed non conuertitur. arg. c. nulli est aliquatenus. de consec. dist. iiij. & in d. §. sed illud. xxiiii. q. j.

Ex præmissis itaque patet solutio eius, quod præmisimus ultimo inquirendum, nam si non baptizatus ordinem non recipit, profectò non conficit sacramentum.

Si quis tamen dum creditur baptizatus, licet in ueritate non consecret: tamen credo posse dici sacramenta fuisse ministrata sibi, & aliis ignorantibus profecisse saltem propter fidem, in qua susceperunt credentes esse sacramentum, saluo semper sensu sanctæ Ecclesiæ. In his autem casibus non dispensatur: qnia ubi non est baptismus, ibi non est fides, nec sacramentum. Ideo Papa non potest dispensare, quòd non baptizatus conficiat corpus Christi, ac retineat, uel recipiat characterem ordinum.

S V M M Æ.

1 *Neophitus non potest promoueri.*
2 *Neophitus quis sit.*
3 *Licet quis non ingrediatur religionem, potest tamen saluari tam in vita actiua, quàm in contēplatiua.*
4 *Nouitius potest monachus fieri cum dispensatione Pontificis.*
5 *Neophitus, an possit promoueri absq; dispensatione.*
6 *Scire tantum non sufficit, sed necesse est experiri, probare, & probari.*
7 *Abbas si fuerit quis susceptus, qui non fuit professus ordinem regularem, debet amoueri, non obstante appellatione à remotione interposita.*
8 *Monachus in Episcopum eligi potest.*
9 *Neophitus potest recipere minores ordines, non autem sacros.*
10 *Seuero columba insedit supra caput eius.*
11 *Ambrosio terra tumescit pro cathedra.*
12 *Neophitus vsque quo quis dicatur.*
13 *Testimonium triennalis temporis sufficit ad mediocrem purgationem peccatorum, & ad virtutis augmentum.*

De Neophitis non ordinandis, & di spensatione cum eis.

1 APOSTOLUS ad Timoth. primo cap. tertio, prohibet neophitum promoueri, aut ordinari, dum dicit non neophitum, & dicuntur neo-
2 phiti qui de nouo ueniunt ad fidē, à neos, quod est nouum, & phitas, quod est fides, vt dicit glo. Nicolai de lira, vbi supra. & habetur in c. qnoniam. xlviij. dist. dicuntur etiam neophiti, nnui in religione, qui prohibentur promoueri ad dignitates, vt infra dicemus.

Sed cum vtrunque meritorium sit. s. ad catholicam fidem venire, & religionē ingredi, mirum est, quòd sic prohibeantur, cū de bono opere nō debeant pati, pro quibus bene faciunt, quæ diximus supra de dispensatione per ingressum religionis. vbi vidimus qualia, & quanta impedimēta, & irregularitates tollantur per ingressum religionis. Sed planum est, quòd maius bonum est ingredi fidem Christi, sine qua, & extra quam
3 non est salus, vt supra diximus: quàm ingredi religionem, sine qua quilibet potest saluari in vita actiua, sicut in contemplatiua. vt in c. in scripturis. viij. q. j. & tenet Inno. in c. firmiter. de sum. triuit. in fi. Ideo ingrediens fidem, potiorum priuilegiorum gaudere deberet, quàm ingrediens religionem.

Dicas in hoc casu, huiusmodi neophitus pari passu, quoad promotionem ambulare. & est quintum impedimentum sine peccato proueniens.

Causa autem prohibitionis in vtroq; est duplex, vna ne incidāt in superbiam, putantes quòd fides christiana siue religio eorum auxilio indigeat, & sine eis regi non possit. vt dicit glo. Nic. de lira, vbi supra. & Apostolus ibidem, dum dicit, nō neophitum, ne in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli, & not. xlviij. dist. in sum. ibi cum autem. & c. sequenti.

Alia quoque causa est, qnia non sunt experti statum ecclesiæ, vel religionis: ideo nesciunt regere, & se temperare, & grauitatem seruare pro diuersi-

diuersitate personarũ sibi subiectarum. vt xlviij.
dist. sicut olim.

4 Cum eis tamen per Papam dispensari potest,
vt nouitius monachus fiat Abbas, vt not. in c. of
ficij. de elec. ad dignitates verò in neophitis, se-
cundum eorum merita, credo per eundem so-
lum dispensari posse. vt supra dixi, sub rubrica
quæ sint causæ dispensationis. in §. persona, vbi
dixi de Ambrosio, & Martino adhuc cathecumi
nis, de Augustino de Nicolao adhuc laicis, & Se
uero lanifico.

Sed hec hodie non possunt trahi in exemplũ,
quia non reperitur tanta fides, vt ad tantos pa-
trum exempla transeamus.

5 Sed quæro, nunquid prædictis omnibus ces-
santibus, possit neophitus promoueri sine dispẽ
satione? videtur dicendum quòd sic; quia vltra il
lam vulgarem regulam, quòd cessante causa, ces-
set effectus. c. cum cessante. de appell. ecclesia ha
bet certas prohibitiones, habentes certas cau-
sas, quibus cessantibus, cessant & ipsæ. vt not.
in c. statuimus. §. his omnibus. lxj. distinct. vbi
ponitur de Sancto Nicolao, & Seuero, & in cap.
neophitus.

Sed contrarium videtur signari in c. diù. xix.
dist. & xxvij. q. j. cap. dixit.

Ad hoc dicas, quòd clericus quantũcunq; sit
habilis, & instructus in regula monachali, vel
alia, non potest eligi in Abbatem, vel rectorem
ecclesiæ regularis, nisi sit professus, & expertus
6 asperitatem regulæ. † Non enim sufficit scire, sed
necesse est experiri, & probare, & probari. vt not.
in c. cum causam. & c. officij. de elec. & c. mona-
7 sterijs. xix. q. iij. † immo si aliqui non professi or-
dinem regularem, sint iam suscepti in Abbatẽ,
debent amoueri, non obstante appellatione à re
motione interposita, vt in c. cum in magistris. de
8 electione. Monachus † tamen potest eligi in Epi
scopum. lxj. dist. c. bene. & laicus, dummodo sit
litteratus, potest similiter in Episcopum postu-
lari, non eligi. vt in c. Osius. lxj. dist.

9 Item † neophitus potest, vt aliqui volunt, reci-
pere minores ordines, non autem sacros. vt in c.
quoniam. xlviij. dist. & c. sicut olim. Alij verò cõ
tra. videlicet, quòd nec minores, donec sit proba
tus. allegãt c. monasterijs. in arg. xix. q. iij. & hoc
credo verius. Nec obstant quæ dixi supra de
beato Nicolao, Seuero, Ambrosio, & alijs: quia
illud fuit inspiratione diuina: quia legi in eius le
10 genda, † quòd fuit reuelatum diuinitus cuidam
Episcopo.

Seuero autem columba insedit super caput
11 eius. Ambrosio † verò terra tumescit pro cathe-
dra. Ideo, vt supra dixi, non sunt trahenda in
exemplum, vel consequentiã: alias sequeretur,
quòd non baptizatus posset in Episcopum eligi,
vel postulari: quod nimis absurdum esset.

12 Sed † quæro, vsq; quo quis dicatur neophitus
ex auctoritate Authenticę de monachis. §. si quis
igitur, possumus dicere, quòd vsq; ad trienniũ,
vbi dicitur, quòd ad mediocrem purgationẽ pec
catorum, & ad virtutis augmẽtum triennalis tẽ
13 poris testimonium sufficit: † tamen attentis ra-
tionibus, & causis prædictis, tam per Apostolũ,
quàm per canonem assignatis, possumus proba-
biliter dicere, quòd tamdiu dicantur neophiti,
quàm diu ignorant ea, quæ neophiti ignorare so
lent, vel præsumuntur: cum his tamẽ omnibus,
credo per Papam dispensari posse: quia & D. N.
Iesus Christus, qui fuit Pontifex maximus, vt ad
hebręos. ix. dispensauit ante triennium cum om
nibus Apostolis, ipsos ordinando sacerdotes,
omnes tamen eos repleuit spiritusancto.

SVMMAE.

1 *Adultus, qui dum sanus est, differt baptizari, &*
demum timore mortis in ægritudine mortis, se
baptizare fecit, an promoueri possit.

2 *Baptismus sicut tollitur omne peccatum & sequelam*
peccati, quare non tollit irregularitatem, quæ
prouenit ex dilatione baptismi.

Vna res non debet duos effectus cõtrarios producere:

3 *Eadem causa non potest parere obligationem, & li-*
berationem.

4 *Differens suscipere sanctam Eucharistiam vsque ad*
extremum uitæ, an peccet, vt ille qui distulit
baptizari.

De differentibus baptizari vsque ad mortem.

QVIA supra in principio proximi prę-
cedentis tit. diximus, differentes ba-
ptizari defectum remissionis pecca
torum præsumptiuè saltem habere,
& sic defectum efficaciæ sacramenti: ideo duxi-
mus hũc titulum submittere titulo pręcedenti,
non ratione causæ sine culpa, & peccato: cum hu
iusmodi dilatio fieri non possit sine peccato, vt
infra dicemus. Sed quia quemadmodum noui-
ter baptizati, vt neophitæ, prohibentur promo-
ueri: sic & illi, qui nimis distulerunt baptizari
vsque ad mortem: quia & ipsi tunc omnino neo-
phiti sunt. Tum tali tarditate notantur, quòd
ex ea defectum efficaciæ ipsius sacramenti in-
currunt.

Nec me notabis, cum supra dixerim, me prius
positurum casus, in quibus quis incurrit irregu-
laritatem sine culpa, & sine peccato: & hic pœnã
hunc titulum, non tamquam inter impedimen-
ta prouenientia sine peccato, nũ quia non sit pec-
catum differre baptismum: sed quia conuenit cũ
præcedenti titulo, & sequenti: qui loquuntur cir

ca

ca baptismum: ideo ratione conuenientię, & connexionis, ne materia diuidatur, duxi hanc rubricam hic subnectere: tum quia hæc non est rubrica i corpore clausa, sed rubricella, vt dixi in principio, & diuisione huius operis. vbi dixi me tales rubricellas positurum vltra titulos decretalium.

Sciendum est itaq; , ꝙ si adultus, dum sanus est, differt baptizari, & demum timore mortis in ægritudinem se baptizari fecit, non potest promoueri.

Causa huius prohibitionis est, quia præsumitur non verè pœnitens, cum non ex voluntate, sed ex necessitate videatur venire ad baptismū, Ideo præsumitur, quòd ei peccata non sint remissa. vt in c. nullus. de pœn. dist. vij.

Sunt tamen duo casus, in quibus talis promoueri potest. vnus, si post baptismum fides eius, & vita adeò probabilis apparuit, quòd meritò inter fideles approbatæ fidei computari possit. Secundus est, si raritas clericorum id exegerit. vt in d. c. si quis. Sed casus iste hodie euanuit.

Sed quæro, de quo supra in tit. proximo præcedēti aliquid tetigi, cū baptismus tollat omne peccatum, & sequelam peccati, 2 † quare hic non tollit irregularitatem istam, quæ prouenit ex dilatione baptismi? Respondeo, vt quidem dicentes, quòd baptismus ita dilatus, inducit causam: ideo non tollit eam. Ratio, quia eadem res non potest duos contrarios effectus operari, videlicet inducere irregularitatem temporalem, tamē & illam illico tollere sine interuallo. ideo si [illegible] ex interuallo inducitur, ita ex interuallo tollatur, vt vnaquæq; res per easdem causas tollatur, per quas nascitur. vt de iur. c. j. & de bapti. c. maiores, vltra medium, ibi. Sed hæc tanquam impossibilia, & xxvij. dist. c. deinde. sicut dicimus, 3 † quòd eadem causa non potest parere obligationem, & liberationem, vt not. in l. qui hominem. §. si. ff. de solut.

Vlterius quæro, aliquis distulit suscipere Eucharistiæ sacramentum vsque ad extremum vitæ, cum tamen teneretur sub pœna peccati mortalis, & excommunicationis illud singulis annis reuerenter suscipere, iuxta constitutionem editam in concilio generali, hominis vtriusque se-4 xus. de pœnit. & remiss. † nunquid idem erit, sicut de differente baptizari? Dicas, quòd non, quia propter hoc non repellitur ab ordine. vt in c. si vero. I. dist. & est ratio diuersitatis; quia baptismus vix, aut nūquam potest differri sine culpa, & periculo, sed Eucharistiæ perceptio quandoque differtur sine culpa, ex periculo, ex deuotione, ex reuerentia, ex consilio proprii sacerdotis. vt habetur de primo in c. ad eius verò concubitum. xv. dist. de secundo in d. c. omnis, ibi, nisi forte de proprii sacerdotis consilio.

Sed contra, hæc omnia videtur posse dici, obstare illud Iosue v. vbi vniuersa domus Israel ab exitu Ægypti, vsque ad collem præputiorum distulit circuncisionem, & fuit spacium xl. annorum, vt dicit ibi tex. videtur ergo, quòd differre baptismum non sit peccatum, nec nota.

Sed dicas, quòd durius erat circuncidere præputia itinerantibus, quàm infundere aquam baptizantibus, & baptizandis. de primo sentit ibi tex. dicens ibi, Hęc aūt causa est secundę circuncisionis. & ibi, Nec eos in via aliquis circūciderat. & ibi, Manserunt in eodem castrorum loco, donec sanarentur: & hæc dilatio circuncisionis fuit in odium Iudæorum. quod probatur ibidē, donec consumarentur, qui non audierat vocem Domini. & quibus ante iurauerat, quòd ostenderet eis terram fluētem lac, & mel. De secundo .f. de facilitate baptismi facit illud actu. Aposto. viij. ibi, Ecce aqua quis prohibet me baptizari?

Secundò potest dici, vt supra diximus de presbyt. non baptizato. in §. præterea. quid est, quòd aliud est sacerdotium veteris legis, & aliud nouæ? nec aliquid commune inter se habere. ideo in exemplum trahi non potest.

Posset etiam dici, quòd circuncisio non erat de necessitate salutis, sicut hodie baptismus. de primo, quia Deus permisit circuncisionem differri propter labores itinerantium, & pugnantium, & in odium. vt vbi supra de secundo habetur Ioan. iij. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritusancto, non intrabit in regnum Dei.

Sed nunquid cum huiusmodi differentibus baptismum possit dispensari, & per quem? dicas, quòd sic, sed per solum Papam. arg. cap. officij. de elec.

S V M M AE.

1 *Pontifex an possit cum bigamo plenariè dispensare. & nume. 55.*

2 *Prohibitus ordinari, an prohibitus dicatur etiam dispensari.*

3 *Pontifex est maior Paulo, administratione. Ideo prohibitio Apostoli Pontifici non nocet. & 58.*

4 *Subdiaconatus tempore Martini Papæ non erat sacer ordo.*

5 *Pontifex solus dispensat cum bigamo.*

6 *Bigamus non prohibetur promoueri propter crimen, sed propter defectum sacramenti.*

7 *Pontifex, an possit dispensare contra Apostolum, & Apostolos, & quomodo.*

Bigamia est de iure positiuo.

8 *Episcopus, an possit, & quomodo dispensare cum bigamo.*

9 *Bigamus interpretatiuus qualis dicatur.*

10 *Papa est ipsa lex viua, & quod facit dat exemplum alijs, vt ita faciant.*

11 *Ducens virginem in vxorem, putans esse corruptam, an*

an bigamus dicatur, & quid econtra. num. 14.

12 Lex promotionis factum requirit, & non intentionem.

13 Persona, cum qua agitur considerari debet, non autem persona, cum qua putatur agi.

15 Intentio contrahendi ubi deficit, non est matrimonium: quia consensus est de substantia. num. seq.

16 Consensus non est, quando quis liberè, & simpliciter non consentit.

17 Errans non consentit.

18 Deus est scrutator cordium, non prouerbiorum.

19 Deus quæ fiunt non considerat, sed quo animo fiunt.

20 Deus cor interrogat, non animum.

21 Et ei omnia nota sunt, & ipse solus nouit corda hominum.

22 Commixtio, & carnis diuisio non fit per solum ingressum absq; pollutione, & seminis emissione.

23 Habens duas uxores eodem tempore, alteram de iure, alteram de facto, cum qua non poterat contrahere matrimonium, an bigamus dicatur.

24 Matrimonij diffinitio.

25 Ducens in uxorem mulierem, postquàm baptizatus est relinquens uxorem, quam habebat ante baptismum, non est ordinandus.

26 Culpa dimittitur in baptismate, non tamen lex coniugij aboletur.

27 Baptismus non tollit bigamiam, nec eius irregularitatem.

28 Contrahens matrimonium cum vouerit perpetuam castitatem, an bigamus dicatur.

29 Bigamia causatur ex sola diuisione carnis in plures.

30 Cognoscens uxorem suam adulteratam ab alio, an bigamus dicatur.

31 Maritus pendente lite de adulterio contra uxorem, an teneatur reddere debitum ipsi uxori.

Et dato, quòd iudex mandet, quòd reddat, bigamus fiat.

32 Virgo desponsata pro verbo de præsenti, quæ vouit perpetuam castitatem, & ingressionem religionis, si à viro suo propter violentiam corrupta sit, an impediatur propter hoc benedici.

33 Caro non corrumpitur, nisi prius mens corrumpatur.

34 Et an non obstante tali copula inuito viro poterit monasterium ingredi.

35 Consensus utriusq; in carnali copula an requiratur.

36 Sponsa est cogenda, ut consumet matrimonium per carnis copulam. & 37.

38 Coitus primus non est gratuitus.

39 Matrimonium carnale, & spirituale æquiparantur.

40 Opus, non voluntas in matrimonio spirituali consideratur.

41 Sponsus rapiens sponsam non punitur.

42 Pontifex an dispenset cum bigamo interpretatiuo. Et qualis dicatur bigamus interpretatiuus, & qualis verus. num. 44. & 46.

43 Clericus incurrens bigamiam, an amittat omne priuilegium clericale, an verò gaudeat eo, licèt altius promoueri non possit.

45 Sacerdos qui de facto contraxit cum vidua, vel successiuè cum duabus, si postea commiserit homicidium, à quo iudice puniri possit.

47 Bigamia similitudinaria quæ sit, & quot modis dicatur.

48 Contrahens cum consanguinea uxoris præmortuæ: an efficiatur irregularis, & bigamus.

49 Bigamus quo iure sit irregularis.

50 Bigamus, an sit infamis.

51 An possit accusare.

52 Est stricti iuris.

53 Ordinans bigamum ignoranter, an sit irregularis.

54 Bigamus ordinatus characterem recipit, sed executione caret.

56 Episcopus quo ad minores ordines dispensat.

57 Pontifex potest euangelium interpretari, & ei addere.

59 Bigamus subdiaconus non habet vocem in capitulo, etiam si sit canonicus.

60 Libellus contra bigamum quomodo concipiatur.

61 Bigamus non potest esse rector unius uniuersitatis.

62 Bigamus verus ingrediens monasterium, gaudet priuilegio c. si quis suadente.

De bigamis, & corruptarum maritis, & dispensatione cum eis.

HOSTIENSIS in summa hanc bigamiæ materiam in hoc titulo luculenter examinat, figurando arborem bigamię, ponens xj. ramos, seu cellulas à dextris, & quinq; à sinistris, per quas ostendit causam prohibitionis ab ecclesia, quare bigami arceantur à susceptione ordinum ecclesiasticorum, & ostendit etiam excellentiam sacramenti, coniugij, & de coniunctione corporum mysticè, & demum in §. fi. ponit de dispensatione cum bigamo. De hac materia tractauit magister sent. in quarto. & Beatus Tho. ibi. dist. xxvij. Et Beatus Ant. Flor. in sua sum. in ij. iij. tit. xxix. c. iij. ad quæ loca breuitatis causa me remitto. & ultra illa dico, quod circa dispẽsationem cum bigamo diuersæ sunt opiniones.

1 Quidam dixerunt † Papã cum bigamo plenariè dispensare posse; pro quibus videtur tex. in c. quicunq; pœnitens. 1. dist. ibi in hoc, quo reperitur ordine, perpetua stabilitate permaneat. & sic per illa verba, in quo reperitur ordine, quod in quocunq; reperiatur ordine, cum eo Papa dispensare possit: nõ tamẽ ad maiores ascendet. ut in c. lector. xxxiiij. dist. Martinus dispẽsauit cũ bigamo usq; ad diaconatũ inclusiuè, & glo. ibi dicit, Lucium Papã dispensasse cũ Panormitano Archiepiscopo, qui fuerat bigamus, & nihil ad hoc allegat. Dicunt enim isti, sic tenentes potestatem

Romanæ Ecclesiæ non esse angustandam, & clauium, Petro & successoribus suis à Christo datam, non esse arctandam, vide beatum Thom. in iiij.dist.xxviij.quæst.iij.art.iij.

Sed contra hos obijcitur de eis, quæ leguntur, & nota.in c.j.ij.iij.iiij.& vlt.hoc eo. tit. vbi bigami prohibentur ad sacros ordines promoueri, cum sit contra Apostolum, vt dicit d. c.ij.

Sed respondent quòd Apostolus, licet prohibuerit ordinari, non tamen prohibuit cum eis
2 dispensari. † Et similiter dicunt quòd Apostolus dixit, oportet ordinandum sine crimine esse, & tamen Episcopus dispensat cum adultero, & minoribus criminibus.de iudi. at si clerici.in §. de adult. & tamen non dicuntur facere contra Apostolum, sed præter Apostolum, & sic pari ratione cum bigamo, nedum Papa, sed & Episcopus potest legitimè dispensare.

Præterea Apostolus dicit, non neophitum, & tamen nedum de neophitis, verum etiã de cathecuminis aliqui sunt promoti, exemplificando de beato Ambrosio nondum baptizato, qui tamẽ in Archiepiscopum Mediolanensem electus fuit, vt supra diximus in tit.de presbytero non bapt. & in rubrica, quæ sint causę dispensationis, in §. persona, vsque ad §.loca.

3 Potest dici, quòd Papę non obstat prohibitio Apostoli, cum Papa sit maior Paulo in administratione, vt not.in c.in nouo.xxj.dist. & in c.puto.ij. quæst. vij.

Alij dicunt, neq; inferiores, vt Episcopos, neque Papam cum bigamis dispensari, per iura supra allegata.& ad c.lector.supra alleg. dicunt, ꝙ Martinus Papa, ibi, Papa nõ dispensauit, sed tantum ostendit, quid liceat Papæ, aut alijs Episcopis.s.ordinare bigamũ vsq; ad subdiaconatũ, & non vltra, vel supra: & dicunt prohibitionem Apostoli esse de diacono, de presbytero, ac Epi-
4 scopo, & nõ de inferioribus ordinibus, † & tunc subdiaconatus non erat sacer ordo, vt in c. nullus in Episcopum.lx.dist.sed Inno.in c.cũ ęter-
5 ni.de re iudi.in vj.in sua glo.tenet, † ꝙ cum bigamo solus Papa dispensat. dixi supra, de dispẽsatione Papæ.

Ad rationem illam de criminosis respondẽt, ꝙ licet dispensetur cum criminosis, non tamen sequitur, ꝙ cum bigamis, quorum rei talis est ratio secundum eos: quia post peractam pœnitentiam possunt promoueri: quia tunc tollitur impedimentum, & restituuntur in statum pristinum, & incipiunt esse, quod non erant. vt in c. ferrum.l.dist.& in c.fi.de tempo.ordin. & ideo
6 cum talibus dispensatur. † sed bigamus non prohibetur promoueri propter crimen, sed propter defectum sacramenti. vt in c.debitum. eo. tit. §. quia carnem suam diuisit in plures, recedendo ab vnitate Ecclesiæ, & illud sacramentum restitui non potest per quancunque satisfactionem, vel pœnitentiam, cum non sit crimen, vnde aliud considerauit Apostolus in criminoso, scilicet indignitatem personæ propter crimen, quo purgato non prohibuit dispensationem, illud autem in bigamo propter defectum sacramenti, quòd restitui non potest, nec etiam eius irregularitas in baptismo deleri, secundùm not.in c. acutius. xxvj. dist.

Vnum tamen dicunt, non solùm de minoribus, vt Episcopis, verum etiam de Papa, quòd quantumcunque dispensent, sacramentum tamen vnitatis non restituunt cum nullo modo possint facere, quin bigamus, vel bigama carnem suam diuiserit, sicut dixit Hieronymus de Deo omnipotenti, qui cum omnia possit, virginem tamen post ruinam restaurare non potest: & ad illud de neophitis respondent similiter, quòd illud dixit Apostolus ex causa, vnde subdit causam, videlicet ne in superbiam elatus incidat in laqueum, & tentationem diaboli, vt supra diximus de neophitis. sed illa causa cessare potest, vt in Ambrosio: & ideo ipse effectus cessauit. vt in supra allegato cap.neophitus.lxj. dist. defectus autem sacramenti in bigamo cessare non potest, vt supra diximus. Ideo aliud est in criminoso, & aliud in bigamo.

Alij dicunt, quòd potest dispensari cum bigamo vsque ad subdiaconatum, & non vltra (exigente necessitate, vt in dicto capit.lector. xxxiiij.dist. & opinio ista hodie est communior. pro qua facit d. text. cap. quicunque pœnitens. l. dist. per quem text.alię contrariæ opin.videntur destrui, quod etiam sic probari posse videtur. Aut enim loquimur de promouendis, & sic habeo propositum verum. Aut loquimur de iã promotis, quod verius videtur: sed de illis dicitur, ꝙ in illo ordine, in quo promotus inuenitur, in eo maneat sine spe vlterioris promotionis, si autem permaneat, innuit quòd sunt ordinati, alias non diceret permaneat, & hoc ab omnibus conceditur: quia si bigamus ordinatur, characterem & ordinem recipit, vt tenet glo.in c.ij. de bigamis.in verbo, dispensare. Et Archidia.in c.j.eo.tit.in vj. & beatus Thom.in iiij.di. xxvij.q.vlt. ergo defectus sacramenti non impedit characterem. non enim debet impedire executionem ex dispensatione à Papa facta, quia executio est longè minor charactere, nec est inconueniens Papam contra Apostolum dispensare cum bigamo, cum etiam dispenset contra canonem Apostolorum, vt est tex. in c.presbyteri.lxxxij.dist.& bene per Inno.in d. c.super eo. hoc eo.tit. vbi vide.

7 Dicunt † demum tenentes primam opini. ꝙ Papa dispẽsare potest contra Apostolum & Apostolos in omnibus, exceptis articulis fidei. & ex

his

his etiam tollitur tertia opinio, quòd Papa poterit dispensare vsq; ad subdiaconatum inclusiuè, & non vltra. Sed d.c.quicunq; pœnitens. vt supra diximus, non distinguit, sed dicit simpliciter in quo inueniuntur ordine permaneant. Verba ergo generalia generaliter debēt intelligi.xix.di. si Romanorum.lv. dist. si euangelica.l. de precio de Publici.Io. tamen & Ber. intelligunt illud c. de minoribus ordinibus tantum, & sic seruat curia, & sacra pœnitentiaria.

Sed supposito, quòd cum bigamo possit ad omnes ordines dispensari: quæritur, à quo. dicit quidam quòd à Papa in omnibus, ab Episcopis autem vsq; ad subdiaconatum inclusiuè, vt in d. c.lector.xxxiij.dist. vbi dicitur, lector si viduam vxorē acceperit, in lectoratu permaneat, aut si necessitas fuerit, subdiaconus fiat: quod intelligūt fuisse dictum à Martino Papa propter Episcopos, non autem propter Romanos Pontifices eius successores, quibus legem imponere non poterat, cum non esset eis superior, & par in parem non habeat imperium. innotuit. de elec. Bal. tamen in c. at si clerici. de indi. dixit, quòd Papa potest dispensare cū bigamo iam promoto, sed non in promouendo. Ray. verò in sum. in §. item bigami promoueri. dicit, quòd bigami promoueri non possunt ad sacros ordines, etiam dispensatione, secundum aliquos, per not. in c. super eo. de bigam. in glo. & c. nuper. & in c. acutius. xxvj. dist. & hoc propter sacramenti defectum, vt in c. debitum. de bigam. in glo. ibi, triplex. si tamen ordinantur, recipiunt characterem, vt supra diximus, vt l. dist. quicunq; pęnitens. vide etiam beatum Tho. in iiij. dist. xxvj. q. iij. ar. iij. Ego dicerem, quòd ex quo bigamia est de iure positiuo, vt not. in c. ij. hoc eo. ti. & Papa sit supra iure positiuum, quòd possit absq; dubio dispensare, cū sit maior Apostolo, & bigamia etiam non sit de iure naturali, immo contra tale ius dispensetur, vt dicit Archidia. in d.c. lector. xxiij. dist. vt infra dicam in §. finali.

8 Alij dicunt, † & fortè verius, quòd hodie non licet Episcopis dispensare cum bigamo propter tex. in d.c. ij. eo. tit. & c. nuper. & c. siquis viduā. l. dist. Sed d.c. lector, nō dicit hoc, nisi fortè vellemus dicere quo ad minores ordines tantum, in quibus Episcopus dispensare potest, vt diximus ob necessitatem vt ibi, & in d.c. lector. & in c. si subdiaconus. c. dist. & in c. placuit l. distinct. in princi.

Ray. tamen in sua summa dixit, Apostolum in vno casu dispensare posse cum bigamo interpretatiuo, videlicet cum clerico in sacris ordinibus constituto, qui de facto contraxit matrimonium, hic enim si nullam ante sacri ordinis susceptionem vxorem habuit, & transierit ad religionem, in qua honestè conuersatus sit, poterit cum eo Episcopus dispensare, vt ad maiores, sacros ordines promoueatur; nisi aliud canonicū impedimentum ei obstet, allegant c. ex literarū.
9 qui cler. vel voue. † interpretatiuus autem bigamus in hoc casu dicitur, qui per susceptionem ordinis sacri censetur contraxisse matrimonium spirituale cum ecclesia, quod est fortius, & dignius carnali, quod contrahendo existens in sacris nihil fecit, nec fuit matrimonium, nec incurrit propterea bigamiam, sed potius pœnam propter delictum.

Sed quæro, nunquid posset cum tali remanēte in sæculo Episcopus dispensare, sicut cum ingrediente religionem. credo quòd sic, post peractam pœnitentiam, & laudabilem conuersationem. vt supra proximè. vt in c. j. qui cler. vel vouen. & in c. sanè, de cler. coniug. el primo, & secū do. quod ergo dictum fuit de c. ex literarum. si ad religionem se conferat dictum est: quia fortè præsumptio erat contra illum de sua incontinentia.

Contra hæc omnia obijcitur. nam non videtur quòd cum tali bigamo interpretatiuo Episcopus possit dispensare. vt in d. cap. nuper. hoc eod. titu.

Sed dicas, quòd quæstio nostra loquitur de eo, qui nunquam habuit vxorem, sed in sacro ordine constitutus contraxit, vnde cum tali dispensari potest. decretalis verò nuper loquitur de illo, qui laicus contraxerat cum vna, & ea defuncta factus sacerdos contraxit cum alia, qui licet in veritate non sit bigamus, cum secundum non fuerit matrimonium. ideo non diuiserit carnem suam in plures: tamen reputatur bigamus, & punitur propter intentionem cum opere subsecuto.

Sed videtur, quòd nec cum illo Episcopus possit dispensare, qui vnicam tantum habuit, si tamen eam habuit in sacris ordinibus constitutus, vt in c. à nobis, hoc eo. ti.

Solutio est, quia in casu illius decretalis contraxerat cum vidua, & corrupta. in præallegatis verò iuribus intelligimus eos cum virginibus contraxisse.

Circa hanc materiam dispensationis. cum bigamo vidi in quadam opusculo manu bo. me. d. Dominici de Dominicis olim Episcopi buxinē. qui fuit referendarius Sixti Papæ iiij. in quo continebantur quædam aduertentiæ dominorum referendariorum, & erant sub tit. de dispensationibus hæc formalia verba. videlicet. nota, q̄ anno Domini M. CCCC XXVIII. Sanctissimus D. N. Dominus Martinus quintus dispensauit cum bigamo ad Episcopatum, & idē fecit Dn̄s Eugenius IIII. & dum talis casus proponeretur corā Sixto, ipso dn̄o Ep̄o præsente, vt refert, fuerūt exhibitæ quatuor dispēsationes, i simili casu,

vna præfati Martini,& dnæ Engenij,& vna Nicolai v. in quibus apparebat ipsos Ro. Pőtifices ex causa dispensasse cum bigamo ad Episcopatũ, vbi etiam allegat dispensationem Lucij cum Archiepiscopo Panormitano,de qua in d.glo.c.lector.xxxiiij.dist. dicens, quòd eo quia Eugenius fecerat,possumus assumere argumentum, quòd rectè fecerit, etiã liceat ceteris Pontificibus idẽ facere, perinde ac si lex diceret hoc fieri posse,
10 cum Papa † sit ipsa lex vina,& sic faciendo ostendat clarius hoc licere, quàm lex mortua, quæ est lex scripta: quia quod Papa facit, dat exemplum alijs ita faciendi. per c.in causis,de re iudi.& per consequens non debet hoc in dubium vti,aut de eodem iterum iudicari,per c. crimina.de collusio. hæc ille.
11 Sed quæro,† quid iuris de contrahente cũ corrupta credente cõtrahere cum virgine. quid modo è conuerso credens cõtrahere cum corrupta, contraxit cum virgine. vt vidi de facto in ciuitate Feltri, in quadam cõsanguinea mea, quæ per plures annos fuit cum marito,& nunquàm ab eo cognita, itaquòd eo mortuo adhuc erat virgo & nupsit secundo,qui eam inuenit virginẽ, vt erat publica fama, quòd erat virgo: & tamen duxit eam, vt viduam, nunquid talis erit bigamus? videtur dicendum quòd sic, propter intentionem cũ opere subsecuto. vt est tex. in c. nuper.hoc eo. ti.in fi. Solu. Petrus de Tarant. credit ꝙ non sit
12 bigamus: quia † lex promotionis factum requirit,& non intentionem. vt est bo. tex.in c. siquis non iratus.xv.q.j.facit ad hoc, quod dici consueuit,
13 nit, † quòd consideratur persona eius, cum quo aliquid agitur, non cum quo agi putatur. dicit enim lex eum qui.§.iniuriarum.ff. de iniur. ꝙ si credens verberare titium, verbero seium, non illi,quem verberare intendo, sed illi, quem verbero iniuriarum teneor. Ideo talis non dicitur bigamus.
14 Secundo, quæsiuit Hosti. † quid si quis contrahat cum corrupta, credens contrahere cũ virgine,habeat enim in animo, quòd nullo modo consentiebat in eam matrimonialiter, nisi esset virgo,cum proposito,quòd si ipsa moreretur, suscipiendi sacros ordines,& effici sacerdos,& inuenit eam corruptam, vt etiam ipsa fatetur. nun quid saltem in foro conscientiæ, & pœnitentiali, dicemus,quòd non fuit matrimonium,quasi nõ fuerit conditio,nec effectus; sit irregularis, & bigamus videtur quod sic, per tex.in c.tua nos. de
15 spon.vbi dicitur,† quòd vbi deficit intentio contrahendi non est matrimonium. In contrarium potest probari sic. Nam videtur recessisse à conditione per subsequentem copulam,vt in c. de illis. de conditio. appo.

Quæstio videtur mihi difficilis admodum,& pro vtraq; parte possent adduci rationes vrgentes.possumus primo dicere,quòd talis per carnalem copulam nõ videtur à conditione recedere: sed potius veritatem conditionis inquisiuisse, quæ aliter haberi non poterat, nisi per experien-
16 tiam facti præterea † non est consensus, vbi quis non liberè,& simpliciter consentit,quia nõ simpliciter consentit ad finem,ad quem actus est ordinatus.vt not.in c.maiores de bapti.& in l.qua liter.ff.de arbit. sed cum in matrimonio, & ad eius esse non sufficiat qualiscunq; consensus, sed requiratur in eo certus, liber,& purus cum intentione contrahendi.hic autem non purè,nec libere,sed cum conditione prædicta, quæ Deo nota est; ergo videtur quod coram eo sit tutus: cum substantia matrimonij sit liber consensus contrahentium.vt tenent omnes definitores matrimonij in definitione tam theologi,quàm canonistæ, & legistæ.
17 Et qui † errat non consentit.xxix.dist.in sum-
18 ma.in §.consensus. Deus† autẽ est scrutator cordium, & non prouerbiorum.xv.q.j. si quis non
19 frater, & non † considerat Deus quæ fiunt, sed quo animo fiunt.xv.q.vj.c.j.in fi.& cor interro-
20 gat † Deus & non animum.xiiij.q.v.siquid inue
21 nisti.in fi.cui† omnia nota sunt.vt in c.erubescãt. xxxij. dist. & ipse solus nouit corda hominum. vt not.glo.in stit.de actio.§.aliæ.sed cum verè no uerit mentem huius contrahentis, videtur posse dici non fuisse matrimonium inter eos,nec consequenter bigamiam contraxisse in foro poli.

Sed in contrarium dici potest hunc fuisse in causa,quia licet supra dictum sit,quòd per carnalem copulam non videatur recessisse à conditione, sed potius veritatem conditionis inquisiuisse,quæ aliter haberi non potest, nisi per experientiam facti: potuit tamen abstinere à commixtione carnis, non explendo, nec emittendo semen: quia eo ipso, quòd inuenit claustra pudoris fracta, & virginitatem deperditã, debebat abstine-
22 re à perfectione operis: quia † per solum ingressum absq; pollutione,& seminis emissione non fit commixtio, nec carnis diuisio. vt tenent omnes.ergo est in culpa,& incurrit bigamiam. satis dici posset,& hanc opinionem credo tutiorem, quam tamen affirmare non audeo, cum periculum vertatur. Ideo maioribus meis solutionem relinquo.

Sed posset dici,quomõ poterat abstinere,si tenebatur reddere debitum,ex quo contraxerat palam, & publicè, & purè, & illa mens retenta nihil operetur in foro fori? cogitetis. tamen credo, quòd explendo coniunctionem, & copulam consenserit.
23 Vlterius, & tertiò quæro, † quis habuit duas vxores,vnam de iure,& legitimè,aliam de facto, & vtranq; eodem tempore,& in faciem ecclesiæ vel diuersis temporibus, ita tamen quòd cum altera

tera non potuit esse matrimonium, nunquid
bigamus reputabitur? Dicunt doct. sic, non
propter defectum sacramenti, cum verè bi-
gamus non extiterit, sed propter intentionis af-
fectum cum opere subsecuto. & de tali loquitur
decretalis nuper. de bigam. ibi, eadem censura, ta
les videntur inter bigamos reputari. in fi. ibi, li-
cet in veritate bigami non existant, non propter
sacramenti defectũ, sed propter affectum inten-
tionis cum opere subsecuto. facit tex. in c. siquis
viduam. xxxiiij. distinct.
Quartò quæro, an qui habuit vnam vxorem
in iudaismo, & effectus Christianus habuit aliã,
an ea mortua possit effici sacerdos? Dicas quòd
extra fidem Christi non est matrimonium pro-
pter verbum indiuiduam in definitione matri-
monij positum: quia vbi est diuiditas, ibi non est
matrimonium: quia non conuerteretur cum de
finito. nam matrimonium est coniunctio maris,
& fœminæ, indiuiduam vitæ consuetudinem re
tinens, diuini, & humani generis communica-
tio. vt insti. de patr. pot. in princip. & ff. de ritu
nupt. l. j. & xxix. q. j. c. j. in princ. de præsump. il-
lud. in fi. C. de cri. expil. hæredi. l. aduersus. & in
l. j. ff. rerum amot. & xxvij. q. ij. c. j. §. fi. & sum-
mistæ, & præcipuè Hosti. de matrimonijs, &
Barth. Brix. in questione vener. q. xiij. vbi de hoc.
Sed contrariũ est verius per tex. in c. si quis vi-
duam. el primo. xxxiiij. dist. quia vt supra dixi in
25 lege promotionis attenditur factum. † ita quòd
qui ante baptismum habuerit vnam, & post ba-
ptismum habuerit aliam, non est ordinandus,
vt dicit Augustinus in epistola ad Titum. & tran
sumptiuè in c. acutius. xxvj. quęst. j. & est ratio:
26 † quia in baptismate culpa dimittitur, non tamẽ
lex coniugij aboletur. vt eadem dist. xxvj. c. dein-
de. & c. vna tantum. in quibus c. patet responsio
ad contraria supra adducta, licet Beatus Hiero-
nymus teneat contrarium. vt xxvj. dist. c. j. ij. &
iij. & in c. siquis viduam. supra alleg. vide beatũ
Tho. in iiij. dist. xxvij. q. vlt. vbi etiam vide quis
possit cum bigamo dispensare.
27 Sed dicas † quòd baptismus non tollit biga-
miam, nec irregularitatem bigamiæ ante baptis
mum contractæ. vt in c. si quis viduam. sæpe al-
leg. xxxvj. dist. & c. acutius.
Quintò quæro. quidam vouit perpetuam ca-
stitatem, qua contempta præuaricatur contrahẽ
do matrimoniũ de facto, cum de iure nõ possit,
28 † an iste dicatur bigamus interpretatiuus saltẽ,
& irregularis. videtur dicendum quòd non. cũ
29 † bigamia causetur ex sola diuisione carnis in
plures. vt dicit Apostolus, sed hic in vnam tan-
tum. ergo &c. Sed contrarium dicas, per tex. in
c. quotquot. xxvij. q. j. Sed poterit cum istis Epi-
scopus dispensare. per text. in c. si qua virgo. ea.
causa, & quæst.

Vlterius quæro, & sextò: quidam duxit vxo-
30 rem virginem, quæ post adulteratur: si † post
adulterium eã cognoscat an efficiatur bigamus?
quidam simpliciter dixerunt quòd sic, siue scien-
ter, siue ignoranter. per tex. in c. si cuius vxorem.
xxxiiij. dist. cum c. seq. Alij dixerunt hoc contine
re maximum rigorem, ꝙ aliquis culpa aliena, &
sine sua puniatur. Ideo aliqui intellexerunt illa
iura loqui, quando maritus fuit auctor lenoci-
nij, & patronus turpitudinis. vt not. in c. intelle
ximus. de adult. Sed certè tunc repelleret pro-
pter proprium delictum. vt in c. sicut crudelis.
cum c. seq. xxxij. q. j. Sed credo posse dici, quòd
omnino repellatur, licet sine culpa, non tamen si
ne causa: quando adulterium est notorium quo
niam est maritus corruptæ. Si verò adulterium
est notorium, & non cognouerit eam post adul-
terium, non est bigamus: & potest promoueri,
vt est tex. in c. Valentino. quod est c. fi. xxxiiij. di.
& in c. debitum. de bigamis.
Sed ponamus & septimò cõtinuando ad pro-
ximam præcedentem. q. maritus, inuenta vxore
adultera, intendens effici sacerdos dum poterit,
accusat vxorem de adulterio, abstinens à reddi-
tione debiti. vxor agit ad restitutionem thori, &
redditionem debiti, qua maritus eam spoliaue-
rat de facto accusatione pendente. quæritur de
31 duobus. Primò † an lite, & accusatione penden
te teneatur reddere debitum. Secundò si iudex
mandat reddi, an fiat bigamus.
Bartho. Brix. formauit hanc q. j. suis domini-
calibus. q. xvj. incip. quidam contraxit cum vir-
gine. quam q. tamẽ prius posuerat Io. Theutho.
in gl. c. si cuius vxorem. xxxiiij. dist. & c. vterque
videlicet tam glo. quàm Bart. respondendo di-
cunt, primo ad primum, quòd tenetur reddere
debitum. per tex. in c. ij. vt lite penden. vbi est de
cisum. Ad secundum, quòd quoad legem pro-
motionis nocet, in qua solum factum attendi-
tur, secus autem quoad legem Mosis. per tex. in
c. si quis non iratus. §. fin. xv. q. j. Vide omnino d.
quæstionem dominicalem vltra dictam glo. vbi
videbis multa bona fundamẽta ad vtrãq; partẽ.
Quæro octauo quidem per verba de pœniten
ti desponsauit quandam virginem, quam dein-
de proposuit velle ingredi religionem, & perpe-
tuam castitatem, & virginitatem Deo seruare:
32 per violentiam oppressit. † vtrum per talem cor
ruptionem violentam impediatur puella benedi
ci? videtur posse dici, debere benedici tanquam
virgo: quoniam caro non potest dici corrupta,
nisi prius mens corrũpatur. vt in c. reuera. xxxij.
q. v. reuera non potest caro ante corrumpi, nisi
33 mens fuerit ante corrupta.
Sed dici contrarium esse verius quoad aureo-
lam: quia non consecrabitur inter virgines. vt in
c. illæ autem famulæ Dei, eadem causa & q. po-

34 terit tamē ingredi monasterium inuito sponso,
non obstante copula sic extorta. secundum Bar-
tho.Brix.qui hanc.q.posuit in dominicalibus.q.
lxxx.incipi. quidam per verba de præsenti. & po-
suit octo fundamenta pro parte negatiua.& to-
tidem pro parte affirmatiua. & demum conclu-
dit affirmatiuè. vbi vide.

Sed inuenio Ægid.Boņon.hanc eandem.q.in
eisdem terminis disputasse in suis q.q. iij.incip.
vtrum sponsa de præsenti à sponso per violen-
tiam.vbi conclusit totum contrarium eo, quod
conclusit Barth. Brix.

Tenens sponsam, non posse intrare monaste
rium inuito sponso,& post multa hinc inde pro
vtraque parte deducta, facit duo potissima fun-
damenta, quæ videntur magis stringere, quàm
fundamenta in contrarium adducta per Barth.
Primum est,quòd ad hoc vt matrimonium con-
summatum indissolubile censeatur, duo requi-
runtur,scilicet animorum mutuus consensus,si-
ne quo cætera cum ipso coitu celebrata frustran
tur.vt not. in c.cum locum.de spons. & c. suffi-
ciat,xxvij.q.ij.;& commixtio corporum.vt in c.
debitum.de biga. & in c. quanto. Sed cum ista
duo in casu nostro contineantur : patet quòd
matrimonium istud per ingressum religionis se
parari non poterit.

35 Nec necesse est,† quòd in carnali copula con
sensus requiratur vtriusque. vt not. in c.quidam
36 intrauit.de conuer.coniug. & hoc † quia sponsa
est cogenda, vt consummet matrimonium per
carnis copulam.vt ibi, & c.ex parte. eo. ti.in fi.
37 Ex quibus datur intelligi † quòd sponsa inui-
38 ta potest matrimonium consummari:† quia pri
mus coitus non est gratuitus. vt in d. iuribus di
citur, & not.in c. coniuges.xxvij.q.ij.& in c.lex
illa. xxxvj.q.j.ergo non poterit tale matrimoniū
separari. vnde cum non possit negari, quin vna
caro sint effecti, sacramento matrimonij præce-
dente.vt in c.ad apostolicam.de conuer.coniug.
per ingressum religionis alterius non poterit ta
le matrimonium separari.

Quòd autem in hoc casu requiratur factum,
& non voluntas,sic probo.

39 †Cum matrimonio carnali,& spirituali idem
iudicium est habendum. vt not.in c.fi. de trans-
40 lat.prælat. † & in matrimonio spirituali attendi
mus opus,& non voluntatem,quia lex promo-
tionis factum requirit. vt in c. siquis. xv. q. j. vt
supra sæpius dixi.vnde omninò refert vtrum coa
ctio aliqua fuerit, vel non, sed vtrum sic factum
fuerit.vt ibi.& xxxij.q.v.ille.si ergo matrimoniū
spirituale solum factum requirit, & idem iudi-
cium habendum sit de carnali. si ergo in eo fa-
ctum tantummodo attendere debemus. Vnde
cum hic ad factum sit processum,dicemus istud
matrimonium confirmatum. ad hoc facit c. si

euangelica. lv.dist.vbi not. quòd mulier sic pas-
sa,religionem intrare nō potest. Præterea canon
dicit cognita à viro,religionem intrare non po-
test,eo inuito, vt in c.ex publica. de conuer.con-
iu.& cum canon non distinguat, nec nos distin-
guere debemus. xix.dist.si Romanorum.& in c.
consuluisti.ij.q.v.& xxxj.q. quid si dormierit.ad
audientiam.de deci. l. de precio.de publicia. &
41 sponsus, † qui sponsam vi rapuit, non punitur:
probatur in c.quicquid.xxxij.q.ij.& xxvij.q.vlt.
lex illa.& c.cum causa.de rapto. vbi expressè di-
citur, quòd siquis sponsam rapuerit, non puni-
tur:quia vtitur re sua, & neminem offendit. &
demum concludit, quòd religionem intrare nō
potest, nec benedici. hæc ille.

42 Nonò quæro, † an Papa dispenset cum biga-
mo interpretatiuo,videlicet cum eo, qui cogno
uit vxorem adulteram?Dicas, quòd Papa potest
dispensare cum vero bigamo : quia hoc casu est
supra Apostolum. vt dixit Io.de Ana.in c.si vir.
de adult.vt supra dixi.ergo cum interpretatiuo.
& ibi Io. de Ana. loquitur de sacris ordinibus.
quod Nicolaus furiosus, vt refert Hosti.in sum-
ma.in d.§.si.omnino non admittitur, dicens nō
sine furore, quòd Martinus Papa fuit Marti-
nus capra,& quòd bigamus ita recipit characte
rem,sicut asinus. vide ibi Pet. de Anchar.consi.
suo.cxxiij.incipi.Circa bigamus dicit,quia cum
interpretatiuo Papa dispensat: quia non est in
casu Apostoli,qui loquitur de vero bigamo. Et
demum videtur sentire, quòd etiam cum vero
bigamo possit dispensare, cum sit maior Apo-
stolo.

43 Decimò quæro † an clericus incurrens biga-
miam, amittat omne priuilegium clericale, an
vero gaudeat eo, licet altius promoueri non pos
sit? Hęc.q.est subtilis, & quotidiana, ideo dili-
genter examinanda.

Et videtur dicendum,quòd bigamus omnino
omni sit priuilegio clericali priuatus.per tex.ex-
pressum hodie in c.j.de biga.in vj. & huic tex.vi
detur esse quiescendum, cum indistinctè loqua-
tur:tamen in contrarium videtur tex.in arg.c.nu
per.& c.à nobis.eo. tit. in antiq. quia illi non re-
putantur verè bigami,sed interpretatiui propter
intentionem cum opere subsecuto non promo-
uentur,sicut & alij.intelligitur ergo d. c.j.in vj.
44 de veris bigamis,& non interpretatiuis † veros
autem intelligimus,qui bis contraxerunt legiti-
mè. vt in c.si quem.de sent.excom.& in c.susce-
ptum.de rescript. in vj.& bona glo.in verbo in-
tellige.in c.ij.eo.tit.

In interpretatiuo vero dico, quòd quatenus
in iure sit expressum, idem est, sicut de vero. vt
in illo,qui scienter contraxit cum corrupta,eam
cognoscendo.vt in c.quisquis.lxxxiij. di.vbi est
expressus casus de tali bigamo interpretatiuo.vt
ibi

ibi declarat Archi.Io.Mo.& Alexandrinus.post omnes. & idem dixit Io. An.& Guil. de monte Lau.in d. c.j.& non de alijs interpretatiuis. & meritò: quia d.c.quisquis. supra allegatum, super quo fundatur d.c.j.loquitur de isto interpretatiuo,& non de alijs:ergo & illud determinans primum,ita est intelligendum,arg.c. vt circa: is cui:qui contra.de elec. in vj.

Aliqui vero distinxerunt, quòd si sint bigami,quantum ad legem promotionis,non tamen quoad legem priuationis priuilegij clericalis.vt in c.ij.eo.ti.præallegato. & ita intelligūt omnes scribentes supra d.decret.j.bene faciunt quæ habemus in c.cognoscamus.xxxiiij.dist. & ibi glo. in verbo addidisse,videtur sentire Apostolum intellexisse de veris bigamis, & in omnibus sacris ordinibus,& idē in c.si cuius. ea.di. & d.c.quisquis. videlicet si non est matrimonium, vt quia successiuè contraxit cum duabus in sacris constitutus,vel religiosus: & tunc non est priuatus priuilegio clericali,licet sit bigamus.Antiqui tamē doct. vt fuit Bonaguida, Aret.in c.nuper, de

45 biga.tenet,quòd † sacerdos,qui contraxit de facto cum vidua,vel successiuè cum duabus,& postea commisit homicidium, poterit puniri per iudicem secularem. per d.c. vnicum. quia tunc amisit omne priuilegium,& pariter de illo ex pari ratione,qui vxorem adulteram scienter cognoscit,iux.not.in d. c.ij.eo.ti.nec obstat, quòd tempore primæ desponsationis non esset corrupta, & sic non diuiserit tunc temporis carnem suam. vt not.in d.c.debitum.in glo.fi.Io.An.in c.Ioannes.de cler.coniug.in antiquis dicit, cuius verba sunt hæc,videlicet.

De tertio vero si quæris, an perdat priuilegiū clericale:iterum distinguo, aut tenet matrimoniū, aut non. Primo casu si ex cōtractu secura carnali copula bigamiam incurrit, exutus est omni priuilegio clericali.de biga.c.vnico.lib.vj.Si vero non incurrit bigamiam, si incedit in habitu, & censura, tenet priuilegium quoad duo.in aliis in totum perdit.vt in d.c. vnicè.de cler. coniug. in vj.Si vero matrimonium non tenet, si ex contractu incurrit pœnam bigamiæ propter affectum cum opere subsecuto,est dispensabilis quo ad executionem officij. & sic intelligo c. nuper. de biga. non tamen illum exutum priuilegio clericali, & sic de veris bigamis loquitur illa decretalis vnica,de biga.in vj.multò minus erit priuatus, si ex contractu pœnam illam non incurrit. hæc Io. An.vide etiam quæ dixit dominus Præpositus in d. c. quisquis. lxxxiiij. di. vbi tangit hanc q.breuiter tamen,& per Spec.in tit. de cle. coniug.in §.siue.versi.bigami autem.

Non obstat d.c.quisquis.lxxxiiij.di.quia loquitur de bigamia vera, vel interpretatiua, quæ ab initio,seu cū copula carnali icurrit.vt supra dixi.

Et hic applicari potest largius.q.Hosti.de qua supra, Barth.Brix. in dominical.xvij. de eo. qui in vxorem duxit,quā desflorauerat. an dicatur bigamus tali bigamia,quòd cum eo dispensari possit,vel non possit. Et ad faciliorem exitum dico, quòd licet Host. vbi supra in §.quot sunt species bigamiæ,Tamen dic, quòd quędam est vera, secundum glo.in c.j. eo.ti.& contrahitur vno modo, videlicet quando habuit plures vxores, vt supra diximus.vt in præalle.c.acutius cum sequenti c. xxvj.dist.quod intelligo si ambas cognouit,alias non.

46 Alia est interpretatiua,†quæ secundum d. gl. contrahitur duobus modis.Primo,quando contraxit cum corrupta,vt in c.maritum. xxxiij. di. & c. à nobis.eo.ti. & intelligo si eam cognouit: alias non. vt in d. c. debitum.Secundo, quando reddit debitum vxori adulteræ. vt supra diximus.per illam glo.in c.si cuius.& q.Bar.Brix.& xxxiij. dist. etiam si mandatum ecclesiæ reddat debitum,secundum communem opi. & idem si eam ignorabat adulteram, secundum modernos,& pręcipuè Abbatē in c.si vir.de adult.vnde si credebat virginem tempore consummationis matrimonij,& postea cognouit corruptam, bigamus erit.vt in c.ille.xxij.q.v.& in c. qui in aliquo.lij.dist.nec excusat error, vel ignorantia.d. c.ille.

Sed si quis accipiet virginem, quam non cognouit,& ea mortua,aliam etiam virginem,quā non cognouit.vel è conuerso,non erit bigamus.

Similiter qui duxit in vxorē virginem ab alio desponsatam,sed non cognitam præmortuo sponso,non est bigamus.vt in c.fi.xxij.dist.& d. c.debitum.

47 Alia est † bigamia similitudinaria, & hæc cōtrahitur quatuor modis. Primus, cum quis contraxit cum Deo per votum solemne, & postea contraxit matrimonium de facto cum fœmina. vt in d.c. quoquot. xxvij.q.j.& c.à nobis. de bigam. Et cum istis dispensatur.vt not. in c. sanè. de cler.coniug.el ij.& in c.pen. de bigamis. Secundus, quando quis diuersis temporibus habuit plures vxores, vnam de iure, alteram de facto,& cognouit ambas, vt supra dixi, vt in d.c.nuper.Tertius, si duas simul habuit vxores, vnam de iure,alteram de facto,& ambas cognouit.d.c. nuper. Quartus, si existens in sacris contrahit. eo.c.nuper.

An autem omnes prædicti bigami sint priuati priuilegio clericali,satis est per supra dicta decisum:pro quibus vide Archid. in d.c.quisquis. lxxxiiij. dist. & eundem in d.c.j. in vj. & ibidem Io.Mon.& Gemi.& Pet. de Ancha.

Nec prætermitto,quòd cum superius dictum sit, quòd Episcopus dispensat cum bigamo ad minores:sequitur Corellarium,quòd nedum bigamus

gamus non amitteret, sed posset de nouo acquirere priuilegium clericale.

Quòd autem contrahens cum ea, quam defloratuit, non sit bigamus, videtur tenere glo.d. c.debitum.& c. qualis.xxx. q.v. & idem videtur sensisse glo.in c.innotuit. de elec.in verbo, coniugata.quam dicit, quòd sequens matrimonium omnia præcedentia purgat, & idem tenet Abbas in d.c.debitum.& in c.sanè.& c. qualis.xxx. q.v.& Abb.vbi supra in d.c.tanta. qui fil.sint legit. vbi fauore matrimonij fingitur à principio matrimonium fuisse contractum, & sic fit conformitas, & vnitas inter istos. & multum mouet ipsum Abb. quòd huiusmodi irregularitas est introducta à iure positiuo.vt not.in c.ij.de bigamis non obstante dicto Apostolo. Aliqui tamen dicũt, quòd dicta Apostoli,& actus Apostolorum sunt de lege diuina.

Ideo cum sit odiosa contrahitur sine delicto, propterea debet fieri lata interpretatio, vt not. Inno.in c.ad audiẽtiam. de homi. Iura ergo quę requirunt virginitatem tempore contractus habuerunt respectum ad effectum, vt dicatur corrupta per alium, non autem à marito, vnde hæc opi. secundum eundem Abb. est æquior.

Et ideo tenuerunt doc.Tholosani,quos refert Stephanus Aufer.in decisionibus Curiæ Tholosanæ.q. ccxxxiiij.incipi. alterationis: quòd non sit priuatus priuilegio. Idem tenet Io. An.in c. tanta.qui fil.sint legit.reprehendens Host.tenentem cõtrarium. Sed pro complemento huius.q. vide do. Præposi. in c.tanta. qui fil.sint legit.in v.col.circa medium.ibi,tertio quæro.Sequendo ordinem Io. An. & per eundem.d. Præpositum in c.feriatim.xxxij.dist. vide Barth. Brix.in q.dominical. q.xvj.& xvij.

Vndecimò quæro, bigamiam incurrit cognoscens vxorem adulteram, etiam ignoranter.omnes,in c.si vir.de adulte.& copiosè post alios per Abb.& Io.de Ana.ibi. An Papa cum his dispenset ad sacros ordines suscipiendos.dicas,quòd irregularitas procedens ex bigamia, licet trahat originem ab Apostolo,tamen per canones ampliatur,& dilatatur. & cum bigamia sit triplex, vt dixi, licet alij dixerint, quòd sit duplex.videlicet vera,& interpretatiua,& Papa possit cum vero bigamo dispensare: quia ipse est in hoc casu supra Apostolum.vt dixit Host.,vbi supra.& Io. de Ana. & omnes in d.c.si vir. est dicendum,q possit dispensare.& ita consuluit Pet. de Ancha. consil. cxiij. incipi. circa bigamos non promouendos, supra alle.

48 Quæro xij. † an contrahens cum consanguinea vxoris præmortuæ, efficiatur irregularis, & bigamus? Gaspar de Cald. dixit quòd non, per casum c.qualis de biga. Archi.tenet contrarium in d.c.j.eo.ti.in vj. in verbo bigamos, quem sequitur dominus Præposi.in c. ad audientiam.de spons. in iij. col. in fi. ibi, & per prædicta infert hic Zochus,vbi copiosè vide. Ratio Calderini erat, quòd non fuit matrimonium obstante gradu prohibito, vide eundem Archi. in d.c. quot quot. & cap. cum cognoscamus.xxxiij.dist.& d. Præpos.post eum, ibid.

Et pro finali declaratione,& cõclusione huius
49 materiæ,epilogando dicas, primò, †quòd bigamus est irregularis de iure positiuo, non autem de iure naturali.ita Archi.in c. lector. xxiij. dist. Innoc.in c. nisi cum pridem.de renun. in verbo, irregularitatis. Ioan.And. in c. super eo. de bigam. & ibi omnes. & beatus Tho. in iiij. in sæpe allegatam.dist. xxvj.q.iij. & Pet.de Ancha.in c.j. de bigam. in fi.

50 Bigamus† non est infamis. glo. & Archid.in c.ij.vj.q.j.

51 Bigamus† non potest accusare aliquem sacerdotem,nec aliquem clericum,ad cuius ordinem bigamus ordinari non potest.tex. est in c.ipsi Apostoli.ij. q.vj. in fi.

52 Bigamia† est stricti iuris,ideo quis non debet reputari bigamus, nisi in casibus iure expressis. Host.in sum. in §. ij. quæritur. Ordinans biga-
53 mum † ignoranter, non est irregularis, sed ipse ordinatus. rationem vide in c. ij. de bigam. vbi omnes.

54 Bigamus† ordinatus characterem recipit, sed executione caret.ita omnes,& Rota in nouis.decisi.cccclxvij.incip.Quodam factum extra Rotam, quam omnino vide.

56 Papa† potest dispensare cum bigamo de absoluta,& iuridica potestate, cum maior sit Apostolo. Cum bigamo verò interpretatiuo,dispensat autem ordinaria. Rota vbi supra.

56 Episcopus † quoad minores ordines dispensat secundum aliquos. Ad maiores autem solus Papa cum bigamo, secundum Host. sed Io. And.& Bu.tenent contrarium.in c.super eo.de biga.per d.c.j.eo.tit.in vj.& Rota vbi supra. Innoc.tamen in d.c.super eo.in verbo, dispensare, dicit, quòd Episcopo non licet dispensare cum bigamo. Papa autem potest vsque ad Subdiaconatum. per d.c.lector. xxxiiij. dist.

Dicit tamen, quòd si promouetur characterem recipit,contra id,quod dixit Nicolaus furiosus non sine furore.vt dixit Host.in sum. vbi supra. Sed contra dici posse videtur, quòd nec Papæ liceat: quia est contra Apostolum. vt in c. sunt quidam.xxv.q.j. Sed soluendo, omnes dicunt, quòd non dispensat Papa contra Apostolũ in his, quæ pertinent ad articulos fidei, & fortè in his, quæ pertinent ad generalem statum ecclesiæ. sed in alijs dispensat: quia licet Apostolus dicat,Vouete,& reddite domino vota vestra:tamen in iuramento, seu voto dispensat. xv. q.vj. iuratos.

iuratos. & de voto. per totum quamuis posset dici, quòd non videtur dispensare in voto, qui illud in melius commutat. vt in c. peruenit. de iureiuran.

57 Cum etiam Papa † possit euangelium interpretari, & illi addere, vt not. in c. in omni. de testa. & c. præsul. vij. q. iiij.

58 Et Papa † est maior Paulo in administratione. Pro his benefaciunt not. per Io. de Ana. in c. si vir. de adult. in ij. col. vbi in fi. dixit, vt supra etiam diximus, quòd licet irregularitas ex bigamia trahat originem ab Apostolo, tamen per canones ampliatur, restringitur, & declaratur: & sic Nicolaus furiosus videtur cum furore dixisse, & malè, quòd ita bigamus recipit ordines, sicut asinus.

59 Bigamus † Subdiaconus non habet vocem in capitulo, etiam si sit Canonicus. ita Cardinalis in cle. ij. de ætat. & qual. xvj. q.

60 Modum † libellandi contra bigamum, vide in Spec. in tit. de biga. in princ. quod benenota in practica.

61 Bigamus † nõ potest esse rector vniuersitatis, dicit Bal. in auth. habita. C. ne fil. pro pat. in pen. col. in versi. idem dico de clerico.

62 Verus † bigamus ingrediens monasterium gaudet priuilegio canonis, si quis suadente, non ratione clericatus, si erat clericus, sed ratione monachatus. vt dicit Bal. in l. qui sub prætextu. versi. hic cadit. C. de sacrosf. eccle. & not. in c. veniens. de regul. & in c. ex parte. de conuer. coniug. & Card. Zaba. in cle. ij. in iij. apos. de æta. & qualit. & est vna fallentia ad d. c. j. in vj.

S V M M AE.

1 *Occidens, vel vulnerans, efficitur irregularis: adeò vt non possit promoueri, & promotus reyciatur.*
2 *Curiales largè, strictè, & strictius sumi possunt.*
3 *Baptismus non tollit nisi peccata, & sequelas peccatorum.*
4 *Cuilibet licitum est reum defendere, licèt reus absolueretur, & accusator puniretur pœna talionis. Quia aduocatus talis agit ad absoluendum reum, non ad condemnandum accusatorem. nu. 5.*

De iustitiariis, seu curialibus, & his, qui ex officio sæua exercuerunt.

1 Exercitium crudelium actuũ cum sanguinis effusione impedimẽtum irregularitatis inducit, & impedit promouendos, & reijcit iã promotos. vt not. in c. sententiam sanguinis. ne cler. vel mo. vbi copiosè per Lanfrancum in sua repetitione.

Postquam igitur de quibusdam impedimentis quasi intrinsecis vidimus, Superest, vt de quibusdam quasi extrinsecis videamus. vt de iustitiarijs, & curialibus, & est octauum impedimentum sine peccato proueniens.

Circa quos primo videamus, qui dicantur curiales.

Secundo, quia possunt repelli à promotione.

Tertio, quæ, & quot sunt causæ prohibitionis.

Quarto, quis possit cum eis dispẽsare. De materia, vide in cap. de occidendis. xxiij. q. v. & per totam illam q.

2 Curiales † dupliciter assumi possunt, videlicet largè, & strictè, & strictius, siue propriè, & impropriè, largè, & impropriè dicũtur omnes, qui quacunque conditione obligati sunt curiæ alicuius publicæ potestatis, siue milites sint, siue aduocati, siue iudices, siue collaterales, siue officiales, siue etiam institores, siue adulatores, vt habetur in c. nonne. xxxvij. dist. & in c. qui in aliquo. l. dist. & c. j. ea. dist. & gl. magistra. in sum. d. dist. & gl. in c. aliquantos. ea. dist.

Strictè autem dicuntur curiales, qui honesta curiæ officia procurant, vt decuriones, iudices. Strictius dicuntur curiales, qui sunt officiales in causa sanguinis, & dicunt isti curiales, quasi cruuiales, à cruore, & sanguine, vt est barisellus, qui, quæ eum sequuntur. Alij verò à curia. ita etymologiauit Isidorus.

Prohibentur autem hi omnes indistinctè promoueri, nisi prius absoluti sint à curia, vt not. in d. c. j. ij. & iij. lj. di. & hoc triplici ratione efficaci.

Primò, quia quidam sunt viles personę, & frequenter contrahunt, & incurrunt irregularitates ex officio suo, vt in d. c. j. lj. dist.

Secundò, quia multum molestatur ecclesia, & incommoda patitur propter tales, vt in d. c. ij. lj. dist.

Tertiò, quia præsumitur contra eos, quòd nõ transeunt ad clericatum feruore, aut voto religionis, sed vt effugiant ratiocinia dominorum, & sindicatus, quibus subiacent, vt not. in c. legem. liij. dist. & in d. c. j. lj. dist. vbi de hoc.

Postquam autem absoluti sunt, admittuntur, sed cum distinctione, vt infra: quia aut exercuerunt sæua, turpia, & inhonesta.

In primo casu, si sæua, vt officiales, & milites, qui potestatibus obedientes sanguinem humanum fuderunt, vel turpia, & inhonesta exercuerunt, non possunt, nec debent promoueri. vt in d. c. j. lj. dist. & in cap. clericum schurilem. xlvj. dist. & in c. pro dilectione. de consecr. dis. ij. cum sequentibus.

In secundo verò casu, cum honesta officia exercuti sunt, vt iudices, aduocati, tabelliones, & huiusmodi, distinguendum est, quòd aut exercuerunt

runt suum officium in causis ciuilibus, aut pecuniarijs, aut sanguinis.

In primo casu admittuntur, in c. Osius. lxj. distin. vbi not. quòd tales, licet non possint eligi, possunt tamen in Episcopum postulari.

In secundo repelluntur promouendi, & deijciuntur iam promoti, quantuncunque bona intentione, & zelo iustitiæ hoc fecerunt, vt not. in c. aliquantos. lj. dist. & hæc fuit opi. Barth. Brix. etiam si ante baptismum hoc fecerint: quia secũdum eum in baptismo deletur omnis illa irregularitas tantum quantum quis cum peccato cõtraxit. Sed illam, quam sine peccato contraxit, ba-
3 ptismus non tollit. Baptismus † enim non tol-
lit nisi peccata, sequelas peccatorum. & pro eo
facit c. deinde. xxvj. dist.

Verumtamen alij Doct. dicũt, quòd siue cum peccato, siue absque, iudex, vel officialis occidit hominem ante baptismum, nõ impediretur post baptismum, pro quibus est tex. in c. si quis post remissionem. l. dist. & ibi glo. & lj. dist. aliquantos. & hanc opin. approbat Goffr. & Ray. qui etiam dicit ecclesiam sic tenere. ratio etiam facit ad idem: quia non debet esse melioris conditionis peccans, quàm non peccans, argum. c. legi. xvj. q. j. & bene faciunt dicta in sum. lj. dist.

Nota ergo, quòd quicunque post baptismum in causa sanguinis fuerit iudex, assessor, notarius, officialis, testis, aut scriptor, aut legens, seu lector sententiæ sanguinis, omnes tales efficiuntur irregulares, vt dictum est, & probatur in c. si quis post. l. dist. & in d. c. aliquantos. lj. distin. & in d. c. sententiam sanguinis. & per Goffre in sum. de oblig. ad ratioci. in ij. colum. hij. curiales.

Et idem dicas de aduocato, siue pro accusatore, siue pro reo, licet Barth. Brix. dixerit contrarium pro aduocato rei: cuius ratio est, quia cui-
4 libet † licitũ est defendere reum. xxiij. q. v. c. reos.
& C. de Episcopali audi. l. addictos. & si obijciatur ei, nonne si accusator deficit, punitur pœna
talionis, & sic videtur hoc imputandum aduocato rei. quia respondetur, quòd ad hoc non egit
5 aduocatus, vt accusator puniretur, sed vt reus ab
solueretur. Item, quia in alio iudicio agendum
est de calumnia accusatoris.

Sed prima opi. tutior est, ꝙ nec pro accusatore, nec ꝓ reo possit clericus aduocare. nec obstat d. c. reos. quia ibi nõ dr̃, ꝙ possit patrocinari pro damnatis: sed intendere. licet enim non tendat ad hoc, vt accusator in accusatione deficiẽs puniatur: tamen per quandam consequentiam tendit ad illud. xv. q. j. meritò. arg. c. si quis obiecerit. j. q. iij. de hoc habetur in d. c. aliquantos, lj. dist. Sed probabiliter dici potest, hæc omnia cessare, vbi accusator non inscribit se ad pœnam talionis.

Quis autem cum his dispensare possit, videbimus infra in tit. de homi. in §. nunc dicendum est quando, & qualiter, & à quo in homicidio dispensetur, in prima parte. vbi tractabimus de dispensatione in homicidio iustitiæ, ne idem repetamus: cum ibi melius conueniat ad continuationem materiæ.

S V M M Æ.

1 *Peregrini clerici in itinere, an occultè possint celebrare.*
Et licet intrare tabernas, habitusq́; mutare. nu. 2.
Et an communicare possint excommunicatis in mensa cibis, & potu. nu. 3.
4 *Peregrini quadruplici ratione repelluntur à promotione, & administratione sacramentorum.*
5 *Clericus non potest peregrinari absque licentia proprii Episcopi.*
6 *Peregini, & ignoti, qui dicantur. & nu. 10.*
7 *Et qui possit cum eis dispensare. & nu. 11.*
8 *Differentia inter titulum de peregrinis, & ignotis, & tit. de peregrinantibus.*
9 *Peregrini omnes subsunt protectioni eiusdem.*
12 *Episcopus dispensat cum suo subdito in peregrinatione cum suis literis.*
13 *Peregrinus, qui nec clericus, nec sigillum noti sunt publicè, non admittuntur nisi cum sigilli quinque Episcoporum.*
14 *Et quare magis credatur quinque sigillis, quàm vni.*

De Peregrinis, & ignotis.

CVM peregrinatio à sanctis patribus sit approbata, & minimè contemnenda sit, quinimmo qui oblationes, quæ in peregrinationibus fiunt, spernẽdas esse crediderint, memoriasque sanctorum contemnentes, Concilium Grangrense anathematizauit, vt legitur in
1 c. si quis per superbiam. xxx. dist. cumq́ue † Epi-
scopi, vel presbyteri peregrini possint in via pe-
regrinationum occultè celebrare, vt legitur in
c. Episcopi, vel presbyteri. vij. q. j. & ix. q. ij. per
2 totum, vbi de hoc peregrinis † quoque liceat in-
trare tabernas, & etiam habitum mutare, vt de
primo habetur in c. clerici. xliij. di. & in c. si quis
ex clericis, de vita, & honest. cleric. el secundo.
3 verò, in c. Episcopi. xxij. q. iiij. Quinimmo † in
mensa cibis, & potu excommunicatis commu-
nicare possunt, sine metu censurarum, ex specia-
li ecclesiæ concessione, vt in c. quoniam. xj. q. iij.
Mirum est, quòd peregrini ponantur à sacris ca-
nonibus inter irregulares, & impeditos sacros
ordines suscipere, & in iam susceptis ministra-
4 re. Dicas, quòd † quadruplici ratione repel-
lũtur peregrini tam à promotione, quàm ab ad-
ministratione

ministratione sacramentorum. Prima nanque ratio est irregularitatis timor, nam persæpe criminosi, infames, excommunicati, & irregulares, corpore uitiati, vsurarij, publici pœnitentes, lusores, furiosi, arreptitij, comitij, qui non possunt in suis Episcopatibus officia exercere, ad alienos se transferunt, vt no. in c. duæ. xix. dis. Secundò, quia multi etiam eorum, mentientes se habere ordines, pro sacerdotibus se gerunt, vel in alijs ordinibus esse insignitos. vt in cap. astos. xcviij. dist. & cap. transmarinos. ea. dist. Tertia ratio est, quia non conuenit Episcopo ponere falcem in messem alienam, uidelicet iudicando, aut ordinando subditos alienos, vt lxx. dist. per totum. & vj. q. iij. per totum. & in c. fraternitati. de cler. non resid. & xj. q. ij. per totum. Quarta, quia cum non appareat de licentia præ-
5 sumit inobediens, cum † non liceat clerico peregrinari sine licentia proprij Episcopi, vt in c. non oportet. de consec. dist. v. cum etiam causa studij non possit se absentare sine licentia, vt in c. relatum. de cler. non res. vt ibi dicemus. Ideo statuta veterum patrum obseruarũt de omnibus trãsmarinis ad minus quinque Episcoporum super ordinatione sua testimonio muniantur, & idem de omnibus alijs incognitis obseruandum esse Alexan. III. statuit, vt in c. j. de cler. pereg. quo testimonio carente, insurgit impedimentum sine peccato proueniens extrinsecè ex ignorantia conditionis.

6 Circa quos considerandum est, qui † dicantur peregrini, & ignoti. Secundò, quia supra diximus causas, quare repellantur, videndum est
7 † qualiter admittantur dispensatiuè, & sic, quis possit cum eis dispensare, & hoc hic proprium est nostræ subiectæ materiæ. Host. quærit hic,
8 † quæ differentia sit inter hunc titulum, & titulum de peregrinantibus, qui est pen. tit. ij. lib. Respondet, quòd hic tractatur, vtrum clericus extraneus sit admittendus sine licentia sui Episcopi, vel literis. Ibi verò qualiter, qui accedit ad sedem Apostolicam intelligatur esse sub protectione eiusdem. Et dicit Rota, quòd omnes
9 † peregrini subsunt protectioni eiusdem, vt not. in c. innouamus. de treug. & pac. Et ibi aliquid dicemus.

10 Peregrini, & ignoti possunt appellari hic omnes, qui non sunt de Episcopatu ordinantis, siue clerici, siue laici sunt: quia tales recipere non debent ab Episcopo alieno ad ordines, vel dignitates, vel ecclesiastica sacramenta. lxx. dist. per totum. & præcipuè in c. primatus. ea. dist. & in c. ij. & iij. de parroch. quia omnes hi dicuntur extranei, arg. iij. q. vj. peregrina. vj. q. iij. c. j. & ij. & in c. non oportet ministros. de consecr. dist. v. el secũdo. & de his vide pleniùs per eundem Host. in sum. huius tit. ad quem me remitto, ne idem repetam, & transplantem.

Sed quis cum eis dispenset, vt admittantur,
11 videndum est. Dicas breuiter, quòd † Papa per suas literas commendatitias, seu testimoniales cum his dispensat, & qui habet tales literas, vbique recipiendus est in ordine suo, vt not. in c. fraternitati. de cler. non resid. & est ratio, quia ipse est ordinarius ordinariorum cuncta per mundũ, ix. q. iij. & c. per principalem.

12 Item † Episcopus dispensat cum suo subdito in peregrinatione cum suis literis sigillatis suo sigillo, quod in hoc facit fidem sine alia testium subscriptione, si sigillum est notum, cum non agatur de præiudicio alicuius, ita Rot. in nouis, xxij. & cccxlviij. incip. Fuit dubitatum, vtrum literis credatur Episcopi, & voluerunt, & ordinauerunt domini. & not. in c. in nostra. de renunc. & de præben. cum secundum. in fi. & in cap. sopitæ. de censi. & in l. si qua mulier. C. de Episc. & cler.

13 Si verò nec † clericus, nec sigillum noti sunt, non admittitur publicè, nisi cum sigillis quinq; Episcoporum, vt in c. j. hoc eo. tit.

14 Sed † quare magis credatur quinque sigillis, quàm vni, cum etiã mille sigillis ignotis non credatur, dicit Hostien. vbi supra, quòd facilius vnum sigillum falsificatur, & adulteratur, quàm quinque: vide ibi, vbi etiam ponit practicam literarum commendatitiarum.

Pro solutione huius quæsiti dicas, quòd quilibet ordinarius potest cum his dispensare, seruata forma, c. j. huius tit. ibi. his autem peractis si digni inuenti fuerint, circa eos poterit dispensare.

Item quilibet ordinarius potest similiter dispensare, vbi peregrini, & ignoti conuersatio est approbata, vt in c. inter quatuor. eo. tit. in fi. ibi, antequam eorum conuersatio fuerit approbata. Quinimmo videtur hoc esse arbitrarium Episcopo, quod expressè probat tex. in c. Deo nobis proponente. eo. tit. in fi. ibi, nisi aliquos ex dispẽsatione in eisdem ecclesijs duxeris dimittendos. & ibi Innoc. scribit Episcopo regimen, & hæc intellige tam de dispensatione ad beneficia, quã ad diuina officia. In celebrationibus autem secretis ex deuotione omnes sine difficultate admittuntur: quia si mentiuntur ipsis solis præiudicant.

Sequitur

SEQVITVR SEXTA PARS.

SVMMAE.

1 *Peccans mortaliter post baptismum, non potest promoueri: si est promotus deijcitur, nec potest restitui, & vide de intelligẽtia harum trium regularũ.*
2 *Crimina, seu peccata mediocria, quæ dicantur, & quomodo eorum causa quis deijciatur. & num. 4.*
3 *Fornicator simplex non deijcitur ab ordine, nisi incorrigibilis sit.*

Procœmium.

SEXTA huius operis inquisitio est videre de irregularitatibus, quæ ex peccato proueniunt, ex quibus, vel ꝓpter quas quis ab ordinibus, vel ipsorũ executione, vel ab officijs, & beneficijs ecclesiasticis lege iubẽre repellit.

Antiqui doctores, antiquæ legis rigorem sequentes, posuerunt tres regulas, & tres opiniones circa lapsos.

1 Prima regula est, quòd † qui peccauit mortaliter post baptismum, non potest promoueri. vt habetur in epistola Hieron. ad Titum. & in c. primum itaque. xxv. dist. & in c. quoniam. §. si verò. xlviij. dist. & c. illud. l. dist. & bo. tex. in c. si quis omnem, ibi. scio quosdam. vsque ibi. Sed quid ergo dico.

Secunda est, quòd promotus, qui crimẽ mortale commisit, deijcitur, vt l. dist. qui semel. & c. si post ordinationem. & c. si Episcopus. & c. Diaconus. lxxxj. dist.

Tertia regula est, quòd qui ab ordine deponitur, restitui non potest, vt in c. si lapsus. & c. peruenit. & c. postquam. l. dist. & vbicunque minus agitur, dispensatio est. vt in c. de benedicto. xxxij. q. j. & c. quòd autem. ea. q.

Et istæ tres regulæ colliguntur ex tex. in c. vt constitueretur. l. dist. vbi dicitur; vt constitueretur, ne quis in ecclesia post alicuius criminis pœnitentiam clericatum accipiat, vel ad clericatum redeat, vel in clericatu permaneat, non dispensatione indulgentiæ, sed rigore disciplinæ factum est. Alioquin contra claues ecclesiæ datas disputabitur, de quibus dictum est, Quæcunque solueris super terram &c. vt Matth. xviij.

Circa intellectum istarum regularum tres olim fuerunt opiniones.

Prima opinio dicit, ꝙ omne peccatum mortale repellit promouendum, & deijcit iam promotum. Et peccat mortaliter, qui post baptismum peccauit, si se ordinari permittit, vel ẽt si permaneat in ordine iam suscepto, quantumcunq; egerit pœnitentiam, nisi cum eo fuerit dispensatum. Et hæc opi. intelligit dictas tres regulas, vt iacẽt, & sonãt, sed est nimis rigida, cum aut pauci, aut nullus posset promoueri, quia ferè contra naturam, & impossibile est, vt quis sine peccato sit, cum etiam puer vnius diei non sit sine peccato, vt in c. vnum orarium in §. nomine autem criminis. xxv. dist. ideo hæc opinio non est tenenda, tã quam nimis rigorosa.

Secunda verò opinio intelligit prædictas regulas de magnis criminibus, & peccatis, quia minora post pœnitentiam nec repellunt, nec deijciunt. argum. c. clerici. xlvj. dist. & c. Apostolus. lxxxj. dist. & c. in loco. v. q. iiij. De magnis autem fit interpretatio quantum in iure expressum est, ꝙ debeant deijcere, vel repellere, vt not. Spec. in aureo post titulũ de temp. ord. in §. sciendum est.

Sed hæc opinio reprobatur: quia non distinguit inter peccata occulta, & manifesta: quia occulta aliter, quàm manifesta à lege reguntur, vt not. in c. erubescant. xxxij. dist. & l. dist. de his verò. §. j. & per Innoc. in c. tanta. de simo. in fi. & gl. in c. ex literis. de furt. & in c. fi. de temp. ord. & in c. ex literarum. de Apost. quia ecclesia non iudicat de occultis, vt in cap. Christiana. xxxij. q. v. & c. consuluisti. ij. q. v. quia occulta non inducunt irregularitatem. vt per Inno. vbi supra, & infra dicemus.

Tertia opinio intelligit regulas prædictas de manifestis: quia occulta (vt prædixi) non inducunt irregularitatem, & post peractam pœnitentiam occulta non deijciunt, nec repellunt: quin immo de iure communi possunt promoueri, & iam promoti ministrare. vt in c. sacerdotes. l. dist. & c. de his. & c. quoniam. xlviij. dist. Sed, & 2
hæc opinio quoque reprobatur: quia non distinguit inter enormia peccata, & leuiora: ideo non est tenenda, vt not. in c. inquisitionis. de accusa.

Tu ergo distingue secundum Ber. Vincen. & Tancr. qui dicunt quatuor esse consideranda circa huiusmodi promotos, vel promouendos.

Primum est quantitas.

Secundum, enormitas, vel mediocritas, aut minimitas criminis.

Tertium, qualitas, videlicet vtrum sit occultum, vel manifestum.

Quartum, modum publicationis, videlicet, an sit publicum per operis euidentiam, vel iudicia sententiam, vel spontaneam confessionem iudicialem, quibus tribus modis notorium fit crimen, vt not. in c. fi. de cohabit. cler. & mul.

Quintum, est satisfactio pœnitentis, videlicet an egerit pœnitentiam, an non. Cum quis igitur egit pœnitentiam de peccato, aut fuit enorme,

aut

per tex.in c.miror.l.dist.& j.q.j.erga.& c.si quis. Alij verò, vt Vin.Ber.Tancr.& Hug.voluerunt, ꝙ si enorme, & occultum sit crimen, monendus est, vt abstineat:non cogendus.& hæc est vera, &
1 bona opinio:quia † solum Deū habent vltorē latentia delicta, quę in hoc sæculo vindictā non habent. vt not. in c. christiana.xxx.q.v.& in d.c.ex tenore.de symo.& c.tuæ fraternitatis.vnde peracta pœnitentia peccator poterit fungi officio suo, & ad maiores ascendere, vt supra diximus. Hoc tamen dicunt esse verum, præter reos homicidij voluntarij, vt not.in c.quęsitum.de tempo.ordi. nā quòd alij dixerunt de symoniaco in ordine, & beneficio tantum, non placet prædic.doc.per dic.decretalē quæsitum,quæ tantum excipit homicidium. hæc tamen sententia videtur esse vera:quia dic.decret.quæsitum,aut loquitur de criminibus enormibus,& non de mediocribus tātum:aut non.Si loquitur de enormibus,ergo videtur, ꝙ tantum homicidium excipiat: si autem nō loquitur de enormibus, falsa est exceptio,quę à non enormibus excipit enorme supra homicidium,vt latius dixi supra,vnde habuit ortum irregularitas.

Si aūt peccata sunt mediocria, subdistingue, aut enim sunt occulta,aut manifesta. Si occulta, peracta pœnitentia,siue eius parte,nec repellūt, nec deijciunt. immo poterit talis remanere in officio suo,& ad maius promoueri fortius,quā in alio casu.vt l.dist.& in d.cap.ex tenore.&cap. quæsitum.

Sed quia supra diximus, quæ crimina, seu
2 peccata dicantur maiora,quæro † quæ dicantur mediocria.quantum ad hoc dicas, ꝙ adulteriū, fornicatio,furtum, dolus contra proximum,sacrilegium,periurium,& alia,quæ enumerantur. xxv.dist.vnū horarium.in §.siquis supra hoc.ibi. de quibus, & si non omnia, vel aliqua commemoranda sunt, in iij.col.circa mediū, & aliqnid habetur in c.qui in aliquo.lj.dist.& in c. Apostolus.lxxxj.dist.& c.presbyter.& c. diaconus.

Nec obstant, quæ habentur in c.de his verò.l. dist. in fi. vbi dicitur spes veniæ de misericordia Dei pmittēda est:quia illud intelligitur de misericordia quantū ad peccatū, vel de misericordia iuris. Si autem illa peccata mediocria sunt manifesta,si quidem per facti euidentiam impediunt, & deijciunt.vt in d.c.de his.l.dist.Excepta sim-
3 plici fornicatione,quæ † non deijcit nisi incorrigibilem, vt not.in c.fraternitatis.xxxiiij.dist.& in c.quia.l.dist.& in c. sicut.de coha.cle.& mul.
4 Scias tamen † quòd hæc mediocria de iure stricto,si sint manifesta per facti euidentiam, impediunt & deijciunt. potest tamen cum eis misericorditer dispensari. vt infra in tit. sequentibus, & specialibus ostendetur.

Si autem sunt manifesta per sententiam, vel coniunctionem, vel confessionem factam metu probationum,impediunt,& deijciunt. vt in cap. si.xxxiiij.distinct.

Si autem spontè confitetur in iure, non metu probationum,non deponetur.sed si est sacerdos non cantabit missam,nec diaconus euangelium, nec subdiaconus epistolam: minores autem ordines exercebunt, & exequentur.xv. quæst.viij. qui admiserit.

Si autem crimina, & peccata sunt manifesta, per solam famam deficiente accusatore, & probatione legitima, si se purgare non poterit, deponetur.

In minoribus autem,& leuibus, vt in ebrietate (non continuata) in clamore,& strepitu,in iudicio,vel synodo,& in alijs locis prohibitis,hæc non impediunt,nec deijciunt. vt in d.cap.vnum orarium. in §. quæ autem sunt minuta.xxv. dist. & v.quæst.iiij.in loco.

Hæc tetigit Spec.sub rubrica qualiter, & quādo sit dispensatio fidenda,in princ.iij.col.in lib. meo,in versi.hoc quoq; notandum,vsq; ibi,diximus ergo.& Tarantas.in vltima parte,in princi. longè melius, & clarius.

His præmissis descendendo ad speciales titulos, quos proposui seruare secundum ordinem decretalium,pro faciliori materiarum inuentione, interdum tamen annectemus duas & plures rubricas sub vna:ratione connexionis materiæ, & in quibus etiam addemus ipsis rubricis pro extensione materiæ.

S V M M AE.

1 *Ordinator qualiter puniatur.*
2 *Ordinatus qualiter puniatur.*
3 *Ordinati à suo Episcopo statim possunt ordines suos exercere.*
4 *Aetas in quolibet ordine de iure suscipiendo statuta est, & quomodo.& num. 5.8.& 17.quid de facto.num.11.*
6 *Ordines omnes minores possunt conferri, & suscipi post septennium. & num.16.*
7 *Dictio mox declaratur.*
9 *Dictionis à natura.*
10 *Infantia durat vsq; ad septennium.*
12 *Vsus rationis, an sit de necessitate sacramenti ad susceptionem minorum ordinum.*
13 *Sacramenta quæ actum requirunt suscipientis, non competunt carentibus vsu rationis.*
14 *Puer vnius anni, an & quomodo sacerdos, & Episcopus possit fieri.*
15 *Episcopalis dignitas, an requirat vsum rationis.*
17 *Annus inceptus habetur pro completo in dignitatibus secularibus, secus spiritualibus.& 18.*
19 *Dispensari an possit cum ordinatis extra tempora, & extra ætatem.& an semper.nu.20.vsq; num.27.*
28 *Pontifex solus dispensat tam cum ordinato, quàm cum ordinatore.*

21 *Episcopus,*

29 *Episcopus, an possit dispensare cum eo, qui fuit illicitè promotus, & absque dispensatione celebrauit.*
30 *Episcopus an circa ætatem ordinandorum possit dispensare.*
31 *Pontifex solus dispensat cum Episcopo delinquente.*
32 *Episcopus post factum, necessitate vel vtilitate Ecclesiæ vrgente dispensat.*
33 *Prælatus, an possit compellere clericos inuitos ad ordines suscipiendos.*

De temporibus ordinationum, & ętate, & qualitate ordinandorum, & ordinatis extra tempora, & dispensationibus cum eis.

SACRORVM ordinum conferendorum tempora, & personarum ordinandarum ætas, & qualitates à sacris canonibus traditę sunt. Sic hęc rubrica est tripartita, concernens videlicet tempus, ætatem, & qualitatem ordinandorum. de vnoquoq; itaq; dicendum est. Ordines enim sacri extra quatuor tempora anni conferri nõ debent, excepto Papa. vt habetur in c. j. de temp. ord. Alias & collator, seu ordinator, &
1 ordinatus punitur. Punitur enim ordinator † q̃a
priuatur potestate cõferẽdi ordines, quos illicitè
contulit. vt est tex. in c. sanè. & c. cum quidã. & c.
2 literas. de temp. ord. Ordinatus verò † suspendi
tur ab administratione, & exercitio ordinis suscepti, vt in d. c. sanè. & attẽde ꝙ nõ est canon latæ, sed ferendæ sententiæ: cum dicat tex. nã apud nos sic ordinati deponerẽtur, & ordinãtes priuarent auctoritate ordinãdi. Et est ratio sm omnes: quia sic ordinati omnino recipiunt characterẽ, vt dicit tex. in c. cõsultationi. quod est c. pen. eo. tit. & in c. subdiaconus. lxxvij. dist. & ibi d. Præpos. in prin. Ideò, nisi prohiberẽtur, possent exercere:
3 qđ intellige de promotis à suo Epõ, qui † eo ipso,
ꝙ sunt ordinati, possunt ordines exercere. argu. tex. c. accepimus. ibi, eos debes idoneos reputare, quos ad ordines suscepisti. de æta. & quali.
4 Ætas † verò in quolibet ordine suscipiẽdo pa
5 riter est statuta. In prima nanq; † clericali tonsu-
ra seu charactere, iux. Toletanũ concilium, requiritur septennium, de quo in c. de literis. xxviij. di. in tex. ibi. vt mox de tonsi, iunctis verbis à primis infantiæ annis, iuncta gl. j. & ij. in verbo le-
6 ctorũ. Ex qua facile colligitur † ꝙ oẽs minores
ordines possunt cõferri, & suscipi post septẽniũ, imò videtur, ꝙ in septẽnio per text. ibi, à primis infantiæ annis clericatus officio mãcipati, & ibi glo. dicit, ꝙ infantia non durat, nisi vsq; ad septẽnium, per l. infanti. C. de iure deliber.

Sed videtur, ꝙ etiã minor septennio possit insigniri prima clericali tonsura, eadem ratione, vel potius ordinatione, qua in septennio: quia cũ infantia duret ab ortu, siue natiuitate, vsq; ad septenniũ. vt dicit glo. j. in d. c. de his. in prin. & tamen illa ætas quicquid videt ignorat. vt in l. j. C. de sal. mo. Sed sic est, ꝙ à die natiuitatis, vsq; ad septennium inclusiuè est eadem ætas, & eodẽ iure censetur: ergo idem est dicendum de puero nunc nato, & baptizato: sicut de alio vsque ad septennium, cũ non possit reddi ratio diuersitatis,
7 per d. l. j. & hoc bene annuit dictio mox, † quæ
hoc in loco debet intelligi quum primum poterit, per verba antecedentia, & sequentia. d. c. de his. in prin. iuxta not. in l. tutores. C. de admini. tuto. & gl. in c. q̃a propter. de elec. in verbo mox. quæ bene ponit intellectũ huius dictionis mox. & not. in l. j. in verbo mox. ff. de neg. gest. quinimò videtur dicendum, ꝙ propter hanc dictionem mox. in d. c. de his. positam, ꝙ ipso iure sine interuallo insigniri debeant sic à parentibus oblati militię clericali: quia vbi lex in actu dispositiuo loquitur per verbum mox, intelligitur ipso iure, ita not. in l. siquis maior. C. de transact.
8 Sed dicas, ꝙ imò † requiritur septenniũ com-
9 pletum: quia dictio † A. stat ibi exclusiuè: & est
sensus; à primis infantiæ annis. i. post annos in-
10 fantiæ. Infantia † aũt durat vsq; ad septenniũ in-
clusiuè, vt in d. l. infanti. & ita cõcludit d. Præ-
11 positus in d. c. de his. in prin. cõcludens † ꝙ cle-
ricatus, qui aliàs prima tonsura appellatur, non cõfertur ante septenniũ completũ, qđ intellige de iure: q̃a si de facto cõferretur etiã in cunabulis imprimit character, etiã epalis: vt infra dicemus. licet aliq dicãt, ꝙ prima tonsura nõ sit character, sed signũ tãtũ in signato. gl. tamẽ & doct. in c. si eo ipe. de rescri. in vj. & in c. fi. in prin. de tẽp. ord. eo. lib. & in c. super inordinatę, de pręb. nõ bene aperiãt, an req̃ratur septenniũ completũ: tamẽ d. c. de his. satis declarat ex eo qua dicit à primis infantiæ annis, & sic excludit oẽs infantię annos. clarè innuit septimũ annũ debere esse completũ. Inferẽs ibidẽ idẽ d. Prępositus de mẽte illius tex. ꝙ pueri possunt ꝓmoueri ad oẽs minores ordines post septẽniũ, videlicet post annos infantię. ꝓ quo allegat tex. in c. i singulis. lxxvij. di.
Et idẽ Prępositus in c. subdiaconus ea. di. dicit,
12 ꝙ † ad susceptionẽ minorũ ordinum nõ requirit
vsus rationis de necessitate sacramenti, nec de necessitate pręcepti: sed bene de honestate, siue congruo. & dicit hanc conclusionẽ habere tres partes. quoad primã, ꝙ vsus rationis non requiratur de necessitate sacramẽti, patet ex decretis, vt in c. j. de cler. per sal. promo.

Quod autem de cõgruo vel honestate requiratur vsus rationis, patet: quia in eis cõmittuntur officia, quæ spectant non solũ ad habentes vsum rationis, imò etiam habentes scientiã literaturę. Item requiritur etiam vsus rationis propter dignitatem

gnitatem sacramenti, quod non nisi cum reuerentia, & deuotione suscipiendum est. vnde inhoneste, & indeuote conferentur, & reciperentur ante annos discretionis.

Secunda conclusio ad susceptionem ordinum requiritur vsus rationis de honestate, & necessitate praecepti: sed non de necessitate sacramenti. ista conclusio tres etiam habet partes.

Prima patet eisdem rationibus, quibus probata est conclusio praecedens.

Secunda pars, quod requiratur de necessitate praecepti patet, tum quia suscipienti tales ordines est annexum votum continentiae, quod proculdubio requirit vsum rationis ad liberationem voluntatis, & notitiam literarum: tamen patet ex constitutionibus ecclesiae, vt in d. lxxvij. dist. per totum. vbi determinantur tempora ordinandorum, & in toto tit. de temp. ord. & de aeta, & qual. Tum etiam, quia illis sacramenta committuntur, qui ea administrare non debent, nisi cum reuerentia, actiue, & passiue. An autem votum continentiae sit annexum ordinibus sacris, dicam latius infra. qui cler. vel vouentes.

Tertia vero pars conclusionis, videlicet quod non requiratur de necessitate, probatur sic per beatum Tho. in iiij. di. xxv. quod per pueritiam, & alios defectus, quibus tollitur vsus rationis praestatur im-
13 pedimentum actu. & ideo † illa sacramenta, quae actum requirunt suscipientis, non competunt carentibus vsu rationis, sicut poenitentia & matrimonium. sed quia potestates infusae sunt prioribus actibus, sicut naturales, quanuis acquisitae sint posteriores; remoto autem posteriori, non tollitur primum omnino. ergo omnia sacramenta, in quibus non requiritur actus suscipientis de necessitate sacramenti, sed potestas spiritualis diuinitus datur, possunt pueri recipere, & tamen hi vsu rationis carent. Et Host. in sum. huius tit. in §. & cui. in versi. sed et praeter regulas. ibi plus
14 not. Hugut. tenet, quod † puer vnius anni imo in cunabulis potest esse sacerdos, & Episcopus, & omnes ordines suscipere. Sed non sit ei praeiudicium, quando factus est adultus, nisi ratificet quod recepit. pro quo alleg. tex. expressum, in c. maiores. de bap.

Sed Scotus in ea. dist. probat illam conclusionem sic: quia respectu cuiuscunque sacramenti non iterabilis, non requiritur ex parte suscipientis necessaria aliqua dispositio, praecedens dispositionem sacramenti. sed requiritur tantum non factio vel positio contraria obijcis actualis. sed nihil horum est in puero ante vsum rationis: quia nec factio contraria esse potest, nec deliberatio voluntatis. Ergo puerilis aetas non excludit susceptionem cuiuscunque ordinis sacri.
15 Tertia conclusio, quod † ad susceptionem Episcopalis dignitatis requiratur vsus rationis, etiam de necessitate consecrationis. Ista conclusio est sancti Tho. & sancti Bonauen. quae probatur dupli ci ratione.

Primo sic secundum S. Tho. in Episcopi consecratione datur potestas spiritualis in corpus Christi mysticum. vnde in oratione, quae dicitur in consecratione Episcopi inter alia sic dicitur. sis fidelis seruus, & prudens super familiam tuam, vt des ei cibum in tempore oportuno. & vlterius, tribuas ei Domine cathedram episcopalem ad regendum ecclesiam tuam, & plebem tuam vniuersam. sis ei autoritas. sis ei potestas. sis & firmitas, &c. vt in Pontificali. propter quod arguit B. Tho. quod requiritur actus suscipientis curam episcopalem: & ideo, vt inquit, est de necessitate consecrationis episcopalis, quod vsum rationis habeat.

Secundo probatur secundum S. Bonauenturam, quia in consecratione contrahitur matrimonium spirituale. vnde in consecratione datur anulus Episcopo sub hac verborum forma, videlicet, Accipe anulum fidei. s. signaculum, qualiter sponsam Dei ecclesiam intemeratae fidei ornatus illibate custodias. sed in matrimonio requiritur consensus, siue sit spirituale, siue carnale: ergo necessario requiritur consensus rationis ad susceptionem episcopatus. & sic patet falsum esse, secundum hos sanctos Doc. quod dicunt hic Hug. & Arch. Ista argumenta Theologorum procedunt retento, quod episcopatus non sit ordo per se separatus a sacerdotali. Sed sit quaedam vberior facultas.

Sed retenta opin. canonistarum, quam idem d. Praepositus tenuit in c. j. xxj. dist. s. quod episcopatus sit ordo separatus, & imprimat suum characterem. illa opinio non procederet: quia imo imprimeret characterem: & est eadem ratio, quae in sacerdotali ordine, licet non habeant vsum, & facultatem ordinis episcopalis: quia non habet vsum rationis talis puer ordinatus. & ad hoc tendunt rationes supra per Theologos assignatae. Monstrum tamen resultaret ex praedictis: quia reciperet characterem ordinis sacri, & tamen factus maior, si contrahat, non acceptans ordinem non tenetur continere. vt not. communiter Doct. in c. j. de cler. per sal. promo. & Inno. & Host. in c. vel non est compos. de temp. ord. & Pet. de Anch. in cle. generalem. de aeta. & quali. haec d. Praepositus in d. c. subdiaconus. lxxvij. dist.

Sed redeundo ad principale propositum nostrum
16 conclude, quod † omnes minores ordines possunt conferri post septennium completum. & hoc tenet glo. in cle. si. de aeta. in verbo promoueri. ibi, maior infantia. & in verbo antiquis, in fi. quia in hoc casu annus inceptus non habetur pro completo, sicut in dignitatibus, & honoribus saecularibus. vt etiam dixit idem d. Praepositus in eo. c. subdiaconus. licet secus in alijs ordinibus. vt not. glo. in cle. generalem. de aeta. & qual. in verbo, in xviij.

Ordo autem subdiaconatus secundum antiqua

ſura non niſi in xx. anno conferebatur. vt in d. c. ſubdiaconus.

Diaconatus autem non niſi in xxv. vt in c. Epiſcopus. lxxvij. diſt. hodie verò ſubdiaconatus in xviij. Diaconatus in xx. Sacerdotium in xxv. anno conferuntur. vt habetur in cle. ſi. quæ incipit,
18 generalem. de ætate. & quali. Et † annus inceptus habetur pro completo. quod eſt ſecus in prima clericali tonſura, in qua requiritur ſeptennium completum. vt ſupra. Ideo Dom. Gregor. x i. edidit regulam, ꝙ canonicatus eccleſiæ cathedralis nō poſſit conferri, niſi exiſtenti in xiiij. ætatis ſuę anno: quę regula repetitur per omnes Pontifices, & conſueuit eſſe numero xvij. quæ vult ꝙ anni ſint completi quoad impetrationē, quod eſt ſecus ad ordinem, cum immo contrarium eſſe deberet, cum ordo ſit ſacer, & dignior. Vide Rotam per Ægid. Bella. nu. dccxxvij. incip. ſuppoſita ordinatione, & in no. deci. ccccxxiij. inci. ſimiliter, ſuppoſita ordinatione.

Siquis autem prius ordinatur, ſuſpenditur ordinans à collatione, & ordinatus ab executione ipſius ordinis, vſq; ad ætatem legitimā. vt in c. vel non eſt. de tempo. ordi. & glo. in d. cle. generalem. in verbo anno.

Qualitates quoque aliquæ ſunt, quæ impediunt promouendos, & eijciunt iam promotos, vt not. in c. j. & ſi. liiij. diſt. & per totam illā diſt. & lxviij. diſt. c. j. & in c. quæris. & c. ex tenore. & c. quæſiuum. & in c. fin. de teſti. & in c. ſicut. de iureiur. & in c. ſi aliquo. lj. diſt. & in c. tantis Daniel. lxxxj. diſt. & c. niſi cum pridem. de renunci. & in c. fin. xxv. diſt. Sed vide plenius ſupra, in ſecunda parte huius operis, vbi poſuimus ſerioſius irregularitates, quæ impediūt promouendos, & quæ deijciunt iam promotos. vbi etiam poſuimus caſus, in quibus quis eſt ipſo iure ſuſpenſus, & in quibus eſt ſuſpendendus, & in quibus caſibus quis ex ipſo iure excommunicatus, & in quibus eſt excommunicandus.

19 Modo videndum eſt, primò an † poſſit diſpēſari cū ordinatis extra tēpora, & extra ætatem: quia de alijs qualitatibus ordinandorum videbimus ſub ſingulis ſuis ti. prout cōueniet materię.

Ad primum dicas, ꝙ cum malè promotis, ſeu ordinatis, tam ex defectu temporis promotionis fiendæ, quàm ætatis, & formæ, ſemper ec-
20 cleſia poteſt diſpenſare. † non tamē ſemper diſpenſat, vt in quatuor caſibus, quos ſummiſtę, & præcipuè Goffr. & Hoſt. notant in ſummis ſuis, hoc eo. tit. videlicet in rebaptizato, in reordinato, in ſimoniaco, in ordine, in ordinato à ſciſmatico in contemptum, & ſubuerſionem fidei. vnde dātur verſus, quos etiam poſuimus ſupra, de diſpenſatione Papæ. videlicet.

Siue bis ordo datur, baptiſmus ſiue repetatur,
Aut, vt vertatur fidei ſtatus, ordo petatur.
Vel ſi præſtetur, vt vtraque Symon operetur.
Vt diſpenſetur, ſpes irrita prorſus habetur.

Attende tamen, ꝙ licet dicat ſpes irrita prorſus habetur, non tamen dicit, ꝙ non poſſit diſpēſari: quia cum his omnibus diſpenſatur. vt ſupra diximus in ſecunda parte, vbi notaui, ꝙ diſpenſatio eſt permiſſa in omnibus caſibus in foro pœnitentiali, niſi expreſsè appareat prohibita, vt infra dicetur in ſingulis ſuis titulis.

21 Et hic aliquid delibando dicas, ꝙ † cum reordinato diſpenſat. vt not. in cap. ex literarum. de
22 apoſt. Item † cum rebaptizato. vt in c. ſicut ſe-
23 mel. lxviij. diſt. Item cum † rediente ab hæreſi ordinato in ea. vt xij. diſt. non conſuetudinē. Item
24 † cum ſimoniaco in ordine, & beneficio (ipſum dimittendo) vt not. in c. inquiſitionis. de accuſa. & in c. nerui teſticulorum. xiij. diſt. Et per Goffr. in ſum. de tempo. ordi. in verſi. ſed ſi forte videbitur. in iiij. col. & conſueuit dici, ꝙ qui ab ordine deponitur, reſtitui non poteſt. vt in c. ſi lapſis. cum alijs ſupra alleg. in princ. huius ſextę partis.
25 ibi, Tertia regula eſt, & † tamen diſpenſatur. vt ibi. alias ſequeretur, ꝙ claues datæ Petro à Chriſto dicente, Quodcunq; ligaueris & c. eſſent ſub diſputatione, & dubio, contra quas non eſt diſputandum.

26 Cum † ordinatis extra tempora non poteſt diſpenſari per ordinantem, cum ſit ibi cauſa peccati inducēdis diſpenſationem, cum ſic ordinauerint. vt not. in c. ſi qui Epiſcopi. j. q. j. & in Auth. quomo. opor. cler. ad ord. per d. §. oportet. quin
27 imò † & ipſe ordinator punitur: quia ſuſpenditur. vt in alleg. c. cū quidā. de tempo. ordi. & ibi gl. in c. ſanè. ſed per ſuperiorem diſpenſandū eſt.

Sed quæro, quis erit iſte ſuperior, an Metropolitanus, an primus ſi extat in prouincia, vel ſolus Papa? Dicas ꝙ † ſolus Papa diſpenſat, tā cum ordinato, quàm cum ordinatore. pro quo allego tex. in terminis in c. cum quidam. hoc eo. tit. de temp. ordi. in fin. ibi. donec apud nos reſtitutionis gratiam conſequantur. & facit etiam tex. in c. dilectus. eod. tit. in fi. vbi patet, quòd Archiepiſcopus omnino excluditur à tali poteſtate diſpenſandi, ibi, cum illi huiuſmodi diſpenſatio à canone minimè ſit permiſſa.

Sed ponamus, ꝙ aliquis fuit promotus ad duos ſacros ordines eo. die ab alio, quàm à Papa, contra caſum d. c. dilectus, nunquid inferior à Papa, puta Epiſcopus poterit cum ſuo ſubdito diſpenſare. Spec. in tit. de diſpen. §. nunc de epiſcoporum. in xij. col. tenet, ꝙ ſic. ſed nihil allegat. & idem dicit in tit. de legato. in §. nunc oſtendendum eſt. in xj. col. verſi. liij. & nihil allegat. Sed text. in dicto cap. dilectus. videtur ſentire totum contrarium, cum innuat contrarium, dicēdo ibi, tum quia ſi de dicto mādato Archiepiſcopi conſtaret, cum illi huiuſmodi diſpē-

ſatio

fatio à canone minime sit permissa, & in fi. Papa
reseruat sibi soli dispensationem, & sic videtur
alteri prohibere.
Sed pone, q aliquis fuit illicitè promotus, pu
ta extra tempora, vel ad duos sacros eodem die,
& nulla obtenta dispensatione, celebrat. nunquid
29 † Episcopus poterit cum eo, super irregularita-
te dispensare? Quidam dicunt, q sic. per tex. in c.
consultationi, hoc eo. tit. propter verbum, pote-
ris, ibi. in fi. positum. nisi ei interdicta esset admi
nistratio, seu executio ab homine, vel ab eo suspē
sus esset, & postea celebraret. Alij dicunt contra-
rium, & melius, per c. sollicitudo. lij. dist. vbi A-
lex. I I. videtur committere dispensationem Gri-
maldo Episcopo Constantien. & sic, q hoc non
competat iure ordinario. & idem dicunt de d. c.
consultationi. quod continet delegationem, pro
quibus allego Inno. in c. cum æterni. de re iud. in
vj. in verbo irregularitas. vbi dixit, q ex illo tex.
colligitur, quòd cum irregularibus solus Papa
dispensat, & dicit idem esse de corpore vitiatis,
de illegitimè natis, & de bigamis. & dicit cu-
riam sic seruare, siue ecclesiam Romanam. vt
etiam sæpius supra dixi.
Cum promotis autem ante ætatem legitimā
Io. An. in cle. generalem. in gl. in verbo, anno. de
30 æta. & qual. dicit, non puto Episcopum † circa
ætatem hanc dispensare posse. hoc dictum intel
ligo etiam ante promotionem: quia post, satis
supra diximus. quibus adde, quod dixit Host. in
sum. hoc eo. tit. de temp. ord. in §. & qualiter. in
31 ij. col. mihi. in versi. p prælatū verò. vbi dicit, † q
cum Episcopo delinquente dispensari nō potest,
nisi per Papam, quia si prælatus conueniat, non
habet potestatem dispensandi. vt not. in c. & si
necesse. de dona. inter vir. & vx. & idem Host. in
sum. de æta. & qual. in §. ætas. versi. verum. vnum
tamen dicit in d. §. & qualiter. quòd in omnibus
casibus post factum (necessitate, vel vtilitate ec-
clesiæ vrgente) potest Episcopus dispēsare: quod
32 † intelligendum est de factis ab alijs, & non à sei-
pso, & in non sibi prohibitis specialiter, ne con
trarietur supra dictis. vt dixit idem Host. in eo. §.
& qualiter. in vers. per prælatum verò proprium
dispensatur in casibus illis, in quibus recepisset
executionem, si mandatum suum ab initio inter
uenisset. Et vt resolutam habeas hāc materiam,
vide eundem Host. in d. §. ætas. de æta. & qual. &
in d. §. & qualiter. ne idem repetamus.
Quærit etiam Host. in d. tit. de æta. & qual. in
33 §. ordo. in versi. circa hoc. vtrum prælatus † pos-
sit compellere clericos munitos ad ordines susci
piendos? & qualiter compellātur? hæc quæstio vi
detur inutilis: quia vt supra diximus, quodlibet
ecclesiasticum beneficium habet suum ordinem
annexum: quia aut sunt pura, simplicia, & suffi-
cit simplex clericatus, aut sunt subdiaconalia,
aut diaconalia, aut sacerdotalia, & tunc accipiēs
talia beneficia tempore collationis, debet etiam
in tali ætate, in qua infra annum talem ordinem
suscipere possit: alioquin non promouentur, & si
sunt in ætate, & non promoueantur, debent a-
mittere prælationes. vt dicit tex. in c. j. de ætat. &
qualit. & sic tempus, & qualitas beneficij inter-
pellat pro homine. Ideo hodie interpretantur
dispensationes de non promouendo, & hodie
etiam emanarunt quinque regulæ Cancellariæ
Apostolicæ supra hoc.
Prima est nu. 50. qua cauetur, q dispensatio
in gratia posita non venit, nisi tota gratia effectū
dispensationis concernat.
Secūda est nu. 55. & incipit, de non promonē
dis ad sacros ordines, qua cauet, quod supra dixi,
videlicet, q petentibus secum dispensari, vt ratio
ne beneficiorum non teneantur se promoueri fa
cete in Ro. cur. vel in studio, detur per fiat ad se-
ptennium, alias ad quinquēnium, dummodo in-
fra annum à tempore datę dispensationis huius-
modi ad subdiaconatus ordinem sint promoti.
quod intellige de obtinētibus curata, vel alias re
quirentia sacerdotium, vel diaconatum.
Quid autem de requirentibus subdiaconatū,
vt audio esse in ecclesia Rauennate inter Cano-
nicos, quorum aliqui sunt Cardinales Sacerdo-
tes, alij Diaconi, alij Subdiaconi, alij Cantores.
Idem crederem, & tenerem pari ratione: aliqui
tamen dicunt, q non Diaconi, nec Subdiaconi,
sed Presbyteri, & Cantores: tamen remitto me
ad veritatem, idem erit vt supra.
Tertia est nu. 90. per quam datur authoritas
Vicecancellario, q possit dispensare cum impe-
trantibus gratias expectatiuas ad curata, & di-
gnitates, personatus, administrationes, vel offi-
cia à vigesimo vsque ad ætatem legitimam.
Quarta est nu. 92. qua cauet super defectu æta
tis pro magnatibus, q in expectatiuis pro nobili
bus, vel graduatis, saltem xx. annos habentibus,
& ad obtinēda beneficia, dignitates, personatus,
administrationes, vel officium cum cura, defectū
ætatis patientibus, & ad illas supplicationum di
spensationes Vicecancellarius, vel cancellariā re
gens signare posset de duobus annis, & incipit.
Quinta est nu. 94. qua cauetur, q Vicecancel-
larius possit prorogare tempora promotionis
pro arctatis, vsque ad proxima quatuor tempo-
ra, & incipit.
Sed hodie curialibus datur quasi indifferēter,
etiam per solam signaturam dispensatio, q non
teneātur promoueri, etiam ad Subdiaconatus in
fra annū. Et multi accipiūt curata in perpetuā cō
mēdā, ne faciāt se pmoueri, & fiūt mille fraudes,
vt vidi millies, & dixi supra dē Commēdatatijs.
Reliqua ad hanc materiam facientia, vide per
Host. in sum. in d. §. ætas. §. ordo. & §. scientia.

S V M M AE.

1 *Dominus non littera, sed spiritu adoratur: littera enim occidit, spiritus autem uiuificat.*
2 *Idiota ignorans sacras litteras, ignorat Christum.*
3 *Exercitationi doctrinæ, & lectioni attendendum est.*
4 *Doctrinæ defectus inducit quem ad amouendum à beneficio.*
5 *Scientiã scripturarũ ama, & uitia carnis nõ amabis.*
6 *Liber psalterij nunquam discedat de manibus tuis, uel oculis.*
7 *Anima saturatur lectionibus.*
8 *Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem exquirunt de ore eius.*
9 *Ignorans sacras literas si ad beneficium promoueatur, interdicta est ei administratio, donec discat.*
10 *Conferens ordinem iniustè, priuatur potestate conferendi, & suspenditur à celebratione missarum per annum.*
11 *Idiota ignorans litteras non promouetur, nec cum eo dispensari potest: secus si iam esset promotus. & num. 22.*
12 *Pontifex propter defectum literaturæ deponitur, vt etiam pro sola hæresi, si seipsum non corrigat.*
13 *Pontifex non potest dispensare cum idiota, quia sua dispensatione non potest facere idiotam doctum.*
14 *Prælati tenentur respondere ad omnes quæstiones: & tantum debent differre à subditis, & infericribus, quantum palea à grano.*
15 *Prælati debent semper sedere, & quare.*
16 *Scientia eminens, sufficiens, mediocris qualis sit.*
17 *Monachi in primitiua ecclesia non erant clerici.*
18 *Intellectus ad verba psalmi, quoniam non cognoui literaturam, introibo in potentias Domini.*
19 *Pontifex de quocunque crimine à Deo tantùm punitur: fallit tamen in crimine hæresis.*
20 *Et an dispensans absque causa, vel iniustè, peccet.*
21 *Pontifex an possit dispensare ne clericus teneatur dicere officium ordinarium.*

De illiteratis, & idiotis.

QVONIAM oon cognoui literaturã, introibo in potẽtias domini, Psal. lxx. de quo per D. Card. in c. sanè. de regu. in vj. q. Ex hac quippe auctoritate datur intelligi, quòd literatura oon cõgruat religioni. Quod etiam probari videtur per glo. magistri sent. Augustini, & aliorum super illo verbo, potentias. & ita refert glo. in c. consequens. lxxxviij. distin. in verbo negociationes. & Cardinalis, vbi supra, qui interpretantur potentias. i. virtutem Christianam, quæ potissimè io religiosis requiritur. ergo religiosis non conuenit literatura. quod patet expressè in Apostolis, qui omnes fuerunt sine studio literarum. Sed in aliquibus codicibus habetur, quoniam non cognoui negociationem, vt dicit idem Augusti. & idẽ magister qui exponit literaturam. i. negociationem per quam designatur vita actiua, & iotroibo in potentias Domini. i. in vitam contemplatiuam. pro quo facit illud Ambros. homel. supra
1 Matth. xxj. hoc enim † templum est verum, in quo non Litera, sed spiritu dominus adoratur.

Et Paulus ad Corinth. ij. c. j. erit. Litera enim occidit, spiritus autem viuificat. facit illud dictum quod tribuitur Augustino, tamen nusquã legi, (& meminerim) videlicet surguot indocti, & rapiunt cœlum: Nos autem cum scientijs oostris mergimur in profundum.

Sed contrarium scribitur per Oseam iiij. & transumptiuè in c. omoes psallentes. xxxviij. di. in fi. & per totam illam dist. dicẽtem, Tu scientiã repulisti, & ego repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. Et beatus Clemens in epistola, de qua transumptiuè in c. oullus Episcopus. quod est fi. xxxviij. di. ait, Qui eoim rebelliter viuit, & discere, atque bona agere recusat, magis diaboli quã Christi membrum esse ostenditur, & potius infidelis, quàm fidelis esse monstratur. Ignorantia
2 † enim scripturarum est ignorãtia Christi: quia qui scripturas ignorat, & xxxviij. dist. c. si iuxta Apostolum Paulum. Christus Dei virtus est, & Dei sapientia, scripturarum ignorantia, Christi est ignorantia. Et sunt verba Hieronymi in Esa-
3 iam, & Paulus ad Timoth. ait, Attende † lectio-
4 oi, & exercitationi doctrioæ: Et propter † defectum doctrinæ potest quis amoueri à beneficio. vt in c. nisi cum pridem. de renunci. & io c. pen. & vlt. de æta. & qual. & in c. Petrus. xxxix. dist. in glo. sum. & per Spec. in tit. de dispen. in §. iuxta præpositiones. in versi. item illiterati. & ibi Ioan. And. in addi. & beatus Hierooymus ad Rusticũ
5 monachum scribens ait, scientiam † scripturarũ ama, & vitia carnis non amabis. de quo transum
6 ptiuè habetur in c. nunquam de † manu tua, vel oculis tuis liber psalterij discedat. de coosec. di.
7 v. & ibidẽ dicitur, † quòd anima saturatur lectio
nibus. & Malachias, de quo transumptiuè in c.
8 qui ecclesiasticis. xxxvj. di. ait. † Labia sacerdoos custodiunt scientiam, & legem exquirunt de ore eius. Et Christus Saluator noster in principio iuuenilis ætatis eius voluit discere, sedens in Templo in medio Doctorum, audiens illos, & interrogans, & postea docens prædicando. vt Luc. ij.

Et ex his authoritatibus plenariè demonstratur, quòd sacerdotes literarũ peritos esse oportet. Quærendum est itaq; de octo quæstionibus.

Primò, vtrum idiota possit promoueri ad ordines ecclesiasticos.

Secundò, si ordinatur, an recipiat characterẽ.

Tertiò, si recipit, an ordinis suscepti habeat exercitium.

Quartò, an tales ordinantes, seu promouentes

tes puniantur, & qua pœna.

Quintò, an talibus sic promotis possint conferri beneficia, & quæ.

Sextò, an cum talibus promotis, & promouentibus possit dispensari.

Septimò, per quem.

Octauò, circa quid.

Ad primum, & eius primam partem dico, ꝙ non. per tex. in c. illiteratos. xxxvj. dist. ibi nullus præsumat ad clericatus ordinem promouere: quia literis carens sacris, nõ potest esse aptus officijs. & in c. præcipimus. xxiiij. dist. & in c. j. & c. pœnitentes. lv. dist. Quod tamen de penitus illiteratis intelligitur: quia alias mediocris scientia sufficit, vt in c. cum nobis olim. de elec. & per Innoc. in c. j. de sum. Trin. latius dicam infra in fine huius tituli.

Ad secundam vero partem quæsiti dico, quòd recipit characterem, pro quo est argu. in c. ventum. j. q. j. ibi. Sed dicitur, & xl. dist. sicut. & in c. vnico, de cler. per sal. promo. & est glo. in terminis in c. illiteratos. xxxvj. dist.

Sed Goffr. in sum. in tit. de tempo. ordi. in vj. col. in versi. sed nunquid laicus. dicit, ꝙ aliqui dixerunt, ꝙ non recipiunt characterem: quia substantialia sacerdotij sunt eloquia diuinitus tradita. vt dixi proximè supra per tex. in d. c. qui ecclesiasticis. xxxvj. dist. & in c. sicut. in verbo clericatus, & sacerdotium. xl. dist. Alij dicunt, ꝙ ipse Goffr. verius esse dicitur, videlicet ꝙ bene recipiunt characterẽ, ex quo baptizati sunt, & ideo effecti susceptibiles cuiuslibet sacramenti, cum baptismus sit ianua omnium sacramentorum, vt dixi supra de presbytero non baptizato, sed non exercitium sacramenti, quod absque literatura exequi non potest. & sic loquitur de ordinibus sacris.

Et ex hoc respõdetur secundo & tertio principalibus quæsitis, quòd sic promotus, licet recipiat characterem, nõ tamen recipit exercitium, quod sibi ob illiteraturã est penitus interdictũ, sicut supra dixi de infantulis. de æta. & qual. vbi latè, referendo etiam auctoritates theologorũ, ibi videto in §. tertia verò pars conclusionis. circa fi. per dictum Hosti. in eod. tit. de æta. in §. & cui. versi. sed & præter regulas. ibi plus not. Hugo, latè dixi, quia Hosti. dixit, ꝙ nec vsus rationis, nec ætas, nec illiteratura impedit characteris susceptionem, & impressionem, quæ fit in animam indelebilem. Dicendum tamen esse dicit,
9 ꝙ † tales sic promoti non possunt exercere ordinem collatum, cũ sibi interdicta sit administratio ordinis, donec discat, sic iure disponente. vt not. in c. fi. de æta. & qual. & c. placuit. x. q. j. & in c. nullus. xxxviij. dist. & c. sedulò. ea. dist.

Addens idem Hosti. quòd talis remanet in ordine, vt supra ex dispensatione. non tamen dispẽsatur, vt promoueatur ad alios ordines. l. dist. non confidat. Et licet Spec. vbi supra, signet contrarium, per c. post translationem. de renunc. tamen Io. And. ibi in addi. dicit, ꝙ illud contrariũ habet suam responsionem, videlicet ꝙ ibi cessauerat impedimentum: quia talis profecerat, & iam didicerat. remittens se ad not. per ipsum in d. c. fi. de æta. & qual. in glo. in verbo ac si dicat, & ad glo. pen. Et sic etiam hi omnes loquuntur de beneficijs habentibus ordinem, & executionem annexam. de quo dicam in fi. huius tituli.

Ad quartum quæsitum. glo. in d. cap. qui ecclesiasticis. xxxvj. dist. in verbo ordine. respondet
10 dicens, quòd ex illo tex. habemus, † ꝙ qui iniustè confert aliquem ordinem, priuatur potestate conferendi illum. vt. j. q. j. siqui Episcopi. dicẽs etiam, ꝙ talis (secundum alia iura) suspenditur à celebratione missarum per annum vt lv. dist. nullus. alibi etiam dicitur, quòd deponitur. vt lj. distin. c. j. & lxij. dist. c. fin. & lxxxj. distinct. tantis Daniel. Hodie autem ordinans illiteratum est suspensus ipso iure. per text. in cap. fin. de tempo. ordin. in sexto. Dicens demum d. glo. quòd consueuit distingui, ꝙ si ex negligẽtia ordinat quis indignum, tunc suspenditur, & est canon ferendæ sententiæ, non latæ. si autem ex certa scientia ordinat, tunc deponitur, vel aliter potest distingui: quia aut ordinat illum cum quo facile dispensare potest, vel cum quo dispensare non potest, vt secundum hoc magis, vel minus puniatur: tamen d. glo. in fi. dicit, quòd hodie mitius agitur, vt in c. graue. de præben. tamen dic. tex. c. fi. soluit quæstionem cum ibi not.

Sed hæc vltima distinctio non facit ad quæsitum nostrum, in quo quærimus de omnino illiteratis, cum quibus non dispensatur, vt infra dicam, & supra dictum est.

11 Ad quintum dicas, quòd † non, sed benè cum eis dispensari potest super iam obtentis, sed non obtinendis, cum sit incapax, sicut infans. vt not. Inno. in c. cum nostris. de conces. præben. & per d. Fel. in c. ij. de rescri. in prima charta. & Doc. in c. fi. de ætat. & qual. vbi est casus, quòd Episcopus propter horrendam illiteraturam fuit depositus, & de hoc etiam habetur per Do. de sancto Gemi. post Archidi. In c. ij. xxxvij. dist. & ibi latè, per dom. Alexandrinum Cardinalem, & per d. Fel. in cap. si quando. de rescrip. in §. vbi verò. in fi. ij. colum.

Ad sextum, verò quæsitum do. meus Fel. vbi supra proximè dicit, quòd cum omnino idiota, credit, quòd non dispensetur: & si dispensaretur, etiam per Papam, esset dispensare de directò cõtra ius diuinum. Ideo si non appareret maxima, & euidens causa dispensationis, talis dispensatio non teneret ne dum in iam promoto ad Episcopatum: sed nec etiam ad beneficium curatũ,

dicens,

dicens, quòd de tali illiteratura non loquitur.§.
propter defectum, nec fortè potest intelligi de ta
li.c.licet de euitanda.de e'.c. ꝙ solum potuit tol
lere exceptiones iuris positiui, non autem diui-
ni, & naturalis, puta furoris, hebetis sensus, mẽ
tis alienationis, stuporis, & similium, quibus illi
terati ęquiparantur, secundum Inno. in d.c. cum
nostris. quod etiam glo. iu c.j. in verbo insuffi-
cientem. de renuncia. in vj. videtur sentire.

Dicens tamen hoc non habere locum in Papa
vt propter defectum literaturæ deponatur. vt xl.
12 dist. si Papa. quia † pro sola hęresi deponitur, si se-
ipsum non corrigat. vt legitur de Marcellino, tũ
etiam quia esset scandalosum, quòd primus Pa-
stor deponeretur, & posset propter ea turbari
vniuersus grex: videtur tamen idem Fel. in hoc
subsistere. Sed præmissis benè addi potest su-
pradicta authoritas in principio posita, tu scien
tiam repulisti, &c. ex qua clarius videtur prohi-
bita illiteratura in sacerdote vsq; adeò, ꝙ sup illa
Papa non possit dispensare, cum dispensatio ni-
13 hil operaretur: quia † Papa non potest facere sua
dispẽsatione idiotam doctum, aut literatum. Et
irregularitas, proueniens ex illiteratura, videat
esse de iure diuino, & authoritate prædicta, & p
ea etiã, quæ notantur in c. sunt quidam. xxv. q. j.
& dixi supra de dispen. Papæ. & glo. in d.c. sunt
quidam dicit, quòd ibi Dominus loquitur de
sciẽtia diuina Prophetis diuinitus reuelata: quia
ipsi sacerdotes, de quibus ibi Propheta loqui-
tur, repellentes scientiam, à Domino repelleban
tur. Et verè, si rectè ponderamus hoc dictũ glo.
Versamur in strictioribus terminis: quia nõ suf-
ficeret literatura in sacerdote, sed requireretur
etiam cognitio sacrarũ scripturarum. quod colli
gitur apertissimè ex personis, de quibus Domi-
nus per os Prophetæ locutus est: nam loqueba-
tur sacerdotibus repellentibus scientiã, Prophe-
tis diuinitus reuelatam. Sed certum est, quòd
ipsi sacerdotes nõ erant illiterati, quòd patet in
glo. ibi. quia tu scientiam reuelatam repulisti. &
glo. in verbo oblita, ibi studium dimittendo, &
mendacijs Pseudoprophetarum intendendo: nã
illiterati non possunt dimittere studium quod
nunquam exercuerunt, ideo tex. in c. nisi cũ pri-
dem. de renunci. in §. nisi. propter defectum lite-
raturæ, allegans hoc dictum Prophetæ conclu-
dit, quòd in Episcopo non requiritur eminens,
sed sufficiens scientia. Sed cõtra hoc videtur sen
tire gl. in d.c. qui ecclesiasticis. xxxvj. dist. in ver-
14 bo satisfactionem, quæ dicit, quòd † prælati te
nentur respondere ad omnes quæstiones, & tan-
tum debent differre à subditis, & inferioribus,
quantum paleæ à grano. & glo. ibidem, in verbo
15 plenissima, dicit, ꝙ † Prælati semper sedere de-
bent iuxta fluenta euangeliorum, & sacræ scri-
pturæ. & sicut columba ex natura sedet iuxta a-
quam, vt videatur in ipsa aqua vmbra superue-
nientis accipitris, & sic sibi præcauere cõsueuit:
sic & prælatus per scripturam sibi præcauebit
contra hæreticos. Ergo ex his authoritatibus vi
detur, ꝙ in prælato non sufficiat scientia compe
tens, sed requiratur eminens. glo. tamen relata
ad tex. in c. cum in cunctis. de elec. tenet de com
16 petenti, ꝙ sufficiat. vbi Inno. declarat quæ † sciẽ
tia dicatur eminens, & quæ sufficiẽs, & quæ me
diocris. & idem Inno. in c. firmiter. de sum. Tri.
in fi. declarat, quæ scientia requiratur in sacerdo
te, & qui teneantur scire, & qui discere, bene di
stinguẽdo inter simplices, & illos, quibus Deus
dedit talentum intellectus, ibi vide.

Ad authoritatem Psalmi, quoniam nõ cogno
ui literaturam, introibo in potentias Domini.
possumus probabiliter dicere, quòd loquitur, &
intelligitur de simplicibus religiosis, non autem
sacerdotibus, & ministris altaris, aut habentibus
curam animarum, & qui populum habent doce
re; quod patet ex eisdem verbis Oseæ, ibi, ne sa-
17 cerdotio fungaris mihi: nam † in primitiua eccle
sia monachi non erant clerici, vt legitur in c. ge-
neraliter. in princi. xvj. q. j. vt etiam hodie vide-
mus in anachoritis, seu heremitis; & fratribus
Iesuatis, & in conuersis monachorum, & men-
dicantium, qui non cognoscentes literaturam
intrant in potentias Domini. i. in virtutem chri-
stianam.

Tamen Do. Card. Zaba. in c. sanè. in versi. vj.
quæro. in iij. col. in princip. de regul. supra alleg.
dicit, quòd in religiosis, etiam monachis requiri
tur studium literarum, triplici ratione. primo, re
spectu contemplationis: secundo, respectu prædi
cationis: tertio respectu trium substantialium re
ligionis, & præcipuè contra luxuriam. iux. illud
Hieronymi ad rusticum, de quo supra, videlicet,
scientiam scripturarum ama, & vitia carnis non
amabis. & ad illud Dauiticum, quoniam non co
gnoui literaturam, dicit idem Cardinalis, quòd
intelligitur de literatura veteris legis, de qua
Paul. ad Corinth. iij. litera occidit, & literaturam
non cognoscere eo tunc circuncisionem, & cæ-
teras legales obseruantias.

De Apostolis autẽ dicit Hieronymus in Epi-
stola ad Paulinum, quòd quicquid alijs exerci-
tiũ, & quotidiana in lege meditatio tribuere so-
let, illis spiritussanctus suggerebat. Ideo hæc
in exemplum non sunt trahenda.

Quicquid autem supra dictum sit de idiotis,
& illiteratis, vidi, vt hodie omnes in Ro. curia
vident quendam omnino idiotam, & ignoran-
tem alfabetum, habentem beneficia ecclesiastica
ad summam quinq; millium duc. de quo non est
spes, quòd fiat docilis, cum iam sit quadragena-
rius, & vltra, Papa sic dispensante tacitè, expres-
sè tamen conferendo ei, cuius nomen subticeo

cum

cum satis notum sit. Sed in fraudem iurium prædictorum professus est religionem Hierosolymitanam,& habet beneficia sęcularia & perpetuam commendam cum clausula, & de fructibus disponere possit. Sicut possem,& deberet si haberet in titulum: & tantundem est.

Ideo circa omnia prædicta potest considerari
18 †quòd illud dictum Prophetæ, quoniam literaturam non cognoui,non loquitur de scientia literarum, sed de negociatione. vt expressè habent aliqui codices antiqui, vt legi apud magistrum sent.super dic.Psal.lxx.incipi.In te Domine speraui, in feria quinta. & idem tenet beatus Aug. & videtur esse sensus, quoniam non cognoui negocia sæcularia, hoc est, vitam actiuam, conuertam me ad contemplatiuam. Sed quidam alter expositor,qui est sine nomine exponit,quoniam non cognoui literaturam,i.quia non approbaui literarum multitudinem.i.scientiam quæ inflat, quæ est interdum causa perditionis nostræ, iuxta illud Augustini. Surgunt indocti, & rapiunt cœlum,vt supra dixi. Ideo dicit, Introibo in potentias Domini.i.ad cognoscendum eius virtutes, & magnificentias, per ipsius inspirationem. & sic ista auctoritas non videtur loqui de omnino illiteratis, secundum hanc vltimam expositionē, & minus secundum aliàs præcedentes, & illud, Tu scientiam repulisti, omnino loquitur sacerdotibus,qui nō audierunt Prophetas.vt supra dixi. & non de idiotis,& illiteratis. Ideo credo quòd quærendo, vtrum Papa possit dispensare cum illiteratis ad ordines,& beneficia iuxta septimum & octauum quæsitū.sit distinguendum inter ordines & ordines, & beneficia & beneficia: quia aut loquimur, seu quærimus de minoribus ordinibus,non habentibus exercitium literarum, puta in simplici tonsura,quæ secundum aliquos non est ordo,sed signum in signato,& principiū ordinum, in quo non requiritur literatura, vt satis supra dixi, de ætate & qual. vbi de mente theologorum,& canonistarum dixi, quòd talis ordo poterat præstari puero post septennium, & si in cunabulis pręstabatur,character imprimebatur. Aut loquimur de maioribus ordinibus, in quorum exercitio requiritur literatura. Primo casu,credo posse dici probabiliter, talem ordinem baptizato posse conferri, etiam omni literatura carēte,vt supra dixi,de æta.& qual.aut loquimur de sacris ordinibus requirentibus vsum literarum, & tunc si conferuntur imprimitur character, vt satis etiam supra dixi, & in d.tit. de æta. & qual. tamen exercitium ordinis erit ei de necessitate interdictum, cum nesciat legere,& illū scienter ordinans sit puniendus,iuxta dic.glo.c. qui ecclesiasticis.xxxvj.dist.loquendo de Episcopo,vel inferiore à Papa.

In Papa verò secùs forsan dici posset, quo ad peccatum,& pœnam,quòd de pœna non est dubium,quòd non est qui puniat eum in hoc sæcu-
19 lo,si peccat: †quoniam illius iudicium soli Deo reseruatum est,nisi esset hęreticus.vt not.in c.nemini.xvij.q.iiij.& in c.patet.ix.q.iij.patet profectò sedis Apostolicæ iudiciū à nemine sit retractandum, neq; cuicunq; liceat de eius iudicare iudicio.& Antherius Papa ait, Facta subditorū iudicantur à nobis, nostra verò à Domino iudicantur. vt ix.q.iij. in c. facta.& in c.isti sunt canones.ea.causa,& q.& c.cuncta per mundum.el primo.& cap.nemo.

An autem peccet, dicendum est, quòd sic,
20 †quia quoties dispensat sine causa,aut irrationabiliter,semper peccat,& sic dispensatus non tutus quo ad ecclesiam triumphantem. vt satis dixi supra de dispensatione Papæ.in §. si indiscretè dispensat, & quæ dicatur indiscreta dispensatio.

In secundo verò casu est distinguendum inter simplicia, & curata beneficia, aut dignitates,habentes ordinem, & administrationem annexos.

In primo casu potest dici, probabiliter Papam posse prouidere, & conferre talia omnino idiotis, & illiteratis. cum in talibus non requiratur literatura. Immo etiam vidi prouideri simplicibus laicis de annuis pensionibus super beneficijs ecclesiasticis nonnullis Florentinis,& cuidā nobili veneto. Florentinis pėr S.D.N. Leonē X. Veneto verò dudum per Sixtū iiij.cum talia simplicia omnino sint introducta per ecclesiam militātē, & de mero iure positiuo,cui Papa præest, & in eo habet plenitudinem potestatis. Nec obstat illud quod consueuit notari in c.cum secundum Apostolum,de præben. quòd propter officium datur beneficium. Cum in hoc casu cesset, cum desit literatura: quia respondetur, quòd hęc obligatio officij similiter est introducta à iure positiuo, quam Papa similiter potest tollere. Sed attendendum est ad illud Propheticum, Septies in die laudem tibi dixi. vt Psal.cxxviij. & media nocte surgebam ad cōfitendum tibi. Psal.xxj.& in matutinis meditabar in te. Psal.lxij. ob quas auctoritates,& tex.in cle.si.de celebr.miss.doct.
21 dicunt,quòd licet† Papa possit dispensare,quòd clericus non teneatur dicere totum officium,nō tamen, quòd non teneatur dicere aliquam partem: quia immo hoc est de iure diuino, & nō positiuo, & consequenter cum his,qui tenentur dicere officium ratione beneficij, quòd Papa non posset dispensare, si sint omnino illiterati. Et hic dici posset, quòd cum omnis Christi actio, nostra sit instructio, vt in c.significasti.de elec.& ibi per Abb. latè Christus autem docuerit Apostolos suos orare, dicens, sic ergo vos orabitis, Pater noster,qui es i cęlis &c. vt Math.vj.quòd Papa posset dispensare, quòd loco officij, tales idiotæ dicerent orationem dominicam. Immo posset

possèt in totùm tollere ordinem officij, vt loco eius diceretur, per horas septem canonicas ipsa dominica. Oratio, in qua Deus forsan hodie magis adoraretur. Cum multi postergent officium.

Quo verò ad curata, in quibus versatur litera tura, de necessitate, & exercitio posset dici contrarium, vt sentit Dom. meus Fely. supra proximè. in §. ad quintum.

22 Sed quæro, † illiteratus, & omnino idiota iã promotus est, nunquid cum eo dispensari possit, vt non deponatur, sed remaneat in ordine iam suscepto, & per quem possit dispensari. tex. in c. placuit. x. q. j. ibi, doceri debet. & tex. in c. nullus. xxxviij. dist. & c. sedulò vidẽtur dicere, quòd per Episcopum poterit dispensari. Sed illa iura loquuntur de aliqualiter literatis, ideo non faciunt: quia quærimus de omnino rudibus, & illiteratis: ideo videtur posse dici, quòd nullus dispenset, quo ad ordines. vt tenuit Dom. Fely. vbi supra, vide quæ latius dixi supra de dispen. Episcoporum. in versi. cum illiterato.

SVMMAE.

1 *Episcopus, qui renuntiauit loco tantum, at non dignitati Episcopali: an in sua quondam diœcesi possit ordines conferre.*
2 *Quid si à renuntiante loco, & dignitati esset, quis ignoranter ad minores ordines promotus.*
3 *Quid si scienter.*
4 *Quid si ignorantia non fuisset crassa, & supina.*
5 *Talis à solo Papa dispensatur.*
6 *Ordinatus ab Episcopo, qui renuntiauit loco, & dignitati, non habet executionem ordinis, & quis dispensabit super huiusmodi suspensione executionis ordinis.*
7 *Promotus ab Episcopo excommunicato, recipit characterem, & quis super executione ordinis possit dispensare.*

De ordinatis ab Episcopo, qui renuntiauit Episcopatui, vel excommunicato.

CONCILII Antiocheni constitutione cauetur, nullum Episcopum audere debere ex aliena prouincia ad aliam transitum facere, & ordinare aliquos in ecclesia, aut proferre ad sacrum ministerium, nec ab alijs illuc trahatur, nisi fortè per literas rogatus abierit, non solum à Metropolitano, sed ab his, qui cum eo sunt omnibus ipsius prouinciæ Episcopis, quòd si nullo inuitante inordinatè superueniat Episcopus, & aliquos, vel ordinare præsumpserit, vel quoslibet illi ecclesiæ competentes, qui ad se minimè pertinẽt vsurpare præsumpserit, vacua quidem, & inania erunt omnia, quæ gesserit. ipse verò huius indisciplinati ausus, & irrationabilis cepti dignas causas expendat, tanquam depositus à sancta Synodo, & propter huiusmodi præsumptionem iam prædamnatus. hæc leguntur ix. q. ij. c. nullum. ex quibus, & per totam illam q. & in c. cum contingat. de æta. & qual. & c. veniens. de præscrip. etiam si de prima tonsura quæramus. vt not. in c. cum inter vos. de re iud. ibi, tonsurauerit. & in c. quoniam vidimus. lxix. dist. & per Host. in sum. de temp. ord. in §. & à quo. in princ. A proprio enim prælato ordines cõferendi sunt. Ex his igitur datur intelligi, quòd quilibet debet ordinari à suo Episcopo: alioquin & ordinans, & ordinatus punitur.

Sed quia is, qui renuntiauit Episcopatui, iam desijt esse proprius, & renuntiasse videtur executioni ordinis, vel dignitatis, & sub hoc continetur collatio ordinum, & sacramentorum, & qui talibus renuntiauit, sacros ordines conferre non potest, vt dicit Innoc. in c. j. hoc eo. tit.

Videndum est, quid iuris sit de ordinatis ab Episcopo, qui renuntiauit Episcopatui. Et quid de ordinatis ab Episcopo excommunicato. Et quis cum eis dispensare possit.

Antiqui Docto. distinxerunt, quos moderni omnes secuti sunt, dicentes, ꝙ Episcopus aut renuntiauit loco tantùm, videlicet sedi Episcopali, non autem dignitati Episcopali. Et hoc ca-
1 su † in sua quondam diœcesi, & aliena vocatus ab Episcopo, vel de eius consensu diœcesani loci ordines conferre potest: quia Episcopus est, licet nullius Episcopatus.

In secundo verò casu, nec maiores, nec minores ordines conferre potest. per tex. in c. vnico, hoc eo. ti. vnde hanc sumpserunt distinctionem.

2 Si tamen † aliqui à talibus minores ordines recipiunt ignoranter tolerantur in illis, & ad maiores licitè promouentur, & est ratio secundum Host. hoc eo. ti. in §. j. versi. vel loco, & dignitati: quia minores ordines etiã à non Episcopo cõferri possunt, vt ab Abbate, & alijs ibi exemplificatis, quorum aliqui hodie non sunt in obseruantia, vt Plebani, & Archipresbyteri, qui secundũ antiqua iura conferebant minores. vt in c. psalmista. xxiij. dist. sed tex. ille loquitur de exercitio, & non de charactere, seu ordine, qui solemniter confertur. vt videtur etiam ibi gl. sentire, in eius fi. & expresse tenet Goffr. in sum. hoc eo. tit.

3 Sed † si à talibus sacros ordines scienter quis susceperit, executionem officij non habuerit.

4 Si verò ignoranter, nisi crassa, & supina † fuerit ignorantia, cum eis potest per suum Episcopum dispensari. & ignorantia non tollit dispensationem. Et ita tenet Burr. in d. c. j. quicquid dixerit Innoc. quem dixit postea se correxisse, in

c. j. de

c.j.de ſciſmat.qui primo tenuit, quòd probabi-
lis ignorantia tollebat defectum, adeo quòd non
5 indigebat diſpenſatione, ſi verò † ad ſacros ſcien
ter à ſolo Papa diſpẽſatur, vt oẽs in d.c.vnico.&
præcipuè But.in ij.col.ibi. nota, quòd ordinati.

Sed quia ſupra diximus, quòd ſcienter ordi-
nati à tali Epiſcopo, licet recipiant characterem,
non tamen ſuſcipiunt ordinis executionem.

Quæro quis diſpenſabit ſupra huiuſmodi ſu-
6 ſpenſione executionis ordinis? dicas † quòd ſo-
lus Papa. vt tenent omnes in d.c.j.eo.tit.in fi.&
ibi Butr. licet ſecùs ſit in ordinato ab Epiſcopo
alieno, qui non renuntiauit, & executionem ha-
bente, de quo in c.tranſlationem.ſupra, de temp.
ord. vbi dixi.

Sed attende, quòd hodie iſte titulus de nihi-
lo ſeruit, nec vnquam vidi ipſum practicari, &
curia ſeruat aliam practicam, & Papa hodie non
admittit renuntiationes Epiſcopatuum, vt re-
nuntians remaneat ſine titulo Epiſcopali. Sed
ſic ſeruatur, quòd ſi quis Epiſcopus in totum re
nuntiat, videlicet, & titulo, & loco, ſiue ſedi, eo
ipſo fit tranſlatio de eo ad aliam eccleſiam titu-
larem, videlicet ad Epiſcopatum habentem ti-
tulum, & exiſtentem in terris infidelium, & ſic
eſt Epiſcopus actu, & habet Eccleſiam, & diœ-
ceſim habitu, & denominatur Epiſcopus, & re-
tinet omnia, quæ ſunt Epiſcopi præter fructus,
& locum; & tales cõferunt ordines, authoritate
Apoſtolica in quibuſcunque diœceſibus cum di
ſpenſatis ſupra defectu ætatis, vel natalium ab
officio pœnitentiariæ, vel etiam per ſignaturam,
cum clauſula, à quocunque catholico Antiſtite
gratiam, & communionem ſedis Apoſtolicæ ha
bente: quorum hodie plena eſt Italia, & præci-
puè regularium fugientium Clauſtri ſedilia, ven
dentium ſacramẽta, licet nouiſſimè in Concilio
Lateranen. Sanctiſſimo D.N. Leone X. iubente,
per conſtitutionem ſacro approbante Concilio
editam ordinatum fuerit, quòd de cætero nul-
lus ad Epiſcopatum titulatum promoueret con-
tra conſtitutionem: tamen ipſe Papa poſtea non
ſeruauit, immo quaſi immediatè promouit
quendam Generalem Ordinis Mendicantium
in Archiepiſcopum titulatum, & ij poſtea fiunt
ſuffraganei miſerabiliter in opprobrium digni-
tatis Epiſcopalis.

De ſecunda parte huius rubricæ habemus tex.
7 in c.fi. huius tit. vbi habetur, quòd † promotus
ab Epiſcopo excommunicato recipit characte-
rem, & ſi ignoranter, poteſt cum eo per ſuum
Epiſcopum diſpenſari ad exercitium ordinis; à
quo ſuſpenſus eſt, ſicut ſupra proximè diximus
de ordinato ab Epiſcopo, qui renunciauit E-
piſcopatui.

Sed quid ſi ſcienter fuit ordinatus ab excom-
municato? dic, quòd à ſolo Papa poteſt ſecum
diſpenſari, vt etiam ſupra proximè diximus de
ordi. ab Epiſc. qui renuntia. Epiſcopatum.

S V M M AE.

1 *Sacramenta eccleſiæ ſeptem.*
2 *Sacramenta reiterabilia, qualia ſint.*
3 *Baptiſmus poteſt celebrari in aqua non benedicta, etiam in flumine.*
4 *Corpus Chriſti non poteſt confici, niſi de pane conſecrato.*
5 *Vnctio non poteſt fieri niſi de oleo oliuæ, ab Epiſcopo conſecrato.*
6 *Benedictio in coniugio ſemel tantum fit, & aliquando pœna imponitur ſacerdoti.*
7 *Ex ſeptem ſacramenta Eccleſiæ tria ſunt iterabilia.*
8 *Sacramentum matrimonij impreſſum eſt in animam mulieris tunc virginis repræſentantis Eccleſiam triumphantem, in qua non eſt peccatum. & nume. 19.*
9 *Et quando iteretur.*
10 *Vnctio extrema, an iteretur.*
11 *Vnctio extrema non eſt ſacramentum, ſed oratio, quæ dicitur ſuper infirmum.*
12 *Pœnitentia eſt ſacramentalis, & iteranda.*
13 *Secus ſi ſit ſolemnis.*
14 *Iteratio ſacramentorum, quare prohibita ſit.*
15 *Iniuria, quomodo poſſit fieri ſacramento.*
16 *Mortuus baptizatus reſuſcitans non rebaptizatur, licèt ſit hæreticus, vel etiam damnatus.*
17 *Sed reconciliatur Eccleſiæ ad terrorem, & aliorum exemplum.*
18 *Coniuges mortui, ſi ſuſcitarent, non eſſent amplius coniuges, neque illa caro.*
20 *Per virum figuratur Eccleſia militans.*
21 *Pœna imponenda reiterantibus ſacramenta cum ſeq.*
22 *Rebaptizatus ſponte, vel conditio naturaliter coactus non poteſt promoueri.*
23 *Idem in rebaptizato ignoranter, ſed poſtea ratificauit.*
24 *Infantes expoſiti, qui ignoranter bis baptizatur, ſi demum hoc appareat, an poſſint promoueri.*
25 *Epiſcopus cum ignorantibus diſpenſare poteſt.*
26 *Peccatum eſt voluntas retinendi, vel conſequendi, quod iuſtitia vetat.*
27 *Peccatũ non dicitur, quando adeſt peccati ignorantia.*
28 *Epiſcopi non poſſunt regulariter diſpenſare contra concilium, niſi eis ſpecialiter concedatur.*
29 *Fallit in Pontifice, in quo eſt ſumma poteſtas.*
30 *Mors melior eſt, quàm conſentire rebaptizari. Idem de rebaptizantibus dicendum eſt.*
31 *Iterantes benedictionem nuptialem, quomodo puniantur.*
32 *Diſpenſatio cum his, eſt ſedi Apoſtolicæ reſeruata.*
33 *Sacramentum, an dicatur iteratum, ſi neſcitur, & ambigitur, an ſit factum.*
35 *Iteratum non dicitur, quod factum eſſe neſcitur.*

De

De Sacramentis non iterandis, & iterantibus ea.

CVm septem sint Ecclesiæ sacramen
1 ta, videlicet, † Baptismus, Confir-
matio, Eucharistia, Pœnitentia,
Matrimonium, Ordo, Extrema vn
ctio, vnde dantur versus.

Abluo, firmo, cibo, piget, vxor, ordinat, vngit.

Hæc sunt Ecclesiæ septem sacramenta voca-
ta. Quorum aliqua sunt iterabilia, aliqua ini-
terabilia.

Omissis quæ per summistas ponuntur, vide-
licet, quid sit sacramentum, vnde dicatur, quot
sunt species sacramẽtorum, quis ea conferre pos
sit, quis recipere, qualiter conferantur, de qui-
bus per Goffr. Ray. & Host. in eorum summis,
solum videbimus de septimo.

2 Videlicet † quæ sint iteranda, & quæ non ad-
dendo, quæ sit causa prohibitionis, & quæ sit pę
na reiterantium, & quis cum eis dispensare pos-
sit: quia hæc tãtum pertinent ad subiectũ nostrũ.

Circa sacramentorum iterationem inter do-
cto. antiquos variæ fuerunt opiniones, quorum
aliqui nulla sacramẽta reiterabilia esse voluerũt,
etiam si actu iterantur, cum non dicantur eodẽ
secundum quid, vt ponit Host. in sum. hoc eod.
tit. in §. & quę sunt iteranda. ver si. sed dicet quis,
sic nec baptismus iteratur, si secũdò datur, dum
eadem aqua iterum benedicatur.

Sed respondetur, quòd aliud est de benedi-
ctione aquæ, in qua fit baptismus, aliud de be-
nedictione panis, & olei. potest enim baptismus
celebrari in aqua non benedicta, & in flumine:
3 quia † illa benedictio fit tantum pro reuerentia,
& decore sacramenti, & non pro eius virtute.
Ideò cathacismus, & benedictio aquæ, & salis
non sunt de substantia illius sacramenti, & in il-
lis non contrahitur compaternitas. vt tenent
omnes. & est veritas.

4 Sed † corpus Christi non potest confici, nisi de
pane consecrato, nec vnctio fieri, nisi de oleo oli
5 uæ ab Episcopo consecrato. Ideoq; † illa conse-
cratio ad virtutem sacramẽti pertinere videtur,
6 quod non sic in baptismo. In coniugio † verò
semel tantum fit benedictio: alioquin pœna im-
ponitur sacerdoti. vt in c. j. de secund. nup. & in
c. vir autem. eod. titu. vel dic, quòd reiteratio est
quantum ad susceptionem, non autem quan-
tum ad sanctificationem.

Mouentur sic dicentes, vt refert idem Hosti.
vbi supra, ex eo, quòd canon simpliciter dicit sa-
cramenta non esse iteranda, & ideo videtur eis,
quòd hic similiter sit intelligendum cum sim-
pliciter loquatur. xix. dist. Si Romanorum. l. de
precio. de publici.

Sed conclusiuè dicas, quòd ex septem sacra-
7 mentis prædictis, † tria sunt iterabilia, videlicet
Eucharistia, pœnitentia, & extrema vnctio. Re-
liqua verò sunt initerabilia. videlicet baptismus,
confirmatio, matrimonium, & ordo.

De baptismo, videtur posse iterari sicut & cir
cuncisio, cum successit in lege euangelica loco
circuncisionis. vt ait Apostolus ad Galathas, &
transumptiuè in c. maiores. de baptis. in §. ad id
autem. & legitur Iosue v. ibi, eo tempore ait Do-
minus ad Iosue, fac tibi cultros lapideos, & cir-
cuncide secundò filios Israel, fecitq; quòd iusse-
rat Dominus, & circuncidit filios Israel in colle
præputiorum. Sed Nicolaus de Lyra ibi, circun
cide secundò, dicit hoc esse falsum: quia eædem
personæ nõ fuerunt ibi circuncisæ, quæ aliàs fue
rant: sed illi tantum, qui nati in deserto & trans-
migratione remanserant incircuncisi. vt patet in
tex. ibi, hæc autem causa est secundæ circuncisio
nis. Ideo dum dicitur ibi, circuncide secundò,
subintelligitur solemniter: quia illa fuit secunda
circuncisio solemnis. vt ibi plenius per eundem
Nicolaum, quæ vide. Ideò teneas quòd Baptis-
mum non potest iterari.

De matrimonio autem illud tene, quòd licet
secũdæ nuptiæ nõ benedicantur, vt in d. c. j. & c.
vir autem. de secun. nup. non tamen deficit in eis
sacramentum, si in primis collatum fuit ex eo:
8 † quia impressum est in animam mulieris, tunc
virginis repræsentantis ecclesiam triumphantẽ,
in qua non est ruga, nec peccatum: aliàs inferre-
tur iniuria sacramento. vt infra dicet. Scias etiã,
9 quòd † benedictio ista iteratur, cum aliquis secũ
dam ducit virginem, secundum consuetudinem
locorum, de qua Papa notitiã habeat, aliter non,
vt tenet glo. fi. in d. c. j. de secun. nup. in fi.

10 De extrema vnctione, † aliqui voluerunt non
esse iterandam, quorum opinionẽ reprobat glo.
in d. c. j. de secun. nup. in verbo iterari. quæ sen-
tit, quòd extrema vnctio non sit sacramentum,
11 sed † tantum oratio super infirmum hominem,
vt not. in cap. manus. j. quæst. j.

De pœnitentia verò eadem glo. sentit quòd
12 † si sit sacramentalis, sit iteranda, si verò † solem-
13 nis non iteretur. per tex. in c. in capite. & in c. qui
uis. l. dist. dicit tamen Gratianum tenuisse, esse
iterabilem secundum consuetudinem quorun-
dam. per tex. in c. nihil prodest. in §. ex persona in
fi. de pœnit. dist. iij.

De secundo verò dubio, seu quæsito, videlicet
14 † quare sacramentorum iteratio sit prohibita,
dicas secundum tex. in c. hanc regulam. j. q. j. di-
centem, hanc regulam conseruandam in omni-
bus ecclesijs prædicamus, vt lauacrum sibi ini-
tum, nulla iteratione violetur. Dicente Apo-
stolo, Vnus Deus, vna fides, vnum baptisma,
cuius abolitio nulla iteratione violanda est. sed
sola spiritus sanctificatio inuocanda: quia sacra-

mento

mento fit iniuria, vt dicit August. ad Parmenianum de hæreticis. & damnatis, & transumptiuè in c. quòd quidem. j. q. j. in j. col. ibi. Ideo nō eis impositio manus imponitur, nec non homini, sed vnde sacramento fiat iniuria, cui concordat tex. in c. ostenditur. de consecr. di. iiij. & c. quem admodum. xxiij. q. vij. & in l. j. & ij. C. ne sacrum bapt. iteretur. quia videretur, quòd prima vice non fuisset bene collatum, aut inefficax. vt no. j. q. j. sacramenta. ibi sacrilegam faciemus iniuriam, neque Saul deprauauerat vnctionem, quam acceperat.

Sed quia supradixi, quòd esset facere iniuriā
15 sacramento, quærō † quid sit facere iniuriam sacramento. Host. vbi supra, respondet, quòd animæ infigitur quædam imago, seu pictura preciosa. s. character spiritualis, dicēs quòd sicut siquis vellet ponere imaginē super alia imagine, siue picturam super alia pictura, supra pingendo, prima pictura obscuraretur, vt interior, & ita hic. Sed videtur, quòd hoc exemplum non procedat, quo ad obscurationem: quia iteratio baptismi non offuscat primum baptismum, immò secundum nihil est, & non imprimitur, & primum est indelebile, & adeo est impressum
16 animæ, quòd† mortuus baptizatus resuscitans, non rebaptizatur, etiam hæreticus, etiam damnatus, & abnegans baptismum, & inde rediens
17 ab hæresi non rebaptizatur, sed tantum† reconciliatur ecclesiæ, potius ad terrorem, & aliorum exemplum, quàm de necessitate. vt habemus in Pontificali. & est tex. in c. neque in homine. j. q. j. & c. siquis hæreticè. & in d. c. hanc regulam. & quasi per totam illam q. vbi tractatur de baptismo. & vide bo. glo. in c. presbyteri. 48. di. in verbo non iteratur, in fi.

Sed quia supra dixi, quòd sacramento matrimonij non iteratur, sicut nec baptismus, neç ordo, nec confirmatio, cum imprimantur in animam. de matrimonio verò videtur sic posse di-
18 ci: quia † si coniuges mortui suscitarent, non essent coniuges; quia non esset illa caro: quia Deus illam coniunctam, morte dissoluit, & separauit. & sic posset cum alio, vel alia contrahere. vt notatur.

Dicas cōtrarium esse verum, sed ex hoc ideo
19 non iteratur sacramentum in muliere: † quia per eam figuratur ecclesia triumphans. Ideo propter defectum sacramēti vnitatis cum carnē suam in plures diuiserit, vt in c. acutius. xxvj. di. & not. etiam Host. in sum. de biga. §. quare bigamus. Item quòd in bigamo est defectus sacramēti: quia Christus non duas, sed vnam tantum sibi copulauit ecclesiam, vt in d. c. acutius. De vi
20 ro verò, per † quē figuratur ecclesia militans, vt supra dixi in versi. de matrimonio aūt illud dicas.

De tertia verò. q. quæ sit pœna iterantium sacramenta, iterari prohibita.

21 De baptismo dicas, q̄ † secundum leges est vltimum supplicium. vt in l. ij. C. ne sacrum bapt. ite. quod intelligas in patiente. In agente verò pœna depositionis imponitur, tāquàm indigno sacerdotio. vt in l. j. C. eo. tit.

22 Et hi qui † spontè, vel conditionaliter coacti sunt rebaptizati, promoueri non possunt. & idē
23 dicas † si ignoranter, & postea cum sciuerunt ratificent. & idem si ab hæreticis scienter ordinati, vt habetur in c. confirmandum. i. di. & in c. ventum. in fin. j. q. j. & j. q. vij. qui in qualibet. & in c. conuenientibus vobis in vnū. Hi tamen sic ordinati, si retinent habitum, & tonsuram, retinent priuilegium clericale. lxxxj. di. dictum. & de consecra. di. v. c. dictum.

Sed quæro, quid de infantibus expositis, qui interdum bis baptizantur ignoranter, & demū apparet bis baptizatos. Dicas absolute quòd
24 † possunt promoueri absq; vlla dispensatione, secundum vnam opinionē. Alij verò dixerunt, quòd tutius est secum dispensari.

De quarto, & vltimo quæsito, quis cū his pos
25 sit dispensare. Dicas absolutè quòd † cum ignorantibus episcopus dispensat, vt in c. placuit. j. q. iiij. tamen tex. ille, si bene ponderatur, videtur sentire, q̄ talis non indigeat dispensatione, sed absolutè possit promoueri. Sed glos. ibi videtur sentire, q̄ illud concilium Africanū concesserit dispensationē, ibi, hoc ex dispensatione. Sed tex. in c. eos quos. de consecr. di. iiij. in fi. videtur sentire primum, & ibi etiam gl. in verbo impositione. tamen gl. sequens in verbo nec eorum, dicit, quòd eis iniungitur pœnitentia.

Sed quicquid dicant d. glos. ego semper tenerem primam partem, & tales non indigere dispēsatione, ex authoritate Augustini in lib. retractationum, & transumptiuè in c. j. xv. quæst. j. ibi, vsque adeò peccatum voluntarium malum est, vt nullo modo peccatum sit si non sit voluntariū.
26 peccatum †. n. nihil aliud est, nisi voluntas retinendi, vel consequēdi, q̄ iustitia vetat. vt definit tex. vbi supra. ex voluntate itaq; peccata expediūtur, quæ libero mentis arbitrio, & delinquendi proposito cōmittuntur. vt dicit idē tex. in princ.
27 Vbi † aūt est ignorantia peccati, non potest esse peccatū, cum deficiat intentio peccādi. In infantibus aūt, & ēt puberibus dicendū est, ætatem ipsos excusare, cū quicquid vident ignorent. vt in l. j. in §. impubeses. C. de fal. monet. & idē dicas de dormientibus, si rebaptizētur, cum in eis cadat mens liberi arbitrij, nec liberū arbitrium mētis habeant. vt etiā dicit tex. in d. c. eos quos. Nec obstat. c. qui bis ignoranter. de consecr. dis. iiij. quia ibi glo. j. soluit, ibi. sed bene hodiè possunt promoueri, & licet non dicat absolutè, vel dispensatiuè, tenerem tamen, vt supra dixi.

Sed quid de alijs sacramentis reiteratis? dicit
Host. in summa huius ti. in §. fi. in fin. quòd id,
quod dictum est de baptismo, idem dicendum
est de reordinato, & recõfirmato. Allegat in arg.
tex. in c. 1. quod incipit sicut semel baptizatus.
lxviij. di. & c. dictum. de cõsecr. dist. 5. pari rõne.

Sed quia hactenus vidimus de reiterantibus
sacramenta ignoranter: quid modo de scienter,
& quis cum eis dispensare possit? Diximus
supra, quòd cum ignorantibus episcopus dispensat,
ergo videtur à contrario sensu, non posse
per episcopum dispensari.

Pro clara intelligentia, & solutione quæsiti,
refert scire, vtrum scienter, vel ignoranter sit
quis rebaptizatus, vel reordinatus, aut reconfirmatus.
Si scienter, adhuc distingue, aut pro
hæresi, vt Nouatiani & Donatistæ, & alij hæretici,
qui aliter, & aliter baptizabant. de quibus
habetur in c. quidam. xxiiij. q. iij. vbi ponuntur.
lxx. sectæ hæreticorum, & in quibus errabant,
& vnde dicantur, & de earum origine. Donatiani
enim siue Donatistæ dicuntur à quodam Donato
Afro, qui de Numidia veniens, totam penè
Africam sua persuasione decepit, asserens filium
esse minorem patre, & Spiritum sanctum
maiorem filio. rebaptizans catholicos, & idem
faciebant Nouatiani de baptismo. vt ibi legitur.
Scias tamen, quòd si quis ratione naturali motus
falso opinatur, quòd pater sit maior filio,
vel quòd tres personæ sint tres res à se inuicem
distantes, & separatę, dummodo errorem suum
pertinaciter non defendat, non est hæreticus,
nec peccat. Vt dicit Inno. in c. firmiter. de sum.
Trin. in fin. vel fuit rebaptizatus pro corporis
sanitate recuperanda. vt not. & habetur in c. ij.
de apostat. in primo casu est apposita pœnitentia
à canone septem annorum, & trium quadragenarum.
In secundo verò casu trium annorum,
vt est tex. in c. qui bis ignoranter. de consecra. di.
iiij. & est ibi glo. in verbo, quòd vitio. & gloss.
fi. & tex. in c. eos quos. quod est c. sequens, ea. distinct.
vbi Nicena synodus talibus pœnam irregularitatis
perpetuæ imponit, ibi etiam oblationes
modis omnibus non sinantur offerre, sed
tantummodo popularibus in oratione socien-
28 tur. Episcopi † autem non possunt regulariter
dispensare contra concilium, nisi eis specialiter
29 concedatur. Ergo dicendum est † solum Romanum
Pontificem, in quo est plenitudo potestatis,
cum his dispensare posse.

Pręmissa tamen recipiunt temperamentum,
videlicet nisi tales sic reiterantes, & scienter fuerint
compulsi: quia tunc cum eis mitius est agẽdum,
pro quo facit text. in d. c. eos quos. & ibi
gloss. in verbo, seu coactos, quæ tamen in fin.
30 dicit, quòd † magis est eligenda mors, quàm
consentire rebaptizari. vt xxij. q. 5. si quis coactus.
& q. vj. sed pro primo excusabilis est text.
in c. sacris. de his quæ vi. not. ne causa fin. &
facit text. in c. presbyteros. 1. dist. Et scias, quòd
sub pari disciplina sunt, tã rebaptizantes, quàm
rebaptizati, & assistentes, vt not. in c. ij. de bapt.

Cum verò ignoranter rebaptizantur, distinguendum
est, seu potiùs inquirendum qualis
fuerit ignorantia, vtrum videlicet iuris, vel facti,
aut ætatis. Primo casu si iuris, aliter non
punitur, nisi quòd vlterius non poterit promoueri.
vt in d. c. qui bis ignoranter. de consecrat.
distinct. iiij. & hoc est intelligunt quidam in personis,
quę aliàs iuris ignorantia excusantur. Sed
Barth. Brix. dixit de mente illius tex. qui bis,
quòd hi non indigent alia pœnitentia, nisi quantum
alias pęniterent. Si autem facti ignorantia,
dic omnino excusari. vt not. in c. j. de bapt.

De ætatis ignorantia, dicas ipsam omnino
excusare. vt supra diximus in versi. de quarto
& vlt. quibus addo tex. in c. placuit. j. q. iiij. &
præallegat. c. eos quos, in fi. de consecra. di. iiij.

De iterantibus benedictionem nuptialem,
31 illud teneas, quòd † Sacerdos benedicens secundas
nuptias, debet suspendi ab officio, & beneficio.
& est canon ferendæ, & non latæ sententiæ
secundum aliquos. Alij vero dicunt, quòd
immò est canon latæ. & pro vtroque allegatur
32 tex. in c. j. de secund. nupt. Dispensatio † tamen
cum his, est sedi Apostolicæ reseruata. vt videtur
sentire dict. tex. ibi cum literarum tuarum
testimonio ad sedem Apostolicam nullatenus
destinare postponas.

Postremò pro complemento huius materię,
33 vt ipsam plene habeas, scias, † quod sacramentum,
nunquam intelligitur iteratum, vbi, vel quando
ambigitur, aut dubitatur, siue nescitur esse
factum. pro quo d. tex. in c. vnico. de cler. per
34 sal. promo. ibi, quia † non intelligitur iteratum,
quod factum esse nescitur.

S V M M AE.

1 *Quæcunque iniuria remissibilis est, & vbi est remissio ibi est dispensatio.*
2 *Episcopus an possit dispensare cum sibi, & suæ Ecclesiæ iniuriantibus. & dic quòd sic.*
3 *Non debet tamen esse nimis facilis.*
4 *Episcopus est in Ecclesia pater & etiam Procurator Ecclesiæ. nu. 7.*
5 *Pater potest remittere filio iniuriam illatam.*
6 *Episcopus an possit remittere iniuriam sibi & Ecclesiæ suæ illatam absque capituli consensu.*
8 *Fidem frangenti, fides frangatur eidem.*
9 *Faciens quod non debet, recipit quod oportet.*
10 *Vim etiam rebus illatam etiam inferendam repellere licet incontinenti, etiam collectis amicis.*
11 *Iniuriam repellere licèt incontinẽti, non autem ex interuallo; quia tunc esset vindicta.*

DE

De treuga, & pace, & earum violatoribus.

PELAGIVS Papa in epistola ad Mellum subdiaconum, de qua transumptiuè in c.de benedicto.xxiij.q.j. in
1 fi.dicit, quòd † quæcunq; iniuria remissibilis est, vbi aũt remittitur, dispẽsatio est.de quo plenius dixi s. de dispẽsatione mariti cum vxore.in verf. in adulterio, cum vxor maculat. Sed quia violator pacis & treugę iniuriatur, ideo videndum est quis cum huiusmodi violatoribus dispensare possit.

Et scias, ꝙ quicquid sub hac rubr.continetur, non inducit peccatũ hodie, si prælati nõ seruant: quia vsibus vtentiũ non fuit constitutio approbata.vt dicit gl.in c.j.tu hoc eo.tit.in verbo frangere.in fi.& idẽ dicit Inno.ibidẽ.de hac materia habetur xc.di.per totũ.& xxiij.q.iij. siquis Romipetas.& c.illi.& c.de furtis.

Et omissis solitis quæstionibus, videlicet, quid sit treuga, quid pax, quid iustũ bellũ, quæ treuga comprehendatur sub hoc tit. videlicet de quo bello, Quot sunt species treugæ, & quid treuga operetur, de quibus me remitto ad Summistas.

Dicã, ꝙ Alex.iij.in Concilio Lateranẽ. statuit treugas esse seruãdas, à quarta feria post occasum Solis, vsq; ad secundã feriam in ortu Solis, ab Aduentu Domini, vsque ad octauas Epiphaniæ, & à lxx. vsq; ad octauas Paschæ. siquis aũt ipsas frangere præsumpserit, post tertiã monitionem, si nõ satisfecerit, excommunicetur. vt in c.j. hoc eod.tit.

Hic quæritur de duobus.

Primo siqs treugã violauerit, quã pœnã incurrat.

Secundò, quis possit cum violatoribus pacis, aut treugæ dispensare.

Ad primum dicito, ꝙ huiusmodi pacis, & treugæ violatores veniunt excõicandi, & est canon ferendæ sentẽtiæ. vt dicit tex.in d.c.j.in §.siquis aũt.

Ad secundũ dicas, ꝙ ad eundẽ spectat absoluere, ad quẽ spectat ligare. sed ligare spectat ad epm, vt dicit tex.in d.c.j.ibi suus eps sñiam excõicationis dictet.in eũ ergò & absolutio, siue dispẽsatio.

Sed vlterius quæro: quia tex. ibi in §. siquis aũt dicit, ꝙ postq̃ eps sententiã excõicationis dictauerit in frangentem treugã, & scriptã vicinis nunciauerit, nullus eorũ excõicatũ i cõmunione recipiat. imò scriptã sentẽtiã quisq; cõfirmet, siqs aũt hoc violare præsumpserit, ordinis sui periculo subiaceat, & gl.in verbo periculo dicit, periculo.i. excõmunicationi subijciat.& sic sit canon ferẽdæ sñiæ cõtra casum.c.statuimus.de sen.excõ.in vj. vbi habetur, ꝙ cõicans, seu participans excom. maiori excõicatione incurrit minorem, quæ priuat à participatione sacramẽtorũ, & cõmunione hominũ, & hic dicit, ꝙ sic participãs subiaceat periculo sui ordinis.i.subijciatur excommunicationi.

Sol.dicas, ꝙ illa verba periculo subiaceat, non referuntur ad verbum, in cõmunione recipiat, sed ad sequentia proximiora, videlicet scriptam, sententiam quisque confirmet, & sic est planum.

2 Quæro etiã vtrum † episcopus possit dispẽsare, cum sibi & suę ecclesiæ iniurianti. dicas, ꝙ sic, per tex.in c.inter querelas.xxiij.q.iiij. Imò tenetur remittere iniuriã: quia ei sanctitas ignoscendi gloriam dereliquit. vt C.de epi.& cler.l. si quis in
3 hoc genus. tamen in † dispẽsando cum his sibi iniuriantibus, & remittendo, non debet esse nimis facilis: quia interest publicè pœnas facilè non dimitti, ne ad iniurias, & maleficia temerè quisq; prosiliat. vt not. in l.si operis. C.de pœn. Veritas tamen euangelica dixit, dimittite & dimittetur vobis. Lucæ.vj. Alioquin trademini in carcerem infernalem. vt Matthæi. xviij. & in oratione Dominica. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. cuius expositionem posuit beatus Thom. in opusculis.

Sed pone, quòd Episcopus vult remittere iniuriam sibi, & ecclesiæ suæ illatam, capitulum contradicit, nunquid poterit sine consensu capituli, videtur dicendum quòd sic.

4 Nã Eps pater est in ecclesia, dicit tex.in c. esto
5 subiectus.xcv.dist. Sed † pater iniuriã filio illatam remittere potest. vt not.in l.sed & si vnus. in §. filiofamil. ff.de iniur. Item actio iniuriarum nõ est in bonis ecclesiæ antequam intẽtetur, & lis super ea non sit contestata. vt in l.iniuriarum actio. ff.
6 eod. vnde cum non sit in bonis ecclesiæ, † potest Episcopus eam remittere, sine consensu capituli: pro quo videtur text. in c. cum Apostolica. de his quæ fi.à Præla. sine consen. cap. Sed hæc non videntur vera: quia licet Episcopus dicatur pater,
7 † est tamẽ procurator ecclesiæ, & nõ habet liberã, vt not.in c.ij.de dona.& in c. sine exceptione. xij. q.ij.& in c.casellas.x.q.ij.& ad c. cum apostolica. dicas, ꝙ ibi fauor religionis attenditur: & est summa ratio, quæ pro religione fit, vt not. in l. sunt personæ. ff.de relig. & præcipuè, quia ibi melior fit conditio ecclesiæ, vt ibi. & ita tenet Hosti. in sum.de maled. in §. primò. in versi. siquis autem. ibi, si Principi Ecclesiastico maledixerit, vbi plenius vide.

Vltimò quæro si treuga pendẽte, tu mihi damnum das, frangendo fidem treugæ, liceat mihi pariter tibi damnum dare: videtur dicendum ꝙ sic,
8 † quia frangẽti fidẽ, fides frangatur eidem, vt in c. peruenit.el ij.de iurein. & l. si instituto. ff. de inoffi.testa.& l.qui fidẽ. ff.de transac. l. cum proponas. C.eo.& l.cum proponas. C. de pac.& xxviij.
9 q.ij. si infidelis.& † qui facit quod nõ debet, recipit quod oportet, vt dicit glo. in l. si non fuerit. ff. de iureiuran. Anto. de But. in d.cap. peruenit de iureiuran. el secondo. tenuit contrarium, & ꝙ imò non liceat tibi damnum dare. Sed Ioã. And. in addit. Spec. tenuit contrarium in hoc eo. titu. super rubrica. in fine.

Sed quicquid dixerit vterq; ipsorũ patrum,pos
sumus probabiliter distiuguere,quòd aut inconti
nenti,aut ex interuallo.primo casu liceat.secundo
non, vt not.in l.j.ff.de vi,& vi armata,& in l.idem
est.§.est igitur.eo.tit.quia tunc fit causa defensio-
nis,& nõ vltionis, vt not.io c.qđ culpatur. xxiiij.
q.j.& c.significasti,el secondo.de homi.io fi. & in
10 l.scientiam.§.pen.ad legem Aquil. nam † licitum
est vini etiam rebus illatam, etiam inferendam
repellere incontinenti, imò etiam quàm citins
scinero, & potero, etiam collectis amicis,vt not.
in l.j. in princ.§. fio. ff. de acquir. possess. & in l.
clam postulatur. §. qui ad nuudiuas. eod. titu.&
in c.olim.de restit. spol. in fi. Iniuriam verò factã
post, repellere nou licet interuallo, quia tunc es-
set vindicta, & vltio violeota,& ideo punibilis.

S V M M Æ.

1 *Honestum, quomodo se habeat ad virtutem, ad de-
corem, ad vtile, & ad delectabile.*
2 *Honestas, an sit pars temperantiæ.*
3 *Præsul, quas virtutes habere debet.*
4 *Episcoporum, & Sacerdotum, eadem qualitas requi-
ritur, & typus, quia vnus est Christi thalamus.*
5 *Abbas potest dispensare in omnibus casibus modum
viuendi concernentibus: non tangendo tamen sub-
stantialia regulæ suæ religionis.*
6 *Honestas clericorum circa plura versatur, & circa
quæ. & num.7.*
8 *Super inhonestate clericorum, qui dispensare potest.*

De Vita, & honestate cle-
ricorum.

HÆc rubrica stat disiunctiuè, quia
alia est vita, & alia est honestas. de
hac secunda parte honestatis, beatus
Tho.ij.ij.q.cxlv.per totum, latè di-
1 xit, † quomodo honestum se habeat
ad virtutem, ad decorem, ad vtile,ad delectabile,
2 & an honestas sit pars tẽperantię. Hosti. † verò in
sum.hoc eo.tit.in ij.in versi.sed si de prędictis vis
habere doctrinã plenissimã,distingue plura circã
vitã clericorũ,ad quẽ breuitatis causa me remitto
Sed quia substantialia ipsorum vitæ versantur
principaliter circa residentiam, castitatem, & con
tinentiam, sobrietatem in cibo, & potu,& fuge-
re comessationes, & fabulationes, & amatoria cã
tica, ebrietatem,& crapulam,& malorum hoĩum
consortium: vnde dantur versus,quos idẽ Host.in
sum.in tit. de temp. ord.posuit, dicens de ipsis.
3 *Primum † præcipitur, quòd sit sine crimine præsul:*
Magnanimus, sobrius, prudens, ornatus, & hospes:
Casta docens, non percussor, non litigiosus.
Non cupidus, bene dispositus, non neophitus.
Talis Apostolica, quòd præsit, regula iussit.
Quæ quidem ab Apostolo tradita sunt in Episto-
la ad Timoth. j. c.iij.

Nec dicas hæc tantum locum habere in Episco
pis, cum dicat sine crimine prę̃sul,quia in primiti
ua ecclesia oẽs Apostoli tã primi duodecim, quã
lxxij.& cæteri oẽs erant simplices sacerdotes, &
postea fuerunt missi per prouincias ad prædican-
dum Euangeliũ.Et crescẽti fide, vidẽtes ipsi Apo
stolis messem esse multã, & operarios paucos, ro
gauerunt dominũ messis, vt mitteret operarios in
messem suam.vnde ab eis electi sunt lxxij.Discipu
li, quorũ typum geruut presbyteri,atque in eorũ
loco constituti sunt in ecclesia.Hęc leguntur in c.
4 in oouo.xxj.dist.& ĩ c.cor Epĩ.lxviij.dist.Ex † qui
bus apparet, ꝙ Epõrum, & sacerdotũ vnus est ty-
pus, & sic eadem qualitas requiritur: qa vnus est
Christi thalamus, vt dicit Pelagius in epistola ad
orthodoxos, & transumptiuè. xxj.dist. quamuis.
Fateor tamen maiores qualitates requiri in Epõ,
quàm in simplici, vel etiam curato sacerdote: de
quo per Innoc. io c. firmiter.de sum. Tri.in prin.
ibi, hanc autem mensuram.

Videndum est de singulis his partibns, & quis
possit circa eas dispensare. Et primò circa primã
de residentia attende, ꝙ hic non tractatur de resi
dentia in beueficijs,de qua dicemus infra de cler.
non resi. sed ad cohabitatione in cõmuni, io mo-
dum cœnobij: cum residere in cõmuni, etiã cleri
cis sæcularibus in primitiua ecclesia esset de perti
nentibus ad vitã clericorũ, vt dixit Host. vbi supra.
Et de hac residentia hic tractatur, circa quã idem
Host. multipliciter distinxit, cuius distinctiones
hic non repetam, sed ad illas me remitto.

Secundum illas tamen quęro, quis cũ eis dispẽ
sabit in casu, ꝙ hodie, vel s̃m laudabilem consue
tudinẽ, vel ex forma constitutionum, vel ex funda
tione beneficij, aut alia rationabili causa clerici
in certo loco beneficiati tenerentur in simul, & in
communi viuere, ita ꝙ possint separatim, & se-
gregatè viuere, & ab alijs segregari.

Probabiliter responderi potest, ꝙ eorũ superior
poterit dispensare à maioritate rationis, tex. in c.
monachus.& c.monachũ.xx.q.iiij. vbi dicitur, ꝙ
Abbas potest dispensare in omnibus casibus mo-
5 dum viuendi cõcernentibus (non tangendo † sub
stãtialia regulæ suæ religionis, nisi hoc etiã specia
liter sibi sit à lege prohibitũ, vt etiã dixi s̃.de di-
spen. Abb.in vers.in omnibus verò alijs, cũ tribus
versi.seq.) multo magis ergo extra claustra potest
supior dispẽsare, ex quo nõ reperit ei iure ꝓhibitũ.

Circa reliqua concernentia honestatẽ, & sic se-
6 cundã partẽ rubricæ, de qbus Host.s̃.de † qua ma
teria habet.xij.q.j.xxj.q.iiij.io tex.& gl. summæ.
xxiij.di.in §.clerici comã.vsq; ad fi.illius dist.& in
di.xlj. xliij.xliiij.lxxxvj.xcj. & xcij. per totũ. & de
consec.dist.v.c. nunquam. & vsq; ad c.de spiritu.
7 Dicas, † quòd vltra exemplificata per dist. sunt
complura, in quibus versatur honestas clerico-
rum, quorũ aliqua exprimuntur in iure, vt nõ in-
trare balnea delectationis causa, de quo in c. oĩs.
xxiiij.q.

xxiiij.q.j.& in c.placuit.de consec.dist. iij.

Portare coronam, siue tonsuram, vt in c.fi.de cler.coniug.

Deferre habitū cōgruentem, vt à sæcularibus cognoscantur, arg. c.nonnullis. de iudæ. contra quos nō deferentes, si sunt in sacris, procedi potest, vt not. in c.ij.de apostat. qui si moniti nō deferunt. & reassumunt, priuilegium amittunt secundum vnā opi. vt not. in c.fi.de apostat. & in c. ex parte. el primo. de priui. & in c. in audientia. de sent. excom. & in c. contingit. eo. tit. el ij. & in c. ex parte. de cler. coniug. Quibus autem vestibus & habitu vti debeant, not. in c. clerici. eo. tit. de vit. & hon. cler. & xxj. quæst. iiij. §. j. & ibi pulchrè in glo. summæ, vt supra.

Nil dare histrionibus, nec conuiuijs, quibus intersunt, nec instrumēta lasciua tangere, vel audire. lxxxi. di. donare. & xxiij. di. his ergo. xxiij. di. presbyteri. de consecr. dist. v. non oportet. de quibus histrionibus Frater Ioannes de Friburgo in sua summa, lib. ij. titu. v. fol. lix. in fi. dicit, nedum clericos, sed & laicos peccare, qui histrionibus conferunt, secundum beatum Tho. in sum. quęst. clxviij. art. iiij. quod intelligit immoderatè: moderatè autem nō improbat, modo histriones nō vtantur obscœnis verbis, sed delectabilibus. ea. di. & honestis ad hominis recreationem. & hoc de mente beati Thom. vbi supra.

Beatus tamen Augustinus super Ioā. dicit, ꝙ donare histrionibus, immane vitium est. Et idē Io. de Friburg. de mente cuiusdam Vlderici Doctoris dicit, ꝙ si aliquis etiā malus histrionibus parcē dat ad conseruandam famam suam, ne à talibus vituperetur, ꝙ nō credit talem mortaliter peccare: & hoc sæpe vidi fieri in Rom. Curia à magnis Cardinalibus, malè tamen viuentibus. Ideo enim dicere verum non sit peccatum, nō video securitatē in hoc dicto in foro conscientiæ.

Ludis non interesse. & qui ludi sint etiam prohibiti, not. in c. cum decorem. eo. tit. nostro. & xxxv. dist. episcopus. & c. clerici. eod. tit.

Non venari, sed piscari, vt in c. Esau. lxxxvj. di. qui venatoribus. ea. dist. Et Gul. Duran. in suo aureo repertorio dicit, ꝙ à vertice vsq; ad plantam pedis versatur honestas clericorum, vt in c. capite. vj. quæst. j.

In capite, vt in c.j. de sacra vnct.

In tonsura, vt supra, & in c. nō liceat. xxxiij. di.

In crinibus, seu capillis, vt in c. clericus. eo. ti. & xxiij. dist. prohibere. & xij. q. j. duo sunt. in verbo Corona.

In auribus, vt in c. ex merito. vj. q. j.

In supercilijs, vt i c.j. xv. di. circa fi. ibi, supcilia.

In fronte, vt in c. j. de sacra vnctio. in §. per frontis. & l. dist. domino, ibi verecundā frontē.

In oculis, vt in c. his igitur. xxiij. dist. ibi, non vngā oculis. & xxxij. quæst. v. nec solo.

In palpebris, & pupillis oculorum, vt in c. hinc etenim. xlix. dist. ibi, lippus, & ibi, albumē.

In naso, vt ibidem, ibi, in torto naso.

In labijs, vt in c. sacerdotibus. xj. q. j. & in c. diaconus. xciij. dist.

In ore, vt in c. nisi cum pridē, de renun. §. graui. v. q. v. §. fi. xj. q. iij. inter. xl. dist. per totum.

In dentibus, de consec. dist. v. nisi quid. xxxvij. dist. vino. in fi. xl. dist. per totum.

In lingua, moribus, corde, & mente. xxxij. di. si qui non sunt. xxxiiij. dist. his. v. q. v. §. fi. & in c. j. ne cler. vel mona.

In sermone. xliij. dist. sit rector. & in c. j.

In genibus, vt flectantur, xliij. distin. §. j. & §. qualiter.

In tota facie, vt in c. excommunicamus. de hæret. & l. dist. in c. in capite. in princip.

In barba. de vita, & honest. cler. titu. nostro. cap. clerici.

In gutture, & faucibus. xcij. dist. c. j. de consec. dist. v. c. fucare.

In collo. xciij. di. diaconi. in fi. de consec. dist. iiij. tres quos. & in c. nisi cum pridem, de renuncia. §. graui.

In humeris, & harmo, de pœn. dist. j. importuna, & de sacra vnct. c. vnico.

In dorso. xxxvij. dist. §. fi. xxxij. q. v. si Paulus. in fi. xlix. dist. hinc etenim. §. gibbus.

In pectore. xxxvij. di. §. ecce. de sacra vnct. c. j.

In brachijs & harmo. eod. c. j.

In manib. xcij. di. c. j. & ij. de cōse. di. v. nunq̄.

In ventre. xxxv. dist. §. j. lxiiij. dist. §. j. xij. q. ij. gloria. xlix. dist. c. j. in fi.

In lumbis, in quibus in viris luxuria designatur, iuxta illud Luc. xij. Sint lumbi vestri præcincti, & ibi Greg. in Homel. per lumbos enim in viris luxuria designat, in fœminis in vmbilico. testatur dn̄s, qui de diabolo ad B. Iob loquitur, dicēs, virtus eius in lumbis eius, & fortitudo illius in vmbilico ventris eius. In lumbis ergò, & renibus consistit honestas clericorum. de pœni. dist. ij. si enim. de pœni. dist. j. qui sanctos.

In cute, & genitalibus. xlix. dist. c. ingenij. in versi. ponderosus, & in c. ij. xiij. dist.

In præputio. xxxv. dist. ab exordio. & in c. maiores. de baptis. in §. adeò autem.

In cruribus. xxxij. q. v. si Paulus.

In genibus, vt in c. ij. de ferijs. & in c. fin. xxx. dist. & lxxxvj. dist. scire.

In pedibus. v. q. v. §. fi. xxxij. dist. hospitiolum. tuum. ibi, aut raro, aut nunquam mulierum pedes terant. xlix. dist. cap. j. versi. pedes, & versi. claudus, & versi. fracto pede.

In veste, & ornatu. xxj. q. ij. per totum.

In incessu, & gestu. xxiij. di. de his igitur. xlj. dist. §. j. in fi. grauitas enim incessus denotat grauitatem mentis.

In multis quoque alijs consistit, & versatur honestas clericorum, de quibus etiam nor. in c. j. ne cler. vel mon. & in c. cum doceren: hoc eo. tit. de vita & hon. cler. Spec. etiam quædam po suit in hac materia. in tit. de instru. 100. dist. c. j. in §. nunc autem.

8 Quis † autem super defectibus huiusmodi dispensare possit. Dicendum est quòd secundum qualitates defectuum datur dispensatio per superiores, seruata forma iuris circa reseruationes casuum, puta inchoando à capite, si quis haberet caput adeò deforme, quòd sine scandalo promoueri non posset, aut haberet os post aures, vel dentes aprinos, aut linguam adeò balbutientem, quòd difficilè posset intelligi, haberet guttur gotrosum, vt in pluribus in valle Tropię, & Camonicę Brixiē. vbi fui Inquisitor hæreticę prauitatis, in quibus locis vt in pluribus sunt gutturosi, & adeò deformes, quòd guttur excedit faciem. vel in gibboso in pectore, & in humeris. vel esset hydropicus. vel in cute esset aspersus maculis lepræ. vel in virilibus: quia si ipsum secasset virilia, vel in cruribus, vt quia esset gambosus, ita quòd non posset honestè ad altaris ministerium accedere, vel haberet pedes conuersos, videlicet partem anteriorem posterius, vt vidi, vel oculos adeò strabos, quod non nisi scandalosè ad altaria ministerium videri posset. his & similibus casibus oportebit dicere, vt dixi supra in proœmio huius operis, videlicet homo de femine tuo per familias, qui habuerit maculam non offeret panes. Et regulare hos omnes casus, secundum singularem eorum naturam. de quibus satis supra dixi in tit. de corp. vitia. vbi dixi, quòd hæ deformitates secundum plus, & minus relinquuntur arbitrio discreti Prælati. Ideo sacra pœnitentiaria in huiusmodi dispēsationibus circa defectus corporis, semper dat executores in partibus, nisi dispensandus præsens sit in curia: quia tunc committitur pœnitentiarijs ordinarijs. In partibus autem semper apponitur clausula, super quo cōscientiam tuam oneramus. Ideo in his non potest dari certa, aut determinata doctrina, cum relinquatur arbitrio cōscientiæ executorum: quorum conscientiam hodie videmus valde laxatā. Adeò quòd vidi Venetijs in ecclesia Sancti Io. noui, sacerdotem sine tibijs celebrantem ad altaris ministerium, qui dicebatur ex infirmitate, quæ ex incontinentia & lapsu luxuriæ prouenerat, tibias amisisse. cum eo tamen dispensatum fuit ad altaris ministerium & retentione beneficij. licet scriptum sit, quòd dignum est, quòd male meriti perpetua egestate laborent. cum eo enim dispensari potuisset, vt retinuisset beneficium, vnde se sustentaret, citra tamen altaris ministerium. Sed hoc credo fuisse culpa executoris, vt quotidie videmus.

S V M M Æ.

1 *Honestas clericorum consortio mulierum sæpe decoloratur.*
2 *Clerici cohabitantes cum mulieribus qua pœna, & quomodo puniantur.*
3 *Et quis cum eis dispensare possit. & num. 4. & 5. & 8. & quæ requirantur. nu. 7.*
6 *Dispensatio facilius conceditur iam promotis quàm promouendis.*
9 *Pœnitentia vera non dicitur absque excisione causarum peccandi.*
10 *Notorium quando dicatur.*
11 *Fornicator notarius debet à suo Episcopo admoneri vt se corrigat, & in hoc interim à beneficio Ecclesiastico suspenditur, sed si erit incorrigibilis, perpetuo priuari debet.*
12 *Peccans mortaliter licèt sit suspensus quo ad se, non tamen debet in officijs uacari, nisi sit peccatum fornicationis.*
13 *Admonitio quæ debet fieri à prælato fornicatori notorio: an sufficiat quoad pœnæ impositionē. et 14.*
15 *Admonitio quæ à prælato fit fornicatori notorio, licèt fiat ad multitudinem, & sit synodalis, tamen dicitur personalis, cum fiat ad præsentes.*
16 *Constitutio pœnalis quando requirit trinam monitionem, non sufficit unam audiuisse vel duas.*
17 *Clericus tenens mulierem suspectam in loco suspecto, non tamen cognoscens eam, an puniatur.*
18 *Verbum retinendas quam habeat significationem.*
19 *Et quis cum istis dispensare possit.*
20 *Clericus retinens mulierem qui monitus cecidit in censuram, an liberatus si ad primum vomitum inciderit, iterum reincidat in censuras absque alia monitione.*
21 *Episcopus an possit dispensare cum excommunicatis se immiscentibus in diuinis officijs.*
22 *Pontifex solus cum irregularibus dispensat.*
23 *Fornicator publicus an incidat in pœnam fornicatoris notorij.*
Publicum quomodo dicatur.
24 *Infamatus publicè ob fornicationem an debeat à suis subditis uel parochianis euitari.*
25 *Ab Ecclesia tolleratus, à filijs Ecclesiæ honoratur.*
26 *Fornicator nolens se purgare excommunicatur.*
27 *In qua si steterit per annum, quomodo vt conuictus puniri poterit.*

De cohabitatione Clericorum & mulierum.

EZ CONCILIO Maguntino cauetur, vt nullus sacerdos fœminas, de quibus suspicio esse possit, retineat sed necillas, quas Canones concedunt. vt legitur in c. j. hoc eo. tit. &
1 † quia honestas clericorum cōsortio mulierum sæpe decoloratur. ideò tit. iste bene, & congruè subne-

subnectitur tit. præcedenti, secundum Host. hic, in sum. qui posuit quid sit cohabitatio cleric. & mulierum. Vtrum cohabitatio toleranda sit? Qua pœna puniantur cohabitantes, & qualiter imponatur. Et quæ dispensatio circa hos adhibeatur. Et hæc erit portio nostra, quam Host. leuiter pertransiuit, dicens in genere, videlicet

2 † ꝙ cum ijs sit dispensatio magna, maior, & maxima. Magna, scilicet, vt non deponatur, vt habetur in c. sanè sacerdotes. de cler. coniug. vbi dicitur, ꝙ sacerdotes, qui nuptias contraxerunt post longam pœnitentiam, & vitam laudabilem cõtinentes, officio suo restitui poterunt. Maior, vt ad sacros ordines promoueantur: quia defectus nostri temporis illius distinctionis non patitur manere censuram, vt in cap. fraternitatis. xxxiiij. dist. Maxima. s. vt ad dignitates ecclesiasticas admittantur, vt in c. habuisse. xxxiij. dist.

Sed circa has dispẽsationes, videlicet magnã, maiorem, & maximam. in exemplis in eis posi-

3 tis quæro, quis † possit cum eis dispensare, cum in magna dicatur dispensari, vt non deponatur. In maiori, vt ad sacros ordines promoueatur. In maxima, vt ad dignitates ecclesiasticas admittatur.

4 Ad primam responderi potest † ꝙ per solum Papam, per tex. in c. præter. xxxij. dist. ibi. Ex parte omnipotentis Dei & auctoritate Principum Apostolorũ Petri, & Pauli præcipimus, & omnino contradicimus, vt Missas nõ cantet, nec Euãgelium legat, neque Epistolam ad Missam, neq; in presbyterio cum his ad diuina officia, qui præfatæ constitutioni inobediens fuerit, maneat, neque partem ab ecclesia suscipiat. Quibus bene conuenit tex. in c. si. xxxiij. dist. Ex quibus apparet ꝙ huiusmodi concubinarij nedum repelluntur ab altaris ministerio, verum etiam priuantur beneficijs ecclesiasticis: propter verbum, neque partem ab ecclesia suscipiat. Sed dicas quòd

5 † per suum Episcopum dispensari poterit, si sint emendati, & continentes, per tex. in d. c. sanè sacerdotes. ibi. ex indulgẽtia sui Episcopi eius executionem habere. & glo. quam omnino videbis, in c. qui in aliquo. lj. dist. in verbo, concubinas, & ad d. tex. c. si. & c. præter. respondetur, quòd loquitur de persistente in concubinatu, & notoriè, non autem de pœnitentibus. & qui post longam pœnitentiam, & vitam laudabilem continent, & castitatem seruant, vt loquitur d. c. sanè. el secundo, de cler. coniug. & idem sentit d. c. si. ibi, permanere volueris.

Ad secundum videtur dicendum, ꝙ non sit, per eundem tex. c. sanè. qui loquitur in iam promotis: quia turpius eijcitur &c. & ibi Papa vtitur verbo restitui, quod videtur secus de promo

6 uendis: quia † cum iam promotis facilius dispensatur, quàm cum promouendis. vt supra, per discursum sæpe diximus. & pro his videtur tex. in d. c. fraternitatis. xxxiiij. dist. ibi. & ætas illins, de quo agitur, futuræ incontinentiæ suspicionem auferre dignoscitur. vt ad diaconatus ordinem possit prouehi concessisse nos noueris. vsq; ad finem tex. Ex quibus quidem verbis & auctoritate quatuor eliciuntur.

7 Primò, † ꝙ huiusmodi clerici, qui cum mulieribus habitarunt, & cum eis coinquinati sunt, vt cum eis dispensetur, requiritur, vt vlterius non sint suspecti de incontinentia, propter verba in tex. posita, ibi, & ætas illins, de quo agitur, futuræ incontinentiæ suspicionẽ auferre dignoscitur.

Secundò, ꝙ possunt promoueri vsque ad diaconatus ordinem, & non vltra, propter verbum, vt ad diaconatus ordinem possit prouehi. ex quo non dixit ad sacerdotium, quod bene Papa sciuisset dicere, si voluisset, ideo nec nos dicere debemus. xix. dist. si Romanorum.

8 Tertiò, † ꝙ huiusmodi dispensatio debet fieri per solum Papam, propter verbum concessisse nos noueris.

Quartò, ꝙ præmissa, partim ex dispensatione misericordiæ, cũ dispẽsatio sit misericordia, vt s. dixi in princ. in definitione dispensationis, partim verò ex rigore disciplinæ intelliguntur, vt legitur in d. d. c. fraternitatis. Quod bene cõfirmatur auctoritate Concilij Aurelianen. in quo cauetur, ꝙ non admittatur, non dico ad sacerdotium, imò nec ad clerum, qui præter vxorem aliã cognouerit. vt legitur in c. si quis. ea. di. Quæ, si vera essent, & sibi vendicarent locum, credo, ꝙ pauci sacerdotes reperirentur, cum pauci reperiantur sine vitio incontinentiæ, vt supra dixi.

Sed quæro, clericus concubinarius vult abijcere concubinam, & etiam eam abiurare, quæro an debeat absolui, & secum dispensari. vt supra. Prima facie videtur dicẽdum quòd sic, quia ecclesia non claudit gremium redeuntibus, & quoties ingemuerit peccator, &c. & nedum septies, sed septuagies septies. vt Matthæi xvij. Sed distinguendum est, quòd si est periculum recidiui, non debet absolui, nec dispensari, nec admitti ad abiurationem, nescimus anceps periurij: quia non est contritus, vt not. in cap. le-

9 gatur. xxiiij. quæst. ij. Vera enim † pœnitentia nõ est sine excissione causarum peccandi. vt in c. satisfactio. de pœnit. dist. iij. Si verò non est tale periculum recidiui, quod sacerdotis dispensantis arbitrio pensabitur. Distingue, quoniam si factum est notorium, absolui non debet: quia tenetur eam abijcere ad tollendum scandalum populi, maximè quando suspicio est violenta de incontinentia. Alias verò si non est notorium tenet indistinctè Frater Angelus in sua sum. quòd possit absolui, sed aliqui reprehendunt: quia si esset scandalum vni, vel duobus, tenetur eam dimittere,

mittere, sed si nullum est scandalum, aut recidi-
ui periculum, absolui potest, & quòd de concu-
binario, idem de concubina, pro quibus facit
tex. in c. audite. xxxiiij. dist.
10 Sed quæro, † quádo dicatur notorium in hoc
casu Ioan. de Friburgo in sua sum. hoc eo. tit. di-
cit, notorium in hoc casu esse, quando mulierem
suspectam domi publicè detinet. Et idem si eam
alibi, quàm in domo detineat. Vel fortè ex eis
sint etiam animalia supra terram gradiétia: quia
cum sit publicum, non ex fama, sed ex euidentia,
ita quòd non possit aliqua tergiuersatione cela-
ri, nec testes necessarij sint, nec etiam accusator,
vt not. in c. vana. hoc eo. tit.
Et talis notorius fornicator debet per suum
Episcopum admoneri, vt se corrigat, & si se non
corriget, debet suspendi à beneficio ecclesiastico
vsque ad paritionem, & congruam satisfactio-
11 nem, & si erit † incorrigibilis, debet perpetuò eo
priuari, vt in c. sicut ad extirpandas. hoc eo. tit.
& secundum hoc intelligitur de perpetuis con-
cubinarijs notorijs, vt in c. nullus. xxxij. dist. &
c. propter hoc. & lxxxj. dist. si qui sunt presbyte-
ri. & not. in c. vestra. in fi. hoc eo. tit. & c. tua. &
not. in c. cum olim. de verbo. sign.
Hæc opinio confirmatur hodie per decreta-
lem quæsitum. eod. tit. in vj. vbi dicitur, quòd,
12 † quamuis mortaliter peccans sit suspensus quo
ad se, non tamen debet in officijs euitari: quia
nó est suspensus quo ad alios, nisi sit peccatũ for
nicationis, quod sit notorium per sententiã, vel
confessionem factam in iudicio, aut per rei euidẽ
ntiam, quæ nulla tergiuersatione cælari possit.
De hoc autem, ꝙ præmissum est, videlicet, ꝙ
notorius fornicator admonendus sit ab Episco-
13 po, dicit glo. ꝙ † admonitio ab inferiori prælato
non sufficeret, quoad pœnæ impositionem, nisi
talis esset, qui habet et iurisdictionem Episcopa-
lem plenariam in his concubinarijs, & eorum
beneficijs.
Sed de admonitione huiusmodi attẽde: quia
14 duæ sunt opiniones. Quidam. n. dicunt, ꝙ † non
sufficit, nisi fiat specialiter ad personã super hoc
diffamatam. Alij dicunt, quòd sufficit generalis
facta in synodo, vel proclamata infra missa-
rum solemnia. Ita quòd verisimiliter ad noti-
tiam omnium peruenire potuerit, sicut de publi
co edicto dicimus, vt sit locus pœnæ constitutio
nis, & licet hæc admonitio fiat ad multitudinẽ,
15 & sit synodalis, nihilominus † dicitur personalis
cum fiat ad præsentes, & secundum hanc opinio
nem, huiusmodi generalis admonitio ad illos so
los extenditur, qui præsentes sunt, & ad alios nõ.
licet teneantur interesse in synodo, siue nõ. licet
ab his, qui interfuerunt in synodo, postmodum
audierint monitionem huiusmodi emanasse.
16 Et plus dicunt aliqui, ꝙ † quando constitutio
pœnalis requirit trinam monitionem, non suffi
cit vnam audiuisse, vel duas, nisi etiam tertia au-
diatur à præsente monitore.
Et dicunt, quòd huiusmodi admonitio non
extenditur nisi ad illos solos, qui à tempore mo-
nitionis concubinas cum scandalo detinebant.
Nec monitio canonica quæcunq; sufficit, nisi
præcedente causa facta sit: quia alias non dici-
tur legitima. & quamuis non exprimatur causa,
propter quam sit etiam vnica monitio pro om-
nibus, si subest illa causa, nihilominus incurri-
tur pœna hæc. Si autem non subest causa, secùs.
Prima opinio est benignior, & communior est.
Sed quid dicemus de clericis nostri tempo-
ris, qui cum scandalo passim, & publicè cum plu
ribus fornicantur, vtrum comprehendantur cũ
præmissis? videtur posse dici, quòd sic, cum gra-
uius peccent, quàm ille, qui cum vnica etiam pu
blicè fornicatur, cum multiplicentur peccata,
& scandala.
Contrarium tamen est verius, nec recurrunt
sententiam, nec pœnam prædictam. & est ratio
secundum eundem Fribur. quia constitutio illa
non videtur loqui, nisi de illis, qui tenent cũ scan
dalo focarias, aut alias mulieres, cum pœnæ sint
restringendæ, non extendendæ.
17 Sed iuxta præmissa quæro, clericus † tenet mu
lierem suspectam in loco suspecto, tamen non co
gnoscit eam, nec eam detinet pro concubina, nũ
quid incurrit præmissam pœnam? & dubium fa
cit: quia, vt proximè dixi, constitutio loquitur
de detinentibus cum scandalo. Dicit Friburgo,
quòd benigniori interpretatione dicere possu-
mus, quòd non incidat in illam pœnam, vel sen
tentiam, & quòd illa constitutio intelligitur de il
lis, qui eas in concubinatu detinent, propter ver
bum, focarias.
Alij tamen dicunt, quòd ex quo post legiti-
mam admonitionem cum scandalo tenent mu-
lieres huiusmodi, siue peccent cum illis, siue nõ,
incidunt in illam sententiam, post legitimam
monitionem.
Sed vlterius fortius quæro: quia canon vtitur
verbo, retinendas, vtrum per illud verbum ex-
cludantur illi, qui non retinent eas, sed illas ta-
men habent ad vsum carnis, licet non habitent
cum eis, nec suis sumptibus eas alant. Sed tan-
tum, vt vulgo hodie dicitur, habẽt in amasiam,
non tamen tanquam propriam, puta, quia habet
alium, cum quo stat in concubinatu, vel habet
maritum.
18 Idem Fribur. vbi supra respondet, quòd † ver
bum retinendas interpretatur. i. habendas quo
ad vsum carnis, & ex quo abutuntur eis ad pec-
catum carnis cum scandalo, post monitionem
prædictam incurrunt sententiam, quin etiam e-
xemplificat de muliere cohabitante cum mari-
to,

to, & dicit hanc fuiſſe mentem ſtatuentis.
19 Poſtremò circa præmiſſa quæro, † quis pote-
rit tales abſoluere, & cum illis diſpenſare. Idem
Io. dicit, quòd ex quo conditor canonis non re-
tinuit ſibi abſolutionem, poſſunt Epiſcopi ab-
ſoluere ſubditos ſuos. Inferiores autem prælati
non conſueuerunt diſpenſare, ſequendo opinio
nem, quam ſupra poſuimus ſub tit. de diſpenſa.
Epiſco. vbi diximus veram opinionem commu-
nem, & ſententiam eſſe, quòd Epiſcopis ſit per-
miſſum diſpenſare in omnibus caſibus, modo
non reperiantur eis à canone prohibiti. Infe-
riores verò prælati non, niſi in caſibus ſibi à le-
ge, vel canone permiſſis. de diſpẽſatione autem
dicemus ſtatim.

Sed ponamus, quòd clericus abſolutus, & di
ſpenſatus in ſupra dictis caſibus, reuertitur ad
vomitum recidiuando in idipſum genus pecca-
ti cum eadem muliere, vel concubina. nunquid
20 † reincidat in cenſuras abſque noua monitione,
an verò debeat iterato moneri? vt ſupra. Re-
ſpondeo, quòd ſi adhuc durat ſcandalum, rein-
cidit in excummunicationem, quamuis non fiat
noua monitio. Si verò non durat ſcandalum,
ſed creditur publicè, quòd ſit correctus, non in
cidit in ſententiam, donec iterum non ſit ortum
ſuper huc ſcandalum, quo orto Ioan. de Fribur.
vbi ſupra dicit ſe credere, quòd non ſit neceſſa-
ria noua admonitio, per illam gl. in c. ſi quis Epi
ſcopus. & c. ſi quis clericus. & cap. presbyter.
lxxxj. diſt.

Sed quia ſupra proximè diximus, quòd Epi-
ſcopi poſſunt abſoluere, & diſpenſare ſuper tali
ſententia, quid ſi poſt ſententiam ſic excommu-
nicati celebrant, vel ſe miſcent in diuinis, aut ali
ter contrahunt, & incurrunt irregularitatem?
21 nunquid † Epiſcopi poterunt diſpenſare circa
eam cum ſubditis ſuis, ſicut abſoluere? dicas, quòd
non, ſecundum Friburgum, vbi ſupra, qui nihil
22 allegat. ſed tu dicito, quòd hoc ideo eſt: quia † cũ
irregularibus ſolus Papa diſpenſat. vt dixit Inn.
in c. cum æterni. de re iud. in vj. in ſua gl. in ver-
bo, irregularitas. Et diximus ſupra de diſpen-
ſatione Papæ. in §. circa quartum. in fi.

Sed quia ad incurſum pœnæ canonis in præ-
23 miſſis caſibus requiritur notorietas, † quid ſi nõ
eſt notorium, ſed eſt publicum ex ſola fama vici-
niæ? dicas, quòd tunc non ſufficit ad incurſum
pœnæ, ſed requiritur accuſatio, & deficiente ac-
cuſatore, ex illa fama, vel potius infamia indice-
tur purgatio canonica infami, in qua ſi deficiet,
vel ſe purgare recuſauerit, per totam manum,
quotam ſibi per ſuum ordinarium indicetur, de
bet deponi. vt not. in c. tua nos. hoc eo. tit.
24 Sed quæro, † vtrum talis diffamatus debeat à
ſuis ſubditis, vel parrochianis euitari, durante
infamia ante accuſationem, vel purgationis in-
dictionem? dicas, quòd non, etiam in ſacramẽ
25 tis: quia † quandiu ab eccleſia toleratur, tandiu
à filijs eccleſiæ honoratur. vt in c. conſulendum.
xxviij. diſt. & in c. fi. xv. q. vlt.

Sed quia dixi ſupra, quòd debet deponi, nun
quid hodie ſic fiet? dicas, quòd non: quia illud
erat ſecundum rigorem iuris antiqui, hodie ve-
rò d. c. tua nos. eo. tit. dicit, quòd canonica ani-
maduerſione punietur. ſed hoc incidit in idip-
ſum: quia ex quo canonica animaduerſio reperi
tur ſcripta, debet ſeruari, & ſic erit pœna iuris
antiqui, ex quo in iure nouo non inuenitur im-
mutata. Ideo Hoſt. in eod. c. tua nos. dixit, quòd
canonica animaduerſio erit, quòd ſi in purgatio
26 ne deficiet, punietur, vt conuictus. Si verò † ſe
purgare noluerit pro contumacia, excommuni-
27 cabitur, in qua ſi † ſteterit per annum punietur,
vt conuictus de crimine, pœna, de qua ſupra
diximus.

S V M M AE.

1 *Subdiaconatus ordo olim, an eſſet ſacer ordo.*
2 *Petrus Apoſtolus fuit coniugatus.*
3 *Pontifex maiores ordines non habet quàm Epiſcopi, & ſe Epiſcopum appellat.*
4 *Pontifex poteſt diſpenſare cum omnibus criminoſis, vt poſſint promoueri, & iam promoti miniſtrent.*
5 *Conſtitutus in ſacris, ſi contrahat matrimonium, & conſumet, incurrit irregularitatem.*
6 *Abiurationis forma, qualis ſit.*
7 *Iuramento aliquid non ſit, quando verſimiliter dubitatur de eius tranſgreſſione.*
8 *Et quando veriſimiliter poſſit dubitari.*

De Clericis coniugatis, & coniugandis.

CLERICOS in minoribus ordini-
bus conſtitutos, coniugari poſſe
non eſt ambiguum, vt de cler. con-
iug. in antiquis, & vj. & dicam la-
tius infra, qui cler. vel vouen. Sed
quærendũ eſt de conſtitutis in ſacris ordinibus,
contrahentibus matrimonium de facto, qua pœ
na puniantur, & ſi cum eis diſpenſari poſſit, &
per quem.
1 Primò ſciendum eſt, quòd † Subdiaconatus
olim non erat ſacer ordo, nec autem Chriſti, aut
Apoſtolorum fuerat ſacer conſtitutus, ſed tan-
tum à Gregorio, & iure poſitiuo connumeratus
eſt inter ſactos ordines: ideo in illo Papa poteſt
diſpenſare, tam in contrahendo, quàm in iam
contracto. vt not. in c. lector. xxxiiij. diſt. & Hoſt.
hoc eo. tit. dicit, quòd licet Papa poſſit cum Sub
diacono diſpenſare, non debet tamen de facili
hoc facere. & idem dicit Inn. in c. ſuper eo. eo. ti.
Sed

Sed quòd etiam Papa possit dispensari, con-
sueuit opponi, quòd immò Papa dispensat cum
bigamo, quod est plus. vt supra dixi de bigam,
quia Papa dispensauit cum Episcopo Panormi-
tano. Et responderunt aliqui doct. antiqui, vt
fuit Altisiodorensis, & Io. de Friburgo, quòd nõ
quærimus quid factum sit, sed quid faciendum
sit. Et idem Io. dicit, ꝙ quilibet baptizatus, si or
dinatur, recipit characterem ex potentia baptis-
mi, ideò supra in tit. de cler. non bapti. diximus,
ꝙ baptismus est ianua omnium sacramentorũ,
& ideò Io. dicit, ꝙ omnis baptizatus, est potens
ad susceptionem omnium sacramentorum. Et
Papa dispẽsando, etiam cum coniugato, vel etiã,
vt supra dixi, in bigamo, non videtur nisi relaxa-
re executionem, & exercitium ordinum: quia de
fectus sacramenti non obstat vsui ordinis, nisi in
quantum obstat susceptioni ordinis. Et ideo cũ
per dispensationem aboleatur delictũ commis-
sum in susceptione ordinis inordinatè, potest or
dinatus licitè exercere actus, quos prius exerce-
re potuit, quamuis illicitè ex potentia characte-
ris ordinis. Et hanc eandem opin. tenuit Hosti.
in sum. de bigam. ita in proposito sicut Papa di-
spensat in his, quæ sunt maiora, videtur etiã pos
se dici, Papam posse dispensare cum constitutis
in sacris ordinibus à Christo, & Apostolis consti
tutis. vt possit ducere vxorem, & contrahere de
facto saltem, & post contractum secum dispẽsa-
ri per Papam tantum, ad exercendos suos sacros
ordines. Et sicut videmus hodie in ecclesia Oriẽ
tali apud Græcos, sed dices, ipsos contrahere an
te sacerdotium, hic quærimus de contrahẽtibus
potest. sed dices eadem ratione de qua supra, ꝙ
facilior erit dispensatio, cum iam habeãt sacros
ordines, & nil dat dispensatio, nisi exercitij rela-
xationem, vt supra dixi de bigamo.

2 Sed quid dicemus † non ne & Petrus Aposto
lus fuit coniugatus? Et non legitur in sacra scri-
ptura, ꝙ postquã fuit vocatus ad Apostolatum
fecerit diuortium, nec abstinuerit ab vsu coniu-
gis, qui imò videtur probari, ꝙ stetit in domo
sua. vt Luc. iiij. ibi, surgens autem Iesus &c. ibi,
Socrus autem Symonis tenebatur magnis febri
bus, & cœlibatus in sacerdotibus est introdu-
ctus iure positiuo, non autem diuino, vt latius di
cam infra qui cler. vel vouen. videtur ergo dicen
dum Papam posse dispensare in quocunq; ordi
ne sacro, etiã cum Ep̃o coniugato, vel coniugan
do. Quinimò dicunt aliqui, ꝙ posset etiã statue-
re, ꝙ liceret omnibus sacerdotibus contrahere
matrimonium citra bigamiã, vt latè dixi supra,
& dicam infra, qui cler. vel vouen.

Aliqui tamẽ dicunt, ꝙ etiã intra bigamia, &
sic contra Apostolum. licet secus in alijs Ep̃is, &
assignant rationem Ambrosij dicẽtis. Petrus, &
Paulus pares fuerunt meritis, & consecratione
martyrij, & ordine: sicut & oẽs Apostoli, quorũ
Apostolorũ loca hodie Ep̃os tenere nõ est ambi
guum. vt dixit Anacletus in c. in nouo. xxj. dist,
3 qui etiã Papæ pares sunt: quia † Papa non habet
maiores ordines, q̃ Ep̃i, & se Ep̃m appellat. Ta-
men Petrus, cuius auctoritatem habet Papa, ma
ior fuit in administratione, & ideo dicunt, Papã
4 posse dispẽsare cum oĩbus criminosis, vt promo
ueantur, & iam promoti ministrent in sua pro-
motione, ꝙ tamẽ Paulus Apostolus prohibuit.
Sed hæc nõ placent Friburgo, & dicit hæc nõ nisi
stultè dici, tamen ipse loquitur de bigamia, de
qua satis supra diximus in suo titulo. vbi vide re
sponsionem ipsius Friburgi ad proximè dicta.

5 Sed ad quæsita nostra dicas, ꝙ † existens in sa
cris ordinibus, si cõtrahit, & generat prolem, vi
delicet cõsummat, incurrit irregularitatẽ, & ve-
nit deponendus, vt dixi s̃. hi sunt casus, in q̃bus
promoti deponuntur, ibi clericus cõtrahens, &
est casus. lv. in ordine, per tex. in c. cum mul-
re. xv. q. vlt. & lxxxj. dist. Maximilianus cum seq.
Potest tamẽ cũ eo dispensari, si separari vult: &
in separatione debet eã, cum qua de facto cõtra-
xit, abiurare, secundum vnam opinionem.

Forma autem abiurationis talis est, videlicet
6 † ꝙ de cætero nullo modo accedet ad eam, nec
cum illa ad vnam mensam comedet, vel bibet,
nec sub vno tecto manebit, nisi in ecclesia, vel a-
lio loco publico, vbi nulla mala suspicio possit es
se, nec ibi etiam cum ea loquatur, nisi corã idoneis
testibus, & pro indubitata, & certa necessitate.
hæc forma ponitur in c. ab ista die. xxxv. q. vj. Et
hæc eadem forma abiurationis seruatur, quãdo
fit separatio propter consanguinitatem vel pro-
pter aliud legitimũ impedimentum, vt not. in c.
ex literarum. qui cler. vel vouen.

Huic tamen abiurationi contradicere vide-
tur tex. in c. clericos. de cohab. cler. & mulie. vbi
expressè dicitur, ꝙ à talibus non debet exigi iu-
ramentum, nisi instinctu diaboli. vt in idem cri-
men reincidant, & reatum periurij incurrant, &
fiat anceps periurij. Sed dicas hoc verũ esse, vbi
cler. est suspectus, ꝙ non seruabit iuramentum;
quia tunc verè non debet exigi, sed per suspensio
nis, & interdicti sententiam, vel alijs modis, ibi
collectis, & notatis, est cogendus mulieres à se
remouere, ne de eis sinistra suspicio haberi pos-
sit. vel dicas, ꝙ c. clericus. intelligitur, cum fit se-
paratio à concubina. c. verò ex literarum, quan-
do ab vxore, & vtrunq; intellectum posuit Host.
in d. c. clericus, & præfert primum. Idem dixit
glo. Ber. in d. c. clericos. in verbo reatũ periurij.
Ex quibus possumus dicere, ꝙ malè faciunt sa-
cerdotes, qui nolunt absoluere concubinarios
dimittentes concubinas, nisi eas abiurent, secun
dum Host. vbi supra. Et ex istis est argumentum,
7 quòd † non est aliquid alicui iniungendum per
iura-

iuramentum, de cuius transgressione verisimiliter dubitatur, simile habetur in c. si quis periurauerit. cum tribus. c. sequentibus. xxij. q. v.

8 Sed quæris, † quando verisimiliter potest dubitari in præmissis casibus? dicit Io. de Friburgo de mente Rayn. quod si clericus sæpe loquitur, vel disputet de formis mulierum, vt in c. hospitiolum suum. xxij. q. ij. vel si mulieres suspectæ sæpe veniunt ad domum suam, vel ipse frequenter accedat ad matronarum domos, vel si solus in loco suspecto inueniatur loqui cum eis, vel si inspiciat eas sæpe oculo insatiabili. hæc colliguntur in c. clericus solus. lxxxj. distin. vbi dicitur, quòd ad tabernacula fœminarum non accedat clericus solus, nec presbyter solus cum sola, fabulas misceat, nec domos matronarum frequenter intret, & repetitur in c. in omnibus. ea. dis. & xxxij. q. v. nec solo. & in c. si quis viduam. ea. dist.

Dicas ergo, quòd tales contrahentes de facto puniuntur pœna dicti canonis, Maximilianus. lxxxj. dist. etiam supra alleg. & cum eis dispensari potest, etiam ad exercitium, & altaris ministerium: sed per solum Papam.

SVMMAE.

1 *Omne beneficium præbendatum de iure, & sui natura requirit residentiam. fallit, quando contrarium appareret. num. 6.*

2 *Beneficiatus, tanquam benemeritus ex fructibus Ecclesiæ, an teneatur ad residentiam.*

3 *Pensio, an possit imponi super beneficio solo consensu, absque superioris auctoritate.*

4 *Residentia, à quo debeat fieri, vel ab habente titulum, vel ab habente fructus, & vtilitatem.*

5 *Redditus ecclesiarum sunt stipendia militantium, & cibus pastorum, non luporum, & ratio quare.*

7 *Clericus, qualiter debeat residere.*

8 *Pœnitentiam sui exhibere, & curam Ecclesiæ negligere, turpe est.*

9 *Residentiam non faciens, quibus casibus excusetur. & 10. & 11.*

12 *Dispensatio, à quo concedenda sit, non residentibus.*

13 *Et quis cum habentibus duo incompatibilia, ex dispensatione Apostolica. & 14.*

15 *Deseruire quis potest per Vicarium absque peccato, & sine superioris dispensatione.*

16 *Quid tamen requiratur. & nu. 17. cum seq.*

18 *Consuetudo Ecclesiæ onerosa, & irrationabilis, non est tenenda.*

19 *Impeditus legitimè ad non faciendam residentiam, an indigeat in eius dispensatione, ministerio superioris, an verò talis sit ipso iure dispensatus.*

De Clericis non residentibus.

Ad intelligentiam huius rubricæ, & contentorum sub ea, sex videnda sunt.

Primò, quæ beneficia requirant residentiam.

Secundò, quis clericus teneatur residentiam facere.

Tertiò, qualiter debeat residere.

Quartò, qui beneficiati non teneantur ad residentiam, sed excusentur.

Quintò, in quibus casibus quis possit per Vicarium residere.

Sextò, quis possit cum clericis dispensare de non residendo.

Ad primum, & secundum simul dicito, quòd

1 † omne beneficium præbendatum. i. habens certos redditus, quantumcunque exiles, de iure, & sui natura, requirit residentiam. vt not. in c. fi. eo. tit. Et ipsa rubrica satis indicat, dicendo de clericis non residentibus in parrochia, vel præbenda. & primum refertur ad curata, secundum verò ad simplicia. Et idem tenet Host. in hoc eo. ti. §. j. & consequenter quicunque possident talia beneficia tenentur ad residentiam, etiam si essent valoris viginti solidorum. vt not. in d. c. conquerente. eo. ti. Et si non vult residere, illud dimittat, aliàs quilibet debet manere in illa vacatione, in qua vocatus est. Alias si non residet, nec intersit diuinis, priuandus est, vt not. in c. fi. xxj. dist. vbi de materia.

2 Sed hic congruè quæro, † an is, cui tanquam benemerito assignata est pensio super fructibus ecclesiæ, teneatur ad residentiam? Dicas, quòd non talis, tamen tenetur ad antidora ecclesiæ. vt dicit Io. de Friburgo, in tit. de apostа. in rub. de resi. cler.

3 Sed hic incidenter quæro, vtrum † pensio possit imponi super beneficio, solo consensu, absque superioris authoritate. gl. in c. audiuimus. de collusi. in verbo, pensionem dicit, quòd hæc pensio constitui non potest sine authoritate Episcopi. Sed videtur sentire, quod si constituatur sine consensu, non excedit vitam eius, qui soluit, etiam si per collusionem facta non fuerit, quod est hodie dicere, quòd non transit ad successorem. & idem dicit Innoc. ibidem. hodie tamen pensiones non imponuntur, nisi authoritate Apostolica. Propè rubrum, & nigrum, vt ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur. quod est insertum in corpore, cui Episcopus non derogat.

4 Sed quid dicemus hodie? cum † omnes fructus parrochialium monasteriorum, & etiam Episcopatuum reseruentur loco annuæ pensionis, & sic vnus habet fructus, & alter titulum beneficij,

neficij, sine fructibus. vt etiam dicam infra. vt ecclesiastica beneficia. & tamen non apponitur clausula in literis Apostolicis, huiusmodi reseruationis, quæ apponitur de stilo cancellariæ, in commendis apponitur clausula, ita tamē, quòd dicta ecclesia debitis, & consuetis propterea nō defraudetur obsequijs, & cura animarum nō negligatur. In hoc casu saluo saniori sensu semper tenerem, quòd habens fructus, de iure teneatur alere. habentem titulum. per not. in c. extirpandæ. de præben. ne cultus diuinus deseratur. Cum spiritualia diù esse non possint sine temporalibus. Aliàs esset spolium, & talis teneretur ad perceptorum omnium restitutionem. Red-

5 ditus † enim ecclesiarum sunt stipendia militantium, & cibus Pastorum, & non luporum. & hoc dico, quando debitum obsequium non impendunt ecclesiæ, nec per se, nec per alios: & licet tales non teneantur ad residentiam, cum nō habeant titulum, sed fructus tantum, quicquid dicatur in foro contentioso, credo, quòd nō sufficit ad salutem, sed tales teneantur suis expensis prouidere, quòd ecclesiæ decenter seruiatur, & populus sufficienter regatur.

Redeo ad primum. & secundum quæsitum, in quibus Innoc. in c. clericos. hoc eo. tit. dicit, quòd nedum beneficia, habentia curam animarum, requirunt residentiam. sed etiam simplicia, quibus hoc competit ex statuto, vel priuilegio, aut consuetudine approbata, in fi. tamen dicit, intel

6 ligo tamen, quòd † omne beneficium residētiam requirit, nisi contrarium constet, & ibi completa posuit ad materiam, vbi vide.

7 Ad tertium, qualiter † clericus debeat residere. Host. hoc eo. tit. §. ij. dicit, in propria persona, faciendo seruitium ecclesiæ. vt not. in c. quia nonnulli. cum c. seq. eo. tit. & in c. proposuit. de fil. presbyt. ad hoc enim constituta sunt ecclesiastica beneficia, vt seruitium indè fiat: parum e-

8 nim † est præsentiam sui exhibere, & curam, seu seruitium ecclesiæ negligere, vt not. in c. quia nonnulli. de cler. non resi. Et ex hoc Altisiodorensis in sua sum. & idem Frbur. reprehendunt consuetudinem nonnullarum ecclesiarum, quæ admittunt Canonicos pro residentibus, licet non sint in choro, nec in habitu residentibus congruo. vel non resident in choro, sed deambulant in atrio ecclesiæ, vel per ecclesiam, vt hodie videmus.

9 Ad quartum dico, quòd † in sex casibus quis excusatur non residendo.

Primus, si infirmatur sine culpa sua.

Secundus, absens causa studij.

Tertius, absens pro defensione rerum, & iurium ecclesiæ.

Quartus, qui est in seruitio Papæ.

Quintus, effectus impotens impotentia perpetua ad seruiendum ecclesiæ, etiam sine culpa sua. vt not. in c. cum dilectus. de cle. non resi.

Sextus, duo Canonici, aut beneficiati, seruientes Episcopo. vt in c. de cætero. ad audientiam. eo. tit.

10 Sed quæro, an hoc intelligitur, quòd † censeantur præsentes quoad fructus beneficij, an verò quoad distributiones quotidianas?

Dicito, quòd quoad fructus tantum, non autem quoad distributiones quotidianas, vt not. in c. de cætero. eo. tit. Quia illæ tantum interessentibus personaliter verè, non autem fictè dantur. vt ibi. Immo etiam si essent in seruitijs Papæ, non recipiunt tales distributiones. vt dixit gl. in c. cum dilectus. hoc eo. tit.

11 Ad quintum, quis † excusetur à residentia, & possit per Vicarium deseruire. Dicito secundum Host. hoc eo. tit. §. iij. versi. quæ sit pœna quòd quilibet iustè impeditus, iux. not. in c. inter quatuor. hoc eo. tit. sed cessante impedimento redire tenetur ad ecclesiam. vt not. in cap. præsentium. vij. quæst. prima.

Ad sextum, & vltimum distinguendum est,

12 quod † aut quæritur de dispensatione perpetua, aut ad tempus, pro casu, solus Papa dispensat. in ij. verò Episcopus potest dispensare. vt est tex. in c. licet canon. de elect. in vj.

Sed quæro, si quis habet duo incompatibilia ex dispensatione Apostolica, quis secum dispensabit de non residendo.

13 Dicito, † quòd ille solus, qui dispensauit cum eo ad duo.

Quinimmo aliqui volunt, quòd dispensando ad duo tacitè dispensatur de residendo in altero tantum, propter clausulam, quæ in literis Apostolicis apponitur, dum prouidetur de secundo, vel dispensatur ad duo, vel tria. Videlicet, dum tamen animarum cura in ea non negligatur, & debitis propterea non defraudetur obsequijs, vel diuinus cultus non negligatur in ea. quæ clausula pariter ponitur in commendis, & perpetuis administrationibus quorumcumque ecclesiasticorum beneficiorum, & dignitatum. & sic hodie seruat Cancellaria, & Camera Apostolica.

14 Tamen curia seruat, quòd † expressè dispensetur per sedem Apostolicam de non residendo, propter rationabiles causas, quæ exprimuntur in literis Apostolicis, & huiusmodi dispensationes possunt expediri per officium pœnitentiariæ. Pro curialibus verò datur per solam signaturā, absque aliarum literarum desuper expeditione, cum derogatione regulæ, qua cauetur, quòd in dispensationibus non confectis literis, gratia non suffragetur. & intellige illam regulam, quòd gratia non propterea perditur, sed eius tantum effectus retardatur, donec literæ expediantur, firma

manente

manente gratia, suspenso vsu gladij. Et aliàs mihi respondit D. Mercurius de Vipera Beneuentanus Auditor.

Sed pro pleniori instructione huius materiæ,
15 dicito, quòd † xij. sunt casus, in quibus quis potest sine peccato per Vicarium deseruire sine superioris dispensatione, secundum Host. in sum. de offic. Vica. in §. iij. & in quibus dicendum est, quòd regulariter debet quilibet personaliter deseruire. vt not. in c. quia nonnulli. & c. relatum. hoc eo. tit. fallit tamen.

Primus ratione occupationis, & hac ratione excusatur Episcopus, qui habet sub se Vicarium, & excusatur quotidie non interessendo diuinis. Et idem dicitur de quolibet circa Rempublicam Ecclesiæ occupato. vt not. in cap. j. de celebrat.
16 miss. Requiritur tamen, quòd quolibet die Dominico sit in Ecclesia, & alijs diebus solemnibus, nisi necessitas eum excuset. vt not. in c. temporis. in fi. vij. q. j.

Secundus, ratione consuetudinis, siue statuti. vt not. in cap. cum omnes. de constitut. in fine.

17 Tertius, † ratione priuilegij, seu dispensationis, vt supra diximus, vt not. in c. proposuit. de fil. presbyter. & hoc, vt dixi, tota die concedit D. N. Papa sub pluralitate beneficiorum cum clausula, de qua supra. Dummodo cura animarum non negligatur. &c. Et per Vicarios faciat ecclesiæ deseruiri. Sed attende, quòd contra hunc casum, videtur tex. in c. cum ad hæc. hoc eo. tit. vbi not. quòd prælatus potest venire contra huiusmodi dispensationem, si ecclesia sit
18 seruitoribus destituta. Et hoc casu † consuetudo non prodesset, cum in eo inciperet esse ecclesiæ onerosa, & irrationabilis, ideo non tenenda, nec seruanda. vt in c. j. & fi. de constit.

Quartus, ratione remotionis, & distantiæ locorum ob animarum periclitationis periculum, iuxta casum. & ibi not. in c. ad audientiam. el j. de eccl. ædific.

Quintus, ratione religionis. vt not. in capit. de monachis. de præbend. & in capit. in Lateranensi.

Sextus, ratione diuersitatis gentium, & idiomatis. vt not. in c. quoniam. de offi. ord. hodie tamen prouisum est per regulam Cancellariæ Apostolicæ de idiomate, & solet esse xix. numero, qua cauetur, quòd non prouideatur de curato ignoranti idioma.

Septimus, ratione prædicationis. vt not. in c. quòd ad Dei timorem. de stat. mona. in fi. ibi tamẽ potius videtur esse socius, quàm Vicarius. Sed videtur melior tex. hoc probans in c. inter cætera. de offic. ordina.

Octauus, ratione perplexitatis, seu annexionis, vel vnionis, vt quando quis habet præbendam in Ecclesia Cathedrali, cui annexa est cura parrochialis ecclesiæ, vt in ecclesia Tridentina: quia tunc talis Canonicus tenetur residere in cathedrali, & deseruiri facere parrochiali per vicarium. vt not. in c. extirpandæ. de præben. §. qui vero. & in c. exposuisti. eo. ti. Idem dicito de omnibus vnitis, annexis, & incorporatis ad inuicem, & tunc habens titulum tenetur alere vicarium. vt not. in c. extirpandæ. de præben.

Nonus, ratione defectus, seu debilitatis superuenientis, vt not. in c. j. vij. q. j. vt supra diximus, sine culpa, & in c. j. de cler. ægrot. & ca. fin. quia tunc potest per vicarium deseruire: tamen in hoc casu dicerem, hunc esse coadiutorem, & non vicarium.

Et hodie huiusmodi coadiutores dantur per Papam cum successione de consensu ægrotantis. vidi etiam dari sine consensu senibus, & decrepitis reclamantibus, & aliàs omnes referendarij habuimus in mandatis, vt in supplicationibus resignationum semper apponeremus clausulam, citra regressus, & accessus, & coadiutores de consensu. Et hodie multi obtinent sibi dari coadiutores cum successione sine legitima causa, cum eis non egeant. sed vt tantum detur successio in beneficijs, & etiam in cathedralibus, vt pridiè vidi in Ecclesia Marsicana.

Decimus, ratione necessariæ profectionis, vt in cruce signatis, vt in c. fi. de voto, & in c. peruenit. de appell.

Vndecimus, est ratione voluntariæ perfectionis, vtilis tamen, & honestæ. puta causa studiorum, vt supra diximus, seu peregrinationis de licentia sui Prælati, vt in dicto cap. relatum, supra allegato, & in cap. non oportet. de consec. dist. j. Sed attende, quòd in his duobus casibus non datur perpetuus Vicarius, sed ad tempus studij, vel peregrinationis necessariæ: quia cessat causa impulsiua.

Duodecimus, ratione augmenti diuini cultus, sanctitatis, & quietis, scilicet, quando Ecclesia bene abundat redditibus. argu. not. in capit. ex parte. de constit. faciunt etiam not. in cap. cum M. Ferrariensis. eo. tit. sed hoc casu non absoluitur rector à residentia: alioquin diuinus cultus non augeretur.

Tertium decimum addo, quòd vbicunque permissum est alicui habere plura beneficia, permissum est, & per Vicarium deseruire, vt etiam supra diximus, & hæc volui epilogasse pro faciliori huius materiæ extricatione.

19 Postremò quæro, an † in supra dictis casibus in dispensatione requiratur ministeriũ superioris, an verò tales sint ipso iure dispensati? credo, quòd ipso iure. vt videmus in Episcopo, & in consuetudine, in priuilegiato non est dubiũ. In remoto

est text. in dicto c. ad audientiam. In religioso idem, vt in dicto c. de monachis. In diuersitate gentium idem, vt in dicto cap. quoniam. de offic. ordi. Et idem de prædicatione, & sequentibus, per iura supra allegata, in quibus à iure innuitur facultas residendi per Vicarium. Ergo non requiritur superioris authoritas, aut dispensatio, secundum Host. vt supra dixi. in princip. q. ante primum casum.

S V M M AE.

1 *Nemo potest in beneficijs ecclesiasticis esse pluralis sine dispensatione, etiam in simplicibus.*

De Præbendis, & Dignitatibus.

QVIA sub hac rubrica ea omnia veniunt examinanda, & deducenda circa dispensationem, quæ in septima, & vltima parte huius operis, in qua de pluralitate beneficiorum, & dispensatione circa eam tractaturi sumus, continebuntur. Ideò, ne idem repetamus, reseruabimus sub dicta parte, hic tantum ponentes regulam,
1 quòd † nemo potest in beneficijs ecclesiasticis esse pluralis sine dispensatione, etiam in simplicibus. cætera ibi dicemus copiosius.

Sequitur rubrica, de clerico ægrotante, secundum ordinem decretalium in materia nostra irregularitatis, & dispensationis: sed quia est de irregularitatibus, prouenientibus sine peccato. Ideo posui supra, in quinta parte huius operis, in qua tractauimus de irregularitatibus prouenientibus sine culpa, & sine peccato, & dispensatione cum eis.

S V M M AE.

1 *Pœna malè instituendis, quæ sit.*
2 *Instituens malè, quem ad beneficium Ecclesiasticum, sed iusto impedimento, an puniatur, & quale dicatur iustum impedimentum.*
3 *Pœna malè instituti, quæ sit.*
4 *Doctor semel approbatus, potest reprobari.*
5 *Institutus ad sacros ordines malè destituitur: & per quem, & quo ordine.*
6 *Episcoporum numerus, qui in depositione Episcopi interuenit, pariter quoque in restitutione interuenire debet.*
7 *Sic pariter eodem ordine.*
8 *Institutio fit solo verbo, scilicet, te instituo, sic pariter destitutio.*
9 *Absolutio, an possit fieri solo verbo, sicut excommunicatio.*
10 *Intrusus, quis dicatur.*
11 *Dispensare cum malè institutis, quis possit.*
12 *Congruens se non idoneum ad regendum beneficium, & sic possidet, quod suum non est, tenetur illud dimittere sub pœna peccati mortalis.*
13 *Nesciens, non valens, vel nolens deseruire beneficio, non facit fructus suos.*
14 *Habens amplum patrimonium, non deseruiens beneficio, tenetur illud dimittere, sub moderamine tamen, & temperamento.*
15 *Pontifex, an possit dispensare, vt quis contra propriam conscientiam teneat beneficium.*
16 *Pontifici obediendum non est, quando extat lex contra conscientiam.*

De Institutionibus.

BENEFICIVM ecclesiasticum non potest licitè sine institutione canonica obtineri. & hæc est prima regula iuris in sexto. super qua Petr. de Anchara. dixit, fore attendendum, quòd non dixit possideri: quia possessio cum proprietate nil habet commune inter se, vt plenè per Hostien. in sum. de causa proprietatis. in §. an quæstio possessionis, & proprietatis possit simul tractari, quamuis potest possidere sine titulo, vel institutione, & habere canonicam institutionem, sine possessione. vt quotidie videmus. ideo sex videnda essent sub hac rubrica, ante quam deueniamus ad subiectum materiæ nostræ dispensationis.

Primò, quid sit institutio.

Secundò, quis possit instituere.

Tertiò, quis possit institui.

Quartò, qualiter fienda sit institutio.

Quintò, quæ differentia sit inter institutionem, & inuestituram.

Sextò, quod ius acquiratur instituto.

Et demum descendere ad principale propositum nostrum. In quo duo principaliter videnda sunt.

Et primò, quæ sit pœna malè instituentis.

Secundò malè instituti ex eius defectu, & insufficientia: quia non sunt idonei. Et sub hac successiuè, similiter quatuor videnda sunt.

Primò videndum est de malè institutis, coloratè tamen institutis, & sunt idonei.

Secundò, de omnino non institutis.

Tertiò de intrusis.

Quartò, quis possit dispensare cum malè, coloratè tamen institutis, & hæc multipliciter.

Primò, super titulo.

Secundò, super fructibus malè perceptis, à die habitæ possessionis.

Tertiò, quid de fructibus non perceptis, quos verisimiliter percipere potuisset.

Quartò,

Quartò, an taliter dispensatus sit tutus in foro conscientiæ.

Quintò, an malè institutus absolutè, & non obtenta dispensatione à superiore, à quo obtinenda est de necessitate salutis æternæ, teneatur dimittere beneficium.

Sextò, an simoniacè institutus, bona fide tamen, quoad se in simonia, puta paterna, teneatur similiter de necessitate salutis illud dimittere, licet non habeat quoad se conscientiam læsam.

Septimò, an canonicè institutus, si agnoscit se indignum, & insufficientem ad illud regendum, teneatur de necessitate salutis illud dimittere, & resignare in manibus superioris collatoris.

Octauò, an canonicè institutus & idoneus, non tamen residens, nec per se, nec per vicariũ, vel substitutum sine dispensatione faciat fructus suos. Et an teneatur ad illorum restitutionem. & quis cum eo super ipsorum retentione dispẽsare possit.

Nonò, an super huiusmodi dispẽsatione fienda, aliqui sint vocandi, puta illi, ad quos fructuum deuolutio de iure fit in casu malæ perceptionis.

Decimò, an camera Apostolica possit de iure succedere in huiusmodi fructibus, vt aliqui hodie tenent.

Sed quia de sex primis Hosti. in sum. satis dixit, ideo super illis non instabimus, ne transplãtemus. Sed capiendo illa duo principalia, videlicet quæ sit pœna malè instituentis, secundo de pœna malè instituti, & successiuè de reliquis.

1 Quæro, † quæ sit pœna malè instituentis? Hosti. in sum. de elec. in §. quam pœnam. Dicit, q̃ punitur iniustè promouẽs ad beneficium, aut propter negligentiam, & delicti scientiam, aut propter solam negligẽtiam, aut propter delictũ. Si propter delicti scientiam & negligentiam, puta, habens beneficium cum cura, recipit secundum, & cum eo primum tenet sine dispensatione contra Concilium Lateranen. & fructus recipit, est fur, & latro. vt not. in c. dudum. el secondo, de elect. primo responso. Sciente, & patiente, seu dissimulante Prælato, ad quem pertinet collatio ipsius primi beneficij. Et sic tacitè particeps est delicti. vt not. in c. consentire. & c. error. lxxxiij. dist. & si negligit per sex menses, in hoc casu propter negligentiam potestas conferendi ad proximum superiorem deuoluitur, & propter delicti scientiam ecclesiæ, quam conferre debuit, tantum de suis prouentibus restituere cogitur, quantum à tempore vacationis constiterit esse perceptum. sic not. in c. de multa. de præben. in §. & si vltra sex menses. quod intelligunt Doct. de suis, i. proprijs, per not. in c. reprehensibilis. §. penult. de appel. Alioquin non puniretur, cum delictum personæ sequatur personam. vt not. in c. cũ venerabilis. §. intelleximus. de except.

Sed quid si prælatus de suo non sit soluendo? dicas, quòd punietur pœna arbitraria. arg. not. in c. illud. xvj. q. vj. Et hæc est pœna malè instituentis in his casibus.

Si verò propter suam negligentiam tantum, tunc aut in maioribus, aut minoribus beneficijs.

Si in maioribus, tunc, iusto impedimento cessante, elapsis tribus mensibus à die vacationis, & scientiæ numerandis, potestas ad proximum superiorem deuoluitur. vt not. idem Host. in sum. eo. tit. de elec. §. quanto tempore.

2 Sed quæro, † quale impedimentum dicatur iustum in hoc casu, dicas, quòd iustum impedimentum tunc dicitur, quando introducta esset electio, vel collatio, vt not. in c. si. de elect. Item etiam si canonici essent excommunicati, vel interdicti, aut suspensi, etiam culpa sua: quia tunc non ad Archiepiscopum, sed ad Papam potestas deuoluitur. vt not. in c. quia diuersitatem. de conces. præben. Item quia primus electus noluit consentire, nec secundus, nec tertius. vt not. in c. de Syracusanæ. xxviij. dist. & in c. bene nouit. lxj. dist. vel non reperitur aliquis idoneus, quo casu licitum est vni personæ habere plura beneficia, etiam sine dispensatione, vel poterit dispensari per suum Episcopum. vt not. in c. cum nostris. de conces. præben. in §. fin. & not. in §. j. xxj. q. j. & in c. suam. de ætat. & qualit. Et plenius dicemus infra in septima, & vltima parte huius operis, in qua tractabimus de pluralitate beneficiorum.

Si in minoribus beneficijs committitur negligentia, tunc elapsis sex mensibus, potestas ad superiorem deuoluitur, & proceditur, sicut not. in c. nulla. in §. cum vero præbendas. & §. sequenti. de conces. præben. & copiosius vide Hostien. in d. §. quam pœnam. per totum.

3 De secundo † quæ sit pœna malè instituti, dicas, quòd destituatur, pro quo est glo. in c. cum secundum Apostolum. de præbendis. in verbo

4 proponere, & ibi Doct. sicut dicimus, quòd † doctor semel approbatus potest reprobari vt indoctus. vt not. Doct. in cap. de illis. de despon. impub.

5 Sed quæro, per † quem destituetur, & quo ordine? dicas, quòd per eundem, vel eosdem, qui instituit vel eius proximum superiorem, causa malè institutionis emergente, & ad notitiam nouiter veniente. argu. glo. in c. cum aliquis. xij. quæst. vltima. in principio. ibi argumen. † quòd in restitutione Episcopi, tot interesse Episcopi, quot fuerunt in depositione, faciunt

ad præcedentis, & sequentia ea, quæ not. in l.
grāmaticos.C. de profes. & med. lib.x. & Abb.
Sicul.in cap.cum secundum.de præben.iij.col.
in verbo præponere.& in c.j. de magis. in fin. &
in c.de illis.in gloss. fin. de despons. impube.fa-
ciunt not. in l.gradatim. §. reprobari.ff.de mu-
ner. & hon.& idem Sicul. in c. cum venerabi-
lis.in vlt. col.de excep. vbi ponit, an scholaris,
approbatus in rectorem, possit reprobari.
7 De ordine autem, aliqui dicunt † quòd idem
ordo, qui seruatur in institutione, seruetur & in
8 destitutione. Sed institutio † fit solo verbo, vt
te instituo, sic & destitutio per verbum, te de-
stituo, & exemplificant in fulminatione censu-
rarum ecclesiasticarum, in quibus de iure suffi-
cit dicere, excommunico te, aggrauo te, suspen
do te à diuinis, & similiter, absoluo te, quòd est
excommunicatus, aggrauatus, interdictus, &
similiter absolutio solo verbo, ita tenet gloss. in
c.comperimus in verbo munitus. & est glo. fin.
xiij.q.iij.tamen ibi ille magnus, de quo in tex.nō
erat excommunicatus: quia Laurentius, qui eū
excommunicauerat, erat hæreticus: tamen ibi
9 gloss. tenet, quòd † solo verbo possit absolui,
sicut excommunicari. contra quam hodiè est
tex.in c.j.de sent.excom.in vj.qui vult, quòd ex-
communicatio feratur in scriptis, cum expres-
sione causæ, & imponit pœnam iudicibus con-
trafacientibus. Sed prius dictum potest saluari,
& quòd vtrunque sit verum, & quòd solo ver-
bo quis excommunicetur, & similiter absolua-
tur. vt practica Ro. curiæ nos docet. Nam vi-
demus corā Auditore Cameræ Apostolicæ quo-
tidie seruari, quòd si quis non paret monitorio,
iterum citatur ad videndum se excommunica-
ri, & declarari: quia non paruit, & Auditor cō-
minatur censuras, quòd nisi ad primam pa-
ruerit, ipsum excommunicabit, & hæc propriè
est comminatio. Et si ad primam non paret, Au
ditor excommunicat, hoc modo, videlicet: quia
scribit manu sua in manuali notarij hæc verba,
Excōmunicamus: & nihil vltra. nam verba præ-
cedunt scripturam, vel saltē vnico contextu fit:
quia Auditor, seu eius locumtenens, parte petē-
te aduersarium excommunicari, constito de ci-
tatione per relationem cursoris, Auditor respō-
det intelligibili voce, excommunicamus, & illi-
cò scribit in manuali, vt supra, videlicet excom
municamus, & inde notarius extrahit literas,
seu instrumentum: quia quando prius citatur
ad videndū se excommunicari, additur etiam in
cædula citationis, & literas decerni. Et sic seruat
practica curiæ, ex qua saluatur vtrunq; dictum.
In absolutione verò non sic: quia semper vi-
di excommunicatos à dicto Auditore, vel eius
locumtenente absolutionem petentes, genibus
flexis eam petere, & iurare de parendo manda-
tis ecclesiæ. Et Auditor debet vti verbis abso-
lutorijs, videlicet Absoluo te a vinculo excom-
municationis, quo innodatus existis, & restituo
te gremio, & vnitati Sāctæ matris Ecclesiæ &c.
Quòd tamen hæc verba sint de necessitate, aut
de substantia absolutionis, credo, quòd non, vt
etiam tenet Petr. de Tarantasia, de sent.excom.
in rubrica de forma absolutionis. Nec obstat
his forma tradita in concilio Toletano, de qua
in c.cum aliquis.xij. q. vlt. quia ibi loquitur de
anathematizato & solenniter excommunicato,
qui etiam solemniter est absoluendus.
Capio secundum membrum, videlicet de ma
lè, coloratè tamen institutis, qui aliàs sunt ido-
nei. Respondeo, quòd habentes titulum, seu in-
stitutionem coloratam, non sunt amouendi si-
ne causæ cognitione, & donec deleatur color,
& dum est in bona fide, facit fructus suos: quia
ille dicitur habere titulum coloratum, qui ha-
bet ab eo, qui aliàs de iure conferre potest. vt
not.in c.dudum. de deci. ibi intentione tua, de
iure communi fundata. & glo. in c. si diligenti
de præscrip. in verbo bona fides, & ibi doc.licet
beneficium aliter sit affectum, quòd per ordina-
rium collatorem conferri non possit, puta, quia
vacauit per obitum curialis in Ro.cu. vel extra,
vel familiaris Papæ, vel officialis curiæ, vel col-
lector, aut subcollector, viuēs in prouincia fru-
ctuum, & debitorum cameræ Apostolicæ, vel
alicuius sanctæ Rom. Ecclesiæ Cardinalis fami-
liaris, & continuus commensalis, vel erat prima
dignitas post Pōtificalem, vel maior in collegia-
ta, excedens valorem x.duc. Et hoc propter re-
gulas cancellariæ à prima, vsque ad septimam
inclusiuè. Et licet in his regula dicat, si benefi-
cia huiusmodi familiarium fuerint acquisita, du
rante familiaritate, tamen hodiè curia, & Rota
seruant de omnibus beneficiis acquisitis, tam
ante, quàm durante familiaritate. De acquisi-
tis tamen post familiaritatem, & ea finita audi-
ui à dominis Auditoribus Rotæ, quòd illa non
erant reseruata, tamen trahunt omnia ad reser-
uationem, licet regula dicat, durante familia-
ritate: quia domini Cardinales dicuntur non
subesse regulis cancellariæ, & sic non curant
de regula, & ita iudicauit Rota pluries, vt
vidi.
De non institutis, & intrusis verò dicendum
est, ipsos non esse tolerandos in possessione, vt
dicit Innocen. in cap.qualiter, & quando, el se-
cundo, de accus. & Bald. in l. penult. C. de in-
ter. actio. Immò omnes notoriè intrusi, hodiè
sunt excommunicati per extrauagantem Clem.
Quinti.in concil. Viennen. quæ tamen non fuit
redacta in corpore clementinarum.
10 Quis aūt dicatur intrusus. dicas, q † intrusus
dr̄, q pter supioris auctoritatē ingredit bñficiū.
Item

Item dicitur intrusus, qui habet beneficium à superiore excommunicato suspẽso, vel interdicto. ꝑ prima diffinitione, videto Io. An. & alios post eum in c. cũ satis. de offi. Archid. & in c. veniẽs. de accus. & c. cum nostris. & c. literis. de cõcess. præbẽ. & Host. in c. in literis. de resti. spol. & Inno. in c. nihil. de elec. & in c. cum venissent. de resti. in integ. & not. in c. cum iamdudum. de præben. & eundem Inno. & alios in c. transmissam. de elec. & tex. in c. quia diuersitatem. de concess. præbendæ.

Pro secũda est tex. & not. in c. tanta. de exces. prælа. & in c. cum qui. de præben. in vj.

Dicitur etiam intrusus qui cunq; propria auctoritate ingreditur ecclesiasticum beneficium, licet sit canonicè electus, dum tamen non sit cõfirmatus, vt not. Inno. in d. c. nihil. de elec. sed est text. in c. cum iamdudum. de præben. & de materia intrusorum, vide Rotam in antiquis, deci. ccccxv. incip. nota, ꝙ intrusus est. & Io. de Imo. consil. suo. cxxxij. incip. in Cantauriensi Archidiaconorum.

Intrusus pluribus modis dici potest, quos posuit Domi. de sancto Gemi. in c. propter ecclesiasticas. xix. dist. qui posuit sex modos intrusionis, quem refert, & sequitur Do. meus Fel. in c. in nostra. de rescript. in ix. col. in §. primum corellariũ. in versi. quot modis autem dicatur intrusus.

11 Sed descendendo ad principale propositum nostrum dispẽsationis, circa tertium quæsitum, quis possit dispensare cum malè institutis, item cum malè, sed coloratè tamen institutis, tam respectu tituli, quàm fructuum malè perceptorũ, & quos verisimiliter percipere potuisset à die, tã intrusionis, quàm malè institutionis in habentibus titulum coloratum. Dicito, ꝙ solus Papa, tã respectu tituli, quàm fructuum malè perceptorum, etiã quos verisimiliter percipere potuisset. Et attende, ꝙ huiusmodi dispensatio habet compositionem cum Camera Apostolica super fructibus tantum, non super titu. tamen compositio Cameræ hodie est reducta ad Datarium. & ex his infertur, ꝙ fructus malè percepti cedũt Cameræ Apostolicę, quod mihi durum videtur, cum Camera nunquam de iure succedat in fructibus beneficiorum, tam vacantium, quàm vacaturorum, nisi Papa sibi specialiter illos reseruauerit, & successiuè donauerit, vel indulserit Cameræ suę Apostolicę. vt in terminis tenet Rota deci. dccclvj. in antiq. incipi. Camera Apostolica recipit spolia: quia fructus decedentium cędunt in vtilitatem successoris, si beneficium est curatum, vel sit dignitas personatus, vel administratio habens præeminentiam. si vero est simplex, vt canonicatus, vel aliud simplex, tunc aut præbenda fuit instituta per capitulum, & tunc huiusmodi fructus cædunt capitulo, & eius mẽsæ. Aut fuit instituta aliunde sine reseruatione iuris patronatus. Et tunc reseruãtur successori, nisi decedens disposuerit de illis: quia talis potest disponere in vita, & morte. per ea quæ not. per Ioan. And. in c. cum esses. de testa. & in c. præsenti. de offi. ordi. in glo. in verbo reseruari. & per Martinum de Laud. post eum, in tractatu de conscientia. q. xv. In terminis autem nostris, in quibus malè institutus, vel intrusus nõ habet bonorum administrationem, cessantibus distinctionibus prædictis, tam de constitutione præbendæ, quàm de successore. bene credo, quòd ad solum Papam immediatè spectet dispositio, qui in beneficialibus habet latissimas habenas, & maxime in beneficijs, quæ sunt introducta de iure positiuo, & per ecclesiam, non autem de iure diuino: quia in illis Theologi & Canonistæ satis dubitant, an Papa habeat plenitudinem potestatis, vt sunt Episcopatus & parrochiales ecclesiæ, propter tex. in c. in nouo. xxj. dist. ibi, vnde ab eis electi sunt lxxij. discipuli, quorum typum gerunt presbyteri, atque in eorum loco constituti sunt in ecclesia, dicentes, quòd rectores parrochialium, quoad curam animarum, successerũt loco illorum lxxij. Episcopi verò loco Apostolorum, vt dicit ille tex. & sic, quòd Papa non dispẽset cum eis, quod credo falsum, cum imò in beneficialibus Papa habeat latissimas habenas. Imò posset etiam sine causa deponere multos Episcopos, non dico omnes Episcopos: quia tunc decoloraretur status vniuersalis Ecclesiæ, & sic ipse solus posset destruere ecclesiam, quod non est dicendum cum Christus ipsam ordinauerit, & fundauerit in sanguine suo, & dixit Apostolis. Ero vobiscum vsque ad consummationem sæculi. vt Matth. vlt. Et si solus Papa posset ecclesiam destruere, sequeretur vnum, quod est hæreticum dicere, videlicet, quòd ecclesia non esset bene fundata, contra illud Deuteron. xxxij. Date gloriam Deo vestro, perfecta enim sunt opera Dei. Potest ergo solus Papa dispensare super titulo infecto, tamen non dispensat, quòd malè institutus teneat beneficium sub titulo infecto, sed dispensat secum quod illud habeat ex nouo canonico titulo, & denuò prouidet, & sic seruatur quotidie in curia, quia vbi dubitatur de canonico titulo fit noua prouisio. De fructibus autem componitur cum Camera, vel Datario, vt supra dixi, & tam de indebitè perceptis, quàm de illis, quos verisimiliter percipere potuisset.

Et ex his respondetur ad quartum, & quintum, videlicet, quòd sic dispensatus, est tutus in vtroque foro, cum Papa sit dominus cunctorũ beneficiorum ecclesiasticorũ. ut not. in c. cuncta ꝑ mundũ. x. q. iij. & c. p principalẽ. Et aliter malè institutus, non dispensatus, nõ facit fructus suos,

 & de

& de necessitate salutis tenetur restituere quic-
quid accepit, & beneficium dimittere, vt not.
Pet. de Anchar. & alij in præalleg. regula prima.
Ad sextum, dici posset, quod est monendus,
vt dimittat, non autem cogendus, cum non fue-
rit in dolo, nec culpa, nec habuit intẽtionem pec
candi. Contrarium tamen verius est, vt dimit-
tat, & resignet. sed tunc collator debet illi sine
difficultate beneficium canonicè conferre. vt est
tex. & not. in c. ex insinuatione. & c. seq. de symo.
& ibi Abb. & omnes, vbi dicunt, quòd in hoc est
dispensatio. de hoc latius dicemus infra de sym.
Ad septimum dicito, quòd quicquid fit con-
tra conscientiam ædificat ad gehennam. vt not.
in cap. fi. de præscrip. & in cap. literas. de resti-
12 tu. spol. Sed sciens, † & cognoscens se non ido-
neum, & insufficientem ad regendum benefi-
cium, & sic possidet quod suum non est, tenetur
illud dimittere sub pœna peccati mortalis, pro-
pter quod punietur gehennæ, idest ignis æterni,
vt dicit Abb. in c. per tuas. el secundo. in princi.
de symo. & in c. & si quæstiones. eo. tit. in princi.
faciũt, quæ nut, in c. literas. de rest. spol. & Abb.
in c. fi. in princ. de præscrip. Nam non sciens,
13 † non valens, vel nolens deseruire beneficio, nõ
facit fructus suos. vt not. Inn. & Host. in c. Episco
pus. de præben. & ibi Abb. & idem in c. postula-
sti. de præscrip. in ij. col. & ibidem copiosius per
14 And. Sicul. Quinimmo † habens amplũ patrimo
niũ, non deseruiens bñficio, tenetur illud dimit-
tere, sub moderamine tamẽ, & temperamento,
de quo per Dom. Abb. Sicul. in sua disputatione
incip. Titius clericus. & de hac materia, vide Ar-
chid. in c. statutum. de rescrip. in vj. Inno. in c. E-
piscopus. de præben. & ibidem per And. Sicul.
& per eundem plenissimè in c. postulasti. in glo.
fi. de rescrip. & per Abb. ante eum ibidem. & per
Io. de Lig. in cle. gratiæ. de rescrip. & bo. glo. in
c. illi. xij. q. j.
15 Sed nunquid Papa † poterit dispensare, vt con
tra propriam conscientiam teneat beneficium.
16 Dic, quòd contra legem conscientiæ non est obe
diendum superiori, etiam Papæ. tex. & ibi Abb.
in c. inquisitioni. de sent. excom. & ex his respon
sum fit ad octauum quæsitum.
Ad nonum, & decimum dico, quòd supposi-
to id, quod supra dixi. videlicet, quòd hodie Ca-
mera Apostolica succedit in fructibus malè
perceptis, & super dispensatione cum eis com-
ponitur, vt dixi, nemo est vocandus, quia Papa
sua potestate dispensat. Et tunc quamquam a-
gatur de præiudicio tertij, non tamen immedia-
tè, sed mediatè. Et Papa supplet, vt si fructus ca-
derent in tali casu in vtilitatem Capituli, vel futu
ri successoris, tunc Papa, & Camera eius est loco
vtriusque. Quia omnia beneficia sunt Papæ, &
recognoscuntur ab eo. Ideo nemo est vocandus,
& hodie Camera succedit in spolijs, & fructi-
bus malè perceptis. Et sic seruat curia, quicquid
dixerit Rota in d. decisi. DCCCLVJ. in antiquis. &
hoc credo propter plenitudinem potestatis, quã
solus habet, ergo nullus est supra eum. vt not. in
c. licet. in fi. de elect. & ibi Abb. & idem in c. vni-
co. vt ecclesiastica beneficia, in decima nota. &
idem Abb. in c. proposuit. de concess. præben. &
c. significasti. de elect. & c. innotuit. eo. tit.

S V M M Æ.

1 *Episcopus cum capitulo, an aliquando possit contra*
ius scriptum dispensare.
2 *Pontifex solus potest separare pensionem à titulo, &*
etiam quòd pensionibus detur successor.
3 *Consensus, qui præstatur in litteris Apostolicis, an*
referatur ad diem præstiti consensus in Cancella-
ria, vel Camera Apostolica, vel potius ad diem
signaturæ, & datæ supplicationis.

Vt Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.

HÆc rubrica continet regulam, vt
dicit Host. hic, in sum. in principio,
& repetitur in c. si quis præbendas.
j. q. iij. & xv. q. j. si quis monachus.
j. q. vij. quicunque. & in c. commis-
sum. de decim. & in c. ex parte. & c. tua. & c. ex
transmissa. eo. tit. & in c. auratiæ. de decim. & c.
de monachis. eo. tit. & in c. prohibemus. & c. gra
uis. de censi.
Fallit hæc regula: quia prælatus potest cum
capitulo suo, non tamen cum eo, cui daturus est
beneficium, ante collationem factam publicè,
& palam, vt omnis tollatur suspicio, pro iusta, &
necessaria causa ad tempus dispensare. vt deti-
neantur fructus beneficij sic vacantis. vt est tex.
1 in c. vnico. eo. tit. §. fi. & sic est hic casus † in quo
Episcopus cum capitulo dispensat cõtra ius scri
ptum: sed dic, quòd idem ius, hoc ex causa per-
mittit. vt in d. c. vnico.
Sed ex his videtur posse dici, quòd poterit si-
militer Episcopus dispensare in omnibus vaca-
turis, vel etiam vacantibus beneficijs, antequam
conferantur, & sic regula de nihilo seruiet. Sol.
dic, quòd non, nisi ex speciali gratia sedis Apo-
stolicæ. vt est tex. in c. tua. quod est c. pen. de ver-
bo. signific.
Sed quid dicemus de pensionibus, per quas
nedum fit diminutio, immo interdum in totum
fructus à titulo separantur. Cum Papa vni det
titulum, & alteri fructus, loco annuæ pensionis,
vt quotidie videmus fieri in curia, vt supra dixi-
2 mus, de cler. non residen. Dicas, quòd † solus
Papa

Papa hoc facit, immo etiam facit, quòd in pensionibus dentur successores, etiam in mortis articulo: & practica est, ꝙ in litteris pensionum apponatur clausula, videlicet quòd pensio huiusmodi transferri possit in vnam, vel plures personas in totum, vel in parte, etiam in mortis articulo. hoc tamen fit de consensu soluentis pensionem, & habentis titulum beneficij: ideò apponitur clausula in litteris Apostolicis, ad quod dicti N. videlicet cui datur titulus ad id expressus accedit assensus, & in supplicatione dicitur, ad quod dicti N. ex nunc accedit assensus, & apponitur clausula absq; nouo consensu.

Et hic non omitto quęstionem quotidianam,
3 videlicet † an huiusmodi consensus referatur ad diem præstiti consensus in cancellaria, vel camera Apostolica: an verò ad diem signaturæ, & datæ supplicationis vt si consentiens moriatur ante præstitum consensum in cancellaria, vel camera, post tamen signaturam valeat prouisio, seu reseruatio pensionis. hæc quæstio fuit de facto in Ro. cur. tempore Pontificatus Alex. vj. in quodam Hispano. & idem Alex. ad perpetuá rei memoriam edidit cõstitutioné, qua cauet expressè, ꝙ huiusmodi consensus referatur ad diem datæ supplicationis, & non ad diem prȩstiti cõsensus in cancellaria, vel camera. & ratio decidẽdi fuit, vt tunc audiui à dominis de maiori prȩsidentia; quos de parco maiori curia noiat. ꝓpter illa verba in supplicatione posita. videlicet, resignare proponat, prout de præsenti resignat, quòd illud verbum, de prȩsenti resignat, signatura, in admissione resignationis, per Papam facta, subsecutá habet vim veræ resignationis. Et ille consensus, qui postea fit in cancellaria, vel camera, super quo fit instrumentum per notarium cancellariæ, vel cameræ, facit ad probandum illum cõsensum fuisse verum. cum si resignás sit præsens in Ro. cu. teneatur illud per se præstare, non autem per procuratorem. vt extat regula cancellariæ, quæ consueuit esse num. xliiij. qua cauetur, quòd consensus præstetur per principalem, si est præsens in Ro. cu. alioquin per specialem procuratorem, aliàs quòd literæ Apostolicæ non expediantur, quia posset fieri fraus in impetrationibus sine consensu principalium, ideò regula hoc requirit ad tollendas fraudes, non autem ad veritatem, & essentiam gratiæ.

S V M M AE.

1 *Alienans bona Ecclesiastica contra constitutionem, de rebus eccle. non alienan. à quo possit absolui.*

2 *Alienans talia bona est excommunicatus, & si celebraret, an à solo Pontifice possit absolui.*

De rebus Ecclesiæ non alienandis.

SVB hac rubrica plura fuissent deducenda secundum ius antiquum, sed quia hodie illud sublatum est, & emendatum, & omnes illæ solemnitates iuris antiqui, de quibus in c. siquia presbyterorum: de reb. eccle. non alien. & hoc ius porrectum. x. q. ij. & sine exceptione. xij. q. ij. sunt extinctæ per duas speciales constitutiones, editas per Paulum Papam II. quæ hodie seruantur ad vnguem, per quas fit commissio duobus coniunctim in partibus, frustratorium est insistere, cum ab illis non liceat recedere, sub pœnis, & censuris ecclesiasticis, & decreto irritante, in constitutionibus illis contento. Et attende, quòd secunda inseritur, & seruatur.

1 Posset tamen quæri, † quis absoluet transgressores dictæ constitutionis: & dicẽdum est, quòd solus Papa, qui absolutionem sibi specialiter reseruauit.

Sed quid, si sic excommunicati celebrant, & incurrunt irregularitatem notam? Dicas etiam,
2 quòd † solus Papa super huiusmodi, & quibuscunis alijs irregularitatibus dispensat. vt sæpius supradixi, per dic. Innoc. in c. cum æterni. de re iudic. in vj. quæ decreta est ipsius Innoc.

S V M M AE.

1 *Voluntas defunctorum modis omnibus seruari debet.*

2 *Et pro lege seruanda est.*

3 *Dispensari potest in vltimis voluntatibus octo modis.*

4 *Testamentum quodlibet potest esse, & non esse vltima voluntas.*

5 *Omnis vltima voluntas non est testamentum.*

6 *Dispositia quot sunt, tot sunt voluntates, & è conuerso.*

7 *Sermo testatoris, quando est ambiguus, imprimis ad intentionem recurrendum est.*

8 *Et recurrendum est ad illam mentem, in qua verisimiliter iudicatur testatorem fuisse.*

9 *Intentio, quando exprimitur per verba inepta, vitiantia dispositionem testatoris, attenditur mens declarata.*

10 *Mens testatoris, quando est expressa, sed obscura; quid faciendum sit.*

11 *Declaratio iudicis circa mentem testatoris obscuram, habet vim dispensationis.*

12 *Mens dubia testatoris in legatis ad pias causas debet interpretari ab Episcopo.*

13 *In prophanis verò à iudice seculari.*

14 *Dispositio testatoris adeo obscura, vt non possit declarari, non valet.*

15 *Dispensatio circa defuncti voluntatem, quomodo, & à quo debeat fieri.*

16 *Pon-*

16 *Pontifex est gubernator insolidum vniuersalis Ecclesiæ, cuius caput est Ecclesia Romana : ideo potest alterare vsum illorum, quæ per fideles donata sunt, vel relicta.*
17 *Legatus de latere, an idem poterit facere.*
18 *Aliud est dicere sedis Apostolicæ, & aliud est dicere, Romani Pontificis.*
19 *Sedis Apostolica nomine intelligitur ipse Pontifex.*
20 *A sede Apostolica emanatum non dicitur, quod emanat à Legato eius.*
21 *Mandatum generale non comprehendit ea, quæ sunt quasi meri Imperij.*
22 *Episcopus, an possit dispensare, quòd non sacerdos instituatur ad præsentationem patronorum ad beneficium sacerdotale.*
23 *Et an possit dispensare, quòd Legata ad vnum vsum conuertantur in alium.*

De Testamentis, & vltimis voluntatibus.

1 VLTIMA voluntas † defuncti modis
omnibus seruari debet, ait beatus
Greg. de quo in c. vltima voluntas.
2 xiij.q.ij.& vltima † voluntas defuncti pro lege seruanda est, vt in auth.
de nupt.§.disponat. col. iiij.
Sed si sic, quomodo ergo dispensabitur? Di-
3 cas, quòd † octo modis in testamentis, & vltimis voluntatibus, & circa ea, vel eas potest dispensari.

Primò, super intelligentia, & interpretatione testamenti, vel vltimæ voluntatis in genere.

Secundò, super ambiguitate verborum testamenti, vel vltimæ voluntatis.

Tertiò, super voluntate, mente, & dispositione errонea.

Quartò, præsumpta voluntate testatoris, superueniente casu, quo existente, testator verisimiliter non disposuisset.

Quintò, quando verba sunt clara, & tamen probaretur aliam fuisse mentem testatoris, quæ tamen non colligitur ex verbis dispositionis in testamento.

Sextò, si dispositio exprimitur per verba inepta, & vitiantia dispositionem: quia tunc attenditur mens declarata à Principe.

Septimò, quando mens est expressa, sed per verba obscura.

Octauò, quando mens, & intentio, verba, & dispositio est clara, & expressa ad certum, & determinatum vsum.

Sed quia hęc rubrica est duplex. vt supra continetur. videtur, quòd aliud sit testamẽtum, & a-
4 liud vltima voluntas. Dicas, † quòd omne testamentum potest esse, & non esse vltima voluntas,
5 sed † omnis vltima voluntas non est testamentum: quia post testamentum quilibet potest codicillare, & ordinare in codicillis, est vltima voluntas, & si pluries codicillaretur. Et in codicillis non fit hæredis institutio, sed in testamento tantum, & vbi non codicillatur, testamentum est vltima voluntas, vt bene posuit Abb. Sicul. in hac rubrica. in princ. & not. in l. vnica. de cadu. toll. qui reptehendit Io. And. dum dixerit, quòd Papa in rubrica posuit, & vltimis voluntatibus, ad maiorem declarationem, cum immo sit maxima differentia inter testamentum, & vltimam voluntatem, vt supra. sed etiam posset dici, quòd omne testamentum sit vltima voluntas, vbi, & quando in codicillis non mutantur, nec adimuntur legata: quia omnia, quæ sunt disposita in testamento, si non mutantur in codicillis, intelligendo citra hæredis institutionem, omnia continent vltimam voluntatem, quoad illa disposi-
6 ta: quia quot † sunt disposita, tot sunt voluntates, & è conuerso.

Ad primum modum dispensationis redeo, videlicet super intelligentia, & interpretatione testamenti, vel vltimæ voluntatis in genere.
7 Dicito, † quòd quando sermo testatoris est ambiguus, in primis ad intentionem recurrendum est. l. in ambiguis. la secunda. ff. de reg. iur.

Ad secundum verò, si significatio verborum vnum significat clarè, & apertè, & voluntas testatoris aliter appareat, non attẽditur expressio, nec quod sensit: quia non fuit expressum. l. si quis in fundi vocabulo. ff. de leg. j.

Ad tertium, quando constat de mente ex dispositione erronea, & rollerabili, tunc statur menti, siue fuerit errонea facti, siue iuris. primum probatur in l. nimis. §. Lucius. ff. de liber. & posthu. & in l. fi. C. de posthu. secundum probatur in l. quòd fructus. & ibi Bart. ff. de vsufru. leg.
8 Ad quartum, super † præsumpta voluntate testatoris superueniente casu, quo existente, testator verisimiliter non disposuisset, vel aliter disposuisset, tunc talis mens debet attendi, vt not. in l. tale pactum. in fi. & in l. cum acutissimi. in sex. & gloss. C. de fideicommiss. & in l. generaliter. §. cum autem. C. de institu. & substitu. sub bo. success.

Ad quintum dicas, quòd talis mens nihil operetur ad irritationem. vt probatur in l. in ambiguo. ff. de reb. dub. & glo. in l. Labeo. de supellecti. leg. in verbo, ex communi vsu.
9 Ad sextum, quando intentio exprimitur per verba inepta, vitiantia dispositionem, attenditur mens declarata. ita gl. in l. iiij. ff. de leg. j.

Ad septimum, quando mens est expressa, sed
10 per verba obscura. Dicito, quòd † in hoc casu, & omnibus præcedentibus, semper recurrendum est ad declarationem, & interpretationem iudi-
11 cis ordinarij, ad quem spectat declaratio, † quæ

habet

habet vim diſpenſationis in caſibus ſupradictis,
ita quòd in omnibus caſibus prædictis ordina-
rius diſpenſat. Et ſi ſumus in legatis ad pias cau
12 ſas, † tunc Epiſcopus eſt adeundus, vel alius
ſuperior immediatus. Si verò in prophanis,
13 † iudex ſæcularis, per ea, quæ habentur, & not.
in l.cum in teſtamento.ff.de reb.dub. & in l.vo-
luntas. C.de fideicommiſ.& circa pias cauſas fa
ciunt etiam not.per Hoſti.in ſum.de teſta.§. fin.
in verſi.ſed quæ eſt ratio. Qui iudex declarabit,
& diſpenſabit ex coniecturis per ea, quæ haben-
tur in l.ſi ſeruus plurium. in fin.ff. de leg. j. Et ſi
14 eſſent ita obſcura, † quòd non poſſent decla-
rari, diſpoſitio non valeret, nec tunc eſſet lo-
cus diſpenſationi. quod per l.duo ſunt Titij. ff.
de teſta.tutel. intellige, ceſſante veriſimilitudi-
ne rationis, mouere debentis teſtatorem ad di-
ſponendum, magis vno modo, quàm alio, per
dictam l. tale pactum.ſupra in quarto modo.

Ad octauum, & vltimum, à quo à maiorita-
te rationis, omnes alij ſupra dicti, etiam com-
prehendi poſſunt, videlicet quando mens, inten
tio, diſpoſitio, & verba ſunt clara, & expreſſa,
ita quòd non eſt locus hæſitationi, an fiat diſpen
15 ſatio, dico, quòd † ſic, non tollendo volunta-
tem teſtatoris, ſed in melius commutando, &
hoc tantum per Papam regulariter fieri poteſt,
ſi in perpetuum commutatur. Ad tempus verò
in aliquibus caſibus poteſt per Epiſcopum quo-
que diſpenſari. vt infra.

Pro primo, quòd ſolus Papa in perpetuum
commutet, & diſpenſet, facit text. in cle. quia
contingit. de relig. domi. ibi, ſalua ſedis Apo-
ſtolicæ authoritate. & ibi glo. in verbo, Apoſto-
licæ. cuius verba ſunt hæc videlicet, Nota per
16 hanc literam, ſolũ † Papã alterare poſſe vſum il
lorum, quæ per fideles donata ſunt, vel relicta.
Laudi. in cle. dudum.§. pen. de ſepultu. dicit, ꝙ
Papa hoc poteſt: quia eſt gubernator in ſolidum
vniuerſalis Eccleſiæ, cuius caput eſt eccleſia Ro
mana. Ideò Papa poteſt diſponere, & diſpenſa-
re de legatis ad pias cauſas, prout vult, quem te
fert, & ſequitur D. Cardinalis in dict. cle. quia
contingit. in decima not. & in ſecunda oppo-
ſitione. & in v.q.

17 Sed quæro, † nunquid legatus de latere hoc
poterit. Idem Cardinalis in dict. cle. v. q. dicit
Io. An. tenuiſſe, quòd ſic, cum tex. in d.cle. quia
contingit. dicat, ſalua ſedis Apoſtolicæ aucto-
18 ritate: quia † aliud eſt dicere, Apoſtolicæ ſedis,
& aliud Romani Pontificis, vel Papæ; quia in
primo caſu legatus de latere poteſt. In ſecundo
non: ſed cum in tex. dic. cle. quia contingit. dica
tur, ſalua ſedis Apoſtolicæ auctoritate, videtur
quòd legatus ſedis Apoſtolicæ hoc poſſit.
Sed Lap. quem refert dominus Car. ibidem di-
cit, verius videri, quòd legatus diſpenſare non
poſſit, cum hoc fiat de plenitudine poteſtatis,
quam legatus non habet. arg. cle. literas. de præ-
ben. in princip. & in fi. dicit tamen, quòd ſi hæ-
res conſentiret, poſſet diſpenſare, & nedũ per le-
gatum, verum etiam per Epiſcopum, per no.
in c. de his. de teſta. & in c. nos quidem. eo. tit.
vbi idem Cardinalis idem dixit. Et quare aliter
Legatus diſpenſare non poſſit, idem Lap. dicit:
quia facere contra voluntatem teſtatoris diſpo-
nentis, agitur de eo, contra quod diſponere, &
facere, eſt facere contra legem: quod ſoli prin-
cipi, vel Papæ permiſſum eſt. Nam diſpoſitio
teſtatoris, facta ad pium vſum, pro lege ſeruari
debet. xiij. q. ij. vltima voluntas. ſupra allega. in
19 princip. & ibi glo. & nomine ſedis Apoſtolicæ
intelligitur Papa, & non legatus. dicit Innoc. in
c. dilectus filius. ff. de fil. presbytero. vbi dicit,
20 ꝙ † non intelligitur emanare à ſede Apoſtolica,
quod emanat à legato eius, & tunc procederent
dicta Io. An. vt ſupra, & tunc etiam conſentien-
te hærede, legatus, nec inferior à Papa hoc poſ
ſet, & copioſè dixit idem dn. Cardinalis. in d.c.
nos quidem. de teſta. & Bar. in l. legatũ. ff. de vſu
21 fruct. lega. tangit hanc.q. In † generali. n. man-
dato, nunquam veniunt ea, quæ ſunt quaſi me
ri imperij, dicit gloſ. in c. quòd translationem.
de offi. leg. ſed hæc ſunt quaſi meri imperij, ideo
in generali commiſſione non transferuntur, cũ
in hoc caſu ſecundum Lap. vt ſupra, Papa utatur
plenitudine poteſtatis.

Sed videtur, quòd illa diſtinctio Io. An. non
procedat, videlicet quòd ſi dicatur, ſalua ſedis
Apoſtolicæ auctoritate, legatus poſſit, ſi vero
Romani pontificis non, per tex. in c. dilect. fil.
ff. de fil. presbyter. ibi quæ à ſede Apoſtolica non
emanauerint. & ibi Inn. qui dicit per illum tex.
quòd non intelliguntur emanaſſe à ſede Apoſto
lica quæ à legato eius emanant, niſi à Papa ema
net. & ſic clarè tollitur illa diſtinctio, & ſic ſolus
Papa diſpenſat in hoc caſu. Quòd etiam clarius,
vſque & experientia curiæ docet, cum hæc facul
tas commutandi pias defunctorum voluntates,
& diſpẽſandi legata ad pias cauſas, in alios pios
vſus, contra voluntatem teſtatorum, ſpecialiter
concedatur, & extenſiuè in indultis legatorum
Cardinalium recedentium de curia. vt vidi, &
legi in indulto Reuerendiſsimi patris D. Mat-
thæi Cardinalis Sedunenſis, ſibi conceſſo, per
fe.re. Iulium II. dum eſſet legatus Lombardiæ,
quam quidem facultatem Papa ſignanter non
concederet, ſi legati de latere ipſam à iure ha-
berent. ideo teneo opi. Lapi. videlicet quòd Le
gatus non poſſit vigore generalis legationis, niſi
id ſibi ſpecialiter à ſede Apoſtolica concedatur.

Inferiores, vt Epiſcopi ad tempus diſpenſant
multis caſibus, contra ordinationes teſtatorum
ad pias cauſas, & interdum in perpetuum. Ad

tempus,

tempus, vt not. Do. meus Fel. post alios, in c. cum accessissent. de consti. in v. col. in fi. vbi hanc conclusionem limitat per tres integras col. vbi etiã ponit q. quotidianam, & practicabilem, vtrum

22 Episcopus possit dispensare, quòd nõ sacerdos instituatur ad præsentationem patronorum, ad beneficium sacerdotale, vbi dicit quòd sic, & an possit dispensare, quòd disposita, & legata ad vnum certum, & determinatum vsum, conuertantur ad alium vsum, si ad vsum legatum voluntas exequi non possit, vbi etiam tenet, q sic. Item ponit multos alios casus, in quibus Episcopus ad tempus & in perpetuum potest dispẽsare, vbi vide omnino.

S V M M AE.

1 *Sepultura Ecclesiastica quibus interdicatur. & nume. 4. & 5.*
2 *An cum his dispensari possit.*
3 *Quis cum eis possit dispensare.*
4 *Paganis, iudæis, & hæreticis interdicitur Ecclesiastica sepultura.*
Etiam si in tormentis moriantur: & etiam si pæniteant & sacramentum recipiant. num. 27.
5 *Ad aliorum terrorem.*
6 *Item interdicitur vsurarijs.*
7 *Qui sibi mortem consciuit.*
8 *Qui presbyterum in testamento nominauit tutorem filio suo.*
9 *Conuictis post mortem de hæresi.*
10 *Excommunicatis maiori, vel minori excommunicatione.*
11 *Blasphemantibus nomen Dei, nolentibus pænitere.*
12 *Monachis proprium habentibus.*
13 *Transferentibus decimas in laicos: item etiam recipiens eas.*
14 *Recedentibus ab vnitate, & gremio ecclesiæ.*
15 *Fures, & latrones etiam priuantur.*
16 *Gratia est vberior quàm precatio.*
17 *Dominus plus tribuit, quàm rogatur.*
18 *Peccator notorius, mortali sepultura Ecclesiastica priuatur.*
Et quid si de facto sepelirentur.
19 *Sepultura Ecclesiastica nimis preciosa, ita non prodest catholicis, sicut prodesset peccatoribus notorijs, quibus prohibetur.*
20 *Voluntas testatoris, quòd ædificetur preciosa sepultura, non valet.*
21 *Peccator occultus, an sepeliendus sit in Ecclesiastica sepultura.*
Quid si dubitaretur, an sit iudæus, hæreticus, vel vsurarius: an interdicatur Ecclesiastica sepultura.
22 *Absolui an possit quis post mortem, quando cum amisisset loquelam, apparuissent signa pænitentiæ.*
23 *Qui testes erunt idonei ad probandum hunc animum pænitendi.*
24 *Et an unus sufficiat.*
25 *Paganus vel Iudæus in articulo mortis constitutus, si signis baptismum petat, an sit baptizandus, & concedatur Ecclesiastica sepultura.*
Et quid si non esset, qui sciret, vel posset baptizare, pro baptizato habetur.
26 *Et si feruore animi petierit, ad æternam patriam conuolare dicitur.*
28 *Faciens legem prohibitiuam, potest & permissiuam condere.*
29 *Cimiteria apud Ecclesiam cur construantur.*
30 *Defuncti quiescere dicuntur sub patrocinio sanctorũ, quorum reliquiæ in ecclesiis manent: & supplicationes, quæ pro defunctis fiunt, pro sanctis augentur.*
31 *Monumenta dicuntur, vbi humana corpora tumulantur: & dicuntur eo, quia mentem moueant ad defuncti memoriam.*
32 *Cadauera quomodo antiquitus, & sic gradatim de tempore in tempus, et in quibus locis sepelirentur.*
33 *Cimiteria in Francia distant ab ecclesiis ob cadauerum fœtorem.*
34 *Cimiterij origo.*
35 *Sepulturam emere, si ibi locus religiosus effectus sit, an liceat.*
36 *Terra iam cimiteriata pro sepultura effodienda, vendi non debet.*
37 *Loca non prosunt sepultis, neque nocent.*
Lucifer cum sequacibus è cælo deiectus fuit, & fuit decima pars Angelorum: & Adam de paradiso.
38 *Humatus sit quis peccator, vel indignus, in loco religioso, locus ille ei obest.*
39 *Quibus peccata dimissa non sunt, à locis sacris adiuuari nequeunt.*
40 *Peccatores, quos peccata grauia deprimunt, ad maiorem cumulum damnationis potius quàm ad saluationem eorum corpora in Ecclesiis poni iubent.*

De Sepulturis.

AMISSIS quæ summistæ sub hac rubrica posuerunt, videlicet quid sit sepultura, quid ius sepulturæ, & cui hoc ius competat, quid sit ius sanciendi. de quibus copiosè per Hosti. in sum. huius tit. Tria hic tantum videbimus pertinentia ad materiam dispensationis.

1 Primum, †quibus à sacris canonibus interdicatur ecclesiastica sepultura.

2 Secundum, an cum his dispensari possit, vt tradantur ecclesiasticæ sepulturæ.

3 Tertium, †quis cum eis possit dispensare.

Ad primum dicit Hosti. vbi supra, q aliquando omnibus de eadem ciuitate. vt quia ecclesia, vel ciuitas tota est supposita ecclesiastico interdicto generali, vt not. in c. cum in partibus. de verbo.

bo.signif.quod fit, vel propter delictum ciuium, vel maioris Domini, vt not. in c. sanè quia. de officio deleg. & in c. ex rescrip. de iureiu. & in c. nō est. de spon. dicam copiosius infra de ecclesiastico interdicto.

4 Item † paganis, iudæis, & hæreticis, vt not. in c. ecclesiasticam. & c. seq. de consec. dist. j.

Item his, qui in torneamentis moriuntur, qui

5 licet † pœniteant, & Eucharistiæ sacramentum non denegetur, post pœnitentiam carebunt tamen ecclesiastica sepultura ad aliorū terrorem, vt in c. j. de tornea. vt etiam ibi dicam, quod intellige de his, qui venerant causa torneandi. vt in c. ii. eo. tit. & ibi gl. in verbo dispensatione.

6 Item † vsurarius iam per ecclesiā publicatus, vt not. in c. quia in omnibus. de vsu.

7 Item † qui sibi mortem consciuit: quia seipsum interfecit, vt in c. placuit. xxiij. q. j.

8 Item † qui presbyterum in testamento nominauit tutorem filio suo. vt lxxxviij. dist. cap. si. vbi dicitur, neque apud altare Dei, meretur nominari in sacerdotum præce. qui ab altari sacerdotes, & ministros volunt auocare. & ideo Victor, cum contra formam nuper in concilio à sacerdotibus datam, geminum Faustinum presbyterum ausus sit tutorem constituere ob dormitionem eius, apud vos non fiat oblatio, neque aliqua precatio pro nomine eius. sed glo. ibi in fi. dicit credere, hoc ad terrorem institutum tunc fuisse, nec modo locum habere, & quod vltimo dicitur seruatur de facto, & hoc est illud quod supra diximus, quod est rigor in rubrica de differentia inter ius iuris rigorem, & dispensationem.

9 Item is † qui post mortem conuincitur de hæresi. vt in c. sanè. xxiij. q. ij. & in c. si Episcopus. de hæret.

10 Item † excommunicatus maiori, vel minori excommunicatione, pro primo est text. in c. sicut. de hæret. pro secundo in c. sanè. supra alleg. xxiiij. quæst. ij.

11 Item † blasphemus Dei nolens pœnitere, vt est text. in c. statuimus. in fi. de maled. & ibi dicam in princip.

12 Item † monachus proprium habens, vt in c. monachi. de stat. monach. & c. super quodam. eod. titu.

Item in casu c. prohibemus. de decimis. vide-

13 licet † laici transferētes decimas in alios laicos, & recipientes priuantur ecclesiastica sepultura.

14 Et generaliter † quicunque ab vnitate, & gremio ecclesiæ recessit, tanquam membrum prae-

15 cisum, etiam † fures, & latrones. vt in c. fures. de fur. quod intellige de nolente pœnitere: quia in verè pœnitente secus: cum ecclesia nunquā claudat gremium redeuntibus. nam & latroni pœnitenti, & dicenti, memento mei Domine dum veneris in regnum tuum, dixit Iesus Saluator, hodie eris mecum in paradiso. super quo passu sanctus Thom. in cathena aurea, hodie eris mecum in paradiso. de quo Lucæ xxiij. referens Ambrosium ait, pulcherrimum autem datur affectandæ conuersionis exemplum: q̄ tam citò latroni venia relaxatur. Cito ignoscit Dominus: quia citò ille conuertitur. Et vberior est gratia,

16 quàm precatio. Semper enim Dominus † plus tribuit, quàm rogatur, ille rogabat, vt memor sui esset. De Domino autem sequitur, & dixit il-

17 li, amen dico tibi, hodie eris mecum. hæc ille. ex quibus verificatur illa sententia, quòd nunquā claudit gremium redeuntibus. Ideo quod supra diximus intelligendum est de pertinacibus, & non pœnitentibus.

18 Item generaliter † nullus notorius peccator mortalis sepeliendus est in cimiterio, vt not. in c. non extimemus. xiij. q. ij. & c. quæsitum. & c. quibus. & c. pro obeuntibus. ea. causa & q. & in c. placuit. xxiiij. q. v. & eadem ca. q. vij. c. quicunque clericus.

Hi omnes secundum canones priuati sunt ecclesiastica sepultura. vt in iuribus supra allegatis. sed & vide, quæ dicam infra de sent. interd. in §. quibus casibus ecclesiastica sepultura interdicatur.

Sed quid si sepeliantur de facto? dicas, quòd exhumandi sunt, si ossa discerni possunt, aliàs non: quia nō prodest eis ecclesiastica sepultura. vt in c. sacris. de sepult. imò tunc ecclesia reconcilianda est aqua benedicta. vt not. in c. consuluisti. de cōsecratione ecclesiæ vel alt. & dicit Host. q̄ sicut ecclesiastica sepultura non prodest supra dictis, si de facto in cimiterio sepeliuntur. sic

19 nec † nimis preciosa prodest catholicis ad salutem. vt in c. animæ defunctorum. xiij. q. ij. & in

20 d. c. sacris. in fi. hoc eo. tit. Ideo dicit, q̄ † in his preciosis sepulchris fiendis, voluntas testatoris non est seruanda, allegat. l. si quis. §. hæc actio. ff. de reli. & sump. fune.

21 Hæc in notorijs. Occulti † autem peccatores sepeliendi sunt, nisi fortè essent hæretici: quia cum quo communicamus viuo, communicare debemus & mortuo. vt in c. ex parte. hoc eo tit. el secondo. in fi. & cum quo non communicamus viuente, non communicamus in morte. vt in c. sacris. eo. tit. in fi. Quod intellige in primo casu, nisi post mortem appareret de hæresi, vel aliàs, q̄ ei non erat communicandum. De secundo q̄ cum quo non communicamus viuo, non communicamus & mortuo. vide Hosti. hoc tit. in sum. in §. quibus interdicatur. in versi. in summa nota.

Sed quid dicemus in casu dubio, puta paganus, iudæus, hæreticus, torneator, publicus vsurarius iam publicatus sibi mortem consciens,

qui

qui in testamento presbyterum filio tutorem no
minauit, excommunicatus, blasphemus, mona-
chus habens proprium, & hi de quibus supra in
articulo seu in agone mortis positi faciunt signa
pœnitentiæ, puta, quia vocat sacerdotem, vt au
diat confessionem suam, & ei administret eccle-
siastica sacramenta, & vult reconciliari, & redire
ad gremium ecclesiæ. Dicas vt s. q ecclesia nun-
quam claudit gremium. Et sicut istis administra
tur saccramentum cõfessionis Eucharistiæ, & alia
ecclesiastica sacramenta, ita & sepultura, quod
est minus. vt xiij.q.ij.c.quæsitũ. & c.illud.xcv.di.

Sed quid si amisisset, loquelam, & in morte
apparuerunt signa manifestæ pœnitentiæ: Dicit
22 Ray.in sua sum. & idem Goffr. q tunc & † post
mortem est absoluendus, & recipiendus ad ora
tionem, & alia ecclesiastica suffragia, per ea quæ
not.in c.à nobis.el secondo.de sent.excom.

23 Sed quæro † qui testes erunt idonei, cũ dome-
stici sint suspecti? & quot non suspecti requiran
tur? Ray.quem Io.de Friburgo in sua sum. hoc
eo.tit. refert, & sequitur.q.j.versi.seu. §. hæc lo-
24 cum habent, dicens q † ad hæc signa probanda
sufficit vnus testis. vt not.xxvj.quęst.vj.qui reco-
dunt.sed ille tex. hoc non probat. & glo.ibi nihil
dicit, nec ibi scribentes. Dicunt tamen Hostien.
Ray.& Friburgus, quòd hæredes tenebuntur sa
tisfacere pro defuncto, secundum ius canonicũ.
per tex.in c.parrochiano.in fi.de sepult.

Sed quid dicemus in hoc casu amissionis lo-
quelę in hæretico, qui tenetur abiurare hæresim?
Dic quòd si superuiuet abiurabit, & si moritur,
illa signa sufficient, & si quid erit exequendum
hæredes exequentur. vt supra.

25 Et quid in pagano, & iudæo? dic quòd † si fa
cient signa petitionis baptismi, debet baptizari,
& si moritur tradi debet ecclesiasticæ sepulturę.
Sed si non baptizaretur: quia non erat, qui sci-
ret, tunc dicetur baptizatus baptismate flami-
nis, sicut latro, de quo supra, & idem dixit Ho-
stien.in sum.de Baptis. in §. quot eius species. in
26 princ. vbi dixit, quòd huiusmodi, † qui deside-
rant baptizari cum summo feruore animi, sed
non inueniunt, qui eos baptizent, & sic morian
tur, ad æternam patriam conuolant, ex quo ba
ptismum non contempserunt religionis, sed ar
ticulus necessitatis excludit, vt legitur de iudęo,
qui seipsum baptizauit. vt not.in c.debitum.hoc
eo.tit. & in c. baptismi vicem. de consecra. dist.
iiij. & in c.cathecuminum. & in c.non dubito.ea
dem dist. Item legitur, quòd cum beatus Am-
brosius duceret Valentianum ad baptismum,
mortuus est Valentianus: tamen ille gratiam
quam poposcerat non amisit. vt legitur in c.apo
stolicam.de presbyr. non bapti. Sed quid dice-
mus de paruulis, qui dum deferuntur ad eccle-
siam pro baptismo moriuntur. Et quid de eis,
qui antequam deferántur moriuntur, cum tamẽ
parente essent fideles, & affectabant eos bapti
zari. pro primo casu multum facit casus Valen-
tiani.

De illis verò, qui in torneamentis moriun-
27 tur, vel lethaliter vulnerantur. Dic, † quòd
quantumcunque pœniteant, & suscipiant reue-
renter sacramentum Eucharistiæ, nihilominus
carebunt ecclesiastica sepultura ad terrorem. per
d.c.j. de torneamentis. & hoc est rigor, vt su-
pra dixi.

Sed quæro, an contra hunc rigorem, & con
tra casus supradictos, possit dispensari cum cau
sa, vel etiam sine causa? Respondeo, quòd
28 † qui fecit legem prohibitiuam, potest & facere
permissiuam: quia eius est tollere, cuius est
condere, ex quo per neutram legem generatur
præiudicium animabus fidelium, nec suffra-
gium infidelium, vt dicitur in d. cap. sacris.
29 Nam † cimiteria apud Ecclesiam ideo constitu-
ta sunt, vt viuentes videntes sepulchra paren-
tum, & amicorum rogent, & preces fundant
Deo pro ipsorum animabus, & præcipuè cum
30 sanctorum reliquiæ in Ecclesia sint, † sub quo-
rum patrocinio defuncti quiescunt, & pro illis
etiam supplicationes augeantur. vt dicit Augu-
stinus in Libro de cura pro mortuis agenda. in
fine. & transumptiuè in c. cum grauia peccata.
xiij. quæst.ij. Quem refert Gul. in suo rationali
diuinorum offic. sub rubrica de cimiterijs, &
alijs locis sacris Libro primo. Nam & Isidorus
31 in Lib. Etymolog. xv. cap. xj. dicit, quòd † mo
numentum dicitur, vbi humana corpora tumu
lantur, & dicitur, eo quia mentem moneat ad
defuncti memoriam, & ibi ponit diuersa nomi
na sepulturarum, quæ etiam Durand. vbi supra
commemorat: & ab eodem Isidoro, vt credo,
assumpsit: quia sunt formaliq verba eiusdem
32 Isidori. & dicit idem Isidorus, † quòd olim ca-
dauera sepeliebantur in proprijs domibus, &
postea in hortis proprijs, vel emptis, & posteà
in radice montium, vel in ipsis montibus, vt e-
tiam refert idem Gul. Durand. vbi supra.

Nunc autem apud Ecclesiam. licet Innoc. in
33 d.c.abolendæ. circa fin. dicat, † quòd secus in
Francia, vbi cimiteria distant ab Ecclesijs pro-
pter fœtorem cadauerum.

34 † Cimiterium autem initium habuisse dicitur
ab Abraham, qui emit agrum in Ebron, vbi e-
rat duplex sepultura, vbi & ipse sepultus est, &
Sarra, Isaac, & Iacob, & prius Adam, & Eua,
ideo ibi emit, vt sibi & suis sepultura esset. Du
plex enim ibi spelunca erat: quoniam duo ibi
sepeliebantur contiguè, scilicet vir & vxor, vel
in vna viri, & altera mulieres. vt refert Durand.
vbi supra. qui assumpsit hæc [ex Genesi xxiij.
35 & ex his infertur ad duo primum; † quòd lici-
tum

tum est emere sepulturã, etiam si locus sit effe-
ctus religiosus. vt in Ebron, vbi iam Adam,
& Eua erant sepulti. contra id quod not. in c.
36 abolendæ. vbi habetur contrarium, quòd † ter
ra iam cimiteriata pro sepultura effodienda
vendi non debet. & in c. ad Apostolicam. de
simo. & in c. j. de offi. ordi. idem repetitur, &
vtrobique per do. Cardinalem Zaba.

Sol. emere locum sepulturæ, et effectum re-
ligiosum, non erat prohibitum neque in lege
naturæ, neque in lege data, videlicet Mosis.
In lege autem Euangelica. i. in ecclesia Christi
prohibitum est à sacris canonibus: & ratio
prohibitionis est, quia hodiè cimiteria ne-
dum sunt loca religiosa, ratione sepulchri hu-
mani, vt etiam dicunt leges ciuiles, quæ vtun
tur hoc vocabulo, religiosa loca vbi humanum
corpus, vel saltem caput tumulatum est. vt in-
stit. de rerum diuisio. §. Religiosum. Sed etiã
sunt sacra manu Pontificis, vt legitur in Pon-
tificali. & legitur in c. ad hæc. de relig. domi.
& copiosè per eundem do. Cardinalem in d. c.
abolendæ. in prima oppositione, & per Guliel.
Duran. in rationali diuinorum offic. in titu.
de cimit. supra alleg.

Cum ergo hæc prohibitio sit de lege positi-
ua, tolli potest per Papam, & sic per eum in
prædictis casibus dispensari, etiam cum in tor
neamentis, vel duello defuncto. cum cimite-
ria Christianorum fuerint inuenta, & ordina-
37 ta apud ecclesias: ea ratione, qua supra. † Nam
loca sepultis non prosunt, nec nocent. vt su-
pra dixi, vt in d. c. sacris. de sepultu. Lucifer
enim, vt ait idem Gul. Duran. fuit deiectus è
cœlo cum sequacibus eius, & fuit decima pars
Angelorum, vt dicit gloss. in cap. decimæ. xvj.
q. j. in verbo, tu ad decimam. & Adam de Pa-
radiso eiectus, & quæ loca his meliora sunt?
Item Ioab in tabernaculo interfectus est, &
38 Iob in sterquilinio triumphauit. Immò † obes
se dicitur, si quis iniustus, & indignus, & pec-
cator in loco non sibi digno sepelitur. vt xiij.
q. ij. c. cum graue. hæc Duran. vbi supra, vbi
etiam ponit miraculum Beati Faustini Episco
pi Brix. de flagitioso in ecclesia sepulto, ibi vi-
de. Dicit enim Augusti. in c. quibus peccata di
39 missa non sunt, † à sacris locis post mortem
adiuuari non possunt: quia quos grauiora pec
cata deprimunt, se in sacris locis sepeliri fa-
ciunt, restat vt de sua præsumptione iudicen-
tur, quatenus eos sacra loca non liberant. sed
de culpa temeritatis accusat. xiij. q. ij. quibus
peccata. Et Beatus Grego. ait, cum grauia pec
cata non deprimunt, tunc prodest mortuis, si
40 in ecclesia sepeliantur. Nam † quos peccata gra
uia deprimunt, ad maiorem cumulum dam-
nationis potius, quàm ad saluationem eorum
corpora in ecclesijs ponuntur. xiij. q. ij. c. cum
grauis. De hac materia dicam infra, de senten.
interdict.

S V M M AE.

1 *Decimæ omnes terræ de frugibus, siue de pomis arborum Domini sunt.*

2 *Decimæ dantur Clericis non tantum propter sui substentationem, sed etiam vt cum eis subueniant pauperibus.*

3 *Consuetudo à Pontifice tolerata, inducit dispensationem absque expressa dispensatione, etiam in his quæ sunt de iure diuino. nu. 4.*

5 *Decima est in præcepto, quod potest dici morale naturæ, uel quasi: siue morale disciplinæ, siue iudiciale secundum æquitatem.*

6 *Decimæ ius ab Ecclesia dependet, & in hoc Papa est moderator, sicut in alijs iuribus Ecclesiasticis.*

7 *Super decimis, an valeat componi.*

8 *Pontifex potest liberare quos vult in totum, vel vel in partem à solutione decimarum.*

9 *Non soluens decimas integraliter, ex quo est monitus, peccat mortaliter: quia contradicit legi diuinæ, humanæ, & iudici.*

Neque cum istis potest Papa dispensare.

10 *Decimæ quando cum dispensatione non soluantur. vsque in fine.*

Clerici Clericis decimas non soluunt.

13 *Pauperes mendicantes ab onere decimarum sunt exempti tam prædialium quàm personalium.*

De Decimis, Primitiis, & Oblationibus.

1 OMNES † decimæ terræ de frugibus, siue de pomis arborum, Domini sunt, & illi sanctificantur, vt Leuit. c. vltimo, & Hieronymus supra Ezechi. de quo transumptiuè in c. j. hoc eod. tit. ait: Decimam partem omniũ frugum Leuitæ tribui populus ex lege debebat. & Numeri xviij. Filijs autem Leui dedi omnes decimas Israelis in possessionem pro ministerio, quo seruiunt mihi in tabernaculo fęderis. Nil aliud possidebunt, decimarum oblatione contenti, quas in vsus eorum, & necessaria separaui. & Deute. xviij. Non habebunt sacerdotes, & Leuitæ, & omnes, qui de eadem tribu sunt, partem & hæreditatem cum reliquo Israel, quia sacrificia Domini, & oblationes eius comedent, & nihil aliud accipient de possessione fratrũ suorum. Dominus enim ipse est hæreditas eorum, sicut locutus est illis. Quæ omnia retulit Dominus Cardinalis in

Robrica hoc eod. titu. Ex quibus authoritati-
bus patet, decimas esse de iure diuino, & con-
sequenter dici posse, quòd supra illis non pos-
sit dispensari, etiam per Papam, cum regula-
riter oon dispenset contra ius diuinum.

Sanctus Thom. secunda secundæ.q. 87. per
totum longè, lateque declaranit quatuor arti-
culos in hac materia decimarum.

Primus, vtrū hoĩes teneãtor ex præcepto, &
ex præceptu necessitate ad solutionē decimarū.

Secūdus, de q̃bus rebus sint decimę soluēdę.

Tertins, quibus p̃sonis solui, & dari dẽant.

Ponens quartò an hodiè debeantur, cum in
testamento oouo clerici habeant patrimoniū,
& alios fructus ecclesiasticos, & habeant pri-
mitias, & oblationes pro uiuis & defunctis.
& funeralia. Et sic videtur, qoòd hodiè cleri-
cis decimæ non debeantur, cum eis oon iodi-
geant, vt etiam dicunt aliqoi Theologi moder
ni de solutione mediæ annatæ, quæ fuit re-
seruata pro necessitate Papæ & Cardinaliom,
qoi hodiè abuodant in suis redditibus sioe fi-
ne, vt videmus: quam reseruantiam hodiè di-
cunt tendere potius ad saginationem, quàm
ad necessitatem, & Io. Baptista de S. Blasio.
ideo Prædicatores, & Minores prædicabaot
decimas hodiè non deberi ex præcepto. Quo-
rum opin. Gregorius IX. reprobans, scripsit
dictis fratribus decretalē primam, hoc eo. tit.
io 6. & ibi Io. An. in gl. ĩ verbo decimarū refert
opiniones scribentiū in hoc passu. Sed B. Tho.
vbi s̃. tenens ꝙ oĩno debeantur dicit, ꝙ est hoc
ideo hodie etiam debentur: qoia in noua lege
decimæ dantur clericis, oō tantum pp sui sub-
stentationem, sed etiā vt ex eis subueniant pao
peribus. & præcipuè proximioribus suis, vt di
cit text. in cap. studeat. 1. distinct. in fin. ibi
præcipimus, vt tale beneficium sibi, & eccle-
siæ suæ concedatur quo & ipse & soi sufficien-
ter possent habere suæ substentationis solatiū.
2 & ideo † non superfluunt, sed ad hoc oecessa-
riæ sunt etiā possessiones ecclesiasticæ, & obla-
tiones, & primitiæ simol cū decimis. hæc ille.

Sed hæc hodiè malè seruantur, cum & pos-
sessiones ecclesiasticæ, & oblationes, & primi-
tiæ simul cum decimis malè regantur, & peius
distribuantur, vt experientia docet, tam in ca-
nibus innumeris pascendis, cum eorum mini-
stris, quàm io id quod dicere nolo, nec licet,
nec tutum est, vt vidi, & vt vtar verbis Pij Pa-
pæ II. in suo tractatu de Fortuoa. Nolo refer-
re quot asinos viderim super cedros libani exal
tatos, & hodiè multiplicatos, ignorantes, quot
digitos in manibus habeant, quos vtilius foret
Ecclesiæ mortuos habere, quàm viuos, pos-
sidentes, vel potius occupantes infinitos eccle
siasticos redditus, & supremas dignitates
nedum malè dispensantes redditus ecclesiæ.
Immò malè, & hæreticè sentientes de fide:
quos Deus ad sensom sanioris intellectus, &
frugem melioris vitæ reducat, quoniā hi sunt,
propter quos ecclesia scandalizatur: quos per
conciliom generale in Spiritu sancto legitimè
congregatum reformare, vt putrida membra
expeditet ecclesiæ Dei. cum siot omnino inuti
les, & onerosi ipsi ecclesiæ.

Sed his omissis prosequendo de pluribus,
quærendom est.

Primò, vtrum super oon solutione decima-
rum possit dispensari.

Secundò, vtrum possit omnino dispensari
super non solotione integra, & in totum: an
verò super quota, siue parte tantum.

Tertiò, vtrum possit dispensari cum omni-
bus indifferenter, ita qoòd totus mundus ab-
soluatur à dicta solutione: an verò cum mul-
tis, & oon cum omnibus: an verò nec cum
omnibus, nec cum moltis: sed cum aliquibus,
arbitrio tamen moderato dispensantis.

Quartò, quæ sit aut esse possit causa huius
dispensationis.

Quintò, & vltimò, quis possit in præmissis
dispensare.

Ad primum, secundum, & qointum quæsi-
tum resolutè dicito, qoòd sic: per tex. in c. dile-
cti. c. suggestum ex parte, el primo, & secundo,
& c. ad audientiā. hoc eo. ti. io qoibus locis per
docto. & maximè per do. Cardinalem Butr. &
Abb. Sicul. copiosè hæc materia tractatur, ita
qnòd oon est dubium dispensari posse. qoin-
3 immò † consuetudo tolerata per Papam indu-
cit dispensationem sine expressa dispensatione,
vt tenet Hosti. in sum. hoc eo. titu. in §. vtrum
præscribi possiot, in versi. restat vt responde-
mus, per tex. in c. ad apostolicæ. eo. tit. & c. cum
4 siot. Et sic tolerantia videtur inducere dispen
sationē, etiam in his quæ suot de iure diuino.
Do. Cardinalis io c. à nobis. hoc eo. ti. in ij. col.
in ij. q. quærit, si decimæ sint de iure dioino,
quomodo remitti possit, & an & qoando hæc
sint vera, & remittit se ad gl. Host. ibidem, quā
ipse Cardinalis examinat ibi per subsequentes
q. suas, & in vij. q. notabiliter disputandò con
cludit, post Host. in sum. hoc eo. ti. §. vij. & §. fi.
dicit per prædicta per eum ibi, innuere, quòd
5 † decima est in præcepto, & qoòd hoc præce-
ptom potest dici morale naturæ vel quasi, siue
morale disciplinæ, siue iudiciale secundum
æquitatem. Sed siue sit morale disciplinæ, siue
oaturæ, vel quasi, siue iudiciale, sioe sic vel ali-
6 ter dicatur, certum est † qoòd decimarum ius
ab ecclesia dependet, & in hoc Papa est mode-
rator, sicut in alijs iuribos ecclesiasticis, vt le-
gitur & not. in c. j. de trāslatione Prælat. & in c.
per

per venerabilem. qui fil. sint legiti.
Sed quæro cum valeat consuetudo supra so
lutionè decimarum tacitè tolerata per Papam,
7 vt supra dixi, An † super ipsis valeat compo-
ni? Dic quòd sic, per text. & ibi not. in cap. ex
multiplici. hoc eod. titu. & in c. ij. de translat.
prælat. & idem Cardinalis in c. à nobis, in pri-
ma quæst. & in septima. io ij. col. Et ex prædi-
8 ctis infert Hostien. † quòd Papa potest exime-
re quos vult, in totum vel in parte, à solutio-
ne decimarum, per not. in cap. ex parte, el pri
mo, & secundo. & in c. suggestum. Et de his
disponere prout placet, dummodo totum ius
non tollat, quem refert, & sequitur Do. Car-
dinalis in dicto cap. à probis. io vij. quæst. in ij.
col. circa medium. & idem dixit idem Hostiē.
in sum. in titu. de rescript. in §. & super qui-
bus. & §. potest autem quis impetrare. Et hoc,
quia talia non sunt contra fidem, ideo ei indi
stinctè parendum est, vt in c. proposuit. de cō-
cess. præben. Et ex his infert Dom. Cardinalis
9 vbi supra, quòd † non exemptus, non soluens
decimam integraliter, ex quo est monitus, pec
cat mortaliter: quia contradicit legi diuinæ,
& humanæ, & iudici. vnde etiam potest ex-
communicari. vt in c. ex parte. supra eod. titu.
el secundo. in fi. & cap. peruenit. & ex his fit re
sponsum ad primam, secundam, & quintā q.
Ad tertium videtur etiam satis responsum
in d. c. ex parte, dicente ꝙ Papa potest eximere
quos vult in totum, vel in parte, prout placet.
Sed contrarium credo verius, quòd omnes
& totum mundum non posset eximere, nec
cum eo dispensare, ne decimæ soluantur, cum
tale ius in totum tollere non possit. vt sentit
idem Hostien. & Do. Cardinalis, & Abb. Sicu.
vbi supra. qui tamen non allegāt rationem, quā
credo esse, quia decoloraretur vniuersalis sta
tus ecclesiæ, quo casu Papa non habet potesta
tem: quia alias sequeretur, quòd ipse solus pos
set destruere & decolorare vniuersalem eccle-
siam. quod est hæreticum dicere, vt dixi supra
de dispensatio. Papæ, referendo dicta Petri de
Alliaco Cardinalis Cameracensis, qui edidit
tractatum de potestate Papæ, & concilij gene-
ralis in concilio Constantiensi. Et sicut dicunt
quòd Papa posset deponere multos Episcopos
etiam sine causa, nō tamen omnes Episcopos,
vt not. Abb. Sicu. in c. translato. de constitu.
quia esset decolorare vniuersam ecclesiam. Sic
etiam in tollendo omnes decimas.
Aliqui tamen tenent contrarium, videlicet
quòd nec vnum Episcopum sine causa possit
deponere solus, sicut nec solus hodie creare
sine cōsensu Cardinalium, qui hodie successe-
runt Episcopis ob Episcoporum absentiam à
latere Papæ, fundantes se super Act. Apost. 1.
vbi Petrus proposuit Apostolis electionem
fiendam ad Episcopatum in locum Iudæ,
in quo præuaricatus erat, non autem elegit,
sed fuit processum ad sortes. Et sic videtur, ꝙ
nec Petrus, nec successores Petri soli possint
eligere, nec deponere Episcopos: cum eius sit
tollere, cuius est & condere. Et videmus ob-
seruari, quòd in promotione Episcoporum
Papa semper promouet in Concistorio præsen
tibus Cardinalibus. Sed dicas quòd Papa hoc
potest de plenitudine potestatis, non iure or-
dinario. Immò in depositionibus semper vi
di procedi ordinariè, præcedente inquisitio-
ne, & formato processu, instante procurato
re fiscali, vt vidi seruari tempore Alexandri
VI. in vno Archiepiscopo Cussentino eius se
cretario, & in pluribus Cardinalibus tempo-
re Iulij II. & Leonis X. res est notificata satis.
Vel posset dici ex hoc, ideo Papam non di-
spensare vniuersaliter super non solutione de-
cimarum: quia Papa non potest dispensare cō
tra præcepta decalogi, in quibus versatur ho
nor Dei irremissibilis, vtilitas vniuersalis, pu
blica, & humana indispensabilis. vt in præce
ptis primæ tabulæ Mosis, vt in præcepto, Nō
habebis Deos alienos. Honora parentes. Sab-
bata sanctifices, & similibus. nec in totum,
nec in parte dispensat. Sed in præcepto deci-
marum est duplex consideratio. Prima, quan-
tum versatur honor Dei, qui decimas sibi reti-
nuit in signum vniuersalis dominij: quia Do-
mini est terra, & plenitudo eius orbis terra-
rum, & vniuersi qui habitant in ea: Quia ip-
se super mare fundauit eam, Psalm. xxiij.
Pro primo facit text. in c. tua nobis. de deci. &
ista nō possunt per Papam vniuersaliter dimit-
ti. Secunda consideratio est vtilitas, quā pro-
uenit ex solutione decimarum, quā concernit
commodum ecclesiarum & clericorum, & Pa
pa hac consideratione potest tanquam vniuer
salis Vicarius & administrator Christi hāc vti-
litatem aliquibus remittere, & dispensare, &
priuilegium super his impendere. vt in cap. ex
parte. & c. suggestum. de decim. nec in hoc ve-
nit Papa contra præceptum Dei, sed contra
constitutionem ecclesiæ, quæ distribuit de-
cimas inter particulares ecclesias, vt dicit gl.
in c. à nobis. de deci. & ibi Abb.
Ad quartam. q. respondeo, ꝙ possunt esse
plures rationabiles causæ dispensandi super
non solutione, quas possumus colligere ex di
10 uersis canonibus, vt † Religio, vt in c. nouum
genus. hoc eo. titu. vbi clerici clericis decimas
non soluunt. & in c. ex parte. el primo. vbi Ci-
stertien. Templarij olim, nunc Hierosolymita
ni, & Hospitalarij non soluunt decimas, vbi
Carthusienses eximunt.

11 Item † raritas, vt in c. suggestum. hoc eo. tit. ibi, nam quando Romana ecclesia ordini vestro priuilegia de decimis dederat, ita erant ratæ Abbatiæ vestri ordinis &c.

12 Item † sedis Apostolicæ benignitas, vt in c. licet. de benignitate. eod. tit.

13 Item † paupertas, vt hodie videmus in omnibus mendicantibus, qui omnino sunt exempti à solutione decimarum, tam prædialium, quàm personalium, & hortaliciorum ex speciali priuilegio sedis Apostolicæ, & tamen possident proprium, vt videmus ex dispensatione.

S V M M AE.

1 *Decimas, & primitias tuas non tardabis offerre.*

2 *Decima non dabatur minus quadragesima parte, ne plus sexagesima, & inter quadragesima et sexagesima arbitrarium erat. & num. 4.*

3 *Solutio primitiarum est ex lege diuina, & de decimis dicimus.*

5 *Primitiæ possunt redimi quod declaratur.*

6 *Omnis mutatio, & redemptio, est dispensatio.*

7 *Deus plus pensat voluntatem offerentium, quàm oblata.*

8 *Dispensatio non cadit in oblationibus in præcepto non existentibus.*

Oblationes de præcepto quales sint.

9 *Denegantes soluere oblationes, quæ sunt de præcepto, vt oblationes defunctorum, & oblationes festinæ: videntur malè sentire de resurrectione, & de purgatorio, ac de animarum salute.*

10 *Offerre pro mortuis, & offerre festiua in priuatis diebus est consilium: sed in festiuis præceptum.*

11 *Sacerdos pauper, qui non dederit tales oblationes, poterit diuino officio priuari.*

12 *Parrochianus, qui de consuetudine solet offerre in festiuitatibus pro mortuis: si non obtulerit, poterit cogi seruare hanc piam consuetudinem. & num. 14.*

13 *Dispensari an possit, & per quem, super oblationibus mortuorum, tam ex testamento, quàm ex laudabili, & pia consuetudine.*

14 *Eleemosyna non debetur de necessitate legis, sed est arbitraria, voluntaria, & consilio.*

15 *Ecclesia non admittit oblationes de notoriè illicitè acquisitis, vti à publico vsurario, vel meretrice, & alijs.*

16 *Eleemosyna an possit fieri de turpi lucro, cuius non competit repetitio.*

17 *Meretrix licèt turpiter agat, non tamen turpiter recipit.*

18 *Meretrix, an possit facere eleemosynã ex lucro meretricio: & an contra præmissa possit dispensari.*

19 *Oblatio de turpiter acquisitis, licèt non possit fieri: potest tamen dispensari per solum Pontificem.*

20 *Præceptiua non tolluntur per Pontificem, quia continetur in prima tabula Moysis: contenta autem in secunda dispensantur.*

21 *Cerimonialia possunt per Pontificem in totum tolli, ergo multo magis dispensari.*

De Primitiis, & Oblationibus.

1 DECIMAS, † & primitias tuas non tardabis offerre. primogenitum tuum dabis mihi. De bobus quoque, & ouibus similiter facies. Exodi xxiij. Primitias frugum terræ tuæ deferes in domum domini Dei tui. Exod. xxiij. Ex quibus quidem auctorita-

2 tibus videtur dicendum, quòd † primitiæ, sicut & decimæ debeātur de iure diuino, quam sententiam tenere videtur Hostien. in sum. eo. titu. §. fin. versi. fin. qui etiam quærit quota dari debeat, dicens non inueniri cantum in Pentatheuco, videlicet in quinque Libris Mosis: refert tamen beatum Hieronymum supra Ezechielem, & transumptiuè in cap. primo, hoc eod. tit. quòd non dabatur minus quadragesima parte, nec plus sexagesima, & inter quadragesimam, & sexagesimam arbitrarium erat, & hoc in aridis, & liquidis. Et Nicolaus de Lyra in dicto xxij. cap. Exodi. dicit, quod in Hebræo habetur, plenitudinem tuam, & lachrymam tuam non tardabis reddere. Et secundum quod dicit Rabbi Samuel, pro plenitudine intelliguntur primitiæ in aridis, sicut est triticum, & ordeum. & per lachrymam in liquidis, & sic est vinum, & oleum, & huiusmodi, quæ debent reddi tempore statuto, & non retardari. Primogenitū filiorum: quia consecrati erant Domino, eo quòd percutiens Dominus primogenita Ægyptiorum, saluauit primogenita Hebræorum, vt habetur vigesimotertio Exodi. De bobus quoque, & ouibus similiter facies offerendo Domino primogenita. Dicit tamen idem Nicolaus quòd primitiæ hominum redimebantur pecunia, videlicet quinque siclis argenti, declarans etiam quòd quilibet siclus valet quinque solidos, nō tamen dicit cuius monetæ. Ideo dicit, quòd valor est nobis incertus. Ex præmissis possimus inferre ad tria.

3 Primum, quòd † solutio primitiarum est de lege diuina, sicut & decimarum.

4 Secundum, quòd † huiusmodi solutio est determinata, videlicet inter quadragesima, & sexagesima.

5 Tertium, quòd † primitiæ possunt redimi, quod est intelligendum de bobus, & ouibus, & alijs animalibus, tam de his quæ poterant immolari, quàm quæ non poterant. vt de primogenito asini, qui debebat redimi oue, & de alijs, vt dictum est Exodi decimotertio. & si re-

6 si redimi, ergò & dispensari. cum † omnis mutatio, & redemptio sit dispensatio, vt supra diximus sæpius. Et cum supra in titulo de decimis dixerimus, Papam in eis dispensare posse, idem dicendum de primitijs, cum sint species decimarum, vt dixit Hostien. in dicto §. fin. versi. si.in principio.

Sed hæc omnia videntur tolli ex eo tex. Exodi xxv. in principio. Loquutus est Dominus ad Mosem dicens, loquere filijs Israel, vt tollant mihi primitias ab omni homine, qui offert vltroneus, accipies eas, designans etiam ibi Dominus, quæ accipi debebant. & dicit ibi Nic. de Lyra ab omni homine, qui offert vltroneus .i. spontaneus, & non aliter. nam & hilarem datorem diliget Deus. xxvj. q. vj. Ex quibus patet primitias esse voluntarias, & arbitrarias, & non necessarias: & de consilio, & non de præcepto. Et omnia supra in contrarium facientia sic esse intelligenda. Fallit tamẽ hoc, vbi primitię dantur loco decimatũ, vt in multis locis Italiæ, in quibus decimæ appellantur primitiæ, & soluuntur ex certa parte fructuum, & non de primis fructibus, & in quantitate consuetudinaria loci, quæ vt plurimũ est vnum de quadraginta, & in his attenditur consuetudo loci, vt supra dixi de decimis, & tunc non sunt propriè primitiæ, sed decimæ: & eo modo tolluntur, & cum eis dispensatur sicut in decimis, vt supra diximus, secundum Host. & alios.

De oblationibus quoq; Dominus dixit Exodi xxiij. Non apparebis in conspectu meo vacuus. quæ verba sunt consilij, & non præcepti dicunt theologi, vt Beatus Tho. in sum. q. 86. artic. quarto. dicens, quòd in noua lege diffinitur per determinationem ecclesiæ, ex qua homines obligantur, quòd primitias soluant secundum consuetudinem patriæ, & indigentiam ministrorum ecclesiæ. Quia † Deus plus
7 pensat voluntatem offerentium, quàm oblata. vt dicit Hieronymus in Amos prophetam. Nã non sacrificiorũ magnitudinem, sed offerẽtiũ merita causasq; diiudicat. vnde & vidua, quæ in corbonam duo minuta miserat, omnibus à Saluatore præfertur: quia Dominus non ea, quæ offeruntur, sed voluntatem respicit offerentium, & transumptiuè xxiiij. q. j. odi, & proieci. & ibi gl. fin. dicit, Affectum dantis pensat natura tonantis Iupiter, vel centum taurorum sanguine fuso: sic capitur minimi thuris amore Deus. pro quo est bo. text. Grego. in registro, & transumptiuè in c. scriptum. xiij. q. v. & xv. q. vj. sacerdotibus. in fin. Oblatio enim ex iniquo est maculata, ideo infructuosa dicit tex. August. in c. immolans. xiiij. q. v. Immolans ex iniquo, oblatio est maculata. Dona iniquorum non probat Altissimus, nec respicit in oblationes iniquorum. Ideo Deus non cogit ad offerendum, sed oblationes voluntarias, & immaculatas suscipit, vt iij. q. vij. in grauibus. §. ad Chaim verò. sed respexit
8 ad Abel. Ideo dicamus, quòd † in oblationibus huiusmodi, quæ non sunt de præcepto, non cadit dispensatio.

Sed aduertendum est, quòd aliquæ oblationes sunt de præcepto, vt sunt oblationes defunctorum, & oblationes festiuæ, si sacerdos sit pauper. Pro primo est text. in c. qui oblationes, el primo, & secundo. xiij. q. ij. qui oblationes defunctorum aut negant ecclesiis, aut difficulter reddunt, tanquàm egentium necatores excommunicentur. Et dicit ibi Archid.
9 quòd † huiusmodi denegantes soluere videntur malè sentire de resurrectione, & de purgatorio, ac salute animarum.

De festiuis habetur in c. omnis Christianus. de consecra. dist. j. Omnis Christianus procuret ad missarum solemnia aliquid Deo offerre, & ducere ad memoriam, quod Deus per Mosem dixit, Non apparebis in conspectu meo vacuus, vt supra dixi in princip. Et in eo. c. omnis Christianus. in §. in collectis, dicitur in collectis sanctorum patrum liquidò apparet, quòd omnes Christiani offerre aliquid ex vsu sanctorum patrum debent, & ibi gloss. dicit, quòd ibi non apparebis vacuus bonis operi-
10 bus, vel intelligendo ad literam, † est consilium in diebus priuatis, sed in festiuis est præceptum. Et ita videtur, quòd oblationes sint ex debito exigendæ, & ad eas dandas parrochiani sint cogendi. Allegat in arg. tex. in cap. statuimus. xvj. q. j. sed contra xij. q. cap. duo demum dicit credere, vt supra dixi. Quòd si
11 † sacerdos sit pauper, possit eis diuina officia subtrahere, nisi dent ei oblationes. & allegat c. cum sit. de simo. & xij. q. ij. charitatem. Archid. in d. cap. omnis Christianus. supra dict. gloss. ibi, sed credo dicit, quòd illa gloss. non fuit Io. Sed Lau. & quòd Hugo. idem sentit, qui dicit, quòd non credit, quòd oblationes, quæ voluntariè & ex deuotione fiunt, cui conuenit illud propheticum, Voluntariè sacrificabo tibi Psal. liij. in festiuis diebus sint debitæ, vel possint de iure peti, & dicit Ray. ita sensisse, videlicet quòd hoc enim intelligatur de oblatione interiori, vel bonorum operum, vel de consilio, & secundum Hug. ꝙ dictum est in veteri testamẽto non apparebis in conspectu meo vacuus. super quo passu Nicol. de Ly. nihil dixit cerimoniale fuit. Et tunc temporis ad literam ita institutum & præceptum, sed non ad literam secundum Ray. Nec obstat di. cap. statuimus. xvj. q j. supra alleg. & c. præter hoc. xxxij. dist. quoniã intelligitur de alijs oblationibus. S. quã

est facta donatio ecclesiæ inter viuos, vel Deo,
vel Deo & ecclesiæ facta est donatio causa mor
tis, quæ duę species oblationũ necessariò sunt
soluendæ. vt colligitur xij.q.ij. nulli. & c. qui
abstulerit. & xiij. q.ij. qui oblationes. supra al-
leg. cum duobus c. sequent. Credit tamẽ Ray.
12 † quòd si de consuetudine solent parrochiani
in festiuitatibus offerre, possunt cogi ad tenen-
dum piam consuetudinem, sed non à presby-
tero per subtractionẽ officij, sed ab episcopo,
cuius officium est in talibus implorandum, vt
not. in c. ad Apostolicam. de simo. supra alleg.
13 Sed his conclusionibus retentis, quæro † nũ
quid super oblationibus debitis tam ex testa-
mento, quàm ex laudabili, & pia consuetudi-
ne possit dispensari, & per quem?

Et dicendum est, quòd legata propriè non
dicuntur oblationes, sed impropriè: quia de
sui natura dicuntur legata ad pias causas, de
quibus supra dixi, in tit. de testa. & vlt. volun-
tatibus. quæ in melius commutari possunt per
Papam tantum, non autem Episcopum, vel
alium inferiorem à Papa, nisi ex speciali con-
cessione Papæ, vt supra diximus. vel quia volũ
tas testatoris non posset exequi in illos vsus, vt
testator iussit, de quo vide per do. Fel. in c. cum
accessisset. de constit.

Et pro complemento huius materiæ tam
circa obligationem solutionis, quàm ipsarum
diuisionem, & cui de iure competant, & qui
cogi possit ad illarum solutionem, tam de iu-
re communi, quàm de consuetudinario vide
per Host in sum. de parrochi. in §. in quibus cõ
sistit in versi. hic tamen sciendum est, per duas
col. & Frib. in sua sum. lib. I. in Rubricella de
oblationibus. titul. xv. vbi refert quasi ad lite-
ram dicta Host.

Sed tene, quòd hodie oblationes non de-
bentur de necessitate legis, nisi extet consue-
tudo in parrochis, vel sacerdotis vrgeat neces-
14 sitas, vt supra dixi, sed † sunt arbitrariæ, &
voluntariæ, & de consilio, sicut & eleemosyna
iuxta illud Danielis quarto. ò Rex placeat ti-
bi cõsilium meum, & eleemosynis redime pec
cata tua, & misericordiis pauperum, & igno-
scet forsan Deus delictis tuis. Et eleemosynæ,
& oblationes differunt tantum in modo porri
gendi: quia oblatio fit publicè, & palàm ad
altare. Eleemosyna verò clàm & secretè, &
dicitur eleemosyna, sola, siue secreta traditio,
ab elos quod est dans, & monos quod est so-
lus. Ideò euangelica veritas dixit, cum ergo
facis eleemosynam, noli tuba canere ante te,
sicut hypocritæ faciunt in synagogis, & in vi-
cis, vt honorificentur ab hominibus. Amen
dico vobis receperunt mercedem suam. Tu
autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra
tua, quid faciat dextera tua. vt sit eleemosyna
tua in abscondito, & pater tuus, qui videt
15 in abscondito reddet tibi. Math. v. Et † ecclesia
non admittit oblationes de notoriè illicitè ac-
quisitis, puta à publico vsurario, vel meretri-
ce. vt not. in c. miror. xvij. q. iiij. & per Archi.
in c non est. j. q. j. Item non admittit oblatio-
nes notoriè diffidentium, nec illorum, qui pau
peres opprimunt, vt in c. oblationes. xc. dist.
nec raptorum, aut vsurariorum. vt not. in c. su-
pra. eo. de rap. & in c. quia in omnibus. de vsur.
Et hos casus posuit Goffr. & Host. in titu. de
deci. in §. sunt tamen.

Eleemosynas autem ab huiusmodi crimino
sis ecclesia recipit: quia non iudicat de occul-
16 tis, & est regula, † quod de turpi lucro cuius
nõ competit repetitio, potest fieri eleemosyna,
vt ex tex. in c. qui habens aliquid de malo. xiiij.
17 q. v. Meretrix † autem licet turpiter agat, non
tamen turpiter recipit. Bar. in l. non dubium.
C. de leg. & in l. iij. §. quod meretrici. ff. de cõ-
di. ob tur. causam. Ideò potest facere eleemosy-
nam. Quod limitat Archi. in cap. qui venatori-
bus. lxxxvj. dist. & idem in c. non est, j. q. j. Di-
18 cens, quòd † ex lucro meretricio, post ceptum
meretricium, meretrix potest facere eleemosy-
nam: sed ex acquisitis, vt incipiat meretrica-
ri, non.

Sed nunquid possit dispensari contra præ-
missa, videlicet, quòd huiusmodi prohibiti
offerre, possint offerre, & eorum oblationes
per ecclesiam admittantur, & per quem, &
videtur posse dici, quòd non: quia lege diui-
na expresse prohibetur oblationem de scorto
fieri posse, vt Deuter. xxiij. ibi, non offeres
mercedem prostibuli, nec precium canis in
domo Domini Dei tui. Et ibi Nicol. de Lyra
dicit, quòd ex sic turpiter acquisitis potest fie-
ri eleemosyna, licet non oblatio, sed quòd pos
sit dispensari, sed per solum Papam, potius
19 videtur dicendum: Quia † cerimonialia legis
gratiæ per aduentum Christi sunt soluta, &
sublata. vt supra diximus titul. proximo, de
20 decimis & primitijs. Præceptiua † autem
non tolluntur per Papam: quia continen-
tur in prima tabula Mosis, contenta autem
in secunda dispensatur, vt etiam supra dixi
in tit. de voto per discursum materiæ. Sed ce-
rimonialia, quæ continentur in penthateuco
sunt valdè inferiora contentis in decalogo,
etiam in secunda tabula. Ergò longè melius
Papa potest cum eis dispensare, & potest assi-
gnari bona ratio: quia omnia pia opera, etiam
apparentia tantum, non sunt respuenda, sed so
lius Dei iudicio relinquenda, qui scrutator est
cordium, & non prouerbiorum: qui noscit
corda hominum, vt dicit glos. in sti. de actio.
§. aliæ.

§.aliæ.de quo Angel.consil.suo, mihi lxxxviij.
quod incipit, Visis. & consil.lxvj.qood inci-
pit, Non est. & consil.cccxsj. quod incipit, Fa
21 ctum tale est, sed cum hæc† sint cerimonialia,
potest per Papam nedum contra illa dispensa-
ri, sed etiam in totum tolli.

S V M M AE.

1 *Ingrediens religionem ante xiiij.an. non obligatur religioni in terra, exire potest. nu.5.*
2 *In insulis autem ante xviij.non suscipiuntur.*
3 *Religiosus, qui extitit per annum, & emisit professionem, vel habitum professorum, quomodo astringatur.*
4 *Ingrediens inuitus religionem, potest exire, nisi pro lapsum temporis ratificet.*
6 *Impetus omnia mala ministrat.*
7 *Deus cor interrogat, & non manum, si quid inuenisti, & non reddidisti.*
8 *Ecclesia non debet in suis contractibus fraudes committere.*
9 *Contractus dolo initus, ipso iure est nullus.*
10 *Assumens habitum professorum absque approbatione, non obligatur religioni.*

De Regularibus, & transeuntibus ad religionem.

QVIA in hac materia quatuor tem
pora consideranda sunt, videlicet
tempus ingressus religionis, tem
pus egressus religionis, tempus
emissæ professionis, & tempus petitæ dispen-
sationis.

De primis duobus tantum hic videbimus,
cum alia duo tempora magis conueniant titu-
lo de voto. Ideo de tempore ingressus, dicen
1 dum est, quòd † ingrediens religionem ante
xiiij. ætatis annum, noo obligatur religioni in
2 terra. In † insulis autem ante xviij. non su-
scipiuntur. Pro primo est tex.in c.j.pro secun-
do in c.quia insulis.hoc eo.titu. Ideo Host.in
sum. hoc eo.tit.in §.& vtrum exire. Dicit, q
3 † qui stetit per annum, vel professiooem emi-
sit, vel habitum professorum, siue professio-
nis assumpsit, vel sæculo, & beneficio renun-
ciauit, religioni astrictus est, tex.in c.non solú.
eo.tit. in vj.
4 Sed † inuitus intrans, exire non potest, nisi
per lapsum temporis ratificet, vt in c. j. & ij.
eo. tit.
5 Itẽ minor † xiiij.aonis exire potest cum vene
rit ad annos legitimos. vt in c. significatum.
eo.tit.& c.postulasti.& c.cum scimus. & xx.q.
j.illud. Et hoc infra tres dies postquam deue-
nerit, vt in c.ad nostram. eod.tit. Sed hoc di-
ctum aliqui improbant dicentes, quòd hoc ca
su etiam infra annum exire possunt: quia secun
dum Goffre. tunc concurrunt quinque ra-
tiones.

Prima est: quia impetuosè, & sine delibera-
6 tione intrauit, vnde dicitur † quòd impetus o-
mnia mala ministrat. Ideò non fuit obligatus
7 quo ad Deum, † qui cor interrogat, & non ma-
num. vt dixi supra de deci. & xiij. q. v. si quid
inuenisti, & non reddidisti. & xv. q.vj.c.j.

Secunda, quia illectus fuit.xx. q. iij. cap. si.
qnod incipit, Constituit sanè.sed ibi tenet obli
gatio qno ad personam. non obstante dolo, vt
io c.dubium.de conuers. coniug. & in c.qnod
metus causa: & d.c.constituit.est glo. quæ vi-
8 detur reprobare illum tex.qoia † ecclesia debet
fraudem facere in suis contractibus, vt not.in
c.per tuas.de dona.& in d.c.constituit.& con
tractus dolo initus est ipso iure nullo. vt xv.q.
vj.c.j. & in l. eligantur. ff. de dolo. quæ etiam
ibi soluit: tamen ibi glo. dicit esse mirum, q
in spiritualibus contractus dolo initus teneat.
ibi vide.

Tertia, quia prope pueritiam intrauit.
10 Quinta, quia † sine approbatione habitum
professorum assumpsit.xix.q. iij. monasterijs.
fallit hoc in professis apparentibus per ea, quæ
dixi supra proximè, in §.item minor, per tex.in
c.significatũ.& c.postulasti: & c. cum scimus.
eo. tit. cum ibi not.

Quinta, qui intrauit, & infra triduum exi-
uit, qui est, ac si non intrasset. vt not.in l. iij.
C.de hæred.aduoc.& l.si.C. de iud.& not.in c.
in causis. de elect.

De oblatis autem apparẽtibus religioni, an
astringantur.Host.notabiliter distinguit in sum.
eod.§.& vtrum exire. vbi vide, ne id idem re-
petam.

Sed sit conclusio pro expeditione primi, &
& secundi temporis, videlicet ingressus, & e-
gressus relgionis, quòd tales sic ingredientes,
& egredientes non subiacent obligationi reli-
gionis, ideo non indigent dispensatione.

De ingredientibus aotem in ætate legitima,
& profitentibus tacitè, vel expressè: & sic de
tempore emissæ professionis, & de apostatan-
tibus, dicemus copiosè infra, in tit.de voto.&
in tit.de apost.& aliquid dixi supra de dispen-
satio. Pap. in quibus locis materia hæc magis
conuenit. Et pariter dicemus de tempore pe-
titæ dispensationis, & à qoo peti possit actiuè,
& passiuè. Et qnis cum eis dispensare possit,
etiam in voto solemni castitatis, & religionis,
& an ad tempus, vel in perpetuum latè, & co-
piosè videbis in tit. de voto.

De Episcopis autem, & alijs prælatis, an
transire possint ad religionem, dicemus pari-
ter infra de voto.

SVMMAE.

1 *Matrimonij definitio.*
2 *Consensus facit matrimonium indiuisibile.*
3 *Eremita non est persona religiosa, nisi specialiter se deuoueat alicui religioni.*
4 *Eremita habet proprium.*
5 *Paulus Eremita fecit testamentum: & cui reliquerit bona sua.*
6 *Matrimonium est sacramentum, & primum à Deo indiuisibile institutum. Religio autem per se non est sacramentum, sed obligatio diuisibilis, et reuocabilis.*
7 *Conuersio coniugatorum, quomodo possit fieri, cum matrimonium non possit diuidi.*
8 *Coniugatorum status vsque adeo ab Ecclesia est approbatus, & illum damnans, anathema est.*
9 *Vxorati olim promouebantur ad sacerdotium, & Episcopatum.*
10 *Matrimonium spirituale per translationem Episcopi, non dissoluitur propriè, sed impropriè, & cur hoc sit.*
11 *Spirituale est dignius, sed carnale fortius.*
12 *Deus non permittit Ecclesiam errare.*
13 *Pontifex non debet dispensare, vt vxorata (licet consummatum non sit matrimonium) possit ingredi religionem.*
14 *Matrimonium per ingressum religionis coniugatorum non dissoluitur, sed vsque ad mortem remanet.*
15 *Natus ex coniugatis ad religionem conuersis post emissam professionem, seu votum castitatis, an sit legitimus.*

De Conuersione Coniugatorum.

GREGORIVS in epistola Theoteste patritio scribens, ait. Sunt, qui dicunt coniugia religionis, gratia dissolui debere, verum sciendum est, si hoc lex humana concessit, lex tamen diuina prohibuit, per se enim dicit veritas, Quos Deus coniunxit, homo nõ separet. qui etiam ait, Non licet dimittere vxorem, excepta fornicationis causa. Quis ergo huius latori legis contradicit. Scimus, quia scriptum est, Erunt duo in carne vna. & transumptiuè.xvij.q.ij.c.sunt qui dicunt. quæ sunt ex Gen.c.ij.in fi.& Matth.xix. quæ quidem authoritates valde videntur vrgere contra hanc rubricam, cum illæ sint de lege diuina. & deriuatiuè de lege Euangelica: hæc autem rubrica est à lege positiua, & ab ecclesia ordinata. Nam certum est, quod per ingressum religionis alterius coniugum duo sequuntur de necessitate contra matrimonium, alias essent repugnantia regulæ, videlicet, carnis separatio, quia non erunt duo in vna carne, sed singuli in sua carne, contra dictum Dei, vt Gene. ij.& caro, & religio insimul sunt repugnantia ad inuicem, cum vnum de substantialibus regulæ sit castitas.

Secundum, sequeretur diuidua vitæ consuetudo, quod est contra definitionem matrimonij, quæ est, quòd Matrimonium est maris, &
1 fœminæ coniunctio indiuidua vitæ continens consuetudinem diuini, & humani generis cõmunicatio, vt probatur insti. de patria potest. in princ.& l.j.ff.de ritu nup.& xxix.q.j.c.j. in princ.& in c.illud.de præsump.in fi.& l.aduersus, C.de cri.expil.hæred.& in l.j.ff. rerum amot.& xxvij.q.ij.in cap.j. in §.inter hos autem fuit coniunctio.

Et Isydorus ait, consensus facit matrimo-
2 nium † indiuisibile. vt copiosè dicemus infra de spon.in illa q.vtrum Papa possit dispensare supra matrimonio rato non consummato, vbi ponemus diuersas, & multiplices definitiones matrimonij. Videtur ergo ex his, quòd hæc rubrica malè sit formata, quia deberet stare negatiuè, videlicet de prohibita conuersione coniug. & Archid.in d.c.sunt qui dicunt. videtur annuere, quòd Gregorius sentiebat matrimonium adeo esse indiuisibile, quòd etiam conuersionis causa separari non posset. Sed demum idem in glo.j.dicit, quòd Grego. se correxit in secunda parte d.tex.ibi. Si verò vtrisque conueniat continentem vitam ducere. Et fortè dici potest, quòd Grego.non malè sentiebat, & quòd eius tunc opinio poterat substentari consideratis infra dicendis. Et primò, ꝙ sacramentum matrimonij fuit primum sacramentum à Deo ordinatum, & institutum, vt supra Gen. ij. in cuius institutione Deus indeterminatè dixit, Adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna: nec excepit aliquem casum, nec adulterij, nec religionis, quos Deus facilè excepisset, si voluisset: quòd in his, vel alio casu, aut causa posset dissolui. Sed ex quo Deus non dixit, nec nos dicere debemus. Nec obstat, quòd Moses concessit Iudæis libellum repudij, vt Deuter.xxiiij. in princ. quia illud fuit propter eorũ duriciem. Ideo Iesus Christus saluator noster reuocauit repudiũ, & concessit diuortiũ propter adulteriũ, non aũt soluit sacramentũ matrimonij, sed thorum tantũ, & carnem: adeo, ꝙ non licet ducere aliam, sicut licet Iudæis facto repudio, vt Matth.v.ibi. Dictum est autem, Quicunque dimisit vxorem suam, det ei libellum repudij. Ego autem dico vobis, quia omnis, qui dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari; & qui dimissam duxerit, adulterat. Ex qua

quidem

quidem authoritate Iesu Christi saluatoris, vt detur posse dici, quòd ex quo vnicum tantum casum saluator excepit, scilicet fornicationis, ꝙ præceptum in omnibus alijs maneat firmum: nam & ipsa euangelica veritas bene sciuisset dicere, excepta causa religionis, sicut dixit fornicationis, cum in lege veteri iam essent religiosi, vt erãt Sacerdotes, Doctores legis, & pharisæi præcipuè, qui confitebantur religionem.

Præterea omnia futura erãt Deo præsentia, vt dicit tex. in c. Deus omnipotens. & glo. sum mæ. de consec. dist. j. & diuina bonitas videbat Ecclesiam futuram, nunc institutam, & fundatam in sanguine suo, & adauctam, & firmatam in sanguine Sanctorum Martyrum, & videbat religiones hodie etiam per sanctos religiosos fundatas, vt per Cyrillum, Manolium, Basilium, Benedictum, Dominicum, Franciscum, & alios sanctos patres, vt & nũc nos videmus. potuisset ergo facilè dixisse & religionis, sicut dixit fornicationis. Nec est contra, quod legitur de sancto Machario, & sancto Alexio, de quibus in c. scripsit nobis. in §. ecce. xxvij. q. ij. quia ibi glo. fi. respondet dupliciter. primò, ꝙ Macharius, & Alexius fuerunt Eremitæ, & vita Eremitica non soluit matrimonium: quia

3 Eremita † non est persona religiosa, nisi specia

4 liter se deuoueat † alicui religioni, siue ordini.

5 Nam Eremita habet † proprium. xix. q. iij. c. præ latum. in §. contra, vbi Paulus Eremita in testamento collobium suum Athanasio Episcopo Alexandrino legauit: tunica verò beato Antonio, quod facere non potuissent, si in monasterium ingressi essent. Sed aliud est de his, qui vitam solitariam ducunt, & se nulli ecclesiæ tradiderunt.

Secundò respondet, quòd alij dicunt, quòd immo Eremita est persona religiosa, & talis religio habet votum annexum, si tamen in propria domo vellet religiosam vitam ducere, talis religio non dissoluit spõsalia, vt in c. ex parte, hoc eo. tit.

Sed credo, quòd possit dari clarius responsum tam de Machario, quàm de Alexio, videlicet, ꝙ neuter consummauerat matrimonium, quod patet in tex. d. §. ecce. xxvij. q. ij. ibi, vt. n. refert beatus Hieronymus: Macharius præcipuus inter Christi Eremitas, celebrato nuptiarum conuiuio, cum vespere thalamum esset ingressurus, ex vrbe egrediens transmarina petijt, & Eremi solitudinẽ sibi elegit. Et sequitur, Item beatus Alexius Epiphanij clarissimi filius similiter ex nuptijs diuina gratia vocatus sponsam deseruit, & nudus Christo famulari cœpit.

Horum exemplo patet, quòd sponsi sponsarum suarum, non exquisito consensu continentiam valent profiteri.

Quod etiam Eusebij Papæ authoritate probatur, dicentis, Desponsatam puellam non licet parentibus alij viro tradere, licet tamen illi sibi monasterium eligere. Hic autem loquitur de matrimonio rato, & cõsummato, quia de rato non cõsummato satis clarum est per iura supra proximè alleg. & per tex. in c. ij. eo. tit. & c. ex publico. & in hoc non est hæsitatio, sed de consummato. Pro quo etiam facit, ꝙ cum matrimonium sit sacramentum, & primum à

6 Deo indiuisibile institutum. Religio † autem per se non sit sacramentum, sed obligatio diuisibilis, mutabilis, & reuocabilis, & dissolubilis, sequeretur, ꝙ minus dignum traheret ad se magis dignum contra regulam iuris. Sed ꝙ religio non sit sacramentum per se patet, quia quilibet solutus potest se religioni ascribere vbicunque, & quandocunque, absque alicuius authoritate, vt dicemus infra de voto.

Et ꝙ sit diuisibilis, mutabilis, & reuocabilis, & dissolubilis, patet, quia de vna religione fit transitus ad aliam, vt diximus supra titulo proximo.

Quòd reuocabilis, & dissolubilis, patet, quia Papa ex magna causa potest facere de monacho non monachum. vt plenè dixit Io. And. in regula, actus legitimi. & in regula, semel Deo dicatum. in Mercur. Innocen. & Ioan. And. in c. cum ad monasterium. de stat. regul. & ibidem per Dom. Card. & per eundem in cle. ij. in §. j. in tertio not. de pœnit. & remiss. & ibidem in viij. q. & Dom. meus Fel. in c. si quando. de rescrip. in §. j. in iij. col. circa fi. & vt copiosius dicemus infra, in tit. de voto. Papa autem non potest nec tollere, nec dispensare contra matrimonium cõsummatum, obstante præcepto Euangelico. Quos Deus coniunxit, homo non separet. Quomodo ergo fiet cõuersio coniugatorum ad religionem, soluto voluntariè

7 matrimonio cõsummato? † quod est sacramentũ indissolubile, & sic fortius matrimonio spirituali. In hoc casu, licet tex. in c. inter corporalia. de translat. prælat. ꝙ fortius sit matrimonium spirituale, quàm carnale, sed est ibi secũdum quid, vt infra, posito etiam, ꝙ contrahatur vinculum, & matrimonium spirituale inter quemlibet profitentem religionem, sicut contrahitur inter Ecclesiam, & prælatum. vt not. in transla. prælat. inter corporalia, proximè alleg. & in c. sicut vir. vij. q. j.

Præterea status coniugatorum est vsque adeo ab ecclesia approbatus, ꝙ † illum damnãs

8 anathema sit. vt no. in c. si quis propter Deum, & c. frequens. & c. si quis nuptias. & c. hæc scri

9 psimus. xxx. dist. Immo & vxorati † promouebantur ad sacerdotium, & Episcopatum, sicut

sicut hodie faciunt Græci ante prohibitionem,
vt dicit tex.in c.Cœnomanensis.lvj.distin.quæ
prohibitio hodie etiam posset tolli per Papã,
sicut fuit facta per Papam, cum sit eius tollere,
cuius est condere.iux.regulã iuris,& vnaquæq;
res,per quascunq; causas nascitur, per easdem
dissoluitur,vt dicã latius infra.qui cler. vel vo-
uẽtes. Et in hoc casu fortior videtur causa per-
missionis, quàm prohibitionis, cum vtraque
fuerit nota Deo,vt supra dixi.Qui tamen dixit
ex sola causa fornicationis.& sic ista dictio sola
stat exclusiuè aliarum causarum.

Preterea videmus,ꝙ huiusmodi coniugum
conuersiones, vt in pluribus pariunt malos e-
uentus,vt dixi supra, de fil.presbyter. in §. sed
quid si ipsi coniuges, vbi posui duo exempla,
quæ vidi.

Contraria videntur stringere,quæ tamẽ om
nia vnico verbo tolluntur,videlicet per autho
ritatem ecclesiæ,cui standum est de necessitate
salutis æternæ propter symbolum, & in vnam
sanctam catholicam,& Apostolicam Ecclesiã.
Dicendum est coniugatos de eorum mutuo cõ
sensu, etiam post consummatum matrimo-
nium: quia in non consummato non est du-
biũ,vt in c.ij.& c.ex publico.hoc eo.ti.vt supra
dixi,posse conuerti ad religionẽ, & vouere mu
tuam,& perpetuam castitatem,Ecclesia sic per
mittente, & authorizante absque alia dispensa
tione,seu ministerio hoĩs, vt habetur in toto ti
tu.de cõuers.coniug.& in d.c. sunt qui dicunt.

Ad contraria verò Greg. in d.c. sunt qui di-
cunt.xxvij.q.ij.respondet ibi. Si verò vtrisque
conueniat cõtinentem vitam ducere, hoc quis
audeat accusare? cum certum sit, ꝙ omnipo-
tens Deus, qui minora concessit, maiora non
prohibuit. Duobus enim modis sancti viri e-
tiam à licitis abstinere solent. Aliquando, vt
merita apud Deum omnipotentem sibi auge-
ant. Aliquando, vt ante actæ vitæ culpas de-
tegant. Proinde,cum boni coniuges,aut me-
ritum augere desiderant,aut ante actæ vitę cul
pas delere, aut astringant se, & meliorem vi-
tam appetant, licet sic enim multos nouimus
cum suis coniugibus,& prius continentem vi-
tam duxisse, & postmodum ad sanctæ Ecclesię
regimina migrasse. Si verò continentiam,quã
vir appetit,mulier non sequitur,aut quam mu
lier appetit, vir recusat, diuidi coniugum non
potest.Scriptum est, Mulier potestatẽ sui cor-
poris nõ habet: similiter & vir potestatem sui
corporis non habet,sed mulier. Et Innoc. III.
in d.c.inter corporalia.in §.cum ergo.dicit, cũ
ergo fortius sit spirituale vinculum,quàm car-
nale, dubitari non debet, quin oĩpotens Deus
spirituale coniugium,quod est inter Episcopũ,
& Ecclesiam, suo tantum iudicio reseruauerit
dissoluendum, qui dissolutionem etiam carna
lis coniugij,quod est inter virum, & fœminam
suo tantum iudicio reseruauit, præcipiens, vt
quos Deus coniunxit,homo non separet. Non
enim humana, sed potius diuina potestate con
iugium spirituale dissoluitur,cum per transla-
tionem,dispositionem, aut cessionem authori
tate Romani Pontificis, quem constat esse Vi-
carium Iesu Christi,ab Ecclesia remouetur. &
ideo hæc tria,quæ præmisimus, non tam con
stitutione Canonica,quàm institutione diuina
soli sunt Romano Pontifici reseruata. Præte-
rea matrimonium spirituale per trãslationem
Episcopi non dissoluitur propriè, sed impro-
50 priè: quia † non mutatur sacramentum,sed ad
ministratio tãtum, cum vna sit Ecclesia catho-
lica, iuxta illud Cantic. Canticorum vj. Vna
est columba mea,perfecta mea, vna est matri
suæ electa. & in symbolo dicitur, Et in vnam
sanctam Catholicam, & Apostolicam Eccle-
siam,& glo. ibi, in verbo, fortius. in d. c. inter
corporalia, idest dignius: quia carnale est for-
tius,quia dissolui non potest, etiam si interue-
niat authoritas Papæ. Immo manet coniugiũ
etiam post separationem, propter fornicatio-
nem, allegat xxxij.q.vij.c.j. & ij. & c.tua nos.
de iureiur. quia durat vsque ad mortem, vt in
c.sicut alterius.vij.q.j. & in c. de vxore. de se-
pult.nisi in casu ante carnalem copulam,vt su-
pra diximus, quod non est sic in matrimonio
spirituali, quod in multis casibus dissoluitur
authoritate Papæ,vt translatione, renunciatio
ne,depositione, & alijs casibus, vt not. in c.j.
51 de translat.prælа. Ideo spirituale † est dignius,
sed carnale fortius. Host.verò in d.c.inter cor
poralia, quem & refert Dom. Card. ibidem in
tertio not.in iij.& viij.oppositione dicit,quòd
illud homo non separet, scilicet inferior à Pa-
pa non separet,idest non presumat constitutio
nem,interpretationem, vel glosam facere, per
quam separentur,vel coniungi non possint. al-
legat in arg.c.licet ex quadam.de testi.& c.non
debet. de consang. & affin. Cardinalis autem
in d.viij.oppositione,in versic. de ipso autem
carnali.remittit se ad not. in regula actus legiti
mi, in vj. sed ibi tractatur de dispensatione su-
per matrimonio contrahendo per religiosum,
per ingressum religionis, vt hic: non autem di
rimendo. Item ad notata per ipsum, in c. ex
publico.hoc eo. tit.in j.q.& copiosius in tertia
oppositione, vbi latè ponit solutionem huius
quæst. Quod exemplis sanctorum patrum Ec-
52 clesia sic declarauit, † quam Deus non permit-
tit errare, vt xxiiij.q.j. a recta. & ibi bona glo.
quæ dicit Ecclesiam non posse errare. licet Pa-
pa possit, & vlterius dicit ibidem Dom. Card.
quòd cessantibus exemplis Sanctorum, de qui
bus

bus supra dixi de Machario, & Alexio, & alijs de quibus per Grego. in d. c. sunt qui dicunt. xvij. q. ij. non deberet Papa dispensare, etiam in raro non consummato, q mulier possit in-
13 gredi religionem, & plus dicit, † quòd etiam in consummato, si quod exemplum, vel reuela
14 tio contingeret, dispensaret Ecclesia: sed † per ingressum religionis coniugatorum, non dissoluitur matrimonium. Immo manet vsque ad mortem, vt dicit præalleg. glo. in d. c. inter corporalia, in verbo, fortius, &: ibi copiosè per Butr. & Abb. vbi omnino vide.

Sed ponamus, q huiusmodi conuersi post emissam professionem, seu votum castitatis ge
15 nerant, † an sic geniti sint legitimi, videtur posse dici, q sic: quia vt supra diximus, per ingressum religionis, & professionem castitatis, non tollitur vinculum, nec sacramentum matrimonij: immo durat vsque ad mortem, vt supra dixi, & sic geniti sunt in vero, & legitimo matrimonio. Sed contrarium est verius, vt copiosius dixi supra de fil. presby. in §. sed quid si ipsi coniuges. vbi dixi casum de facto, & expediuisse bullas dispensationis, ad omnes etiam sacros, & presbyteratus ordines, & cum istis solus Papa dispensat. ibi vide.

S V M M AE.

1 *Dispensari, an, & per quem possit cum voto.*
2 *Dispensari non potest per hominem in his, quæ sunt de lege naturæ, & in præceptis naturæ.*
Obligatio voti fundatur super fidelitate, quam homo debet Deo.
3 *Homo ad id, quod vouit ex necessitate tenetur, dummodo sit aliquid, quod ad Deum pertineat.*
4 *Voluntas communis firmior dicitur, quàm specialis.*
5 *Vouens, quodammodo sibi statuit legem ad aliquid faciendum, vel dandum, quod est secundum se. & num. 154.*
6 *Terminatio, quòd votum non seruetur, est voti dispensatio.*
7 *Commutare votum est minus, quàm in voto dispensare. & num. 32.*
8 *Vtrunque tamen in potestate Ecclesiæ consistit, & num. 33.*
9 *In voto solemni continentia perpetuò, an possit dispensari. & quid si esset temporale. num. 15.*
10 *Et an dicatur solemne.*
11 *Latria est nobilior virtus, quàm castitas.*
12 *Votum solemne continentiæ est indispensabile, quia continentia non recipit condignam compensationem.*
13 *Homo per continentiam triumphat de domestico inimico, & per eam perfectè Christo confirmatur, secundum puritatem animæ, & corporis.*
14 *Solemnitas voti, in quibus consistat.*
Continentiæ effectus.
15 *Professi religionem mortui sunt mundo, & viuunt Deo. & nu. 24.*
16 *Religiosus, qui fit Episcopus, sicut non absoluitur à voto continentiæ, ita nec à voto paupertatis.*
17 *Nec à voto obedientiæ, licèt aliquando per accidens obedire non teneatur.*
18 *Continentia animæ, non carnis dici debet.*
19 *Prælati authoritas ad commutationem, vel dispensationem voti, an requiratur.*
20 *Ingressus religionis solus tollit omnia vota: & cur hoc fit. & num. 83.*
21 *Votum quid sit.*
22 *Prælatus in Ecclesia gerit vices Dei.*
23 *Dispensatio qualibet à Prælato petita, debet fieri ad honorem Christi, in cuius persona dispensat, vel ad vtilitatem Ecclesiæ, quæ est eius corpus.*
25 *Votum subditi conditionaliter intelligitur, si domino, vel patri placuerit. & nu. 96. 97. & 99.*
Prælatus non potest imperare ea, quæ secundum se Deo displicent, neque prohibere, quæ Deo placent.
26 *Dispensatio Prælati in manifestis, non excusat à culpa.*
Pontificis maxima, & absoluta authoritas.
27 *Vota continentiæ, & peregrinationis terræ sanctæ, quo ad dispensationem, sunt Summo Pontifici reseruata.*
28 *Commutatio, vel dispensatio contra Deum, nulla est.*
Pontifex verba sacræ scripturæ interpretari potest.
29 *Vota voluntatis, quæ possunt redimi, vel commutari.*
30 *Votum debet esse melioris boni.*
31 *Determinatio absolutè facta, quòd votum non obseruetur, dicitur dispensatio voti: si verò aliud pro alio ponitur, dicitur commutatio voti.*
33 *Redemptio, vel commutatio voti non permittitur, nisi duobus concurrentibus. & 34.*
35 *Pontifex, an possit dispensare in solemni voto continentiæ, & quid in alijs.*
36 *Vota vaga, & indeterminata recipiunt interpretationem à iure.*
37 *Voti exequutio, quotiescunq; contineat peccatum, non est implendum.*
38 *Episcopi, cum quibus vouentibus dispensari possint. & 44. & 45.*
39 *Castitas tanto magis Deo accepta est, quanto pauciores reperiuntur sine incontinentiæ vitio.*
40 *Ephigenia virgo Deo dicata, noluit nubere Regi, cum se Christianum fieri cum toto Regno suo Rex promisisset.*
41 *Pontifex de plenitudine potestatis in quocunque voto dispensare potest, quod ab initio voluntarium fuit.*
42 *Peccat tamen si hoc faciat absque causa.*

Neque

Neque obediendum est; si liqueat sine causa dispensare.
43 Innecessario voto nullo modo dispensat.
46 Votorum triplex diuisio.
47 Vota à furioso mente capto, aut simplicissimo facta non tenent.
48 Deliberatio omnino in voto requiritur.
49 Defectus conditionis apposita voto, irritat votum.
50 Conditio duplex, quæ voto apponitur.
51 Omnia fiunt, vel Deo iubente, vel Deo permittente.
52 Vouens ire ad Sanctum Iacobum in Compostella, nullo præfixo tempore: si antequam vadat decedat, an teneatur mittere alium, an verò morte dispensetur sine superioris ministerio.
53 Vouens sub conditione spirituali, tenetur, adueniente conditione: aliter nequaquam.
54 Voluntas alterius, an possit irritare votum, & in quibus verum sit. num. 55.
56 Episcopus habens animarum curam, non potest vouere peregrinationem dimittendo Episcopatum, secus si voueret de religiosè viuendo.
57 Clerici beneficiati, cur non possint peregrinationem vouere.
Quid de non beneficiatis.
58 Lex iusto non imposita, quia vbi spiritus Dei, ibi libertas.
59 Ductus spiritu Dei, non est sub lege.
60 Votum sicut iuramentum debet habere annexum iudicium, scilicet discretionem.
61 Vouendum non in leuiter, & indiscretè.
62 Honor cœlestis Regis iudicium diligit.
63 Sal, quod in omni sacrificio olim offerebatur, quid significaret.
64 Impotentia, et infirmitas semper consideratur in abstinentiæ voto.
65 Vouens ieiunare, si ægrotus fregerit votum, reus voti non habetur.
66 Vota, & iuramenta non extenduntur, nisi ad ea, de quibus verisimiliter cogitatum est.
67 Coniuges aliquando non possunt vouere sine mutuo consensu. & nu. 98.
68 Impuberes in multis casibus non vouent, nec facta reddunt absque parentum, vel tutorum consensu. & nu. 97.
69 Filiusfam. qui cum sit sub patria potestate, non potest vouere, si tamen vouerit, an illud teneatur exequi, postquam est liberatus à patria potestate, si votum sit tale, quòd emitti non potuit absque patris consensu.
70 Serui non vouent absque Domini consensu. & 96.
71 Redemptio, commutatio, dispensatio, & irritatio voti differunt.
72 Dispensatio, & absolutio differunt.
73 Dispensatio, & irritatio differunt.
74 Votum non obligat vltra vouentis possibilitatem. & num. 138.
75 Impedimentum, quod impedit votum, licèt post factum oriatur, impedit tamen votum.
76 Voluntas bona perficit votum.
77 Voluntas, an, & quando pro facto habeatur.
78 Inferiores prælati Episcopo non dispensant.
79 Prælatus citra Episcopum non potest absoluere à sententia excommunicationis à canone promulgata, & an semper verum sit.
80 In voto solemni continentiæ nemo dispensat.
81 Episcopus, in quibus casibus dispensare possit, & in quibus non.
82 Reseruata Pontifici in bulla in cœna Domini.
84 Voti commutatio pendet ex arbitrio diœcesani.
85 Personæ qualitas in commutatione voti considerari debet.
86 Laici ratione voti efficiuntur de foro Ecclesiastico.
87 Propositum voti, & votum differunt.
88 Conceptio voluntatis ad vouendum absque firma deliberatione non est votum.
89 Votum tria tempora habere dicitur.
90 Vouens cum proposito tantum in animo non obligatur quo ad Deum, neque quo ad Ecclesiam.
91 Quid cum proposito deliberato, & ore expresso.
92 Expressio oris requiritur ad complementum obligationis uoti. & quomodo intelligatur.
93 Matrimonium, an possit cõtrahi per signa, et nutus.
94 Episcopus non potest uouere sine licentia Pontificis, & suæ Ecclesiæ.
95 Abbas non potest uouere absque Episcopi licentia.
99 Debitor nõ potest uouere in præiudicium creditoris.
100 Furiosus durante furore non potest uouere.
101 Votum ab initio est uoluntarium, sed ex post facto necessarium. & num. 159.
102 Votum per alium impleri potest.
103 Pater potest cogere filium implere uotum paternum sub pœna exhæredationis.
104 Absoluere nemo potest à voto ultramarino sine speciali mandato Pontificis.
105 Quid in Legato de latere.
Et summo pœnitentiario.
106 Votum religionis impedit promotionem ad Episcopatum.
107 Votum intrandi religionem ipsa non expressa, intelligitur de approbatis arbitrio ipsius uouentis.
108 Inferiores Prælati, etiam professi possunt uotum ultramarinum emittere.
109 Vouens religionem ingredi, si non inueniat religionem, quæ eum uelit, potest in manibus Episcopi profiteri, & erit monachus Episcopi, & monachus absque monasterio.
Et an talis monachus possit stare sine habitu.
110 Habitus non facit monachum.
111 Votum, & propositum æquiparantur.
112 Votum solemne dirimit matrimonium postea contractum, etiam sequuta copula ex constitutione Ecclesiæ, non autem iure diuino.
113 Votum simplex quo ad Deum, ita obligat sicut solemne.

114 Emissio

114 *Emissio voti solemnis de intrando religionem facta ab eo qui in veritate non habebat animum ingrediendi, non obligat in foro conscientia.*

115 *Votum simplex impedit, at non dirimit, matrimonium, solemne vero impedit, & dirimit.*

116 *Omne votum recipit dispensationem, sed non solemne continentia.*

117 *Fractio voti non est species infidelitatis.*

118 *Votũ non põt mutari in melius propria authoritate.*

119 *Vouens nunquam carnes comedere, potest in infirmitate comedere.*

120 *Authoritas Pontificis semper excepta intelligitur in quocunque voto.*

121 *Votum dubium à vouente interpretatur.*

122 *Vouere quis per alium non potest.*

123 *Neque pœnitentiam accipere.*

124 *Voluntas sola, & propositum sine verborum prolatione sufficit ad obligationem voti in foro conscientia.*

125 *Appellatione voti de quo intelligatur.*

126 *Religionis votũ excedit omne genus satisfactionis.*

127 *Votum coniugum vouentium castitatem, non soluitur si se cognoscunt.*

128 *Imò incestus committitur.*

129 *Votum emissum metu mortis, est nullum, nec ligat, nisi cessante metu ratificetur.*

130 *Item de emisso mente turbata, adeò ut sapiat mentis alienationem.*

131 *Votum infirmorum non tenet, nisi in sanitate recuperata ratificetur.*

132 *Votum per me factum pro te, non obligat te.*

133 *Votum factum ad impulsum alienum non obligat.*

134 *Votum pro sanitate recuperanda obligat.*

135 *Votum generale obligat.*

136 *Voti solemnitas est de iure positiuo.*

137 *Votum emissum non obligat vouentem superueniente impedimento, fallit tamen nu. 138. et 140.*

139 *Votum pro subsidio terra sancta debet adimpleri eo meliori modo quo potest.*

141 *Religiosus voto obligatus, magis ex voto meretur quàm laicus sponte vouens.*

142 *Votum licèt sit de iure diuino, potest tamen in melius commutari cessante causa, in vouente autem Episcopi solius.*

143 *Ius diuinum magis obligat, quàm ius positiuum.*

144 *Ieiunium quare certis temporibus introductum sit.*

145 *Claustralis religiosus potest emittere votum pro subsidio terra sancta, etiam sine consensu superioris, & an in alijs locum habeat. num. 147.*

146 *Votum vltramarinum per mulierem emissum, si in terræ sanctæ subsidium sit emissum, etiam coniugata, compellitur exequi, & an semper hoc sit verum.*

148 *Monachus potest deserere monasterium & insistere publice vtilitati Ecclesia vniuersalis.*

149 *Sollicitudo, labor, et disciplina praferuntur contemplationi, & quieti.*

150 *Verbum succurrere quam habeat significationem.*

151 *Prædicare crucem spectat ad solum Pontificem, nisi sit negligens, quia tunc ad concilium spectaret.*

152 *Quid si Concilium non esset congregatus. & 153.*

155 *Deus semp et vbiq; præsens ẽ, et semp recipit vota.*

156 *Regula si non valet vt ago, valet vt valere potest: an in voto procedat.*

157 *Differens executionem voti, dicit voti transgressor.*

158 *Melius est non vouere, quàm vota non reddere.*

160 *Commutatio seu redemptio voti nedum facienda est sine superioris licentia, sed etiã ipsius voti dilatio.*

161 *Episcopus non potest secum dispensare in voto dispensabili per Episcopum.*

162 *Authorizare nemo debet in causa propria.*

163 *Vota quo animo, & sinceritate sint reddenda.*

164 *Violans votum simplex incurrit pœnam triennalis pœnitentia.*

165 *Pontifex ita variè dispensat sicut varia sunt vota.*

166 *Vouens ingredi religionem nullo adiecto tempore debet ingredi quãto citius commodè potest, alias mortaliter peccat.*

167 *Votum religionis tollit quamcunq; ingratitudinẽ, propter quam filius veniret exhæredandus.*

168 *Votum speciale præcisè obligat, si per verba de præsenti emittitur.*

169 *Votum impeditur per publicam utilitatem.*

170 *Votum minus tollitur quàm maius.*

171 *Votũ tollitur per contrariã superioris inhibitionẽ.*

172 *Votum incautum non obligat.*

173 *Melius est non vouere, quàm votum non soluere.*

174 *Votum potest commutari sine necessitate, dummodo sit utilitas in commutatione.*

175 *Omne votum est dispensabile cum causa urgente, inchoanda à voto castitatis, & religionis usque ad minimum.*

Pontifex an possit dispensare cum religioso professo super voto continentia.

De voto, & voti redemptione, commutatione, & dispensatione.

NARRAVIT Moses filijs Israel omnia quæ ei dominus imperauerat, & locutus est ad Principes Tribuum filiorum Israel. Iste est sermo, quem præcepit Dominus. Siquis virorum votum domino vouerit, aut se cõstrinxerit iuramento, non faciet irritum verbum suum, sed omne quod promiserit adimplebit. Num. xxx. & Propheta Psal. lxxv. Vouete, & reddite Domino Deo vestro. super quo Beatus Antoninus Archiepiscopus Florent. in sua sum. par. ij. tit. xj. in principio, seu proœmio primi capituli, ante primum §. assumens ex illo psalmo thema, bene examinat significationem illorum verborum. Vouete, & reddite,

per tres §. & in c.ij. per x. §. ponendo satis ordi
natè hanc materiam, & in vij. §. decimum. in-
clusiuè ponit de dispensatione, & commuta-
tione votorum, sed omissis quæ nō faciunt ad
materiam dispensationis, ea tantum referam,
quæ ad materiam nostram conueniunt.

Beatus Thom. ij. ij. q. lxxxviij. per totum, vi
delicet per xij. articulos, etiā examinauit, quo-
rum x. xj. & xij. faciunt ad materiam dispensa-
tionis, & idem q. vlt. per totum, vbi latè ponit
de voto Religionis Hosti. in summa examinăt
hunc tit. per vij. §. quorum quintus & sextus
similiter faciunt pro nobis. Et idē posuit Goff.
parum tamen, aut nihil dicens ad materiam
nostram.

Io. de Friburgo in hoc eo. tit. lxxxv. quæstio-
nes, quarum xv. faciunt ad materiam nostram
hos omnēs itaque seriatim referam, addendo
etiam quę doctores sparsim dixerunt, Cum ma
teria hæc dispensationis votorum sit frequens
in ecclesia, & necessaria. de qua etiam vide in
iiij. sent. per beatum Tho. dist. xxxij.

Et descendendo ad materiam nostram di-
spensationis, primo quæro, vtrum & per quem
in voto valeat dispensari. beatus Thom. ij. ij. q.
1 lxxxviij. art. x. supra allegato. dicit quòd † in vo
to videtur non posse dispēsari, minus enim est
commutari votum, quàm in eo dispensari: sed
votum nō potest commutari. dicitur enim Le-
uitici xxvij. Animal, quod immolari potest do-
mino, si quis vouerit, sanctum erit, & immuta
ri non poterit, nec melius malo, nec peius bo-
no. ergo multo minus potest dispēsari in voto.
2 Præterea in † his, quæ sunt de lege naturæ, &
in præceptis diuinis non potest per hominem
dispensari, & præcipuè in præceptis primæ ta
bulæ quæ ordinantur directè ad dilectionem
Dei, quæ est vltimus præceptorum finis. Sed
implere votum est de lege naturæ, & est præce-
ptum legis diuinæ, vt ex supra dictis patet, &
pertinet ad præcepta primæ tabulæ, cum sit a-
ctus latriæ: ergo in voto dispensari non potest.

Præterea obligatio voti fundatur super fide
litate, quam homo debet Deo, vt dictum est,
sed in hac nullus potest dispensare, ergo nec in
voto, vnde Gregor. in epistola ad Bonifacium
dicit, si inter homines solent bonæ fidei contra
ctus nulla ratione dissolui, quanto magis ista
pollicitatio, quam cum Deo pepigit, solui sine
vindicta non poterit? Ideo dicit beatus Tho.
3 ij. ij. q. vlt. art. iij. quod † implere id, quod ho-
mo vouit, ex necessitate tenet, dummodo sit
aliquid, quod ad Deum pertineat, & idem no
ta. in c. viduas. xxvij. dist.
4 Sed contra † maioris firmitatis esse videtur,
quod procedat ex communi voluntate, quàm
quod procedit ex singulari voluntate alicuius
personæ: sed in lege, quæ habet robur ex com-
muni voluntate potest per hominem dispensa
ri, ergo videtur, quòd etiam in voto possit per
hominem dispensari. Respondeo, quòd dispē
satio viri intelligenda est ad modum dispēsa-
tionis, quæ fit in obseruantia alicuius legis:
quia, vt supra dictum est, lex ponitur respicien
do ad id, quod est vt in pluribus bonum. Sed
quia contingit huiusmodi in aliquo casu non
esse bonum, oportuit per aliquem determina
ri, in illo particulari casu legem non esse ser-
uandam: & hoc propriè est dispensare in lege.
Nam dispensatio videtur importare quandā
commensuratam distributionem, vel applica-
tionem communis alicuius ad ea, quæ sub ip-
so continētur, per quem modum dicitur ali-
quis dispensare cibum familiæ. Similiter autē
5 ille, † qui vouet, quodammodo sibi statuit le-
gem, obligās se ad aliquid, quod est secundum
se, & vt in pluribus bonum, potest tamen con-
tingere, quòd in aliquo casu sit, vel simpliciter
malum, vel inutile, vel maioris boni impedi-
mentum, quod est contra rationem eius, quod
cadit sub voto, vt ex prædictis patet: & ideo
necesse est, quod determinetur, in tali casu votum
6 non esse seruandum, & si quidē † absolutè de-
terminetur aliquod votum non esse seruandū,
dicitur esse dispēsatio voti. Si autem pro hoc,
7 † quod seruandum erat, aliquid aliud impona
8 tur, dicitur commutatio voti. vnde minus † est
votum commutare, quàm in voto dispensare:
vtrunque tamen in potestate ecclesiæ cōsistit.

Ad primum ergò dicendum est, quòd ani-
mal, quod immolari poterat, ex hoc ipso quod vo
uebatur, sanctum reputabatur, quasi diuino
cultui mancipatum: & hęc erat ratio, quare nō
poterat commutari. vt Leuiti. xxvij. ibi, animal
autem quod immolari poterat, sicut nec mo-
do posset aliquis rem, quam vouit iam conse-
cratam, puta calicem, vel domum, commuta-
re in melius, vel in peius. Animal autem, quod
nō poterat sanctificari: quia non erat immola-
ticum, redimi poterat, & debebat, sicut ibidē
lex dicit, & ita etiam nunc commutari possunt
vota, si consecratio non interueniat.

Ad secundum dicendum est, quod sicut ex iure
naturali, & præcepto diuino tenetur homo
implere votum, ita etiam tenetur ex eisdem o-
bedire superiorum legi, vel mandato. Et tamē
cum dispensatur in aliqua lege humana, non
fit vt legi humanæ non obediatur, quod est cō
tra legem naturæ, & mandatum diuinum, sed
fit, vt hoc, quod erat lex, non sit lex in hoc ca-
su, ita etiam auctoritate superioris dispensan-
tis fit, vt hoc quod continebatur sub voto, nō
contineatur inquantum determinatur in hoc
casu, hoc non esse congruam materiam voti. &

ideo

Ideo cum prælatus ecclesiæ dispensat in voto, non dispensat in præcepto iuris naturalis, vel diuini, sed determinat id, quod cadebat sub obligatione deliberationis humanæ, quæ nō potuit omnia circumspicere.

Ad tertium dicendū, ꝙ ad fidelitatem Deo debitam non pertinet, quòd homo faciat id quod vitandum est malum, vel inutile, vel maioris boni impedimentum. ad quod tendit voti dispensatio: & ideo dispensatio voti non est contra fidelitatem Deo debitam, secundum beatum Thom. vbi supra hæc ille.

9 Secundo quæro vtrum† in solemni voto cō
10 tinentiæ possit dispensari.† ꝙ autem votum dicatur solemne, habes tex. in c. j. eo. tit. in vj. & vide glo. in c. sicut bonum. in verbo sub testimonio. xxvij. q. j. Beatus Tho. ea. q. lxxxviij. art. xj. dicit quòd in voto solemni continentię posse fieri dispensatio, vna enim ratio dispensandi in voto est, si sit impeditiuum melioris boni, sicut dictum est. sed votum cōtinentiæ, etiā si sit solemne, potest esse impeditiuum melioris boni: nam bonum commune esse diuinius quàm bonum vnius, potest autem per continētiam alicuius impediri bonum totius multitudinis, puta si quando per contractum matrimonij aliquarum personarum, quæ continentiam vouerint, posset pax patriæ procurari, ergo videtur, quòd etiam in solemni voto continentiæ possit dispensare.

11 Præterea † latria est nobilior virtus, quàm castitas, sed siquis vouerit aliquem actum latriæ, puta offerre Deo sacrificiū, potest in illo voto dispēsari. Ergo multo magis potest dispēsari in voto cōtinētię, qd est de actu castitatis.

Præterea sicut votum abstinentiæ obseruatum, potest vergere in periculum personæ. Ita est obseruatio voti continentiæ, sed in voto abstinentiæ, si vergat in corporale periculum vouentis, potest fieri dispensatio. ergo pari ratione in voto continentiæ potest dispensari.

Præterea sicut sub professione religionis, ex qua votum solemnizatur, continetur votum continentiæ, ita est votum paupertatis, & obedientiæ: sed in voto paupertatis & obedientiæ potest dispensari, sicut patet in illis, qui post professionem ad Episcopatum assumuntur. ergo videtur, quòd in solemni voto continentiæ possit dispensari.

Sed contra est quod dicitur Ecclesiast. xxvj. Omnis ponderatio nō est digna animę cōtinētis, pręterea in c. cum ad monasterium. de sta. mon. in fi. dicitur abdicatio proprietatis, sicut etiā custodia castitatis, adeo annexa est regulæ monachali, vt contra eā nec summus Pontifex possit indulgere. respōdetur dicendū esse, ꝙ in solemni voto cōtinētiæ tria possunt cōsiderari.

Primò quidē materia voti, s. ipsa cōtinentia.

Secundò perpetuitas voti. s. cum aliquis voto se astringit ad perpetuam continentiæ obseruantiam.

Tertiò ipsa solemnitas voti.

12 Dicunt ergo quidam ꝙ† votum solemne est indispensabile, ratione ipsius continentię, quę non recipit condignā compensationem, vt patet ex authoritate inducta, cuius ratione quidā
13 assignant: quia † per continentiā homo triumphat de domestico inimico, vel quia per continentiā homo perfectè confirmatur Christo secundum puritatem animę & corporis, sed hoc non videtur efficaciter dici: quia bona animæ vt potè contemplatio, & oratio sunt bona multò meliora bonis corporis, & magis nos Deo confirmant, & tamen potest dispēsari in voto orationis, vel contēplationis, vnde non vř esse ratio, quare non possit dispensari in voto continētiæ si respiciatur absolutè ad ipsam continentię dignitatem: præsertim cum Apost. j. ad Cor. vij. ad continentiā inducat propter contemplationem, dicens ꝙ mulier innupta cogitat quę Dei sunt, finis autem potior est his, quæ sunt ad finem. Et ideo alij rationem huius assignant ex perpetuitate, & humilitate huius voti, dicunt enim ꝙ votum continentiæ non potest præter, mitti, nisi per id, quod est omnino contrariū, ꝙ nunquàm licet in aliquo voto. sed hoc est manifestè falsum: quia sicut in carnali copula est continētiæ contrariū, ita comedere carnes, vel bibere vinum est contrariū voto abstinētię à talibus, & tamen in huiusmodi votis potest dispensari. Et ideo alijs videtur, ꝙ in voto solemni continentię possit dispensari propter aliquam communem vtilitatem, seu necessitatē, vt patet in exemplo præmisso de pacificatione terrarum ex aliquo matrimonio contrahēdo. Sed quia decreta. inducta dicunt expressè, ꝙ nec summus Pontifex potest contra custodiā castitatis monacho licentiā dare, ideo aliter videtur dicendum, ꝙ sicut supradictum est, & habetur Leuit. vlt. c. illud quod semel Deo sanctificatum est, non potest in alios vsus commutari, cui cōuenit regula, quod semel Deo dicatū est. de re iud. in vj. non autem potest facere aliquis ecclesiæ prælatus, vt id quod est sanctificatum sanctificationē amittat, etiā in rebus inanimatis, vt puta, ꝙ calix consecratus desinat esse consecratus (si maneat integer) vnde multò minus potest hoc facere aliquis prælatus, vt homo Deo consecratus quandiu viuit cōsecratus
14 esse desinat. Solēnitas †aūt voti cōsistit in quadā cōsecratione, seu benedictione vouētis, vt dictū est, & ideo nō potest fieri p aliquē prælatum ecclesiæ, ꝙ ille qui votum solemne emisit, desistat ab eo, ad quod est consecratus, pu-

ta quòd ille qui est sacerdos, non sit sacerdos, licet possit prælatus ob aliquam causam executionem ordinis prohibere. Et simili ratione Papa non potest facere, quòd ille qui est professus religionem non sit professus, licet quidam contrarium dicant. Est ergò considerandum, vtrum continentia sit essentialiter annexa ei, ad quod votum solennizatur: quia si nō est ei essentialiter annexa, potest manere solemnitas consecrationis sine debito cōtinentiæ, quod non potest contingere si sit essentialiter annexum ei, ad quod votum solennizatur: Sed non est essentialiter annexum debitum continentiæ ordini sacri, sed ex statuto ecclesiæ. vt latiùs dicam infra, qui cler. vel vouent. vnde videtur, quòd per ecclesiam possit dispensari in voto continentiæ solēnizatæ per susceptionem sacri ordinis. Est autem debitum continentiæ essentiale statui religionis, per quē homo renunciat sæculo, totaliter Dei seruitio mancipatus, quod non potest simul stare cum matrimonio, in quo incumbit necessitas procurandæ vxoris, & prolis, & familiæ, & rerum, quæ ad hoc requiruntur, vnde Apostolus dicit primæ ad Corinthios 7. quòd qui est cum vxore, sollicitus est, quæ sunt mundi quomodo placeat vxori, & diuisus est, vnde nomen monachi ab vnitate sumitur per oppositum ad diuisionem prædictam, & ideo in voto solennizato per professionem religionis non potest per ecclesiam dispensari. Et rationem assignat decretalis, quia castitas est annexa ordini monachali.

Ad primum ergo dicendum est, quòd periculis rerum humanarum est obuiandum per res humanas, non autem per hoc, quòd res diuinæ in humanum vsum conuertantur: pro-
15 fessi † autem religionem mortui sunt mundo, & viuunt Deo. vnde non sunt reuocandi ad vitam humanam occasione cuiuscunq; euentus.

Ad secundum dicendum, quòd in voto temporalis continentiæ dispensari potest, sicut & in voto temporalis orationis, vel temporalis abstinentiæ. Sed quòd in voto continentiæ per professionem solennizato, non possit dispensari, hoc non est in quantum est actus castitatis, sed inquātum incipit ad latriam pertinere per professionem religionis.

Ad tertium dicendum, quòd cibus directè ordinatur ad conseruationem personæ, & ideo abstinentia cibi directè potest vergere in periculum personæ, vnde & hac ratione recipit votum abstinentiæ dispensationem. Sed coitus non ordinatur directè ad cōseruationem personæ, sed ad conseruationem speciei, vnde nec directè abstinentia coitus per cōtinentiam vergit in periculum personæ, sed si per accidens ex ea aliquod periculum personale accidat, potest aliter subueniri, s. per abstinentiam, vel alia corporalia remedia.

16 Ad quartum dicendum, quòd † religiosus, qui fit Episcopus, sicut nō absoluitur à voto cōtinentiæ, ita nec à voto paupertatis: quia nihil dicitur habere tanquam proprium, sed sicut dispensator communium bonorum ecclesiæ. Si-
17 militer etiam non † absoluitur à voto obedientiæ, sed per accidens obedire non tenetur, si superiorem non habeat, sicut nec Abbas monasterij, q̃ tñ non est ab obediētię voto absolutus.

Authoritas verò ecclesiæ, quæ in contrariū obiicitur intelligenda est, quantum ad hoc, ꝙ nec fœcunditas carnis, nec aliquod corporale bonum est comparandum bono continentię, q̃ inter bona animæ cōputatur. vt Augusti. dicit
18 in lib. de Sancta virginitate, vide † signanter dicitur animæ continentis, non carnis continē tis. Io. An. post Inno. in c. cum ad monasteriū. de sta. reg. & D. Car. ibidem, & in cle. ij. in §. j. iij. nor. & in viij. q. de pœn. & remis. & in c. j. de voto, tenent, ꝙ in voto conscientiæ ex causa Papa possit dispensare, & idē Io. An. in regula semel Deo dicatum, in Mercur. vbi refert ad literam dicta B. Tho. & idē Io. An. in regula actus legitimi, in Mercur. videtur sentire, ꝙ Papa possit dispensare cum monacho, vt contrahat donec suscipiat filiū, & sic ad tempus, ibi vide, & d. meus Fel. copiosè in c. si quando. de rescrip. in §. j. in iij. col. circa fi. Cætera ad materiam faciētia, vide infra sub tit. qui cler. vel vouen. sub illa. q. vtrum Papa possit dispensare, ꝙ constitutus in sacris possit cōtrahere matrimoniū, vbi multa bona, dicam & aliquid sub tit. de spōsal.
19 Tertiò principaliter quæro, vtrū † ad cōmutationem, vel dispensationem voti requiratur Prælati authoritas, & videtur posse dici, ꝙ nō, per ea quæ habētur Leuiti. vltimò, ibi, animal autem, quod immolari potest Domino, siquis vouerit sanctum erit, & mutari non poterit, & sic authoritas superioris nihil facit. Et solus
20 ingressus religionis tollit omnia vota: qa reus facti voti non censetur, qui temporale obsequium in perpetuam noscitur religionis obseruantiam commutare, vt in c. scripturæ. eo. tit. nō ergò necessaria est sibi certa satisfactio peccati, cuius totum vitæ tempus impenditur sui obedientiæ conditoris, dicit text. in c. quis aliquando. in §. non ergò necessaria. de pœn. di. j. Idem B. Tho. ea. q. lxxxviij. art. xij. dicit, ꝙ videtur ꝙ non requiratur Prælati authoritas. Aliquis. n. potest intrare religionē absq; auctoritate alicuius superioris Prælati, sed per introitū religionis absoluitur homo à votis in sæculo factis, etiam à voto terrę sanctæ. Ergo voti commutatio, vel dispensatio potest esse absque auctoritate

ctoritate superioris Prælati.

Præterea dispensatio voti in hoc consistere
videtur, ꝙ determinatur in quo casu votum sit
obseruandnm, sed si Prælatus malè determinēt
votum, videtur esse vouens absolutus à voto:
quia nullus Prælatns potest dispensare contra
præceptum diuinum de implendo, vt dictũ est.
Similiter etiam siquis propria auctoritate de-
terminet in quo casu votum non sit seruandũ
aut implendum, non videtur voto teneri: qnia
votum non obligat in casu, in quo habet prio-
rem euentum, vt dictum est, ergo dispensatio
voti non requirit auctoritatem alicuius Præla
ti. Præterea si dispēsare in voto pertinet ad po-
testatem Prælatornm, pari ratione pertinet ad
omnes, sed non pertinet ad omnes dispensare
in qnolibet voto, ergo non pertinet ad potesta
tem Prælatorum dispensatio voti.

Sed contra, sicut lex obligat ad aliquld fa-
ciendum, ita & votum, sed ad dispensandum
in præcepto legis requiritur superioris autho-
ritas, vt supra dictum est, ergo pari ratione est
in dispensatione voti.

Respondeo dicēdum ꝙ sicut supra dictum
21 est, votũ † est promissio Deo facta de aliquo,
quod sit Deo acceptum, qnid sit autem in ali-
qua promissione accrptum ei, cui promittitur
22 ex eius pendet arbitrio. Prælatus autem † in ec
clesia gerit vices Dei, vt in c. habet hoc. ij. q.
v. & in c. sicut vir. vij. q. j. & in c. j. de sacra. vnc.
& in cle. j. de pœn. & in c. oues. vj. q. j. & in com
mutatione, vel dispensatione votorum requiri
tur Prælati authoritas, qui in persona Dei de-
terminat qnod sit Deo acceptum, iuxta illud
secundæ ad Corinth. secundo. nam rogo con-
donaui si quid donaui propter vos in persona
Christi, & signanter dictum propter vos: quia
23 † omnis dispensatio petita à Prælato debet fie-
ri ad honorem Christi, in cuius persona dispē-
sat, vel ad vtilitatē ecclesiæ, q̃ est eius corpus.

Ad primum ergò dicendum, ꝙ omnia alia
vota sunt quorundam particularium operum,
sed per religionem homo totam vitam suá Dei
obsequio deputat, particulare autem in vniuer
sali includitur. & ideo decretalis dicit, ꝙ reus
fracti voti non habetur, qui tēporale obseqniũ
in perpetuam religionis obseruantiam cōmn-
tat, vt supra. Nec tamen religionem ingrediēs
tenetnr implere vota, vel ieiuniornm, vel ora-
tionum, vel aliorum huiusmodi, quæ in sæculo
24 existens fecit: quia† religionem ingrediens mo
ritur priori vitæ, & etiam singulæ obseruantiæ
religioni non competunt, & religionis onus sa
tis hominem onerat, vt alia super addere nō te-
neatur, vt in d. c. scripturæ, & d. c. si quis aliquã
do. in §. non rst ergo necessaria. de pœn. di. j. de
hoc etiam infra dicam in §. ad tertiam princi-
palem quæstionem, vbi referam dicta Friburgi.

Ad secundum dicēdum, ꝙ quidam dixerũt,
ꝙ ideo Prælati possunt in votis pro libito dispē
sare: quia in quolibet voto includitur conditio
naliter voluntas Prælati, sicut supra dictum est,
25 ꝙ in votis subditorum, puta serui, vel filij intel
ligitur conditio si placuerit patri, vel domino,
vel si non renitantur, & sic subditns absq; om-
ni remorsu conscientiæ posset votum præter-
mittere, quandocũq; sibi à Prælato diceretnr.
Sed prædicta positio falso innititur: qnia cum
potestas Prælati spiritualis, qui non est domi-
nus, sed dispensator, sit in ędificationē data, &
non in destructionem, vt patet secundæ ad Co
rinth. x. sicut Prælatus non potest imperare ea,
quæ secundnm se Deo displicent. s. peccata, ita
non potest prohibere ea, quę secundum se Deo
placent. s. seruitutis opera. & ideo absolutè po-
26 test homo vouere ea: ad Prælatum † tantũ per-
tinet iudicare quid sit magis virtuosum, & Deo
magis acceptum, & ideo in manifestis dispensa
tio Prælati non excusaret à culpa, puta si Præla
tum dispensaret cum aliqno super voto de in-
gressu religionis, nulla apparēti causa obstāte.
si autem esset causa apparens, per quam saltem
in dubium verteretur, posset stare iudicio Præ
lati dispēsantis, vel cōmntantis, non tñ indicio
proprio, qa ipse nō grrit vicrs Dei, nisi fortè in
casu, ĩ quo id qđ vouisset eēt manifestè illicitũ,
& nō posset opportunè ad superiorē recurrere.

Ad tertiũ dicendũ, ꝙ quia summns Pōtifex
gerit plenariè vices Christi in tota ecclesia, ip-
se hꝫ plenitudinem ptãtis dispensandi in oĩbus
dispensabilibus votis, cũcta per mũdũ. ix. q. iij.
& c. per principalē. Alijs aũt inferiotibns Pręla
tis cōmittitur dispensatio in votis, quæ cõiter
fiunt, & indigent freqnenti dispēsatione, vt ha-
beãt de facili hoĩes ad quē recurrant, sicut sunt
vota peregrinationũ, ieiunorũ, & aliorũ hmõi:
27 vota verò† maiora, puta, cōtinentię, & peregri
nationis terræ sanctæ reseruantnr summo Pon
tifici, ēt in cœna Domini, vt in bulla legitur.

Io. de Friburg. in sum. hoc eod. tit. posuit, &
examinat has tres. q. referēdo dicta Ray. & pri
mò circa primá, vtrũ in votis possit dispensari,
ex dictis Ray. dicit, ꝙ quædã sunt vota, q̃ nullo
mó possunt redimi, vel cũmutari, vt oĩa vota
28 necessitatis: qa † nō est cōmutatio, vel dispēsa-
tio contra Deũ. xxv. q. hi sunt quidã, licet Papa
possit verba sacræ scriptnræ interpretari, extra
de testi. licet, el primo, in fi. Inter voluntaria au
tem, votnm continentiæ non potest commuta
ri: quia vix vel nunquam posset aliquid melius
inueniri, in quo fieret cōmutatio, & est expres-
sum in c. cum ad monasteriũ. de stat. monac. Ni
29 hilominns, si quis † post votñ simplex cōtrahit
matrimoniũ, tenet: sed peccat mortaliter cōtra
30 hēdo. Vota † aũt alia volũtatis possunt redimi,
vel cōmutari, quod probat B. Th. in sum. art. x.

votnm antem debet esse melioris boni, id autem, quod vouetur, aliquando est malum, vel inutile, vel maioris boni impedimentnm. qđ est contra rationem eius quod cadit sub voto, & ideo necesse est, ꝙ determinetur votum in tali casu non esse seruandum, dicens esse notan-
31 dum secundum Tho. ibidem, ꝙ † si absolutè determinetur aliquod votum non esse seruandum, tunc dicitur esse dispensatio voti. Si antè pro hoc, quod seruandum erat aliquid aliud imponatur, dicitur commutatio voti. vnde mi-
32 nus † est votum commutare, quàm in votis dispensare. vtrunque tamen in potestate ecclesiæ
33 consistit. Sequitur ergo, ꝙ † duo exigantnr ad hoc, vt talium votorum fiat redemptio, vel commutatio, s. causa, & superioris authoritas.
34 causa † vt vouens sit senex, debilis, vel infirmus, vel si ex ipsius absentia guerra, vel turbatio timeretur in terra, vel verisimiliter redemptio, vel commutatio melior videatur, vel magis accepta Deo quàm peregrinatio, vel abstinentia. verbi gratia, emisit qnidā votum Hierosolymitanum, qui non est vtilis, cum non possit ibi pugnare propter debilitatem, vel conditionem personæ, puta quia clericus est, nec talis, qui prędicatione videatur ibi vtilis, vel mulier quæ non potest secum ducere bellatores: quia pauper est, nec est artifex, vel agricola, qui de laboribus suis possit alijs acquirere necessaria, & terræ sanctæ subsidia ministrare.

Considerandum est etiam, vtrum vouentes habeant causam redimendi, seu commutandi temporalem, vel perpetuam. vt in primo casu indulgeatur dilatio. in secundo redemptio, vt in c. quod super his. §. j. eo. tit.

Superioris authoritas exigitur, quia nemini licet propria authoritate redimere, aut commutare vota huiusmodi, satis dixit concord. Tho. ibidem. sed postmodum dicit Ray. in sua sum. hoc eo. tit. §. ix. ponit plures opiniones circa dispensationem voti, quas omnes posuit Hostien. vt infra dicemus. Et demum idem Friburg. dicit. Ego quantum ad votum continentiæ sentio cum prima & secunda opinione. s.
35 † ꝙ Papa non possit dispensare in solemni voto continentię. In alijs autem votis distingno, vtrum vouens, vel iurans, simpliciter & indeterminatè vouebat, nec excludendo authoritatem Papæ: quia fortè nec ipse cogitabat, aut determinatè.

In primo casu potest venire contra authori-
36 tatem Papæ: quia † talia vota vaga, & indeterminata recipiunt interpretationem à iure. vt in c. veniens. de iureiur. & in c. quintauallis. In secundo casu si intendebat se expresè obligare in omnem euentum, & ita discretè vouit, cõsulo, ꝙ obseruet, nisi ex obseruantia immineret periculum mortis suæ, vel alterius, quia tunc nullo modo tenetur, quia quantum ad illam partem esset illicitum, & votum ineptum.
37 Addens & breuiter quoties † peccatum deprehenditur in executione voti, non est implenplendum. vt in c. in malis propositis. xxij. q. iiij. Sed vbicunque intendebat se obligare directè ad licitum, si subest causa redimat, vel commutet authoritate superioris, vt supra dictum est. Aliàs si non subest causa non est tutum, ꝙ se excuset per aliquam dispẽsationem, nisi opere compleat quod promisit, demum refert conclusionem Hostien.

Ad secundam verò partem quæsiti, videlicet per quem in voto valeat dispensari, dicit secundum Ray. in sum. in §. quarto, ꝙ est differentia de voto terræ sanctæ redimendo, commutando, vel differendo, in quibus nullus potest se intromittere, nisi Papa, vel alius ex suo speciali mandato. vt in c. ex multa. de voto. In alijs autem votis redimendis, commutandis, vel differendis, licet aliqui aliter dixerint, dico quòd suus Episcopus diocesanus, consideratis causis, potest authoritatem præstare, per text. in c. j. eo. tit. & allegat beatum Thom. in Sum. arti. xij. arg. fi. dicentem, ꝙ licet Papa habeat plenariam potestatem dispẽsandi in omnibus dispensabilibus votis, tamen alijs inferioribus prælatis committitur dispensatio in votis, quæ communiter fiunt, & indigent frequenti dispensatione, sicut sunt vota peregrinationis, & ieiuniorum, & aliorum huiusmodi. Vota verò maiora, vt continentiæ & terræ sanctæ, reseruantur summo Pontifici, & sumpsit à beato Tho. ij. ij. q. lxxxviij. art. xij. in fi. superius al-
38 leg. Addens etiam Alber. dixisse, † ꝙ Episcopi possunt dispensare in votis in quibus expresè iure non prohibentur, sicuti prohibiti sunt in voto terræ sanctæ.

In omnibus autem alijs votis temporalibus possunt dispensare, pensata qualitate personarum, & necessitate, vel vtilitate Episcopi, vel Archiepiscopi. In votis autem perpetuis, quæ sunt religionis & huiusmodi, non possunt. Nã licet omne votum temporale commutari possit propria auctoritate per votum religionis, secus tamen est de alijs votis à religione.
39 Ad secundam verò quæstionem principalẽ, videlicet † an in solemni voto continentiæ possit dispensari, idem Friburgo dicit, ꝙ illi probabilius dicunt, qui dicunt ꝙ si communis vtilitas totius Ecclesiæ, aut vnius Regni, vel Prouinciæ exposceret, posset in voto continentiæ, religionis dispensari, quantumcunq; esset solennizatum: quia continentia non est annexa essentialiter ordini sacro, sed ex statuto ecclesiæ. ideo videtur, ꝙ per ecclesiam possit dispẽsari in voto continentiæ solemnizato per susceptionem sacri ordinis, sed non potest in voto solemni

folemni religionis dispensari: quia castitas est
annexa religioni.i.regulæ monachali. i. debitũ
castitatis est ei annexum effectualiter. Alber. ve
rò super quarto sententiarũ simpliciter dicit,
ꝙ votum continentiæ non recipit dispensatio
nem: quia nihil melius, vel vtilius potest com
39 pensari, & † tantò magis castitas est Deo acce-
pta, quantò pauciores reperiuntur sine vitio
incontinentiæ, vt dicit tex.in c.quia sanctitas.
r.dist.& dixi supra in §.dicunt ergo quidam.
Et dicit idem Io.ꝙ non valet illud, quod dici-
tur de regno, vel vtilitate regni, aut prouinciæ,
quia non sunt facienda mala, vt eueniãt bona.
Vnde dicit, quòd tempore beati Matthæi Apo
40 stoli, † Efigenia virgo Deo dicata noluit nube
re Regi cum se Christianum fieri cum toto re
gno suo rex promisisset, nec Matthæus adhoc
consentire voluit, ita etiam ꝙ potius mortem
voluit sustinere, vt refert Albert.ꝙ autem Pa-
pa possit dispensare cõsentit Io. Teuth. Hugo
Cardinalis, & antiquiores, vt dicit Io.Inno.&
Host.in c.cum ad Monasterium.de sta.regu.vt
infra dicemus, referendo dicta eorum.

Ad tertiam quæst.principalem, de qua supra dixi, videlicet, An in dispensatione requiratur superioris authoritas, idem Io. dicit satis ex supra dictis fuisse responsum. Dicit tamen referendo dicta Ray.in sum.in §. iiij. ꝙ omne votum temporale, siue terræ sanctæ, siue aliud, commutari potest in votum religionis, sine arbitrio & sine licentia superioris: quia illud indubitanter melius est. Vnde Alex. iij. in c.scripturæ, hoc eo.tit.ait, reus fracti voti aliquatenus non habetur, qui temporale obsequium in perpetuam noscitur religionis obseruantiã commutare, vt supra etiam dixi: imò non mutat aliud propositum, cum pro salute animæ suæ vtilius aliquid meditatur. Item secundum Ray. in redemptione, seu commutatione voti debet superior habere cõsiderationem ad facultatem vouentis, & expensas, quas posset facere vel facturus esset, si votum impleretur in eundo, morando, & redeundo. Et etiam ad laborem, si votum erat Hierosolymitanum, & simile, puta si erat contra hæreticos, vel aliud tale, omnia sine diminutione transmittant per aliquem, vel aliquos viros religiosos in vsus, & subsidium terræ sanctæ, seu catholicorum pro fide pugnantium totaliter transferenda, iuxta not.in c.magnæ, & c.super is.eo.tit. In votis verò aliarum peregrinationum, puta sancti Iacobi in Compostella, & similium, dicit idẽ excepto ꝙ ad locum peregrinationis mittat oblationem, quam ibi esset facturus, alias expẽsas cum omni compensatione laboris in alijs, quæ Deo magis placere debeant, credit saluo meliori iudicio conuertendas. per not. in c.j. & cap.scripturæ. eo.tit.

In voto autem abstinentiæ habenda est ratio asperitatis ieiuniorum panis & aquæ, & aliorum omnium, quæ in voto fuerunt comprehensa, considerari etiam debet affluentia vouẽtis, per not.in d.c.j.eo.tit. Hoc exemplum posuerunt antiqui summistæ dicentes, ꝙ qualitas personæ semper debet attendi. Nam in diuite, & paupere non est idem modus redimẽdi idem votum, ideo dicit, ꝙ glo.in d.c.j.in verbo affluentia vouentis, quam hodie non habemus, vltima ꝙ hodie certa doctrina vel etiam generalis circa huiusmodi votorũ redemptionem dari nõ potest de facili, cum ex varijs circumstantijs personarum huiusmodi redemptiones variè sint taxandæ. vnde tex. in c. presbyter.lxxxij.dist.dicit quòd pauperi operario conceditur redimere ieiunium sextæ feriæ vno denario.

De commutatione autem voti transmarini Hosti.specialiter dixit in §. quinto, ꝙ in voto transmarino consideranda est intentio vouentis, vtrum videlicet intendat bellari, vel peregrinari. Nam in primo casu inhabilis ad pugnãdum quamuis habilis ad eundum redimat, nisi consilio strenuus sit, vel secum possit ducẽre bellatores: talis enim non est omnino impotens. secundo casu habilis ad eundum quamuis non sit habilis ad pugnandum non redimat. Inhabilis verò ad eundũ redimat. Tales enim non sunt sic omnino impotentes, cum vnus lingua, alter verò per alios pugnare possit. vt not.in c.ꝙ super his.in §.pen.in fin. eo. tit. vel nisi sit agricola, vel artifex, qui ibi sit vtilis: sed hæc hodie de nihilo seruiunt: quia non est qui cogitet de redemptione terræ sanctæ ex nostra infidelitate. Considerandum est etiam vtrum ex facilitate, vel leuitate animi iuuenilis votũ emissum sit, & tunc remittitur, & redimitur redemptione competenti recepta. vt not.in c. venientis.eo.tit. vt etiam infra dicemus, de regularibus vouere non valentibus, sine superioris authoritate.

Considerandum quoque est, quòd licet votum terræ sanctæ sit magni fauoris, vt not. in d. cap. ex multa. in §. quod autem. si tamen propter absentiam vnius personæ, puta Regis vel Principis periculum immineret toti prouinciæ vel Regno, votum remittitur, vel differtur: nec talis dicetur voti transgressor accedẽte authoritate sedis Apostolicæ, vt not.in cap. non est. eod.titu.

Considerandum etiam est secundum Albe. ꝙ in votis aliarum peregrinationum satis de facili potest dispensari: quia in talibus peregrinationibus non est magna emendatio peregrinantium. Sed in voto continentiæ cautius agẽ-

dum

dum est: quia nõ ita cum diuite, sicut cum paupere est dispensandum: quia diuiti magna eleemosyna, vel aliquid magni est iniungendũ, quo compenset dolorem famis, quod nõ sic in paupere, ut supra dixi, per not. in d.c.j.eo. tit. & c. presbyter.lxxxij.di.de paupere operario. Host. in sum. hoc eo. ti. in §. vij. incip. Vtrum, & per quem in uotis ualeat dispensari, post relationẽ trium opi. antiquorum circa hanc materiam, in iiij. dicit, Quarti dicunt, & uerius, & hoc o-
41 mnino teneas, ꝙ † Papa de plenitudine potestatis in omni uoto dispensare potest, quod ab initio uoluntarium fuit.

42 Peccat † tamen, si sine causa dispensat, nec ei obediẽdum est, si manifestè liqueat, ꝙ sine causa dispenset, uel in præiudicium ualentis impedire executionem uoti, ut infra dicemus. in uersi. seu. §. uoluntas quoque alterius.

43 In necessario † autem uoto nullo modo dispensat, si licitum sit, nec si illicitum sit aliquarenus est seruandum.

44 Episcopus † uerò, & superior in omni uoto uoluntario, excepto uoto continentiæ, & cru-
45 cis, ex causa dispensat, sine † causa autem non. Allegat c. nisi rigor. j.q.vij. cum c. sequen. in §. utilitatis intuitu. remittens se ad dictam per eum, eo. tit. in §. qualiter, & cuius authoritate. uersi. restat ergo. & in §. in quibus. & §. ætas. per eundem, de æta. & qual. Cætera dicta per eundem Host. descendentem ad particulares quæstiones, ibi uide.

Petr. de Taran. hoc eo. ti. dicit circa supra dictas tres q à quibus tota uis huius materię de-
46 pendet, † quòd uotorum triplex est diuisio, uidelicet, quia quædam sunt uota, quæ illicita sunt, & statim ab initio non tenẽtia, ut ea, quæ fiunt de malis promissis, quæ potius uota dicenda non sunt, ut ex definitione uoti colligitur, de qua Host. in sum. in §. j. & beatus Tho. in locis supra alleg. & do. Flo. & Fribur. & omnes. & per Ioan. And. in regula non est obligatorium. in Mercur.

Secũda diuisio est talis, uidelicet licitorum uotorum, quædam statim ab initio tenent, quędam non, ut illicita uota, & indiscreta, & sine deliberatione, uel calore iracundiæ emissa, quibus tamen sine authoritate superioris non debet, qui uouit conuenire.

47 Item uota † à furioso, uel mente capto, aut simplicissimo, qui talibus comparatur, non tenent: quoniam tales non habent usum liberi arbitrij, uel rationis: & sic non est in eis deliberatio, quæ omnino requiritur in uoto, ut no. in c. consaldus. xvij. q. ij. & in c. sicut tenor. de regu. non obligat.

48 Tertia diuisio est † uotorum licitorum, & quæ statim ab initio tenent, quædam tenẽt simpliciter, sed ex aliqua causa possunt redimi, uel mutari: quædam, quæ non tenent simpliciter, sed quo ad quid. Prius ergo de uotis licitis, quæ tenent simpliciter permutandis ex dispensatione, uel redimendis dicendum est.

Ad quod duo sunt necessaria. s. causa, & superioris authoritas: causa, ut si uouẽs sit senex debilis, aut ualetudinarius, uel ex ipsius absentia dirum bellũ, uel turbatio patriæ teneatur, redemptio, vel commutatio melior videbitur, & magis accepta Deo, quàm peregrinatio, uel absentia: & deinum ea omnia refert, tam circa primum, quàm secundum, & tertium uotorum genus, quæ dixit beatus Thom. & Rayn. quæ etiam relata sunt per Fribur. ut supra, ideo non repetam. Dicit demum, quòd in uotis licitis, quę non tenẽt simpliciter, sed quo ad quid, facilè potest dispensari, & irritari quo ad illud quid, qualia sunt vota conditionalia. Item uota pendentia ex alterius arbitrio, & uoluntate. Nam uota conditionalia tenent quo ad quid, non autem simpliciter: quoniam ea potest aliquis irritare.

49 Sciendum est igitur, ꝙ † defectus conditionis appositæ uoto irritat uotum.

50 Est autem duplex † conditio una generalis, alia specialis: generalis, ut si dixero: si Deo placuerit: si potero: quæ semper subintelligitur ẽt, si non apponat. ut not. in c. in parrochia. xvj. q. j. qui rex. etiam probat, ꝙ cõsiliarij Papæ, quos hodie Cardinales appellamus, poterãt esse laici, ut in princ. tex. ibi, filij, & consiliarij nostri, uiri magnifici Theodori, & in c. beata Maria. tamen non est putandum, ꝙ per tales conditiones subintellectas, uotum dicatur conditionale. ut etiam not. in l. conditiones. ff. de cond. & demonst. nam qui moritur, õmnia soluit cum morte, & qui non potest, nõ cogitur, ultra quã facere possit. Ideò impotentia tollit in hoc casu obligationem, ut etiam supra dixi de paupere, sene, infirmo, inutili, de fœmina, & simili-
51 bus. si Deo placuerit, similiter, quia † omnia fiunt, aut Deo iubente, uel Deo permittente, ut xxvj. q. v. c. nec mirum. & est tex. Aug. de ciuit. Dei. lib. xviij. Ideò hic quæri potest de casu
52 quotidie accidente. Quidam † uouit ire ad sanctum Iacobum in Compostella nullo tempore pręfixo, nec habita consideratione ad tẽpus determinatum, moritur antequã uadat, nũquid tenetur mittere alium, an uerò morte dispensetur sine superioris ministerio.

Dicas, quòd non tenetur quenquam mittere, nec hæres tenetur ad hoc: quia uiuens non se arctauerat ad certum præfixum, & determinatum tempus. Nec obstat tex. in c. licet uniuersis. eo. tit. quia ibi filius Regis Vngariæ expressè se obligauerat pro patre.

Si

Si verò viuens præfixit tempus, infra quod, vel in quo vouit ire, tunc aut tempus erat elapsum, aut non, primo casu tenetur, secundo verò non: quia tunc tempus est de substantia voti, vt ante illud nollet teneri, & in illo teneri quasi venerit conditionis dies, quod sanè intellige, si labitur tempus negligentia, vel culpa vouentis, aliàs non.

Sed in tali casu negligentiæ ad id vouens tenebitur. Dicit idem Per. ꝙ si peregrinatio erit talis, in qua industria personæ requirebatur, mittet vnum pro se. vbi autem non erat necessaria persona, mittet oblationem, quam ibi vouens erat facturus. De alijs verò expensis itineris pro more dixit, vt cæteri supra dicti dixerunt, & aliquid dicemus infra de generalibus conditionibus, itaque.

Specialis conditio est, puta si intrauero Romam, vel si euadam naufragium, vel carceres,
53 ibo ad sanctum Iacobum, dicas † ꝙ adueniente conditione tenetur, aliter non, vt not. in c. non solum. xxxij. q. viij. & in c. olim causam. de restit. spol. quod sanè intellige, vbi tota obligatio dependet à conditione. Aliàs si fuerit cum causa, vel votum fecerit ex causa, & publicè, nec tamen expressit causam, sed votum tãtum: tunc & propter scandalum voti publici tenetur implere, vt not. in d. c. magnę. & in c. ex parte tua. de conuers. coniugat. in fi. nisi dispensatione tollatur, redimatur, vel commutetur.
54 Voluntas † quoque alterius irritat votum in quibusdam personis, quæ non habent liberam
55 vouendi potestatem, vt † Episcopi, professi claustra religionis, clerici seculares, habentes curam animarum, dignitatem, personatum, administrationem, vel officium perpetuum, vel præeminentiam.

De simplicibus etiam sacerdotibus aliquid infra dicam.

Maritus, & vxor, de quibus satis dixi supra, de dispen. mar. cum vxo. & etiam impubes, serui, coloni, ascriptitij, quorum in Episcopatu meo Nimosien. Insulæ Cypri, copiosum numerum habeo, qui etiam non possunt maritare filias suas extra casalia Episcopatus, sine licentia Episcopi, vel Vicarij, habentis ad hoc speciale mandatum.

Episcopi ergo non possunt emittere votum peregrinationis, vel etiam religionis sine expressa dispensatione Papæ. vt not. in d. c. magnæ. & in c. licet. de regul. Et dum dixi de religione, intellige, quando vult Episcopatum dimittere: si verò nolit dimittere, sed religiosè viuere secundum regularem vitam alicuius approbatæ religionis, etiam vouendo, credo, ꝙ
56 † possit sine alicuius superioris licentia. Si verò vellet assumere habitum illius religionis, puta sancti Francisci, vel sancti Dominici, aut alterius, non legi hoc eis prohibitum. Credo tamen, ꝙ de iure congrui tenerentur consulere Romanum Pontificem, vt aliàs vidi tempore Pontificatus Alex. VI. Quod bo. me. Reuerendissimus Dom. Ardicinus de la Porta, Nouariẽsis, Cardinalis Aleriẽsis, nuncupatus Insalutato, & inscio Papa cõuolauit ad Insulam Marte existentem in lacu Volsino, vt latiùs dicam infra de spons. in q. vtrum Papa dispenset super matrimonio rato, non consummato.
57 Clerici ideò † beneficiati non possunt vouere peregrinationem sine licentia sui Episcopi, etiam ex iusta causa, cum non possit se absentare à sua ecclesia, vt not. in c. relatum. de cler. non residen. & in c. præsentium. vij. q. j.

Sed quid dicemus de non beneficiatis, & videtur esse dicendum sicut de beneficiatis, per not. in d. c. magnæ. vt tenent omnes. tamen rectè ponderanti, tex. ille non videtur hoc probare, sed tantum de beneficiatis, & idem videtur sensisse glo. ibi. in verbo, astrictus, dicens, quia sicut clericus sine licentia sui Episcopi non debet ab Ecclesia abesse, vel recedere ab eadem, vt in c. præsentium. vij. q. j. & de renunc. admonet sic, & Episcopus de licentia Papæ: tamen glo. in c. non oportet. de consecr. dist. v. quæ est prima glo. tenet, ꝙ sufficiat Patriarchæ licentia, sed nihil allegat. Et sic clarum est, ꝙ loquitur de beneficiato, æquiparando obligationem, quam habet beneficiatus suæ Ecclesiæ, & Episcopi obligationi, quam habet suo Episcopatui, & Papæ. Sed hoc melius probat tex. in c. non oportet. de consecr. dist. v. vbi in Concilio Leodicen. statuitur, ꝙ clericus, vel laicus sine consensu Episcopi non peregrinetur, sub hac verborum forma, videlicet, Non oportet ministros altaris, vel quoslibet clericos præter iussionem Episcopi ad peregrinandum proficisci. Laicum etiam sine literis Canonicis, idest formata, non oportet similiter alicubi proficisci.

Sed de laicis intelligendum est de crucesignatis, qui debẽt ire vltra mara, vt dicit ibi gl. in verbo, literis. la prima. & sic tex. ille simpliciter loquitur de clericis non distinguendo, & hoc intelligo tantum de votis peregrinationis, & impeditiuis ordinis clericalis, propter verbum, ministros altaris. ibi, in princ. illius tex. positum, quia de alijs votis, vt abstinentiæ, & religionis, credo clericum non teneri petere alicuius superioris licentiam, argum. tex. d. c. scripturæ. & de pœnit. dist. j. c. quis aliquando. in §. non ergo. supra alleg. & argum. c. tuæ. xix. q. ij. Raymundus tamen in sum. tenuit contrarium, sed nihil allegat, contra quem facit tex. in d. c. duæ sunt. vbi dicitur, quod monachorũ propo-

propositum appetit, & inuito Episcopo suscipiendus & in fi. illius tex. dicitur quisquis igitur hoc spiritu ducitur, etiam Episcopo suo cō
58 tradicente, eat liber nostra authoritate. † nullo enim lex non est posita, sed vbi spiritus Dei, ibi libertas: & si spiritu Dei ducimini nō estis sub
59 lege. Ecce modo quod † non requiritur in his casibus Episcopi licentia, & sic seruat cōsuetudo, vt videmus quotidie.

Regulares vero ideo nō possunt vouere abstinētiā, vel peregrinationem, vel aliud simile, & si vouet nō tenet votum, nec tenetur illud exequi propter scandalum confratrum sine sui superioris licentia, si vellet excedere consuetudines generales monasterij, vel ne detur materia vagandi, per not. in c. monacho. xx. q. iiij. ibi reuertendi interdicimus ad mundum, quinimmò intrantes religionem, vel regularem vitā absoluimus à voto, vt supra dixi, & plenius supra de dispensatione per ingressum religionis. Immò & ingressus religionem approbatam, & professus in ea, potest ad arctiorem se vouere, obligare, & transferre petita, licet non obtēta licentia sui superioris, vt in c. licet. de regul. trans. & in d. c. duæ sunt. xix. dist. Nec obstat c. j. ij. & iij. xix. q. iij. vbi indistinctè prohibetur canonicis regularibus ad monasterium transire absque consensu superioris suæ congregationis: quia debet intelligi secundum illud. c. licet. de his qui leuitatis causa transeunt.

60 Ideo consueuit dici, † quod votum sicut iuramentum debet habere annexum iudicium. i. discretionem.

61 Non † indiscretè, nec leuiter est vouendum,
62 sicut nec iurandum: honor † enim Regis cœlestis iudicium diligit. Ideo in Leuitico præcipi-
63 tur † in omni sacrificio sal offerri, quod discre-
64 tionem significat. Ideo dicitur, † quod in voto abstinentiæ semper subintelligitur cōditio casus impotentiæ, exceptis, vt infirmitatis, & si non ab homine, saltem à iure, vt not. in c. quod nō
65 est licitum. de verb. sign. vbi dicitur, † quod si quis ieiunium fregerit, ægrotus reus voti nō habe-
66 tur. quia vota, † & iuramenta non extenduntur nisi ad ea, de quibus verisimiliter cogitatū est. vt xxij. q. ij. ne quis. & ff. de transact. l. cum Aquiliana. & in l. tres fratres. de pac. & in c. de viduis. xxvij. q. j. dicitur, quòd votum non leuiter, sed cū deliberatione emitti debet, & tunc sic factum, siue voce exprimatur, siue non, obligat apud Deum. vt in c. qui bona. xvij. q. j.

67 Coniuges † etiam in plerisque casibus non possunt sine mutuo consensu vouere, vt plenè dixi supra de dispen. mariti cum uxore, & aliquid de conuer. coniug.

68 Impuberes † in multis casibus non possunt vouere, nec vota facta reddere sine parentum, vel tutorum consensu, vt etiam dixi supra: de dispen. patrisfamilias cum filijs.

69 Sed quæro vtrum † filiusfamilias vouens teneatur exequi votum, postquàm est liberatus à patria potestate, si uotum est tale, quòd emitti non potuit sine cōsensu patris. Abb. Sicu. in c. quidam. de conuers. coniug. per illum tex. dicit posse dici, quòd non: quia ubi uotum impeditur aliquo facto intrinseco, uouens non obligatur ad implendū, etiā impedimēto cessante.

Contrarium tamē tenent Inno. in c. scripturæ, hoc eo. tit. & idem Abb. ibi dicit dubitare, per d. c. quidam. & c. placet. ubi patet, quod si maritus iurauit religionem inscia, uel contradicente uxore, & ad eius instātiam reuocato marito, mortua uxore, maritus non tenetur ingredi religionem. & est ratio: quia emisit uotum tempore inhabili. ergo dicendum est idem in filiofamilias, ex quo executionem uoti non cōtulit ad tempus habile, & dicit credere hanc partem ueriorem: licet opinio Inno. sit tutior. Dicit tamen Inno. quòd cum talibus facilè est dispensandum & commutandum, quod tamē intelligit de uouente impubere, doli tamen capace, & nisi sit secuta ratificatio uoti tempore maioris ætatis, de quo uide elegans consil. Bal. in j. uol. consil. xlvij. incipi. ad intelligentiam quæsitorum.

70 Serui sine † domini voluntate non uouent, ut in c. si seruus sciente, uel absente. liiij. distin. quod sanè intelligendum est de uoto impeditiuo seruitutem domino debitam, ipsam defraudando. argu. not. in c. mulieres. de sen. excom. & dixi plenius supra de ser. non ordi. ibi uide. Et de his omnibus casibus supradictis & impedimentis dependentibus à uoluntate alterius, uide copiosius per beatum Anton. Flor. in sua sum. in ij. parte. titu. xj. c. ij. §. vj. incipien. not. quòd sunt quædam personæ, quarum uota nō sunt obligatoria, cuius dicta non refero breuitatis causa, qui etiam fecit rubricam de redemptione, commutatione, & dispensatione uoti, ibi uide.

Hic successiuè subnectam septuaginta breues conclusiones in modum regulæ pro instructione huius materiæ,

71 Prima conclusio sit, quòd † redemptio, commutatio, dispensatio, & irritatio uoti differūt: nam redēptio ex causa, fit eleemosynis in aliud pietatis opus, iuxta illud Dani. iiij. ibi, O Rex placeat tibi consilium meum, & eleemosynis redime peccata tua, & misericordijs pauperum, & ignoscet forsan Deus delictis tuis. & satis diximus supra, de uoto peregrinationis, legitimè impedito, aut ratione ætatis, imbecillitatis, sexus impotentiæ, non tuti accessus, & similibus.

72 Secunda conclusio, † dispensatio, & abso-
lutio differunt: quia dispensatio fit cōtra ius,
cum sit relaxatio iuris. Absolutio verò fit se-
cundum ius. Ideo dispensatio intelligitur pro-
hibita, nisi inueniatur concessa, dixit Cardina-
lis Zabar. in c. dilectus. in j. col. ibi. iij. oppo. in
fi. de temp. ord. Absolutio verò est contrariò;
quia semper intelligitur permissa, nisi inuenia-
tur prohibita; vt idem Cardin. dixit in c. si cle-
rici. in §. de adulterijs. in j. q. de iud. vbi Andr.
Siculus copiosius dixit more suo.
73 Tertia conclusio, † dispensatio, & irritatio
differunt: nam irritatio potest fieri sine cau-
sa, & solo nutu irritantis, puta mariti cum vxo-
re, & vxoris cum marito, vt satis supra dixi, de
dispens. mari. cum vxo. & supra etiam de voto
coniug. in proximis q. Item solo nutu patrisfa-
milias cum filio, cum seruo: Cum creditore
autem, & obligato ad ratiocinia secus, vt su-
pra dixi, de obligatis ad ratiocinia. Nam in
marito, patre, & domino sufficit sola volun-
tas, quia nemini iniuriam facit, qui vtitur iure
suo; cum votum inefficax fuerit à principio.
Sed dispensatio in voto non fit propter ineffi-
caciam voti, sed propter aliam legitimam cau-
sam, vnde requiritur non solum authoritas su-
perioris, vt supra dixi, in iij. q. principali. sed
etiam legitima causa ex parte dispensati, scili-
cet necessitatis, vel talis causa, quæ tempore e-
missi voti verisimiliter nō fuit excogitata, quæ
si fuisset, vouens verisimiliter non vouisset, vt
infra in proxima cōclusione dicetur, vel causa
publica in omni genere dispensationis, & in
omni dispensante, etiam in Papa, per ea, quæ
allegaui supra in secunda parte huius operis,
in §. dispensatio & irritatio differunt, vbi vi-
de. & per Abb. in c. j. hoc eo. tit. in j. col. ante fi.
ibi, sed pro declaratione. & vide per beatum
Anto. in secunda parte suæ sum. tit. xj. c. j. §. vj.
circa fi. vbi etiam dicit, quòd dispensatio, com-
mutatio, & redemptio differunt, in §. vij. vbi
dicit, quòd commutatio, & redemptio diffe-
runt, sicut emptio, & permutatio.
74 Quarta, † votum non obligat vltra possibi-
litatem vouentis, vt not. omnes, & præcipuè
Dom. Cardin. Zabar. in c. venientis. de uoto.
vnde Archid. in c. qui bona. xvij. q. j. referens
beatū Tho. non dicit vbi, sed est secunda secun-
75 dæ. q. lxxxviij. art. iij. Dicit, † q̄ omne impedi-
mentum superueniens, quod habuisset à prin-
cipio impedire votum, si oritur post factum,
habet auferre obligationem voti. quos etiam
allegat Abb. Sicul. in c. j. hoc eo. ti. dicens huic
dicto obstare. c. super his. hoc eo. tit. concludit
tamen primum dictū posse sustentari, dum-
modo nulla culpa reperiatur in vouente: nam
76 † si per me nō remanet, quominus votum ad-
impleam, subsistente bona voluntate, debeo
reputari uotum perfecisse. De qua quidem uo-
luntate, an, & quando habeatur pro facto, ui-
de copiosè per Do. Archid. ubi supra, qui exa-
77 minat hanc materiam, an † & quando uolun-
tas habeatur pro facto, tam in actu meritorio,
quàm punibili.
78 Quinta † inferiores Prælati Episcopo non di-
spensant. Ita Innoc. & omnes post eum in c.
j. hoc eo. tit. & in c. ij. de eo, qui fur. ord. susce.
ubi facit regulam, dicens nullum Prælatum ci-
tra Episcopum posse dispensare in aliquo ca-
su, nisi in casibus iure expressis: quam regulā
Doct. sequuntur in c. fi. de postul. prælat. & fa-
79 cit tex. in clem. ij. de priuil. ubi probatur, † q̄
Prælatus citra Episcopum non potest absolue-
re à sententia excommunicationis à canone
promulgata, nisi in casibus iure expressis, de
quo Abb. Sicul. in c. significasti. de for. comp.
& in d. cap. j. satis dixit. sed fallit hæc regula in
Prælatis inferioribus Episcopo, qui habent de
iure speciali ius Episcopale in personis: quia
tunc potest dispensare sicut Episcopus, etiam
in uoto: quia talis potest exercere iura Episco-
palia, dicit glo. in cle. j. de reb. eccl. non alie. &
Innoc. in c. statuimus. de maior. & obed. & Si-
cul. in c. significasti. de for. compet. & in c. j. de
uoto.
80 Sexta † in uoto solemni continentiæ nemo
dispensat secundum Innoc. in d. c. j. eo. titu. de
hoc satis supra dixi in secunda q. principali.
81 Septima † Episcopi dispensant in omnibus
uotis, excepto uoto peregrinationis ultrama-
rinæ, quod soli Papæ reseruatur, ut in c. ex mul
ta. eo. tit. & Innoc. in d. cap. j. satis supra dixi in
tertia q. principali. ibi ad tertium, in fi. allegan-
do beatum Thom. hodie in bulla, quæ legitur
82 in cœna Domini, Papa † sibi reseruat quatuor
casus, uidelicet Hierosolymitanus, sancti Ia-
cobi in Compostella, Limina Apostolorum
de urbe, & continentiæ. Sed sanctissimus D.
N. Leo X. sibi etiam in eadem bulla reseruauit
sanctam Mariam de Lauretto, ut sæpius audi-
ui in publicatione dictæ bullæ. Causa autem
satis patet. & isti casus sunt prohibiti Episco-
pis: quia sūt Papæ reseruati, & reseruati: quia
prohibiti Episcopis: & cessante reseruatione
Episcopi possent dispensare in omnibus casi-
bus, in quibus potest & Papa. Dicente Do-
mino omnibus Apostolis, Quodcunque liga-
ueritis super terram, ligatum erit & in cœ-
lis, &c. ut Matth. xviij. Episcopos autem ho-
die Apostolorum loca tenere non est ambi-
guum, ut est tex. in c. in nouo. xxj. dist. supra sæ-
pe alleg. Sed ex eo, q̄ Papa sibi reseruauit in
signum superioritatis, inferioribus nō est per-
missa: immò prohibita hæc dispensatio: nam

Domi-

Dominns soli Petro dixit, Duc in altum, & pasce oues meas. Fallit tamen hæc conclusio, seu regula si quis vouet visitare sepulchrum deuotionis causa, vel ire ad Sanctum Iacobum, quo casu Episcopus loci vouentis, potest dispensare, secundum Sicul. in d.c. ex multa, in principio, ibi, ex quo infero duo.

83 Octaua, † omne votum cōmutatur per ingressum religionis, vt not. in c. scripturæ. eod. ti. Aliqui tamen dicunt, quòd in votis non potest dispensari, sed possunt commutari. sed Inno. in d.c.j.eo.ti. dicit non videre hanc distinctionem, cum commutatio non sit sine dispensatione, sentiens quòd omnis commutatio sit dispensatio. vt etiam supra dixi.

84 Nota, † voti commutatio pendet ex arbitrio diœcesani. vt not. in d. c. j. per Cardinalem Zaba. in iij. not. quod intellige, vt ibi.

85 Decima, † qualitas personæ consideratur in cōmutatione voti. Cardinalis, & alij i d.c.j.

86 Vndecima, † laici efficiuntur de foro ecclesiastico ratione voti, vt not. in c. venientis. eo. ti. & ibi Car. in j. not.

87 Duodecima, † inter propositum voti, & vo-
88 tum differt: quia † sola conceptio voluntatis ad vouendum sine firma deliberatione non est votum, vt no. in Rubrica qui clerici, vel vouen. & ibi per doct. Præpos. in versi. sed circa secundam, in ij. col.

89 Votum † habet tria tempora, videlicet initiationis, confirmationis, & consummatio-
90 nis. Initiatur enim cum † propositum in animo seminat, & ex hoc nō obligatur quis quo-
91 ad Deum, vel ecclesiam. confirmatur † cum firmatur super propositio deliberatio, & ex hoc obligatus est quo ad Deum, confirmatur cum propositum deliberatū ore exprimitur, & tunc cogit ecclesia, vt not. idem Cardinalis in c. per tuas. eo. ti. & in c. literaturam. in ij. not. Et ex
92 hoc vltimo sequitur corollarium, ꝙ † ad complementum obligationis requiritur oris expressio: quod intelligo in valentibus loqui. In mutis autem tene, vt no. d. Præpos. in c. proposuit. & melius in c. cum apud. de spons. in gl. in ver-
93 bo surdos, in iij. col. qui per † signa, & mutus possunt contrahere matrimonium, & alios cōtractus facere, vt ibi, & per eundē in c. contracto, de cogna. spirituali. in quibus locis habetur materia surdorum, & in quibus casibus, & per quæ signa obligentur, & quæ ecclesia sacramenta suscipere possint.

94 Decimatertia, † Episcopus non potest vouere sine licentia Papæ, & suæ ecclesiæ. vt not. in c. licet. hoc eo. ti.

95 Abbas † nō pōt vouere sine licētia Episcopi, quod intellige de subditis Episcopo, & hoc hodie nō procedit, quia oēs Abbates sunt exēpti.

96 Seruus † non pōt vouere sine cōsensu domini, vt s. dixi, & in Rubrica de seruis nō ordi. qđ intellige de voto domino p̄iudiciali, vt supra.

97 Pueri † non possunt vouere sine licentia parentum, uel tutorum.

98 Maritus † sine consensu uxoris, & contra, vt ēt s. dixi, de dispensa. mariti cum vxo. quod intellige similiter in præiudicium matrimonij. Fallit in uoto vltramarino in marito, vt no. in c. ex multa. in §. in tanta. hoc eo. ti. vt s. dixi.

99 Debitor † in præiudicium creditoris, vt dixi supra. de oblig. ad ratiocinia ordi. vel non, qui est seruus creditoris, de quibus omnibus vide nor. in c. scripturæ. hoc eo. titu. & ibi per do. Cardinalem, & alios post eum.

100 Furiosus, † durante furore, vt no. in Rubrica qui clerici, vel vouentes, & ibi do. Præpos. in ij. colum.

101 Decimaquarta, † votū ab initio est volūtariū, sed ex post facto necessariū. vt in c. licet. eo. tit.

102 Decimaquinta, † votum per alium impleri potest, ibidem.

103 Decimasexta, † pater potest cogere filium implere votum paternum, sub pœna exhæredationis. ibidem.

104 Decimaseptima, † nemo potest absoluere à voto vltramarino sine speciali mandato Papæ,
105 vt in c. ex multa. hoc eo. ti. in prin. † ēt si sit legatus de latere, vel ēt summus pœnitentiarius, vt ibidē per Car. in ij. no. & no. in c. ꝙ translationem. de offic. deleg. dixi supra in vij. conclus.

106 Decimaoctaua, † votum religionis impedit p̄motionē ad Episcopatū. c. per tuas. hoc eo. ti.

107 Decimanona, † votum intrādi religionem, ipsa non expressa, intelligitur de approbatis arbitrio ipsius vouentis, vt not. in c. ex parte. de censi. & ibi Io. An. secundum Inno.

108 Vigesima, † inferiores Prælati, etiam professi, possunt votum vltramarinum emittere, vt in c. si. hoc eo. ti.

109 Vigesimaprima, † vouens religionem ingredi, si non inueniat religionē, quæ eum velit, pōt in manibus Episcopi profiteri, & erit monachus Episcopi, & monachus sine monasterio, ita not. d. Præpos. in c. commissum. versic. quid si. in iij. col. de spons. per no. per Inn. in c. porrectum. de regul. Et sic tale impedimentum non excusat vouentem, nec propterea datur dispen-
110 satio. & talis † monachus potest esse sine habitu. Ideo dicitur ꝙ habitus non facit monachū, sed sola professio, & semper consueuit allegari tex. d. c. porrectum.

111 Vigesimasecūda, † votum & propositū æquiparatur. vt not. in c. commissum. de spon. & ibi per d. Præpos. in v. no. j.

112 Vigesimatertia † votum solemne dirimit matrimonium postea contractum, etiam secuta copula,

pula,

pula, ex constitutione ecclesiæ, non autem iure diuino, vt no. in c. meminimus: qui cler. vel vouētes. & ibi do. Præpos. in ij. no. & in c. rursus: in ij. no: in ij. col. & ibi gl. in verbo apud Deum: in versi. haberis. in viij. col.

113 Vigesimaquarta, † votū simplex quo ad Deū ita obligat, sicut solēne, consideratis respectibus, de quibus p do. Pręposi. in d. c. rursus ij. no:

114 Vigesimaquinta, † emissio voti solēnis de intrando religionē, facta ab eo, qui in veritate nō habebat animū intrandi religionē, non obligat in foro conscientiæ: quia votū consistit in solo ꝓposito volūtatis, vt per B. Th. ij. ij. q. lxxxviij. art. j. Ideò Papa cum eo dispensat. vt no. in c. veniēs. qui cler. vel vo. in versi. imò plus. in fi. col.

115 Vigesimasexta, † votū simplex impedit, sed nō dirimit matrimoniū, solēne verò impedit & dirimit. Spec. in ti. de iur. iur. in fin. & dixi supra.

116 Vigesimaseptima, † omne votū recipit dispēsationē, sed nō solēne continentiæ, secundum B. Th. ij. ij. q. lxxxviij. art. vij. & ī iiij. di. xxxviij. art. x. & ea. q. art. iij. Tamen doct. & præcipuè Abb. Sicut. in c. venient. qui cler. vel vouen. tenent, ꝙ ex magna causa Papa possit. Au solēni voto videt, ꝙ Episcopus possit, per illū text. vbi datur licentia illi mulieri, ꝙ non obstante voto continentiæ emisso, in manibus illius heremitæ possit nubere. sed aliqui volūt, ꝙ illa dispensatio fuerit ex delegatione Apostolica, nō autē ordinaria Episcopi, licet nō fuerit votū solēne.

117 Vigesimaoctaua, † fractio voti non est spēs infidelitatis secūdū B. Th. ij. ij. q. lxxxviij. art. 3.

118 Vigesimanona, † nō licet mutare votū in melius propria auctoritate, ſm Inn: in c. peruenit, el secundo. de iur. iur. & Io. An. in c. j. de voto.

119 Trigesima, † vouens nunquā comedere carnes, pōt in infirmitate comedere, secūdū Arch. in c. ij. xxxij. q. viij. sed est tex. expressus in cap. quod nemo allegat, in c. carnē. de consec. di. v.

120 Trigesimaprima, † in quolibet voto semper intelligitur excepta authoritas Papæ, quod intellige de votis dispensabilibus, nō aūt prohibitis dispensari. Hosti. in c. rursus. ne cler. vel mona. & bona gl. in c. Deus qui. de vita & ho. cler. & in c. cum Dei. de immunit. ecclesiarum.

121 Trigesimasecunda, super † interpretatione voti statur interpretationi vouentis secundum Io. An. in c. veniens. qui cler. vel vouen. & gl. in c. j. de sta. regul. in vj. & est rō: quia vt supra dixi xxv. conclus. votū consistit in solo ꝓposito, hoc tñ intellige, qñ vouens est certus, ꝙ nō est obligatus, alias nō pōt votū suū interꝑtari sicut nec sacramentū. vt dicit gl. j. in c. magnæ de voto. & in c. venerabilē. de elec. & alij not. in d. glos. j.

122 Trigesimatertia, † qs non pōt vouere p aliū
123 sicut nec pęnitentiā accipere, gl. in c. sciendū est omnibus. xxvij. q. j. in verbo ꝓprie, q̄ est prima.

124 Trigesimaquarta, † ad obligationē voti in foro conscientię sufficit sola voluntas, & propositum sine prolatione verborum, gl. in c. sufficit. xxxvij. q. ij. facit tex. & glos. in c. literaturam. de voto. & gl. in c. neq; viduis. xxij. q. 1. & gl. summæ. xix. q. j. Et sic verba non sunt de substantia voti: attende tamen ad ea, quę supra dixi.

125 Trigesimaquinta † appellatione voti in dubio intelligitur de simplici, vt in c. rursus. & in c. meminimus. qui cler. vel vouen.

126 Trigesimasexta, † votum religionis excedit omne genus satisfactionis, secundum B. Tho. secunda secundæ. q. lxxxviij. ar. iij.

127 Trigesimaseptima, † non soluitur votū coniugum vouentiū castitatē, si se cognoscunt. Im
128 mò committitur incestus, dicit gl. j. in c. ministri. lxxxj. distin. & magis peccat si cognoscat aliam, vel si cognosceretur ab alio.

129 Trigesimaoctaua, † uotum emissum metu mortis est nullū, nec ligat, nisi cessante metu ratificetur, iuxta tex. in c. j. de his quæ met. causa.

130 Et idē dicas † de voto emisso mente turbata, si talis & tāta sit turbatio, ꝙ sapiat mētis alienationē, ſm Io. And. in c. dudū. de cōuers. cōiug.

131 Trigesimanona, † votum infirmorum non tenet, nisi in sanitate recuperata ratificetur, ut in c. consaldus. xvij. q. j.

132 Quadragesima, † uotum per me factum pro te, non obligat te, vt no. in c. quicquam. xx. q. j. quod intellige de uoto, per te non postea ratificato, ut ibi, & Cardinalis. in cle. j. de sum. Tri. §. ad hoc, in fi. fallit in baptismo, ut ibi.

133 Quadragesimaprima, † uotum factum ad impulsum alienum non obligat, ut xvij. q. iiij. sunt qui opes, & ibi glo.

134 Quadragesimaseptima, uotum † pro sanitate recuperanda obligat secūdum Host. & alios, in c. scripturæ. de uoto. & Inno. ibi in gl. sua, in uerbo religionis, & ibi Abbas. & oēs: vbi etiā dicunt, quòd restitutus sanitati potest compelli ad executionem uoti, & Panor. in c. sicut tenor. de regul. in xvij. q. & Spe. in tit. de sta. monac. versi. xxij.

135 Quadragesimatertia, † uotum generale obligat. Panor. in c. ex parte. de censi.

136 Quadragesimatertia, † voti solēnitas est de iure positiuo, ſm oēs, & copiosè per Io. An. in regula, quod semel Deo dicatum est, de reg. iur. in Mercur. & extat elegās consiliū Aegydij Bellameræ numero mihi xxviij. incip. in facto mihi tradito, in iiij. col. versi. nō obst. ꝙ Papa.

137 Quadragesimaquinta † votum emissum, licet non obliget vouentem superueniente impedimento omnino impeditiuo, vt not. in c. j. de
138 voto. Cum † semper in voto intelligatur conditio generalis, si potero. vt no. in c. non est. de uoto. & per Ion. in c. scripturæ. co. ti. & dixi supra

139 conclusione iiij. Fallit † tamen hæc conclusio
in voto vltramarino, vbi quis vonit pro subsi-
dio terræ sanctæ: quia illud debet impendere
eo meliori modo quo potest, vt no. Inno. & Si-
cul. in c. liceat. de voto. Nam si non potest vo-
tum soluere in forma specificata, debet illud
implere per hæredes, vel alio modo, quo po-
test. vt no. in c. q super his. eo. ti. Et idem dici-
to in omnibus obligationibus factis, quarum
executio transit ad hæredes, vt no. in l. veteris.
C. de contrahen. & committen. stipul.

140 Quadragesimasexta, vonens † excusatur ex
impedimento supraueniente, si ex illo de iure
tollitur obligatio, vt quando vonens prius non
fuit in mora in executione voti, alias autem vo
tum est commutandum, uel redimendum. arg.
no. in l. ij. ff. si quis cauti. & in c. fin. de iniur. &
Siculus in d. c. licet, copiosè, circa fin.

141 Quadragesimaseptima, † ex voto magis me
retur religiosus obligatus voto, quàm laicus
spontè vonens, glos. in cle. si domini in sanctis
eius. de reliq. & ven. sanctorum, in verbo sei-
psum, & Sicul. in capit. magnæ. eod. titu. de
voto.

142 Quadragesimaoctaua, votum † licet sit de
iure diuino, potest tamen in melius commuta
ri, cessante causa in vouente, auctoritate Epi-
scopi solius, vt no. in c. j. de voto.

143 Quadragesimanona, † votum ieiunij licet
sit indictum per ecclesiam, nó potest in melius
commutari per Episcopum cessante causa. vt
no. Inno. in Rubrica, de obserua. ieiu. Et ratio
est, quia licet ius diuinum longè magis obliget
quàm ius positiuum, vt no. in c. fi. de consue-
tu. & in c. sunt quidam. xvj. q. j. tamen Sicul. in
c. magnæ. de voto, circa fi. soluendu dicit, quòd
vota emittuntur purè in seruitium & compla-
centiam Dei, vnde si cómutatur in melius non
soluitur complacentia Dei, immo augetur. Ie-
144 iunia † tamen indicta sunt ab ecclesia, non tan-
tum ad carnis macerationem, sed ad deuotio-
nem certi temporis: nam sunt qualificata in
tempore, vel ob reuerentiam Dei, vel sancto-
rum, vel mandatorum ecclesiæ, ideo non suf-
ficit aliud soluere, qui per solutionem, vlterius
non satisfacit causæ institutionis ieiuniorum,
ita dixit Sicul. in d. c. magnæ, in fi.

145 Quinquagesima cóclusio † votum pro subsi
dio terræ Sanctæ religiosus claustralis potest
emittere etiam sine consensu superioris, secun
dum Sicul. in c. ex multa. & c. fin. de voto. hoc
intellige si est vtilis ad prædicandum. religiosi
autem simplices hoc non possunt sine licentia
sui superioris, vt per Sicul. ibidem.

146 Quinquagesimaprima votú † vltramarinú per
mulieré emissum, si in subsidiú terræ Sanctæ sit
emissum, etiam cóiugata compellitur exequi,
quod intellige si sit senex, & non suspecta, & si
sit potens ad ducendú secum bellatores. vt no.
in c. quòd super his. & c. ex multa. de voto,
satis supra dixi, in titulo de dispen. mariti cum
vxo. vbi latè.

147 Quinquagesimasecunda, votú † pro succur
su terræ sanctæ quilibet Prælatus emittere po-
test, etiam sine licentia superioris, & etiam
148 vt supra dixi religiosus: quia potest † ad tem-
pus deserere monasterium, & insistere publi-
cæ utilitati ecclesiæ vniuersalis. vt not. in cap.
nos autem. xvj. q. j. & in c. licet de regul. vbi
149 † sollicitudo, labor, & disciplina præferuntur
contemplationi, & quieti. vt not. Sicul. in ca-
pit. fin. de votu. & hæc intellige, & tempora
non semper licere, sed tantum quando sit pas-
sagium generale, & crux sit prædicata per Ro.
Pontificem, vt ibi per eundem Abb. alias se-
queretur, quòd quilibet claustralis posset di-
cere vouisse succurrere terræ sanctæ, vt clau-
150 stra exiret. & verbum succurrere † denotat præ
cedentem cursum, sed ubi non est cursus non
cadit succursus, ideo rectè dicitur cum sit pas-
sagiú generale, & crux sit prædicata per Ro-
151 ma. Pontificem, † ad quem solum talis prædi-
catio spectat, & pertinet, nisi esset negligens
& demissus: quia tunc concilium solum po-
test. & si concilium non esset congregatum,
152 Prælati, † & Principes Christiani hoc possunt,
153 vrgente necessitate: quia tunc † in eis præsu-
mitur Spiritus sanctus. dicente Domino, vbi
vnus, duo, aut tres in nomine meo &c. vt
Matth. xviij. & latè dixit d. Cardinalis Za-
ba. in suo tractatu de conuocatione concilij
generalis.

154 Quinquagesimatertia, votum † efficaciter
obligat vouentem, licet votum ab aliquo non
fuerit receptum: quia votum fit Deo, qui
155 † semper vbique præsens est, & semper reci-
pit vota, vt not. Sicul. in c. ex parte. de censib.
in principio.

156 Quinquagesimaquarta, in † materia voti pro
cedit illa regula, si non valet quod ago vt ago,
ualeat ut ualere potest, vt not. in cap. j. de de-
spons. impub. in §. idem quoque, in fin. lib. vj.
& Abb. Sicul. in capit. quidam, de conuer.
coniugat.

157 Quinquagesimaquinta, voti † executionem
differens dicitur transgressor voti, quod intel-
lige si tempus sit adiectum voto: quia tunc est
pars uoti, ut supra dixi, & Abb. Sicul. in cap.
non est, de uoto. & idem in c. per tuas. eo. ti. Et
si etiam tempus non sit adiectum, differés pec-
cat, ut legitur Deute. xxiij. ibi, cum uotum uo
ueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere:
quia requiret illud Dominus Deus tuus, & si
moratus fueris reputabitur tibi in peccatum,

ſubdens ſi nolueris polliceri, ſine peccato eris:
158 quaſi dicat, † melius non vouere, quàm vota
non reddere: quia vouere eſt voluntarium, red
dere autem eſt neceſſarium, vt ſupra dixi, &
159 † melius eſt viam Domini nõ agnoſcere, quàm
agnitam deſerere. vt in c. quidam. de apoſtat.
160 Lvj. voti commutatio, † ſeu redemptio ſine
ſuperioris auctoritate, nedum facienda nõ eſt,
vt not. in c. j. de voto. ſed nec etiam ipſius voti
dilatio. Ideo proximè dixi, ꝙ differens execu-
tionem voti, eſt trãſgreſſor voti, & iuxta ſupra
proximè allegata, vide Abb. in d. c. non eſt.
161 Lvij. Epiſcopus non poteſt ſecum diſpẽſare
162 in voto diſpenſabili per Epiſcopum: quia † nõ
deſeret quis authorizare in facto proprio, vt in
cle. ij. de rebus eccle. non alien. & in l. j. ff. de au
to. tuto. & Abb. in c. magnæ. de voto, in princ.
163 Lviij. vota † reddenda ſunt cum celeritate,
cum perfecta ſolutione, cum recta diſcretio-
ne, ſecundum beatum Antoni. in ſua ſumma.
in ſecunda parte, titu. xj. c. primo. §. ſecundo.
per totum.
164 Lix. violans † votum ſimplex incurrit pœ-
nam trienalis pœnitẽtiæ ſecundum antiquos
canones pœnitentiales, iuxta text. in cap. ſi vir.
xxvij. diſtinct.
165 Lx. in votis † varijs, variè etiam per Papam
diſpenſatur, iuxta not. per beatum Anton. Flo.
in tertia parte ſum. tit. c. vj. ibi duodecimus, de
voto continentiæ. vbi bene tangit, licet breui-
ter materiam diſpenſationis, voti ſolemnis
continentiæ.
166 Lxj. † vouens intrare religionem non ex-
preſſo tempore, debet intrare quàm citius po
teſt commodè, alias peccat ex mora, ſecun-
dum beatum Anton. in ſua ſumma, tertia par-
te, titu. xvj. c. ij. §. iij. in ij. col. ante medium ibi,
& §. vouit ſimpliciter.
167 Lxij. votum † religionis tollit vitium ingra
titudinis, propter quod filius, vel filia potuiſ-
ſet exhæredari, quorum vitiorum aliqua po-
nit glo. in c. quintauallis. de iureiur. & pro cõ
cluſione eſt tex. in c. non liceat parentibus. xix.
q. iij. & ibi bo. gl. in verbo ingratitudinis. & eſt
vnica gloſa.
168 Lxiij. votum † ſpeciale præciſè obligat, ſi
per verba de præſenti emittitur. fallit ſi maior
ætas impedit, vt in c. puella. xx. quæſt. ij. & c.
precij. xxij. quæſt. v. & cap. mulier. xxxiij. quæ
ſtio. v.
169 Lxiiij. † votum impeditur per publicam vti
litatem, vt in c. qualiter. vij. q. j.
170 Lxv. votum † minus tollitur per maius, vt
in c. duo. xix. q. ij.
171 Lxvj. † votum tollitur per contrariam ſupe
rioris inhibitionem, vt in c. manifeſtum. xxxiij.
quæſt. v.

172 Lxvij. † incautum votum non obligat. xxij.
quæſt. iiij. per totum.
173 Lxviij. melius † eſt non vouere, quàm vo-
tum non ſoluere. xij. quæſt. j. ſimus. faciunt
not. in c. quidam de apoſt.
174 Lxix. † Votum poteſt commutari ſine neceſ
ſitate, dummodo ſit vtilitas in cõmutatione,
vnde in commutatione voti non requiritur ne
ceſſario, quòd cauſa ſit in vouente, ſatis enim
eſt, quòd commutatio fiat in id, quod magis
vtile, & Deo magis acceptũ. fallit in voto ſub-
ſidij terræ ſanctæ in eo, qui auxilium imparti-
ri poteſt actualiter, ſecundum Abb. Sicul. in
d. c. ex multa. in ij. col. de voto.
175 Lxx. omne † votum eſt diſpẽſabile cum cau
ſa vrgente, inchoando à voto caſtitatis, & reli
gionis vſque ad minimum per ea, quæ ſupra di
ximus: nam in voto caſtitatis & religionis, etiã
ſolemniter emiſſæ, Papa cum cauſa diſpenſat.
vt tenent beatum Thom. in iiij. ſenten. diſtin.
xxxviij. art. vlt. q. j. art. iiij. circa medium, vbi
latè. licet contrarium dixerit. ij. ij. quæſt. lxxx-
viij. art. vlt. vbi voluit, Papam non poſſe diſpẽ
ſare cum religioſo profeſſo ſuper voto continẽ
riæ, per d. c. cum ad monaſterium. de ſtat. regu.
in fi. cum tamen poſtea in iiij. ſenten. vbi ſupra
contrarium dixerit, & hæc ſecunda opin. ꝙ
Papa poſſit, eſt communior, quam ſequitur
Ioan. And. in d. regula quod ſemel Deo dic-
tum, in Mercur. & in regula actus legitimi.
etiã in Mercur. & Pet. de Ancha. conſi. cccxlj.
incipi. pro maiori intelligentia, & Dom. meus
Fely. in d. c. ſi quando. de reſcript. vbi refert
omnes ſic tenentes, vbi latiſſimè.

S V M M AE.

1 *In iuramentis promiſſionis poteſt diſpenſari ſicut in votis, quia in aliquo caſu poteſt eſſe illicitum, & nocuum.*
2 *Secus quando eſt manifeſtè licitum & vtile, fallit tamen quandoque. num. 10.*
3 *Irritare quiſque poteſt iuramentum à ſubditis ſuis factum circa ea, quæ ſubduntur eius poteſtati.*
4 *Abſolutio à iuramento & à voto à pari procedunt.*
5 *Pontifex ſolus concedere poteſt, ut quis poſſit contra licitum iuramentum uenire.*
6 *Epiſcopus non poteſt ſimpliciter abſoluere à iuramento, & an ſaltem in melius commutare poſſit.*
7 *Cognitio an iuramentum ſit licitum, nec ne, ſolo Pontifici ſpectat.*
8 *Declaratio ad c. venerabilem. de elect.*
9 *Imperator eſt vaſallus Pontificis ſeu ſanctæ Romanæ Eccleſiæ.*
11 *Iudex ſecularis inter ſuos ſubditos poteſt de periurio cognoſcere, & punire. & 13.*
12 *Crimen periurij eſt crimen commune & mixti fori.*

vel mutare in aliud, licet hoc possit in iuraméto priuatæ personæ.

Item illa decret. venerabilem, loquitur de re
8 gno Alemaniæ, quod † qui habet eo ipso futurus est Imperator, quod sine approbatione Pa
9 pæ fieri non debet, cum † Imperator sit vassallus Papæ, siue Romanæ ecclesiæ, vt in c. ego Ludouicus. lxiij. dist. & c. tibi Domino. ea. di. Dicas etiam q̃ fortè circa magnas personas, & ardua negocia propter scandalum solus Papa potest interponere partes suas in huiusmodi iuraméntis, pro quo alleg. Inno. in c. debitores. de iure iur. in verbo soluet, ibi credimus tantùm, & p̃ c. nos sanctorum. xv. q. vj. vbi omnino vide, &.
10 d. c. cum contingat. quinimò & † in licitis iuramentis quandoque dispensari potest ex vrgenti causa, vt in d. c. nos sanctorum. & ibi bona glo. quod intellige de causa emergente, culpa illius in cuius fauorem iuratur. c. vt ibi dicitur. de vasallo, qui absoluitur à iuraméto culpa domini, & idé tenet Host. & omnes. Beatus quoque Anto. Flo. in sua sum. parte ij. tit. x. c. iij. §. iiij. & v. in iiij. colum. latissimè ponit hanc materiam.

Nec prætermitto quod voluerunt domini de parlamento Delphinati in decisio. suis, collectis per Guidonem Papę, decis. clxxviij. inci. si laicus possit cognoscere, alias incipit de periurio potest iudex laicus cognoscere, vbi dixe-
11 runt † iudicem sæcularem inter suos subditos
12 posse de periurio cognoscere & punire: † quia est crimen commune, videlicet mixti fori, vt in Auth. de man. princip̃u. §. si verò. & per Ioã. And. in c. licet. de iureiur. in nouel. in vj. & no. in l. nulli. C. de testi. & ibi Bal. & in l. ij. C. de fide instr. & ita tenuit Bal. in extrauagante Imperialis clementiæ. de pace Constan. in glo. in ver
13 bo tam vassalli, vbi etiam idem Bal. tenuit † q̃ iudex secularis potest punire de periurio. pro quo facit lex si quis maior. C. de trãsac. nec obstat c. venerabilibus. de elec. & c. cùm sit generale. de fo. compe. quia loquuntur de clerico, in dictis autem iuribus de laico, & ita intelligitur d. lex si quis maior. C. de trãsac. de laico, sacrilego, & adultero. de clerico autem periuro, adultero, & sacrilego iudex ecclesiasticus debet cognoscere, & ita loquuntur contraria. Et ita tenendo ius in quolibet foro suo, nihil est contrarium, & ita tenet glo. in c. cum sit generale. de foro compe. quæ numerat casus, in quibus cognitio spectat ad ecclesiam, quomodo autem puniatur periurus, vide Bal. post Cy.
15 in l. iusiurandum. in versi. iuxta hoc, vbi † ponit viij. modos puniendi periurium.
16 Sed quæro † an iudex secularis possit dispensare super iuramento, ex quo potest punire, cum superius per discursum dixerim, quòd qui potest punire, potest dispensare super pœna. Dicti domini de dicto parlamento Delphinati in ea. quæst. clxxviij. tenuerunt quòd sic, per l. fin. in princip. ff. ad municipal. quod intellige quoad pœnam, vt satis dixi supra, de iudici. seu de dispensatione iudicum circa pœ-
17 nas, non autem quo ad reatum periurij: † quia hoc solum pertinet ad potestatem clauium:
18 quia tanta est vis iuramenti † quòd inducit irregularitatem talem, quòd nedum impedit promouendum, sed & repellit iam promotum. vt in c. si. de tempo. ordi. & in c. querela. de iureiur. & c. sequenti.
19 Ratio autem huius est, quia † periurium irrogat infamiã, vt in d. l. si quis maior. C. de trãsact. dixi supra tit. proximo, & infra, de excommunic. per discursum, & in cap. infames. vj. quæst. j.
20 Sed quæro vtrum periurium † infamet ipso iure, an requiratur sententia, videtur quòd ipso iure, vt in d. l. si quis maior, supra proximè allegata. sed contra videtur quòd immò requiratur sententia, per l. Lucius. ff. de his qui not. infam.

Sed pro solut. est distinguendum: quia aut fuit iuramentum assertorium, aut conditiona
21 le, siue promissorium. Assertorium † autem dicitur, quia iurauit de præsenti, puta rem esse suam, vel fuisse, & tunc non est infamis, vt colligitur ex l. ij. ff. de crimi. stelliona. licet videatur arg. contra in auth. vt liceat matri, & auię. §. quod autem à nobis, & argu. in authen. vt litigantes iurent, in §. si quis autem litigantium. Si autem fuit iuramentum promissorium & de futuro, non est infamis, nisi & contra sacramentum & contra pactum veniat, puta, iurauit se daturum vel facturum, vt in d. l. si quis maior. Alioquin si contra sacramentum tantum venit, & non contra pactionem, non est infamis, puta, si iuret quòd hodie vel cras nõ bibet, vel ieiunabit. Sed secundum canones videtur aliter esse dicendum, secundum Ray. videlicet quòd periurus iuramento assertorio infamis non fit ipso iure, sed per sententiam: nam si alicui probatur in modum exceptionis periurium, nisi directè de hoc actum fuerit contra ipsum, & pronunciatum sit, non est inter infames habendus, vt in c. cum dilectus. de ordi. cogna. in fi. & in c. j. de except.
22 Periurus † autem in promissorio iuramento licito, & cum solemnitate facto, ipso iure
23 infamis est, licet ergo † non omnis periurus sit infamis, vt dictum est, tamen repellitur à testimonio: quia præsumitur & alias facilè peierare. l. Cassius. ff. de senat. & de accu. si cui. §. illud. & ij. q. vij. non potest. & c. quicunque. & xxij. q. v. si quis conuictus. Illud etiam credo,

quòd & si aliquando, secundum quòd distinxi, periurus non sit infamis, si tamen eius opinio fuit grauata, licet iam promotus non deijciatur, tamen repelli debet promouẽdus: quia hic est vnus infamiæ effectus. vt dixi latè supra in tit. præcedenti.

De temerario autem iuramento, & de re illicita quæritur an infamet, vel an inducat depositionem: videtur, quòd sic.vj. q.j. quicunque sciens. & c.infames.& xxij. q. v. c. si quis conuictus.& c.querelam.de iureiur. Sed vide contra, de iureiur.c.sicut Sol. Io. glo.non credit tale iuramentum diffamare, vel impedire electionem factam, vel fiendam: sed Barth. Brix.tenet contrarium in c.Florẽtinum. lxxxv. dist.& c.definitio.xxij. q.iij.

Et licèt in principio dixerim aliquid, quòd Episcopus aliquando possit in iuramento, & periurio dispensare, dic tamen hic plenius, ꝙ sic dispensari potest post peractam pœnitentiam cum periuris à proprijs Episcopis, cum non inueniatur eis prohibitum, iuxta regulã, quam supra posui de dispensatione Episcoporum, in principio.

24 Ad euitandum autem † pœnam periurij no
tandum est, quòd plerunque in iuramentis pro
missorijs intelliguntur conditiones, vt hic, sci
licet si placet Papæ, vt in c.venientes. de iure
iur.& ideò placuerit.xxij.q.ij.beatus. Item si
res in eodem statu permansit.xxij.q.ij.ne quis.
& ff.de solut.l.cum quis. Item si mihi seruabis
fidem, vt in c.peruenit.eod. tit. & l. quæro. ff.
locati.Item hoc, si mihi numeraueris pecuniã,
cum eo casu cum quis iurauit se soluturum pe
cuniam sub spe futuræ numerationis.l. indubi
tatè.C.de non nume.pecu. Item hoc, si nuptiæ
fuerint secutæ, casu cum quis stipulauerit pecu
niam dotis causa, vt ff. de iur. dot.l. stipulatio
nem. Item hoc, si non immoderatum quid
præcipietur in eo casu, cum quis iurauerit al
terius mandato parere, vt in c.veniens.de iure
iur.& c.quintauallis. Item intelligitur hone
sta, vt si quis iurauerit mulieri, quando contra
xit cum illa, quòd eam semper pro legitima ha
bebit vxore. Nam si fornicatur postea nihilo
minus eam poterit accusare, nam subintelligẽ
da erat conditio illa, si in legem coniugij non
peccaret, vt in c. quemadmodum. de iureiur.
in princ. Item subintelligitur facultas, vt in c.
25 breui.eo.tit.nam † difficultas à periurio excu
sat, vt in c.ego enim. de iureiur. ibi, nisi præ
26 peditus, &c. Item † necessitas subintelligitur,
vt in c.querelam.eo.tit.& in l. si.ff. qui satisd.
coga. Item commoditas, vt ff. quarum rerum
rerum act.non datur.l.j. §. quæ honorandè.
27 Speciales autem † conditiones non subintelli
guntur, nisi exprimantur, licèt mente conci
piantur, si hoc feceris, vt xxxij.q. vlt.c. vlti. in
fi.& C.de condit.ob causam. l. si repetendi. &
ff.de verb.obl.l.quicquid.nisi, vbi lex exprimit
aliquid tacitè agi inter contrahentes, tunc e
nim illud pro expresso habetur, vt de stipula
tione dotis.l.cum quid.ff.si cer.pet. & in l.tan
tum.ff.de verbo. oblig. Item hæc vera sunt in
iuramentis promissorijs, vt xj.dist.per totum.
In assertorijs autem nulla conditio subintelli
gitur, & de tali intelligitur.C.de iur.dot.l.simi
li ter. Illud tamen sciendum est, quòd si aliqua
istarum conditionum, vel etiam omnes in iura
mento intelligantur, non tamen propter hoc
dicendum est iuramentum esse cõditionale, vt
ff.de condi.& demonst.l.conditiones.

SVMMAE.

1 *Ius patronatus Ecclesiæ datur etiam laicis patronis cum omnibus qualitatibus, & conditionibus dispensandi appositis à fundatore, sed cum Episcopi consensu.*

2 *Conditio, vel qualitas in Ecclesiæ fundatione non potest per patronum apponi absque Episcopi consensu.*

3 *Et an ita tolli possit.*

4 *Episcopus pro vna vice tãtum potest de consensu hæredis patroni dispensare, & conferre beneficium, non habenti qualitates in fundatione appositas.*

5 *Episcopus plus iuris habet in instituendo, quàm patronus Ecclesiæ in præsentando.*

6 *Episcopus potest disponere de beneficio patronali contra naturam qualitatum, & conditionum in fundatione Ecclesiæ iurispatronatus appositarum, quando immineret Ecclesiæ necessitas.*

7 *Etiam sine consensu patroni, immo & ipso nolente consentire.*

Et in alijs casibus, usque num. 10.

8 *Patronus habens ius patronatus Ecclesiæ, potest per literas præsentare instituendum.*

9 *Episcopus dispensat, ut collatio, siue prouisio facta per ordinarium, spreto etiam ipso patrono, ualeat, quæ alias ipso iure esset nulla.*

10 *Canonicus, an possit quis fieri præstito tantum consensu Canonicorum non collegialiter, sine alia electione.*

11 *Præsentati à masculo, & fœmina patronis Ecclesiæ discordantibus, qualis eorum præferatur.*

12 *Valet argumentum de pupillo ad fœminam.*

De Iure patronatus.

LAicis quoque Ecclesiarum patronis, cum præsentandis, & alijs qualitatibus, & conditionibus, beneficio, seu Ecclesiæ, in fundatione eius à fundatore adiectis, & appositis de ordinarij

1 ordinarij consensu, dispensandi potestas † à iure permissa est. & dixi de ordinarij sine Episco
2 pi consensu: quia alias † conditio vel certa qualitas in fundatione per patronum apponi non potest sine consensu Episcopi. vt not. Do. Ant. de Butr. in c. cum dilectus, in xj. col. in versi. sed quæritur an ex statuto. de consuetu. & Ioan. de Imo. post eum ibidem, in xj. etiam col. in versi. item aduerte, dicentes hoc esse bene notandum pro istis, qui ordinant capellas, & disponunt de modo conferendi aliter, quàm ius disponat: quia non possunt sine consensu Episcopi, per illum tex. cum concord.

Vbicunque tamen conditio est apposita in fundatione iuris patronatus de consensu Epi-
3 scopi à patrono & fundatore, † talis conditio dispensatiuè tolli potest per patronum de consensu Episcopi, vel etiam alterari. ita tenēt omnes Doct. in c. cum accessissent. de constitu. & ibi per Feli. & hæc est dispensatio.

Sed magis dubium videtur, ꝙ in hærede fundatoris cum vltima voluntas testatoris modis omnibus seruāda sit, vt in c. vltima. xiij. q. ij. & vltima voluntas defuncti pro lege seruāda sit, vt in auth. de nupt. §. disponat. col. iiij. & dixi supra de testa. in princi. Dicas idem in hærede patroni si cōsentiet: ita expresse tenet do. Abb. in d. c. cum accessissent: quod est bene notandū.

Et do. meus Fely. in d. c. cum accessissent. in ix. col. in princ. dicit, ꝙ ex hoc dicto Abb. probatur, ꝙ si Episcopus ex toto vellet cum suo capitulo illas conditiones tollere ex causa id posset de consensu patroni, vel hæredis, quod dicit etiam esse notandum.

Et ibi dicit se alias consuluisse Ferrariæ, &
4 obtinuisse vt ꝓ vna vice posset † Episcopus de consensu hæredis patroni dispensare & conferre beneficium non habenti qualitates in fundatione appositas, pro quo allego glo. quæ videtur hoc expresse sentire, in c. cum ex eo. de elec. in vj. in verbo subdiaconatus. ibi, vel per præsentationem patroni.

Nec mirum si hæres hoc casu venit contra factum testatoris contra iura supra allegata: quia cum auctore Episcopo hoc facit, non videtur imputandus: quia nō est mera voluntas defuncti vel testatoris, sed est mixta cum voluntate Episcopi, quæ est dignior: quia plus iuris habet Episcopus in instituendo, quàm patronus in præsentando. argu. l. iuste possidet. ff. de acquir. possess.

Sed hoc dictum impugnari potest per not. per Do. Cardinalem. in cle. quia contingit. de relig. domi. in x. not. & in v. q. & ibidem per Io. de Imo. & omnes, vbi dicunt ꝙ licet de consensu eius qui ordinauit aliquid ad pium vsum, possit Episcopus legatum mutare, tamen secus de consensu sui hæredis: quia hic non agitur de voluntate defuncti seruāda. faciunt not. per Bart. in l. legatum. ff. de vsufruc. leg. & in l. legatum. ff. de administ. ad ciui. pertinen. secundum Imol. vbi supra. & dicit dn. Cardinalis ibidem se pluries ita dixisse in c. nos quidē. de testa. & quamuis termini illi videantur aliqualiter diuersi, à nostris tamen vtrobiq; videtur eadem ratio. Idem do. meus Fel. in d. c. cum accessissent. in ix. col. post principium, considerauit tres casus, qui bene faciunt ad materiā nostram dispensationis, quos alibi non reperies ita extensos, in quibus patronus laicus cū Episcopo dispensat super iure patronatus contra naturam fundationis & conditionem à fundatore appositam.

Primus est quando de cōsensu patroni vult Episcopus conferre beneficium aliter quàm eius natura dictet, dispensando pro illa vice, & tunc videtur ꝙ consensus hæredis sufficiat. pro hoc inducit quod not. Ant. de Butr. in c. fi. ante medium. in versi. Vincentius. auth. de testa. vbi dicit, quòd ex causa vtili, relictum pro anniuersario potest vna vice in aliud pium opus expendi, & redire postea ad solitum debitum, & quando Episcopus vellet dispensare in proposito ex causa necessaria ecclesiæ, hoc videtur posse & inuito patrono, vt infra dicetur.

Secundus casus est quando Episcopus vellet in totum supprimere beneficiū patronale, vel in totū tollere conditiones illi annexas, & tunc illi, aut hoc non fit ex causa necessaria, & dicit credere ꝙ nō possit etiam cū consensu hæredis patroni. per rationem tex. in d. clem. quia contingit. & per dicta prædictorum Doc. ibidem, licet Abb. in d. c. cū accessissent, aliter sentiat. Aut ex causa necessaria, puta in casu Doctorum hic, quando adeo decreuerunt facultates, quod opus est illam dignitatem, vel præbendam tollere, vel est impotens ad illas conditiones, tunc & nō reperitur persona idonea, quæ eam velit sic conditionatam accipere vel regere, & tunc credit quòd restrictio procedat adeo quòd etiam inuito hærede forte fieri posset, & mouetur per id quod not. Imol. in d. cle. quia cōtingit. in v. col. in vers. Lapus hic limitat, vbi dicit illum textum non procedere quando legata conuerti non possunt ad vsum deputatum, & idem Do. Ant. in d. c. fi. de testa. in versi. hoc dictum quotidie contingit. Et idem in proposito cessantibus redditibus, cessare debet ordinatio testatoris, & pro hoc facit sequens restinctio.

6 Tertius casus est, † nisi immineret necessitas, per quam pro vtilitate ecclesiæ moueretur Episcopus ad disponendum de beneficio patronali, aliter quàm eius natura exigat, quia

etiam

etiam patrono inuito hoc poterit, secundum Abb. in d.c. cum accessissent. per ea, quæ not. per Dom. de Rota in no. decisi. cccvij. incip. Permutatio facta per ordinarium, vbi dicitur, quòd si patronus sine causa non vult consenti-
7 re † permutationi beneficij, potest Episcopus hoc facere sine eius consensu, quia patronus non debet impedire magnam vtilitatem Ecclesiæ. faciunt not. in c. j. in §. nec constitutio. ibi, quæ contra vtilitatem, de his, quæ fi. à maiori par. capituli; & ex his habes vnum casum, in quo patronus de consensu Episcopi dispensat super iure patronatus, & duos, in quibus solus Episcopus dispensat sine consensu patroni.
8 Possumus addere & alium casum, in quo fit dispẽsatio per Episcopum: nam clarum est, in iure, quòd patronus potest per literas præsentare instituendum, vt in c. ea noscitur. de his, quæ fi. à præla. sine consensu. capit. in prin. & ibi Abb. in ij. not. præsentandus autem debet esse præsens, vt vult glo. in clem. dudum. de sepult. in verbo, præsentari, quia non dicitur præsentari, nisi exhibeat se sensibus corporis illius, cui fit præsentatio, vt dicit dicta glo. quę allegat l. j. in princ. ff. de verbo. oblig. tamen si præsentandus est notus, cui præsentatur, potest Episcopus si vult instituere præsentatum per solas literas absque corporis exhibitione, ita Abb. in d. c. ea noscitur. in ij. not. per tex. in c. accedens. de præben. & c. si tibi absenti. eod. tit. in vj. & intellige notus, videlicet per notitiam qualitatis personæ super idoneitate, & sufficientia, pro quibus faciunt not. per Innoc. & Abb. post eũ in c. in Lateranensi. in finalibus verbis. de præben. Immo. & Abb. dicit hoc esse notandum, quia quotidie accidit in facto.
9 Episcopus † quoque dispensat, vt collatio, siue prouisio facta per ordinarium, spreto etiã ipso patrono, valeat, & teneat, quæ aliàs esset ipso iure nulla. Pro primo est dic. Host. in sum. hoc eo. tit. §. fi. in versi. quid si ecclesia vacante prælat. in fi. versi. faciunt not. in c. cum consuetudinis. de consuet. & Innoc. in c. j. de reb. eccl. non alien. lib. vj. bene facit decisi. Rotæ, ccccxlj. incip. Fuit dubitatum. in fi. quæ vult, per dic. Innoc. in c. ex parte. de concess. præb. quòd etiam ex solo consensu Canonicorum, etiam non collegialiter præstito, sine alia ele-
10 ctione efficiatur quis verus Canonicus, & † idẽ dixit Innoc. in d. c. j. de reb. eccl. non alien. in ij. col. in fi. dicens, quòd in actibus, qui dependent ex solo consensu, quòd etiam si ab initio non teneant, tamen ex post facto per subsequẽtem consensum confirmantur, allegat l. per fundum. ff. de serui. rusti. prædio. & l. receptum. ff. commu. præd. & not. in c. prudentiam. de offi. deleg. Pro secundo, videlicet, quòd collatio facta spreto patrono, sit ipso iure nulla, est tex. in c. ex insinuatione. & ibi Abb. in ij. not. & idem in c. illud. in iij. not. hoc eo. tir.

11 Postremò non omitto, quòd † si sint patroni ecclesiæ masculus, & fœmina, & discordent in præsentando, aliqui dixerunt præsentatum à masculo esse præferendum dispensatiuè, ac si esset locus gratificationi. Quorum opin. in hoc Bald. in l. j. ff. de senat. reprobat quo ad dispensationem, dicens, quòd immo de iure, & non dispensatiuè, quia præsentatus à masculo est præferendus, & instituendus, quòd est bene notandum, & ita tenet Francis. de Aretio in c. quoniam. de testi. in finalibus verbis, & sic sæpe respondi Venetijs in contingentia facti: ratio autem decidendi mouens Bal. vltra dicta per eum ibidem, potest esse defectus sexus, cum masculinum concipiat, & trahat fœmininum, pro quo possunt induci, quæ notantur per Doct. & præcipuè Abb. in c. j. hoc eo. tit. dicentem, quòd ius patronatus pariter in fœminas transfertur, sicut in masculos, quia iura non distinguunt, ideo nec nos distinguere debemus. l. de pretio. de publici. c. in Romanorum. xix. dist. j. pro quo facit c. fi. de concess. præben. & sentit glo. in c. quoniam inuestituram. xvj. q. vij. & Io. And. in clem. fi. hoc eo. tit. & omnes post eum, & Abb. in c. fi. de concess. præben.

Sed contra hæc videntur facere not. per Archid. in c. decernimus. xvj. q. vij. dicentem, quòd per literam d. c. decernimus. videtur, quòd siue pupillus, siue puer, qui est patronus, habẽs septem annos, & vltra præsentat idoneum, & eius tutor pręsentat alium, ét idoneum, quamuis æqualem præferri debet, & admitti, qui præsentatus est à pupillo, & est ratio secundum Tancredum, vt refert idem Archid. quia ipse pupillus dominus est.

Et hanc sententiam tenuit Barth. Brix. in q. dominicalibus mihi lxxvij. incip. tutor cuiusdam pupilli præsentauit; vbi tenet, quòd si puer sit maior septennio admittatur præsentatus ab eo, etiam si præsentatus à pupillo, & tutore sint æquales.

Ex quibus ponderatur, quòd de pupillo ad fœminam potest facilè inferri, immò à maiori argui, cum fœmina adulta possit esse sagacis ingenij, quæ facilè posset comparari viro etiã ingenioso, & longè magis idonea, quàm puer septem annorum ad discernendum inter idoneum, & non idoneum. Ideo possemus impugnare dictum Bal. vel saltem limitare habere locum, dum concurreret maior idoneitas in præsentato per masculum, quàm in præsentato per fœminam, aliàs non videtur dictum Bald. aliqua ratione probari. arg. de maiori ad minus

minus, cum maius sit iudicium mulieris adultæ, quàm pueri septem annorum.

Si verò fœminæ essent plures per stirpes, vel per capita, dictum Bald. non esse verum per ea, quæ dixit idem Franciscus in eodem c.quoniam, vbi dicit, quòd maioris fidei sunt testes masculi, quàm fœminæ, quod dicit bene probari per tex.in c.forus.de verb.sign. vnde dicit posse inferri, quòd data paritate numeri, plus creditur masculis, quàm fœminis: ergo data disparitate, non sic. & dictum Bal. si benè ponderetur, loquitur in casu paritatis, dum dicit, quòd si sint patroni masculus, & fœmina, & discordent in præsentando, præfertur præsentatus à masculo: & sic loquitur in paritate vocum, vel etiam personarum, & sic siue per stirpes, siue per capita. Sed quia hodie iam duo tractatus de iure patronatus in lucem prodiere, qui cussi, siue impressi sunt: ideo vlterius hanc materiam non sequar, ad illos me remittens, contentus his, quæ iam diximus.

S V M M Æ.

1 *Prævaricatio in cerimoniis sacrificij est dispensabilis.*
Prævaricari potest circa substantialia ante sacramentum confectum quatuor modis.
2 *Materia sacrificij altaris hodie est panis triticeus aqua naturali confectus, & vinum vitis. & ratio cur.*
3 *Græcus conficiens sacrificium in azimis, peccat mortaliter.*
4 *Rationabilius est conficere sacrificium altaris in azimis, quàm alio modo.*
5 *Græcus conficiens sacrificium in pane, qui incipit corrumpi, peccat mortaliter.*
6 *Sacrificari minimè potest in pane corrupto, in quo deficit species panis.*
7 *Neque in pane cum aqua rosacea composito.*
8 *Quid si panis sit de mera spelta, ordeo, farre, vel mileo.*
9 *Quid de pane ex amito confecto.*
10 *Consecrari minimè potest cum vino aceto facto.*
11 *Quid si adhuc non sit acetum, sed acetosum.*
12 *Consecrari, an possit cum vua matura.*
13 *Quid cum agresta.*
Dispensatio, an detur contra prævaricatores in sacrificio.
14 *Orientales conficiunt corpus Christi in pane fermentato.*
Tolerare dicitur dispensare.
15 *Prohibitio in materia sacrificandi in diuersa materia est de iure positiuo ab Ecclesia introducto.*
16 *Latinus sacrificando in pane fermentato peccat. Possunt tamen ab Episcopo suo absolui, non autem dispensari.*
17 *A traditione Apostolorum non est recedendum.*
18 *Post sacramentum confectum, multis modis prævaricari potest.*
19 *Infirmus in stomaco alterato, non debet sumere tantum sacramentum.*
20 *Vomitus factus statim post sumptum sacramentum, debet diligenter colligi, comburi, & cineres iuxta altare reponi, & recondi.*
21 *Corpus Christi tandiu durat, quandiu remanet sub stantia panis in stomacho.*
22 *Euomi non potest nisi id, quod in stomachum traiectum est.*
23 *Sacerdos non celebrans cum calice vncto, & consecrato: an conficiat sacramentum calicis.*
Et si conficit, an peccet.
24 *Sacramentum per quæ verba conficiatur.*
25 *Dispensatio cum sacerdote incauto, qui in officio suo peccat, ad quem pertineat.*
26 *Quæ pœna ei detur.*
27 *Dispensari an possit, vt possit celebrari cum calice non consecrato, non vncto, vel ligneo, vel vitreo. & 28.*
29 *Sacerdos, an possit celebrare sine sacramento calicis, si esset in loco, vbi non reperiretur vinum, & multi infirmi languentes, & peregrini adessent petentes viaticum Eucharistiæ.*
30 *Corpus Christi non est absque sanguine.*

De Celebratione Missarum, & defectibus in Missa, & dispensatione cum deficientibus.

ANIMA si præuaricans cerimonias per errorem in his, quæ domino sunt sanctificata, peccauerit, offerat pro delicto suo, vt Leuitic. v. Ex quibus datur intel-
1 ligi, quòd præuaricatio † in cerimoniis sacrificij est dispensabilis, sed sciendum est circa hoc, quòd aliqua fuerunt sacra, quibus non erat licitum vti, & de abusu talium per errorem facto ibi scriptura loquitur, vt dicunt aliqui.

Alij verò dicunt, quòd ibi loquitur de abusu primitiarum, quæ erant sanctificatæ domino, eo quòd sacerdotes domino ministrantes, debebant inde sustentari: & ideò si aliquis per errorem talium aliquid suis vsibus applicaret, debebat facere sacrificium, quod ibi determinatur, & huic consonat litera sequens, cum dicat, ipsumque quod intulit damni, restituet: & ideò hæc authoritas non conuenit subiecto nostro, in quo quærimus de præuaricatione cerimoniarum ad altaris ministerium,

non ſunt vnius ſpeciei, & dicit hoc eſſe verum,
nec de ipſis poteſt confici, quia huiuſmodi va-
riæ ſpecies generantur per accidens, & via cor
ruptionis, ſicut ex vino generatur acetum, vel
ſicut ex ſudore animalis perfecti generatur ani
mal imperfectum, vt vermis, ſed far, & ſpelta,
& ordeum via generationis ex tritico, ſicut ex
ſeminatione animal producit animal. hæc Pet.

Et dicit Ant. ꝙ dum ergo certum non ſit, v-
trum ſint eiuſdem ſpeciei ante conſecrationẽ,
tenenda videtur opinio ſancti Tho. in iiij. diſ.
xj. q. ij. ar. ij. q. j. in corpore. q: vt ſcilicet nõ con
ficiatur ex eis, ſed ſi confectum ſit, opinio Pet.
eſt, ꝙ pro ſacramento habeatur præſuppoſito,
ſi eſt confectum. Et idem dicit, ꝙ de farina a-
9 miti, cum ſit paſta † cruda, & nondum panis
confici non poteſt, ſed ſi inde fiat panis, cum ſit
farina tritici purgatiſſima, ſacramentum con-
fici poteſt.

Quartus modus præuaricandi eſt in vino,
10 quod ſi factum eſt † acetum, non poteſt de ipſo
confici ſacramentum ſanguinis Chriſti, quia
differunt vinum, & acetum, vt mortuum, &
viuum ſecundum Philoſophum.

Si verò vinum nondum ſit acetum, ſed ace-
11 toſum, dicẽdum eſt, ſicut ſupra diximus de pa
ne putreſcente, & putrefacto, videlicet, quòd
de putreſcente poſſit confici, de putrefacto au-
tem non.

Sed quid ſi ſacerdos apponat acetum, nun-
quid conficit ſanguinem? Ric. in iiij. dicit, ꝙ
conficit, ſed peccat propter irreuerentiam ſa-
cramenti. Idem tenet S. Th. & Alber. dicentes
etiam, ꝙ de muſto poteſt confici, non tamẽ re-
centi, & nunc expreſſo propter impuritatem.

12 De vua † matura autem nequaquam poteſt
confici, quia non eſt ſub ſpecie potabili, ſed
edibili.

De agreſta non poteſt confici, quia differt à
13 vino, † ſicut incompletum à completo, ſecun-
dum Riccar. in iiij. diſt. xj. hoc idem habemus
de conſecr. diſt. ij. c. didicimus.

Modo quæro, an circa huiuſmodi præua-
ricationes, & cum præuaricantibus detur di-
ſpenſatio, & per quem?

Credo poſſe probabiliter diſtingui, videli-
cet, aut quæritur, an ante factum, aut poſt
factum.

Ante factum, videlicet, quòd poſſit confici
corpus Chriſti inter Latinos in pane fermen-
tato, credo ſolum Papam poſſe diſpenſare.

14 Ratio eſt, quia, ſicut tolerando † orientales
cum eis diſpenſat, vt celebrent in fermentato,
15 ita poteſt & cum latino, & ante factum, † &
poſt factum, quia prohibitio eſt de mero iure
poſitiuo ab eccleſia introducto, ſuper quo po
teſt omnia Papa. Immo omnes Orientales di-
cunt, quòd cum omnis Chriſti actio noſtra ſit
inſtructio, & Chriſtus fecerit, & conſtituerit
hoc ſacramentum in fermentato latini, non
imitantur Chriſtum.

Item dicunt, quòd nedum in mane, & ieiu-
no ſtomacho confici poteſt. Immo etiam poſt
cœnam, ſicut fecit Chriſtus, & etiam quan-
documque propter verba Chriſti dicentis, hoc
quotieſcunque feceritis &c. Contraria hæc fa-
tenda ſunt quo ad confectionem ſacramenti.
Sed ex quo eccleſia, quam errare Deus non per
mittit in his, quæ pertinẽt ad eccleſiam trium
phantem, in qua non eſt, nec eſſe poteſt ruga,
neque peccatum, cum ſpiritu ſancto regatur,
ſupponimus conſuetudines, & ordinationes
ab ipſa eccleſia approbatas conformes eſſe Dei
voluntati, ideò ei parendum eſt, & ſtandum
eius ordinationi, & licèt Latinis conficiens in
16 fermentato † peccet, conficit tamen, & ſimi-
liter Orientales in azimo, & vterque peccans,
vt ſupra diximus, indiget abſolutione, & nõ di
ſpẽſatione poſt factũ, ante verò diſpenſatione.

Et à peccato credo poſſe abſolui à ſuo Epi-
ſcopo, quia caſus iſte nõ eſt de reſeruatis Papę,
& hoc quo ad primum modum prçuaricandi.

In ſecundo verò caſu præuaricationis cele-
brãdo in pane mixto alijs granis ſeruata diſtin
ctione poſita ſupra in ij. caſu non peccatur.

In ſecunda verò diſtinctione non confici-
tur, ſecundum præallegatos Theologos, pec-
cant tamen mortaliter ſic tentantes, vt ſupra.

In tertio verò caſu, & q. ſequenti ſimiliter
eſt dicendum, quòd in talibus caſibus, in qui-
bus non conficitur corpus Chriſti, non accidit
diſpenſatio, ſed abſolutio, vt proximè dixi.

Sed vtrum Papa poſſit diſpẽſare, vel potius
declarare, quòd in illis ſpeciebus panis poſſit
conſecrari. Videtur poſſe rationabiliter dici,
quòd non; quia, vt ſupra dixi in primo modo
præuaricationis eccleſia credit Chriſtum con-
feciſſe in tale materia, quia Apoſtoli fuerunt
præſentes, qui poſtea tradiderunt nobis hunc
modum ſacrificandi, & conficiendi corpus
Chriſti. Ideò à traditione Apoſtolorum vi-
detur non eſſe recedendum, & licèt dicatur, ꝙ
Apoſtolicus ſit maior Apoſtolo. Tamẽ omnes
Apoſtoli, qui poſt reſurrectionem, & aſcenſio
nem Chriſti tenuerunt typum fidei, & eccle-
ſiæ, fuerunt longè maioris authoritatis Apo-
ſtolo, cum in eis contineretur vniuerſalis ec-
cleſia. Et ſic Concilium Apoſtolorum hoc
nobis tradidit, & in his, quæ pertinent ad ſta-
tum fidei Concilium eſt ſupra Papam, aliàs ſe-
queretur, quòd ſolus Papa poſſet deſtruere or
dinationem fidei à Chriſto traditam tanquàm
non bene ordinatã, quia ſi bene ordinata non
eſſet immutanda. Quòd autem non bene eſſet

ordinata

ordinata hæreticum esset dicere, quia Deutero.32.dicitur, Date gloriam Deo uestro: perfecta enim sunt opera Dei. Ideo concilium Constantiense per suam constitutionem, quæ incipit Frequens, & assidua, editam in quarta Sessione, statuit, quòd quilibet, quacunque dignitate prefulgeret, teneatur parere côcilio in his, quæ pertinent ad fidem, & extirpationem scismatis, & reformationem ecclesiæ in capite, & in mêbris, vt s.dixi supra, de dispensatione côcilij generalis in principio. Ex quibus apparet, quòd concilium sit supra Papam in concernêtibus fidem catholicam. Fides autem catholica est, vt credamus ea, quæ in Euangelio Christus nos docuit. Docuit autem sic, vt Apostoli, & Euangelistæ dixerunt nobis. Ergo videtur dicendum, quòd Papa non possit contrarium declarare, eò quòd Apostoli ex verbis Christi declararunt.

An autem hæc vera sint, remitto me determinationi, & diffinitioni ecclesiæ.

Et idem dicendum est in quarto casu præuaricationis in vino, per acetum, per distinctionem in eo à dictis theologis traditam, quia in dictis casibus datur absolutio, & non dispensatio post factum, ante vero non per proxime supra dicta.

18 Post sacramentum † verò confectum multis modis prævaricari potest, vt post communionem per vomitum, quo casu dicit canon in c.si quis per ebrietatem. de consecra. dist.ij. quod si quis per ebrietatem, hoc est, quòd hoc accidat propter ebrietatem, vel uoracitatem, si est laicus.xl. diebus pœniteat, si clericus, vel monachus. lxx. si Episcopus. xc.

Si vero hoc accidat causa infirmitatis, vij. diebus pœniteat. & hoc casu dicit ibi gl. quòd infirmo imponitur pęnitentia ad cautelam per
19 c.in lectum.xxxiiij.q.ij. Quia † stomacho alterato infirmus non debet sumere tantum sacramentum, & Ray. dicit, quòd ille vomitus debet diligenter colligi, comburi, & cineres iux-
20 ta altare reponi, & recondi.

Et Pet. de Pal. & illo c. si quis per ebrietatê arguit, & reprobat gloss. c.tribus gradibus. de consecr.di.ij.in verbo miscere. quæ est si. dicit, quòd certum est, quòd species videlicet panis, quàm citu dentibus teritur, tam cito in cœlû rapitur corpus Christi, quod dicere dicit etiam hæreticum, quia dicit ipse, quòd quamdiu remanet substantia panis, tam diu ibi manet cor-
21 pus Christi, subdês, † quòd quamdiu manet ibi substâtia vini, sic etiâ tam diu sanguis Christi.

Sed substantia panis manet nô solum attrita dentibus, sed etiam in stomacho traiecta, & deglutita. vnde ille tex. si quis per ebrietatem ibi euomuerit, est contra illam glo.

22 Non enim potest euomi, nisi id, † quod in stomachum traiectum est, quæ omnia bene & copiosè posuit Beatus Anton. in sum. in d. iij. parte tit. xiij.c.vj. §.pro notitia formæ. in vij. col. in medio. in versi. si quis autem euomeret, vbi per discursum examinat defectus, qui in celebratione missarum occurrere possunt. & ponit pœnas à sacris canonibus impositas contra pręuaricantes, vbi vide ne idê transplantemus.

Quæro tamen de duobus, primo quia in c. vngitur. de sacra vnc. dicitur, cum benedicitur calix non solum ex mandato legis diuinæ, verû etiam ex exemplo Beati Syluestri, qui cum consecrabat altare, illud chrismate perungebat: præcepit enim Dominus Mosi, vt faceret oleû vnctionis, de quo vngeret tabernaculum testimonij, & archam testamenti, mensamq; cum vasis, vt supra dixi de non ordinato ministrante, in principio.

23 Quæro † nunquid sacerdus celebrans cum calice non vncto, nec consecrato conficiat sacramentum calicis.

Et si conficit, an peccet.

Et qua pœna veniat puniendus.

Dicas, quòd omnino conficit, quia cerimonialia non sunt de substantia, vel ad esse sacra-
24 menti. Sed † tantum illa verba, Hoc est enim corpus meû: & ĩ calice, Hic est enim calix &c. vt copiosè posuit idem Beatus Anton. in d. iij. parte in d.c.ij. in §.pro notitia formæ, vbi bene examinat has.q. dicens, tales sacerdotes grauiter peccare, & esse per suos ordinarios grauiter puniendos.

Nam dispensatio cum sacerdote incauto,
25 † qui in officio suo peccat, pertinet ad Episcopum, vt not. in c.si. de celeb. mis. & Spec. in tit. de leg. de dispen. Episcopi. versi. cxxxviij.

26 Pœna † autem erit arbitraria iudici, cum iure expressa nû reperiatur sicut in pluribus alijs præuaricationibus, vt in d.c. si quis per ebrietatem. & c. tribus gradibus. de consecr. dist.ij.

27 Secundò quæro, † nunquid dispensari posset, quòd celebraretur cum calice non consecrato, vel cum calice vitreo, uel alias de materia hodie prohibita, videtur dicendum, quòd non, propter præceptû Syluestri Papæ, de quo in d.§. ungitur quo ad calicem nû consecratû.

Et similiter de calice ex materia hodie prohibita propter prohibitionem concilij Triburiensis, & concilij Remensis prohibentis calices vitreos, quibus Zephirinus Papa usus fuerat, & ligneis, quibus sacerdotes alias utebantur, ut ibi ait Bonifacius, sed ex auro, uel argento, uel stagno, si quis tam pauper sit, fieri Remense concilium iussit. De ære autem aut ex auricalcho fieri prohibuit, ut ibi legitur.

28 Dicito, † quòd Episcopus non potest dispensare,

ſace vt etiam ſentit Pet. de Palu. quem refert & ſequitur idem S. Anton. vbi ſupra. Papa autem ſic; cum prohibitio fuerit de iure poſitiuo, licet per illa concilia prohibeatur, quia Papa eſt ſupra concilium in his, quæ concernunt cerimonialia, & moralia non tangentia vniuerſale ſtatum eccleſiæ, nec legalia fidei.

29 Tertiò quæro ponamus, † quòd ſumus in loco, vbi nullo modo poteſt haberi uinum, & ibi eſt populi multitudo, & infirmi, & languẽtes, quæ petunt viaticum euchariſtiæ, & nullũ ibi extat ſacramentum confectum, vel particulę conſecratæ; nunquid ſacerdos ex diſpenſatione Epiſcopi poterit celebrare, & conficere ſacramentum corporis Chriſti ſine ſacramento calicis. Alber. vt refert B. Anto. vbi ſupra in §. de vino primo ſciendum eſt, in ij. col. circa medium dicit, quòd hoc caſu deberet haberi con
ſultatio ad Romanam curiam, quid ibi faciendum; tamen propter intolerabile damnum ani
marum, quod incurritur ex defectu ſacramen
ti dicit, quòd cum talibus eſſet diſpenſandũ, ut
corpus Chriſti ſine calice conficerent, quia cor
30 pus Chriſti non eſt ſine ſanguine, & anima, &
deitate, quamuis non ſit ibi ſanguis in hoſtia
ex virtute conſecrationis ſacramenti. Et ſic vi
detur expreſſe ſentire, quòd huiuſmodi diſpen
ſatio ſit permiſſa inferiori à Papa, tamen pro
pter intolerabile damnum eſſet diſpenſandum
ſiue conſultatione Ro. Pontif. hæc ille.

Sunt complures alij defectus, qui in celebratione miſſarum occurrere poſſunt, ſed quia hodie emanauit quidam tractatus de defectibus in miſſa, qui hodie impreſſus eſt, ideo vlterius hãc materiam nõ proſequor, ibi me remittẽs.

S V M M Æ.

1 *Ieiunium ab ipſo primordio mundi præcepit Deus in paradiſo Adæ, & Euæ.*
Moſes obſeruauit ieiunium etiam ante legem.
Moſes poſt ieiunium cum Deo locutus fuit, qui ante ieiunium ad Deum accedere auſus non erat.
Hieroſolyma à Senacherib tempore Ezechiæ Regis, & Sizare per ieiunium liberatur, cum alijs vtilitatibus aduerſus hoſtes.
2 *Ioſue ieiunauit, & curſum ſolis pluſquam per diem temperauit, & hoſtes ſuperauit.*
3 *Ieiunia Eccleſiæ non poſſunt redimi niſi ex magna cauſa.*
4 *Redemptio eſt diſpenſatio.*
5 *Ieiunia voluntaria authoritate ſuperioris, & cauſa maioris vtilitatis poſſunt redimi.*
6 *Ieiunium omitti poteſt quando adeſt neceſſitas quæ tollat poſſibilitatem omnem ad ieiunium, & hoc abſque aliqua diſpenſatione.*
Vel neceſſitas repentina num. 8.
7 *Idem propter publicam vtilitatem, quam quis adimplere non poßet.*
9 *Ieiunium omitti poteſt in loco ubi non eſt cõſuetum, quia per diſſimulationem Prælati videtur tacite diſpenſaſſe.*
10 *Scientia, & taciturnitas Prælati ſæpe diſpenſationem inducit.*
11 *Peregrinatio ad loca ſancta pro die præfixo indulgentia ieiunium impedire poteſt.*
12 *Ieiunium poteſt omitti propter ſcandalũ euitandũ.*
13 *Ieiunia non poſſunt redimi pecuniam, vel alio modo niſi vrgente cauſa neceſſaria.*
14 *Ieiunia quæ ſint indicta.*
Ieiunare an dicatur comedens bis, ſed parum.
15 *Ieiunare non dicitur comedens oua, & caſeum.*
16 *Conſuetudo locorum comedendi oua, vel lacticinia tempore ieiunij excuſat à peccato.*
Diſpenſatio an petatur ſuper ſolutione ieiunij.
17 *Infirmi à ieiunio ſunt ſoluti.*
18 *Alemaniæ vſus ieiunandi.*
19 *Ieiunium quibus caſibus poſſit rectè omitti.*

De Obſeruatione ieiuniorum, & diſpenſatione ſuper eis.

AVGVSTINVS in ſermone de ieiu
nio ad heremitas xxv. incipi. ſcire
nãq; debetis: ait ſcire nanque debe
tis fratres dilectisſimi, quod hoc ſolẽ
1 ne † ieiunium à creatione homi
nis in ipſo mundi primordio præcepit Deus in
paradiſo Adæ, & Euæ, vt à fructu arboris abſti
nerent. Hoc etiam ante legem Moſes ſanctus
obſeruauit, & legem ſuſcepit. hoc ſub lege He
lias aſtrinxit, & ad cœlũ in curru euolauit. Eua,
quàm diu abſtinuit, virgo fuit, & in paradiſo
permanſit: ſed dum ieiunium violauit in miſe
riam corruit, & libidinis corruptiones perſen
ſit, & de paradiſo expulſa eſt.

Moſes etiam poſt ieiunium cum Deo locu
tus eſt, qui ante ieiunium ad Deum accedere nõ
fuit auſus. Hieroſolyma à Senacherib tempore
Ezechiæ regis, & Sizare p ieiuniũ liberatur, &
centũ, & quinquaginta millia celitus interfecti
ſunt nocte una. Tpe ẽt Ionæ ieiunium prædicã
tus ĩ cinere, ieiunio, & cilicio veniã impetrauit.
2 Et Ioſue ieiunauit, † & curſum ſolis pluſquam
per diem temperauit, & hoſtes ſuperauit. Hæc
Aug. vbi ſ. & propterea Io. An. in c. conſilium
quod eſt c. ij. hoc eo. ti. in nouel. dicit ieiunia ec
3 cleſiæ † non poſſe redimi niſi ex magna cauſa;
ergo ex tali cauſa poſſunt redimi, & ſic diſpen
4 ſari, cũ † redẽptio ſit diſpenſatio, vt ſ. diximus
in definitione diſpenſationis, & p diſcurſum;
5 Sed † ieiunia voluntaria authoritate ſupe
rioris, & cauſa maioris vtilitatis poſſunt re
dimi, & ibi declarat, quæ ſint ieiunia volun
taria, vt ex voto, & neceſſaria ex pœnitentia.

Dicens quòd ille, qui est obligatus ieiunio ex
voto, vel ex generali constitutione, vel institu-
tione ecclesiæ, si nulla adest necessitas, vel vti-
litas, non potest redimere.

Si autem adest necessitas, tunc, si est necessi-
tas, quæ tollat omnem possibilitatem ad ieiu-
6 nium absque † aliqua dispensatione, vel redem
ptione omittere potest. Sed si sit talis necessi-
tas, quæ non tollat omnem possibilitatem,
sed inducit magnam difficultatem; puta, quia
ieiunans caderet in capitis debilitatem, vel cor
poris lassitudinem, ita quòd alijs bonis operi-
bus vacare non posset, hoc casu ieiunium elee
mosynis, & misericordiis pauperum redimi
posset, authoritate tamen superioris, quia elee
mosynis omnia peccata possunt redimi, iuxta il
lud Daniel. iiij. O rex placeat tibi consilium
meum, & eleemosynis redime peccata tua, &
misericordijs pauperum: Rex autem Nabuch
donosor commiserat ea omnia peccata horri-
bilia, quæ committi possunt, & præcipue ido-
latriam, & tamen Daniel, cui nomine erat Bal
thasar consuluit sibi, vt eleemosynis, & mise-
ricordijs pauperũ redimeret peccata sua, vt ibi.
7 Et idem si adesset publica vtilitas, † quã ali-
quis ieiunando adimplere non posset, quia tũc
est locus dispensationi, vel redemptioni in ieiu-
nio, authoritate tamen superioris, & maxime
8 diœcesani. Ricardus tamen in iiij. dicit, † ꝙ
si necessitas repentina emergat aliquid operan-
di, quod ieiunium impediat, puta peregrinan-
di, vel multum laborandi, vel aliud impedi-
mentum, impeditiuum vitam spiritualem,
vel vtilitatem publicam; non obligatur talis
ad ieiunium, quia non videtur intentio ecclesię
statuentis fuisse per ieiunia hæc impedire, vn-
de recurrendum esse dicit ad superioris dispen-
sationem, quod etiam dicit non habere locum,
9 vbi non est consuetum; † quia ex hoc ipso, ꝙ
Prælati dissimulant, videntur annuere, & taci-
10 te dispensare, cum scientia, † & taciturnitas Prę
lati sæpe de iure dispensationem inducat, vt
pluries supra dixi per discursum, & dicam in-
fra in fine huius operis, vbi tractabo de tacita
dispensatione. Item dicit, quòd peregrinatio
ad loca sancta ex deuotione, quæ differri non
11 potest, vt † quia hodie est dies ieiunij, & indul
gentia in tali ecclesia, ad quam si hodie non
accessero, vel aliud simile, vel maius bonum
amittam, non teneor ieiunare, si ex inedia, &
fame propter ieiunium non possem laborem
itineris sustinere, sed de hoc vide plenius per
Beatum Tho. ij. ij. q. cxlvij. artic. iiij. vbi de hoc,
& de hac materia per totam q.
12 Propter † scandalum quoque euitandum le-
gitima est dispensatio in ieiunio dicit Inno. in
c. j. hoc eo. ti. in j. col. ibi mulieres, & dixi supra
in secũda parte huius operis in euidentialibus,
siue conclusionibus, & Inno. in præallegi loco
dicit, quòd mulieres propter prohibitionem
virorum non debent dimittere in dicta ieiunia
licet votiua, & voluntaria dimittere debeant,
allegat. c. manifestum. xxxiij. q. vlt. licet ibidem
dicat, quòd cum his forte propter scandalum
euitandum posset sacerdos (quod intelligo de
parrochiali) dispensare, etiam in dictis addens,
quòd propter scandalum legitima est dispensa
tio, vt in c. vt constitueretur. L. di. & c. latores.
de cler. excomm. minist. Satis supra dixi quæ
sint causæ dispensandi.
13 Dicens, etiam idem Inno. non credere, † ꝙ
huiusmodi ieiunia possint pecunia, vel alio mo
do redimi, nisi causa, vel necessitas in ieiunan-
tes sit; voluntaria autem ieiunia etiam sine cau
sa, quæ in ieiunante subsit, dummodo sit aliàs
vtile redimi possunt; authoritate tamen supe-
rioris, vt in c. fi. lxxxij. di.
14 Quæ † autem ieiunia sint indicta ibidem po
nit idem Innoc. & similiter quæ dicantur vo-
luntaria.

Dicit vlterius idem Inno. vbi supra, quòd li
cet ieiunia indicta non debeant commutari,
vel redimi sine causa; ea possunt commutari si-
cut ieiuniũ festi, qđ est die lunæ fit in sabbato.

Dicit etiam, quòd credit circa hæc in dicta
ieiunia posse statui, quòd bis, sed parum come
datur in die exemplificat in Cisterciẽsibus. qui
ad remouendum scandalum, & charitatem cõ
seruandam statuerunt, quòd illi, qui faciunt ali
quid possint aliquid prægustare, nec propterea
soluunt ieiunium ab ecclesia indictum.

Dicit etiam non credere solui ieiunium in-
dictum, si quis comedat excepta quadragesi-
15 ma oua, & caseum, dicit tamen peccare, † sed
nomine ieiunium solui.
16 Dicit tamen † quòd locorum, & prouincia
rum consuetudo excusat peccatum; ideo pœni
tentiaria ordinarie concedit licentiam come-
dendi laticinia tempore ieiuniorum; & idem
dat Papa in confessionalibus in forma Beatissi
me Pater, vt animarum saluti, &c.

Io. de Friburgo in sua sum. in Rubricella de
ieiunio, quærens, an petenda sit dispensatio su-
pra solutione ieiunij, quando homo habet ali-
quod impedimentum dicit, ꝙ si constat omni-
bus vicinis de causa, propter quam ieiuniũ sol-
uendum est, non est necessaria licentiæ petitio,
aut dispensatio, & præcipue consuetudine in-
teruenieute secũdum B. Tho. in sum. q. cxliiij.
art. iij. & iiij. Si autem dubium sit ex illis, à qui
bus ieiunium soluendũ est, & alijs quoq;, vtrũ
subsit causa necessaria, tunc petenda est dispen
satio ab Episcopo loci si commodè haberi pos-
sit copia personæ suæ, & sit timor periculi pro-
pter

pter morã. Si vero non timetur de periculo, expectetur; alias ſufficit licẽtia proprij ſacerdotis, quia authoritate propria non debet quis indicta ieiunia ſoluere. Infirmi autem ſunt ſoluti ab huiuſmodi licẽtia niſi veriſimiliter ſcandalum ex fractione ieiunij eſt oriturum, quia tunc debet proprij ſacerdotis licentiam petere, alias non tenetur.

Plus dicit idem Fribur. vbi ſ. de mente beati Tho. in ſum. art. iiij. ꝙ hoc in ieiunijs obſeruandũ eſt etiã indictis, & inſtitutis ab Eccleſia ad quæ oẽs cõmuniter obligantur, niſi in eis fuerit aliquod ſpeciale impedimentũ, ꝙ eſſent obſeſſi in bello, qđ intelligendum eſt de bello iuſto, in ſimilibus neceſſitatibus carnibus in huiuſmodi ieiunijs, & etiam quadrageſimalibus veſci poſſunt, & hoc dicit eſſe etiam vſu ieiunantium approbatum in Alemania.

Hoſt. vero in d. c. conſilium in fi. dicit, ꝙ in diſpenſatione ſ. ieiunio nõ ſufficit licentia ſimplicis ſacerdotis etiã ex iuſta cauſa, niſi magna neceſſitas immineat, ꝙ ad Epiſcopum ſine periculo recurſus haberi non poſſit.

Et eſt cauſa ſufficiens ad diſpenſandum infirmitas, naturæ debilitas, ciborum cariſtia, ſiue penuria vel paupertas, peregrinatio, labor, ſera ſeu protractio menſæ, vt patet in ſeruientibus menſis nobilium & huiuſmodi. hæc ille.

De hac materia ieiuniorum vltra canoniſtas vide ſanctum Tho. ij. ij. quæſt. clxvij. per totum: & præcipuè art. v. & p d. Fribur. vbi ſ.

S V M M AE.

1 *Diſpenſare nemo poteſt ſuper matrimonijs inter affines, conſanguineos, et cognatos, tam ante conſummationem quàm poſt, niſi ſolus Pontifex, & an in omnibus indifferenter. num. 2. in fi. & 3.*

2 *Matrimoniũ ſeu ſponſalia inter quos eſſe nõ poſſint.*

4 *Pontifex poteſt diſpenſare ſuper matrimonio inter conſanguineos, uel affines lineatam æquali quàm inæquali dummodo adſit cauſa, & non adſit prohibitio à lege diuina.*

5 *Et etiam in gradu primo affinitatis, ſed ex cauſa.*

6 *Nepos an poſſit in uxorem ducere relictam patrui ſui, ex Pontificis diſpenſatione.*

7 *Conſtitutus in ſacris ut ſacerdos & monachus an cum Pontificis diſpenſatione poſſit matrimoniũ contrahere. & num. 11.*

8 *Quid in profeſſo magna vrgente cauſa.*

9 *Et quæ cauſa magna dici poſſit.*

10 *Pontifex de plenitudine poteſtatis ſuper quolibet voto continentiæ etiam ſolennizato etiam abſq; cauſa poteſt diſpenſare.*

12 *Pontifex an poſſit diſpenſare ſuper matrimonio rato, & non conſummato, vt liceat cum alia contrahere, & de eius ratione. num. 14.*

13 *Poteſtas Pontificis maior eſt in diſpẽſando circa matrimonium contrahendum, quàm in diſſoluendo iam contractum.*

14 *Matrimonium aliud ſignificat ante conſummationem, & aliud poſt.*

15 *Sacramentũ vocatur matrimoniũ. i. rei ſacræ ſignũ.*

16 *Matrimonium denotat vnitatem quæ conſiſtit in ſpiritu inter Deum & fidelem animam, quæ vnitas aliquando diſſoluitur.*

17 *Definitio eſt ratio quam ſequitur nomen. Et debet conuerti cum ſuo definito.*

18 *Diſpenſatio non conceditur in his, quæ ſunt iuris naturalis, & diuini, & quæ ſit ratio.*

19 *Pontifex non poteſt dare nouam legem in his quæ apertè à Domino noſtro, uel eius Apoſtolis, uel eos ſequentibus ſanctis patribus definita ſunt.*

20 *Peccata per ſacramenta delentur.*

21 *Poteſtas quã dedit dominus hominibus circa ſacramẽta, eſt poteſtas miniſterij, nõ aũt authoritatis.*

22 *Deus in baptiſmo et alijs ſacramentis dat ſpiritum ſanctum.*

23 *Minor non poteſt tollere id, quod ſuperior fecit.*

24 *Poteſtas quæcunq; inferioris dependet à ſuperiore.*

25 *Inſtitutio eccleſiæ præſupponitur ad operationem miniſtri, uti opus creationis præſupponit operationem naturæ à Deo.*

26 *Põtifex nõ põt diſpẽſare vt nõ baptizatus ſaluetur.*

27 *Miniſter in eccleſia conſtitutus non poteſt in diſſoluendo attingere ea, quibus fundatur eccleſia.*

28 *Miniſter non datur, ubi adminiſtratio non eſt. Papa eſt miniſter in Eccleſia.*

29 *Baptiſmus eſt fundamentum, & ianua aliorum ſacramentorum.*

30 *Sacramẽta per quæ ſaluata eſt Eccleſia affluxerunt ex latere Chriſti.*

31 *Sacramenta Eccleſiæ fluxerunt ex latere Chriſti in cruce pendentis. ſ. ſanguis et aqua, per quæ intelliguntur præcipua ſacramenta. ſ. Baptiſmus, Euchariſtia, & alia.*

32 *Mandati fines diligenter ſunt attendendi.*

33 *Hoſtia ſicut eſt ſacramentum, ita & matrimonium contractum.*

34 *Dicens in nullo, omnia excludit præter id quod expreſſe excipit.*

35 *Coniugij ſacramentum, compoſitionis vel diſpenſationis remedium non admittit, ſed licet conſummatum non ſit, eſt tamen ſacramentum.*

36 *Voti ſolennitas ex conſecratione Eccleſiæ inuenta eſt, at matrimonij vinculum ab ipſo eccleſiæ capite rerum omnium conditore.*

37 *Copula non eſt de eſſentia matrimonij, ſed conſenſus uinculum producit.*

38 *Vinculum ſpiritaule dicitur eſſe inter coniuges ante copulam carnalem, poſt copulam vero, uinculum corporale.*

39 *Religio eſt ſpecies mortis ſpiritualis, quia ſeculo moriens uiuit Deo.*

40 *Mors omnia ſoluit, et q̃uo intelligatur hæc regula.*

41 *Matrimonium in paradiſo, & in ſtatu inno-*

centiæ indissolubiliter accepit principium.

42 *Matrimonium inter virum, & vxorem æquiparatur matrimonio inter Christum, & Ecclesiam.*

43 *Vnitas vxoris sicut est de necessitate matrimonij, ita & indiuisibilitas.*

44 *Matrimoniũ ratum est verum sacramentũ Ecclesiæ.*

45 *Matrimonij duæ partes, aut plenum est, aut neque principium nec speciem sacramenti.*

46 *Contrahens matrimonium si intendat tamen ingredi religionem, neque descendere ad carnalem copulam, quid iuris.*

47 *Christus uocauit Ioannem ad Apostolatum ex nuptijs.*

48 *Pontifex potest dispensare in sponsalibus iuratis, non autem in matrimonio contracto non consummato.*

49 *Matrimonium etiam dicitur inter infideles at non ratum, inter fideles vero dicitur ratum, quia est sacramentum fidei.*

50 *Votum simplex non dirimit matrimonium, secus in voto solemni.*

51 *Pontifex dispensat in his quæ sunt de iure diuino, & à Deo instituta vel ordinata aut præcepta.*

52 *In ore duorum vel trium stat omne verbum.*

53 *Reddere votum est de iure diuino.*

54 *Obseruatio iuramenti est de iure diuino, & est præceptum Dei.*

55 *Scripta ab Apostolis etiam sunt de iure diuino.*

56 *Pontifex potest dispensare in omnibus quæ nõ sunt contra articulos fidei, siue quæ non sunt contra Euangelium, vel contra vniuersalem statum Ecclesiæ.*

57 *Soluere matrimonium ratum non consummatum non est contra articulos fidei, quia nullus articulus est de matrimonio, nec contra vniuersalem statum Ecclesiæ.*

58 *Vir, & vxor aliter vna caro fieri non possunt, nisi carnali copula sibi cohæreant.*

Copula carnalis vbi non est perfectum matrimoniũ esse non dicitur, sed initiatum.

59 *Homo quo ad copulam carnalem potest esse maleficiatus quo ad unam mulierem, non autem quo ad aliam.*

Matrimonium inter infideles consummatur, licet sit de iure naturali & diuino, Pontifex tamen potest illud dissoluere.

60 *Pontifex est in Ecclesia, & Ecclesia in Pontifice.*

61 *Vrbanus quintus desertauit domum cuiusdam comitis inhabilitando eum, & filios eius ad matrimonium contrahendum, ut Episcopatum eius acciperet alter.*

62 *Bonum commune præfertur bono particulari, & cõmunis vtilitas præfertur priuatæ.*

63 *Episcopari est maius bonum quàm religio.*

64 *Religio est bonum particulare, Episcopale vero commune, siue vniuersale.*

Cui conceditur maius, potest concedi & minus.

65 *Signum debet respondere signato.*

66 *Coniunctio corporum in coniugio significat charitatem inter Deum & animam iustam, vel conformitatem quæ cõsistit inter Christum, et ecclesiã.*

Qui adhæret Deo vnus spiritus est cum eo.

67 *Coniunctio quæ est inter Christum et Ecclesiam nunquam tollitur. & num. 69.*

68 *Ecclesia nunquam à Christo separatur.*

70 *Corporalia facilius destruuntur quàm constituantur, spiritualia ve ro è conuerso.*

71 *Homo non separat quos Deus coniunxit.*

72 *Verbum volumus declaratur.*

73 *Dictio de cætero, qualis sit naturæ.*

74 *Factum iuxta morem, crimen non est.*

75 *Argumentum ab esse, & posse valet: nam si factum est, fieri potest.*

76 *Arg. de potestate vnius Pontificis ad potestatem omnium subsequentium ualet.*

77 *Matrimonium ratum non consummatum an dissoluatur per sacrum ordinem, seu per promotionẽ, & consecrationem Episcopalem, sicut per ingressum religionis.*

78 *Intrans religionem præsumitur uoluisse mutare vitam, & prima die dicitur religiosus, & professus reputatur.*

79 *Episcopus transiens ad religionem non potest amplius redire ad Episcopatum.*

Religio datur ad pœnitentiam, non autem ad quietem.

80 *Episcopus non potest transire ad religionem absque speciali concessione, seu dispensatione sedis Apostolicæ.*

81 *Episcopus antequam Episcopus fiat, debet fieri sacerdos.*

De Sponsalibus, & Matrimonijs.

SPONSALIA & matrimonia in-
1 terdum impediunt promouendos, & deijciunt iam promotos, vt supra vidimus, de cler. coniug. & infra, qui cler. vel vouentes, & de conuersione coniugato. vbi Docto. ponunt hanc materiam, sed de huiusmodi impedimẽto ex contractu matrimonij proueniente non est tractandum hic, sed tantum videbimus de tertia parte rubricæ huius nostri operis, videlicet de dispensatione supra sponsalibus, & matrimonijs in gradu, seu statu prohibito cõtractis & contrahẽdis, & dirimendis tam ante cõsummationem ꝙ post, in quibus stat firma conclusio, quòd in eis tam supra gradibus affinitatis quàm supra gradibus consanguinitatis, & cognationis spiritualis, aut impedimento iustæ & publicæ honestatis solus Papa dispensat, dicit Gregorius in Registro, & transumptiuè in cap. de gradibus, xxxv. quæstio. viij. ibi

donec

donec nos ad hos domino permittente ore ad os loquemur.

Sed prius vidẽdum est, qui gradus sint prohibiti. Dic quod aliqui sunt lege diuina, alij lege positiua prohibiti. Lege enim diuina, vt in Leuitico propter hominum raritatem duæ tantum personæ excludebantur à coniugio, videlicet vt nec filius matrem, nec pater filiam duceret, postea eadem lege & sub ea dominus excepit matrem, sororem, nouercam, neptem, amitam, materteram, sororem patrui, vxorẽ fratris, sed hoc recipit determinationem nisi pro suscipiendo semine fratris, vt Deuteron. xxv. ibi, quando habitauerint fratres simul, & vnus ex eis absque liberis mortuus fuerit vxor defuncti non nubet alteri, sed suscipiet eã frater eius, & suscitabit semen fratris sui: de his permissis vel prohibitis habetur Leuit. xviij. & xx. in lege autem Euangelica, & non dico per legem Euangelicam, plures personæ per Ecclesiam militãtem excluduntur, vt dicit glo. in c. literas. de resti. spol. in verbo diuina lege, & glo. in c. gaudemus. de diuort. in glo. j. Excluduntur enim omnes consanguinitate, & affinitate coniuncti vsque ad quartum gradum inclusiuè, vt in c. non debet. de consang. & affin. & ibi glo. magistra in verbo, in ij. & iij. & ad inueniendum hos gradus est etiam bo. glo. in c. fi. eo. tit. in verbo remotior, & idem dicitur de impedimento iustitiæ publicæ honestatis, & tex. & glo. in c. duo pueri. de desponś. impu. & in cap. ad audientiam. & in c. iuuenis. de sponsal.

Et quia supra dixi, quod in gradibus solus Papa dispensat, quæro vtrum in omnibus indifferenter? Ioã. And. Ant. de But. & alij post eũ in c. literas. de resti. spol. supra alleg. & in c. gaudemus. de diuor. dixerunt, quod Papa potest dispensare in secundo consanguinitatis gradu in linea æquali, non in linea inæquali, sine causa; sed ex causa potest etiam in linea inæquali, & in quolibet gradu diuina lege non prohibito, & de hoc secundo dicit idem Io. And. in c. per venerabilem, qui fil. sint leg. supra glo. ij. in fi. dicit tamen, quod debet esse magna causa, & idem dixerunt Inno. Hosti. & Archid. ibidem.

5 Potest etiam Papa dispẽsare in primo gradu affinitatis ex causa, vt habetur tex. in c. fi. de diuor. Nec obstat, quòd sit prohibitum lege diuina quæ dicitur, quòd tolli non potest per humanam, quia non tollitur, sed ex causa distinguitur, quod fieri potest, vt not. Innó. in c. quę in ecclesiarum. de consti. & optimè facit, quod not. Io. And. in rubrica actus legitimi. in fi. de reg. iu. in vj. in Mercu.

6 Sed iuxta proximè dicta quæro, nunquid Papa possit dispensare, quod nepos possit ducere in vxorem relictam patrui sui? Pet. de Ancha. cõsil. suo ccclxxiij. incipi. reuocatur in dubium posuit hanc quæstionem, & concludit, quòd sic. ibi vide.

Dixi supra in principio tertiæ partis huius operis in titu. de dispensatione Papæ, quod Papa non potest dispensare contra substantialia religionis, remittendo me ad ea quæ hic dicenda sunt, & quæ dixi supra, de voto, in §. ij. quæro.

Quæro itaque primo, vtrum Papa possit dispensare, vt cõstitutus in sacris ordinibus possit contrahere matrimonium

Et consequenter possit dispensare contra votũ continentiæ, glo. in c. de illo clerico. xxxij. dist. tenet, quòd sic, & not. in c. cum olim. de cler. coniug. Sed de hoc plene dixi in d. §. ij. quæro, supra de voto, vbi multa dixi, quibus hic quædam addam pro pleniori complemento materiæ: de hac materia scribunt Doc. in d. c. de illo, & in c. cum olim. de cler. coniug. Archidia. in c. sunt quidã. xxv. q. j. Quòd potest dispẽsare ex causa, non autem sine causa, & quæ dicatur sufficiens causa idem Archid. ibidem declarat exemplificando, & idem dixerunt Inno. in c. nisi cum pridem in verbo malitiã, & Hostien. in sum. de voto. §. qualiter. in fi: & Ioan. And. in c. cum ad monasterium. de stat. regul. Hosti. tamen in sum. qui cler. vel voue. in §. si vouẽs. in versi. videtur ergo quod Summus Pont. dicit etiam ibidem quod ex causa potest Papa dispensare in contrahendo, & demum concludit cum sancto Thom. ij. ij. q. lxxxviij. art. xj. cuius dicta retuli supra de voto. in d. §. ij. quæro, & hi concludunt, quod cum cõstituto in sacris Papa potest dispensare, vt cõtrahat matrimoniũ. dicam latius infra, titulo proximè sequenti. secus dixerunt in professo aliquam religionẽ approbatam sed formam. c. j. de [illegible].

Sed Io. An. post Inno. & Host. tenuit, quòd etiam cum professo Papa ex causa possit dispẽsare, sed dicit quòd debet esse magna causa.

Causam autem magnam appellat quando per dispensationem succedit pax patriæ, vel patria infidelis ad fidem conuertitur, vt ipse etiã not. in regula semel Deo dicatum, in vj. in Mercur. & in c. cum ad monasterium. de sta. regul. supra glo. fi. & in c. j. de voto. in vj. in gl. fi. & per eundem. in c. placet. de conuers. coniug. vbi dixit Papam ex magna causa posse dispẽsare etiã cum professo, & Archi. in c. sunt quidam. xxv. q. j. dicit idem tenuisse magistrum sentẽ. vide ibi omnino Archidiaconum, qui specificat plures causas, ex quibus fieri potest dispensatio puta pro magna guerra sopienda, vel pro vitanda strage gentium, vel communis vtilitas vniuersalis ecclesiæ, & dicit ista procedere de potestate ordinaria Papæ.

10 Sed de plenitudine potestatis videtur, ꝙ
Papa posset super quolibet voto continentiæ
etiam solemnizato dispensare etiam sine cau-
sa, vt tenuisse videtur Host. in sum. de voto. §.
qualiter. circa fin. & in sum. qui cler. vel voue.
§. quis vouens. versi. si quis disputabit; quin-
immo videtur, quòd Papa hoc idem possit ex
mera sua ordinaria potestate, etiam sine ma-
11 gna causa dispensare possit, ꝙ sacerdos & mo-
nachus possint contrahere matrimoniũ, quia
contra tales prohibitio nõ est de lege diuina,
sed ex cõstitutione canonica tãtum: ideo, si cõ
stitutio ecclesiæ non obstaret, vel non emanas
set, teneret matrimonium per sacerdotem vel
monachum contractum, vt etiã not. idem Ho
stien. Io. And. Ant. de But. Abb. & omnes, in c.
rursus. qui cler. vel vouen. & in c. meminimus.
eo. tit. votum ergo continentiæ, nec solemni-
tas impediunt matrimonium, sed sola consti
tutio ecclesiæ, vt est tex. in c. j. de voto. in vj. &
etiam ibi not. Io. And. in nouel. vide etiam per
eundem in regula semel Deo. & in regula actus
legitimi, in vj. in Mercurial.

Sicut enim ecclesia sua voluntate statuit, ꝙ
tales non possint cõtrahere, & ꝙ si contrahãt,
non valeat contractus, ita & contraria volun-
tate posset statuere, quòd de cætero matrimo-
nia per tales contracta valeant, & ita tenent
Host. & Io. And. & But. in d. c. rursus. Ergo sic
potest Papa statuere, ꝙ omnes presbyteri, &
monachi, & moniales possint contrahere, vt
not. Host. & Io. And. in d. c. cum ad monaste-
rium. vnde ibi concludunt, ꝙ requiratur ma-
gna causa.

Sed ratio, & arg. concludunt, ꝙ talis causa
non requiratur, quia eius est reuocare, cuius
est statuere.

Nisi dicas, ꝙ cum ecclesia ex magna causa
statuerit siue prohibuerit, ita ex magna causa
debet posse reuocare, sed non sine causa. ita Io.
And. in d. c. j. de voto. in vj. in nouel. arg. l. nil
est tam naturale. ff. de re. iur. & gl. in l. minor.
ff. de euic. in princ. & hæc sint in supplementũ
positorum, supra de voto. in d. §. ij. quæro. Re-
liqua dicã infra, tit. qui cler. vel vo. vbi latius.

12 Modo hic quæro de varia illa q. inter theo-
logos, & Canonistas, videlicet vtrum Papa
possit dispensare super matrimonio rato, &
non consummato, vt liceat cum alia contrahe
re, de qua omnes in c. ex publico. de conuers.
coniug. & ibi glo. vbi Hosti. & Io. And. dicunt,
ꝙ de potestate absoluta potest, de ordinaria au
tem non, nisi, vt supra dixi, subsit causa. Dicit
ergo Nicol. Mil. ꝙ maior est potestas Papæ in
dispensando circa matrimonium contrahen-
13 dum, quàm in dissoluendo iam contractum.
Quia liberè dispensat, ꝙ cõtrahatur contra le-
gem canonicam, etiam sine causa & contra le-
gem diuinam cum causa, vt satis supra dixi: in
contrarium autem in dissoluendo, si est sim-
pliciter ratum, & si à lege canonica validum,
dispensat liberè sine causa de potestate absolu-
ta, sed si est consummatum, quia per ipsum re-
præsentatur & repromittitur conformitas car
nis, & vnitas inter Christum & Ecclesiam, nul
la ex causa tolli, aut rumpi potest, & Io. And,
in d. c. ex publico. in fin. dicit, quòd qui aliter
sentiret, hereticus esset: tamen & ipse aliter po
stea videtur sensisse in regula actus legitimi. de
reg. iur. in vj. in Mercur. in fi. vide glo. in c. fin.
de transac. D. Abb. in d. c. ex publico. supra gl.
fi. in vers. not. ij. ex glo. Dicit, quòd ex hoc ideo
Papa dispensat supra matrimonio rato non cõ
summato, quia aliud significat matrimonium
14 ante consummationem, & aliud post, & dicit
patere de significatu, quia per copulam carna-
lem dicitur confirmari. Dicit enim ꝙ interce-
dente copula significat rem indiuisibilem, sci-
licet vnitatem consistentem inter Deum, & Ec
clesiam, vt proximè dixi per assumptionem car
nis humanæ in vtero virginis, vt in c. debitum
de biga. & ob hoc Apostolus dicit, matrimo-
nium esse magnum sacramentum in ecclesia
Dei, & dicit sacramentum. i. rei sacræ signum,
vt j. q. j. multi. vnde sicut signatum est insepara
bile, ita & ipsum matrimonium significãter;
quæ ratio nõ contingit ante consummationẽ.

16 Nam licet sit verum matrimonium quoad
sui essentiam, non tamen significat rem indiui
sibilem, sed diuisibilem, quia denotat vnitatẽ
quæ consistit in spiritu inter Deum, & fidelem
animam, quæ quidem vnitas sæpe dissoluitur
intercedente peccato. Et hæc ratio est, quare
non est firmum ante copulam carnalem. nam
matrimonium quatenus est res, non est sacra-
mentum. Ideo potest dissolui sicut & cæteri
contractus. l. si vnus. §. pactus. ff. de pac. sed qua
tenus est sacramentum regulariter a natura &
significato ipsius rei signatæ, non potest dissol
ui: & sic intelligas principi. d. glo. & vide glo.
clariorem in c. quapropter. xxvij. q. ij.

Theologi tenentes contrarium primo fun-
dant se super definitione matrimonij dicẽtes,
17 ꝙ definitio est ratio, quam sequitur nomen, vt
dicit Philosophus in iiij. Metaphysicæ, & Iuri-
sconsultus in l. omnis definitio. ff. de reg. iur. di
cit, ꝙ omnis diffinitio debet conuerti cum suo
diffinito, ideo prius recurrunt ad ipsam diffi-
nitionem.

Pet. de pal. supra iiij. sent. dist. xxvj. art. ij. po
nit quatuor diffinitiones, quarum prima est,
quã ponit Iurisconsultus in l. j. ff. de ritu nupt.
secunda est, quã posuit Imperator instit. de
patria pot. in princ. in qua theologi ponderãt

illa

illa verba induiduam vitæ continens consuetudinem dicentes indiuiduam.i.non aptam diuidi, quę definitio canonizatur. xxvij. q. ij. in themate, in.§.sunt enim nuptiæ.

Tertia definitio est, quam posuit Hugo de Sancto Victore, qui definiuit, quòd matrimonium est duarum idonearum personarum legitimus de coniunctione consensus.

Quarta est, quam posuit magister Sen. qui definiuit, quòd matrimonium est viri & mulieris coniunctio maritalis.

Sed rectè ponderantis, omnes tendunt ad idem, communior tamen est, quam posuit Imperator, quam Hosti. in sum. in tit. de matrimo. declarauit in principio, & ipsi Theologi attendentes ad insolubilitatem declarant prolixè vnumquodq; verbum definitionis.

Et descendētes ad speciales rationes, & causas, quare Papa non dispensat, vel dispensare non potest, assumunt rationem, & fundamentum Sancti Tho. quam ponit iiij. quolibet. q. xiiij. dicentis quòd, licet Papa habeat plenitudinem potestatis in ecclesia, non tamen propterea potest omnia, sed solum circa ea, quæ sunt instituta per ecclesiam, siue prælatos ecclesiæ, quia hæc sunt, quæ dicuntur esse iuris positiui vel humani.

Circa eà autem, quæ sunt iuris naturalis, vel diuini dispensare non potest, quia hæc efficaciam habent ex institutione diuina: lex quidem noua constituta est præceptis moralibus iuris naturalis articulis fidei, & sacramentis ecclesiæ, in quibus Papa non potest, quia hæc nō pertinent ad ius humanum, sed diuinum, ex quibus verbis dixit Dominicus de Dominicis olim Episcopus Brixiensis, in quodam suo tractatu de matrimonijs, ꝙ ratio formari potest, quòd Papa nihil tollere, vel immutare, vel dispensare potest, quod sit de iure diuino, inferens, ꝙ matrimonium est de iure diuino; ergo nec tollere, nec immutare, nec in eo dispensare potest.

Maior probatur secundum eum per c. non liceat. x. dist. vbi dicitur, Non liceat cuique pietatem custodienti contra diuina mandata præsumere, nec quicquam, quod Euangelistis Propheticis, aut Apostolicis regulis obuiet contraire. & in c. is, qui præest. xj. q. iij. dicitur si is, qui præest, fecerit, aut cuiquam, quod à domino prohibitū est, facere iusserit, vel quod scriptum est, præterierit, aut præteriri mandauerit, supra Apostoli Pauli sententia ei ingerenda est: etiam si Angelus de cœlo aliud vobis euangelizauerit, quàm quod vobis euangelizauimus, anathema sit, & ibidem: is qui præest, si præter quod in scripturis sanctis euidenter præcipitur, vel dicit aliquid, vel imperat tanquam falsus testis, vel sacrilegus habendus est. & in c. sunt quidam. xxv. q. j. sic dicitur, vbi apertè Dominus, vel eius Apostoli, aut eos sequentes sancti Patres sententialiter aliquid de-
19 finiuerunt, ibi nouam legem Romanus Pontifex dare non potest, & in c. contra statuta. ead. causa. & q. dicitur contra statuta Patrum condere aliquid, vel immutare, nec huius quidē sedis potest authoritas, quod tamen non intelligitur de omnibus statutis, alioquin non posset mutare statuta prædecessorum, contra c. significasti. & c. innotuit. de elect. Ideò, vt dicit sanctus Tho. in tractatu contra impugnantes religionem, intelligitur in his, quæ sancti Patres definiuerunt tanquam de iure diuino: ea enim potius declarant ius diuinum, quàm ius nouum faciant. Non in his, quæ Patres definierunt tanquam de iure positiuo.

Minor autem, scilicet, quòd matrimonium sit à Deo institutum, & per consequens de iure diuino vltra ea, quæ allegata sunt etiā declaratur, quia instituere sacramēta, pertinet ad ptātem authoritatis, vel excellentiæ, quæ nulli puro homini cōmunicata est, & si cōicata fuisset alicui, fuisset Petro, vel Paulo, qui fuerunt excellentiores alijs, & Petrus fuit primus vocatione, & maior potestate, & à quo ipsa potestas in alios deriuauit: hæc patent xix. distin. (ita Dominus, & xxj. dist. in nouo. & xxij. dist. sacrosancta) sed hoc non fuit, scilicet, quòd ei data fuerit potestas excellentiæ, quod probatur, quia ad illam potestatem pertinet, quòd virtute illius, qui eam habet, sacramenta efficaciam sortiuntur, ꝙ nomine eius sacramenta dari debeant, vt declarat beatus Thom. in iij. parte, sed contra dicitur ad Corint. j. illis, qui dicebant, Ego sum Pauli, ego autem Apollo, ego verò Cephe, nunquam Paulus pro nobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis, & similiter Petro dici poterat, quasi dicat neque baptismus, quo estis baptizati, efficaciā habuit ex passione mea, vel Cephe.i. Petri, neque in nomine meo, vel Petri baptizati estis. Ergo illis Apostolis non fuit data potestas excellentiæ in sacramentis, & multò minus potestas authoritatis, quæ conuenit soli Deo, qui dixit, Ego sum, qui deleo iniquitates vestras, vt Esay. vij. Per sacramenta enim delen-
20 tur † peccata, dicit gl. in c. quomodo. in verbo, per sanctos. de consecratione, dist. iiij. & similiter de hac potestate, quam sibi dominus retinuit, dicitur in c. aliud. de consec. dist. iiij.

21 Sed potestas, † quam dedit Christus hominibus circa sacramenta, est potestas ministerij,
22 & non † authoritatis, vt in baptismo, & alijs sacramentis, in quibus Deus dat spiritum sanctum, dicit tex. in d. c. quō. in §. Deus ergo dat,

Secun-

cramenti, & ꝙ non sit ibi res sacramenti, idest res, quæ est sacramentum, scilicet vinculum sacramenti matrimonij, & sicut non potest facere, ꝙ hostia illa desinat esse consecrata, ita hic, ꝙ desinat esse sacramentum, & matrimonij vinculum.

Sexta principalis eorundem ratio est ex sacrorum canonum authoritate, ex qua apertè colligitur huiusmodi matrimonium esse indissolubile per Papam, & primo per tex. in c. ex parte. el secundo. de conuers. coniug. qui videtur satis clarè hoc decidere non cauillando. tex. ibi enim dicitur, & si possit non inconsultè videri, ꝙ ex quo matrimonium inter legitimas personas per verba de præsenti contrahitur illis viuentibus, in nullo possit casu dissolui, vt viuente altero, alter ad secunda vota transmigret, etiam si vnus fidelium, inter quos ratum est coniugium labatur in hęresim, & nolit cum alio permanere sine contumelia creatoris, nisi fortè secus fieret ex reuelatione diuina, quæ separat omnem legem, sicut à quibusdam sanctis legitur esse factum. Nos tamen volentes à prædecessorum nostrorum vestigijs declinare, qui respondere consulti antequam matrimonium sit per carnalem copulam consummatum licere alteri coniugum reliquo inconsulto ad religionem transire, ita ꝙ reliquus ex tunc legitimè poterit alteri copulari.

Ex quibus clarè patet, ꝙ in dissolutione matrimonij Papæ non excipit, nisi casum ingressus religionis, & hunc vix quidem, & sic intelligit glo. in c. licet. de translat. prælat. dicens, ꝙ per consensum animorum contrahitur, & efficitur ratum, ita ꝙ nunquam postea dissoluit, nisi causa religionis ante carnalem copulã: ecce ꝙ non dicitur propter sedanda scandala, vel pacẽ vnius regni, vel alias similes causas, quas quidam dicunt, propter quas dicunt Papam posse illud dissoluere: nam qui dicit in nullo
34 omnia excludit, præter id, quod expressè †excipit, facit tex. in c. statutum. in §. in nullo quoque. de rescrip. in vj. facit glo. in cle. vt hi, qui. de æta. & qualit. lex enim generaliter loquens, generaliter debet intelligi. xix. dist. c. si Romanorum. l. de pretio. de publici. & vbi tex. non distinguit, nec nos distinguere debemus. c. solitæ. de maio. & obed. & l. j. §. generaliter. ff. de legat. præstan.

Septimam rationem principalem assumunt ex tex. in c. fi. de transact. vbi dicitur, ꝙ sacra-
35 mentum coniugij † compositionis, vel dispensationis remedium non admittit, sed licèt non sit consummatum, est tamen sacramentum, vt supra dictum est, & clariùs infra dicetur in sequenti ratione, ergo in dissoluendo non cadit dispensatio Papæ.

Octaua est in eo, ꝙ dicitur in c. j. de voto. in vj. videlicet, ꝙ solemnitas voti ex constitutio-
36 ne † ecclesiæ est inuenta, matrimonij verò vinculum ab ipso ecclesiæ capite rerum omnium conditore ipsum in paradiso in statu innocentiæ, instituente vnionem, & indissolubilitatẽ accepit: ecce ergo, ꝙ matrimonium accepit indissolubilitatem à Deo, & certum est, ꝙ loquitur de matrimonio contracto, & non consummato, quia loquitur de eo, quod dirimitur post votum solemne, sed si in hoc non comprehenderetur matrimonium ratum, tunc post ingressum religionis, vel susceptionem sacri ordinis quis posset cõtrahere matrimonium, & sic non consummare; quod est falsum, ex quo etiam tex. apparet, ꝙ habuit à Deo indissolubilitatem, quæ ab ipso solo potest dissolui, & non ab homine, iuxta illud Actuum. c. . . . . . Si ex Deo est, non poteritis dissoluere, & benè intelligitur dictum Matth. xx. Quos Deus coniunxit, &c.

Et est etiam notandum, quod dicit vinculum matrimonij: hoc enim est ante copulam, vt supra declaratum est in prima ratione, quia
37 copula non est de † essentia matrimonij, & confestim ipso consensu præstito Deus vinculum producit, vt supra ostensum est, & cum hoc matrimonium ratum soluitur per religionis ingressum, & professionem, vel etiam apud infideles per hoc, ꝙ vnus veniat ad fidem, & alter non, & contrahat fidelis cum alia dimissa priori, quæ non vult conuerti, nec est dispensatio ab homine introducta, sed à Deo, vt infra dicam, sicut & libellus repudij, & pluralitas vxorum, iuxta notata in c. gaudemus. de diuor. nec sufficit hoc dicere, ꝙ cum Papa dissoluit hoc matrimonium, tunc fungitur vice Dei, sicut in dissolutione matrimonij spiritualis, & sic Deus dicatur dissoluere, & non purus homo, vt de transl. prælat. supra alleg. quia in hoc expressè ponit Papa differentiam inter id, quod est ab ecclesia, & id, quod est à capite, & conditore ecclesiæ, scilicet Deo vero, vbi etiã Papa includitur in ecclesia, quia in hoc casu ecclesia non dicitur facere, quod solus prælatus ecclesiæ facit, vt in c. scire. vij. q. j.

Nona ratio principalis eorum est per rationem, quam innuit sanctus Thom. iiij. sent. distin. xxviij. q. iij. art. ij. vbi inquit, Ante carnalem copulam inter coniuges, est tantum spirituale vinculum, sed post est etiam inter eos vin-
38 culum † corporale. Ideò, sicut post carnalem copulam matrimonium soluitur per mortem corporalem, ita per ingressum religionis ante carnalem copulam soluitur, quia religio est species mortis, & est mors spiritualis, quia ali-
39 qs sæculo moriẽs † viuit Deo: hęc ille sanctus.

Ex

Ex quibus poteſt ſic argui, ſicut ſe habet
carnale, ideſt conſummatum ad mortem cor-
poralem, ita ſe habet matrimonium per ſolum
conſenſum contractum ad mortem ſpirituale͂:
ſed illud carnale non diſſoluitur, niſi per mor-
tem corporalem, ergo nec iſtud, niſi per mor-
tem ſpiritualem, antecedens patet, quia in car-
nali matrimonio eſt vinculum carnale tantum
perpetuum durante vita, vnde Apoſtolus ad
Romanos vij. Quæ ſub viro eſt mulier viuente
viro alligata eſt legi, ſi autem mortuus fuerit
vir eius, ſoluta eſt à lege viri, igitur viuente vi-
ro, vocabitur adultera, ſi fuerit cum alio viro,
ſi autem mortuus fuerit vir eius, ſoluta eſt, &
ſimiliter prima ad Corinth. vij. Mulier alligata
eſt, quanto tempore vir eius viuit, ꝙ ſi dormie
rit, liberata eſt: nec mirum, cum omnia mors
ſoluat omnia, ſcilicet corporalia, & corrupti-
40 bilia, † vt authe͂. de nup. §. deinceps. col. iiij. vbi
autem eſt vinculum ſpirituale tantum, quod fit
conſenſu animorum, non corporali coniũctio
ne, debet ſimiliter morte ſpirituali diſſolui, nõ
aliter ſicut nec corporale, niſi morte corpora-
rali: non ergo Papæ diſpenſatione, vel alia
cauſa.

Sed dices, ꝙ matrimonium ratum diſſolui-
tur in ſolo caſu religionis, quæ eſt mors ſpiri-
tualis, ſed authoritate propria, ſecus autem
ſuperioris, quia tunc etiam in alio caſu, quàm
religionis: contra, quia in illo caſu nunquam
authoritate diſſoluitur, ſed ſolum per mortem
corporalem: ergo & ſpirituale vinculũ, quod
eſt in matrimonio rato non diſſoluitur cuiuſ-
quam authoritate, ſed ſolum morte ſpiritua-
li, cuius nomine religio eſt, ſiue intelligitur.

Vnde deſcendunt ad decimam rationem.

Decima itaque eorundem ratio eſt, arguen-
do ex prædictis, quia ſi matrimonium ratum
aliquando poſſet diſſolui per Papæ diſpenſatio
nem, ſimiliter ſequeretur, ꝙ poſſet per ſimilem
diſpenſationem diſſoluere matrimonium car-
nali copula conſummatum, vt relicta illa, cum
qua cõſummauit, acciperet aliã, vel etiã ſimul
primam, & ſecundam ex aliqua magna cauſa,
ſed conſequens eſt abſurdum, & contra dictũ
Euangelij Matth. xx. de inſeparabilitate vxo-
ris, & ad Romanos vij. & ad Cor. vij. ergo an-
tecedens eſt falſum, conſequentia autem pro-
42 batur, quòniam matrimoniũ † in Paradiſo, &
in ſtatu innocẽtiæ indiſſolubiliter accepit prin
cipium, vt ſupra dictum eſt per c. j. de voto. in
vj. vbi autem non fuit carnalis copula ſecus:
vnde ſicut vnũ eſt de iure diuino, ita & aliud,
vt etiam concedit Hoſt. in c. inter corporalia.
de tranſlat. prælatorum, vbi dicitur, ꝙ non eſt
maius vinculum inter Epiſcopum conſecratũ,
& eccleſiam, quàm inter ipſum confirmatum,
& comparat ibi matrimonium inter virum, &
vxorem illi, quod eſt inter Chriſtum, & eccle-
ſiam, quod dicitur initiatum in electione, &
42 † ratum in confirmatione, & conſummatum
in conſecratione, ergo ſimiliter non eſt maius
vinculum coniugum conſummatum, quàm ra
tum, & propterea nullum eorum poteſt diſſol-
ui, niſi Dei authoritate, vt idem doct. dicit, ꝙ
diſſolutionem per ingreſſum religionis ſolus
Deus facere potuit, & in ſua lege diſpenſare,
quod facit ipſe, & non eccleſia, vt etiam infra
clarius declarabitur.

43 Vndecima eſt, † ꝙ ſicut vnitas vxoris eſt de
neceſſitate matrimonij, ſic & pariter indiuiſi-
bilitas, ſed circa vnitatem vxoris, ſcilicet, vt
homo poſſit habere plures vxores ſimul Papa
non poteſt diſpenſare, ergo nec circa diuiſibi-
litatem, vt relicta ſua alteram accipiat, hæc ra-
tio eliciatur ex dictis Petri de Pal. in iiij. diſtin.
xxxiij. q. j. art. j. in probatione. iij. q. ſicut dictũ
eſt Matt. xx. Adhærebit vxori ſuę, & erunt duo
in carne vna: & non dixit tres, aut plures: & li
cet in veteri lege, & repudium, & pluralitatem
dominus conceſſerit, & permiſerit; in nouo
tamen teſtamento Moſaycum repudium pro-
hibuit, & ſimiliter pluralitatem. Vnde ſi tunc
non licebat niſi Dei authoritate, vel diſpẽſatio
ne pluralitas, nec ſeparabilitas, multò minus
neutrum horũ in nouo teſtamento, niſi Dei au
thoritate, vel diſpẽſatione licebit, & copioſius
videbis per dic. Dom. Pet. vbi ſupra, vbi etiam
quærit, an diſpenſat ſuper hac pluralitate vxo-
rum, & ſoluit.

Duodecimam aſſumunt ex authoritate, &
doctrina omnium Theologorum, qui in hac
q. ſcripſerunt (de præceptis loquor) tenuerunt,
44 quòd matrimonium ratum † eſt verum ſacra-
mentum eccleſiæ, quod, aut plenum eſt, aut
nullum eſt, quia matrimonium carnale eſt res
indiuidua, vt dixit Ambr. de quo per glo. in c.
licet. de tranſlat. prælat. & glo. in c. cum initia-
tur. xxvij. q. ij. dicit, ꝙ cum primum eſt perfe-
ctum, & conſummatum, & ſic, ꝙ conſumma-
tio non referatur ad carnis copulam, ſed ad ve
rum conſenſum, quo ad ſui eſſentiam, nec re-
cipit ſeparationem, vel interſtitia temporum.
vide d. gl. quæ videtur multum ſtringere, & di
cit ibi Archid. ꝙ hæc fuit ſententia Huguttio-
nis dicentis, ꝙ matrimonium, aut plenum eſt,
aut nec principium habet, nec ſpeciem ſacra-
45 menti, † hanc puto fortiorem rationem ipſo-
rum Theologorum, quam tamen non vidi per
aliquem eorum ad hoc adductam, & ſacra-
mentum à Deo inſtitutum eſt, ad quod in eſ-
ſentialibus ſacramentorum Papæ poteſtas nõ
extenditur, & hoc tenet expreſsè ſanctus Tho.
in iiij. diſt. xxvij. q. iij. art. ij. ꝙ tale matrimoniũ
eſt

est indissolubile nisi in casu ingressus religionis, vnde cum dicitur, quòd non habet omnimodam indissolubilitatem patet ex præcedentibus, & sequentibus, vt supra dictum est, ꝙ non intendit ipsum solubile nisi in casu prædicto, vnde prius dixit in art. præcedenti, quòd in quantum sacramentum ecclesiæ est, habet omnimodã indiuisibilitatem. Beatus vero Bonauentura idem dixit ibidem, quando quæritur, vtrum matrimonium ratum non consummatum sit dissolubile, respondet, dicens quòd vtrunque est indissolubile, sed matrimonium ratum habet quandam indissolubilitatem minorem, quàm consummatum habet tamen insolubilitatem sibi competentem sicut & illud.

Sicut enim matrimonium consummatum viuentibus cõiugibus est indissolubile, nec soluitur nisi morte corporali, sic & matrimoniũ quod est contractum coniunctione animorum non potest dissolui, nisi homo moriatur spiritualiter huic mundo, & hoc fit intrando religionem, & emittendo votum.

Et ex his est notandum, & ponderandum, ꝙ dicit non potest solui nisi in illo casu, cum enim dicat solui non intelligitur plus authoritate Papæ, quàm cuiusq; alterius. Vnde si diceres, verum est, quòd est insolubile excepto casu religionis nisi authoritate Papæ; idem eodem modo poterimus dicere de matrimonio iam consummato, ꝙ est insolubile ante mortem, nisi authoritate Papæ, & idem dixit Scotus in iiij. dist. xxvj. q. j. in iiij. q. principali, qui concludit ꝙ in illo contractũ gratia confertur, & quòd inibi est sacramentum propriè dictũ, ꝙ coniungitur contractui & quod est signum efficax gratiæ collatæ, & ibi etiam dicit, ꝙ fuit institutum à Christo sicut & alia sacramenta.

Et quærens quis sit effectus eius. dicit, ꝙ in eo datur gratia animabus contrahentium, & ibi etiam dicit, ꝙ insolubilitatem matrimonij instituit Deus ex lege sua, & instituit imprimendo legem naturæ in mentibus hominum, non solum quantum ad euidẽter necessaria de lege illa, sed etiam quantum ad euidenter consona illi legi, & ibi in fi. quæstionis ꝙ ecclesia non mutat aliquid quod sit substantiale, vel essentiale contractui præsupposita idoneitate personarum, & in di. xxxj. q. j. dicit quòd indissolubilitas matrimonij nõ venit ex carnali copula, & quòd in illo qui contrahit matrimonium, & tantum intendit intrare religionem & non descendere ad carnalem copulam est verum matrimonium nouæ legis, & habet vinculum indissolubile, nisi per mortem naturalem alterius coniugum, vel reuocationem, seu relaxationem illius qui istam indissolubilitatẽ induxit, Matth. xx. reseruans lege sua repudiũ Mosaycum ipse relaxauit istam indissolubilitatem, quando alter coniugum conuerteretur ad religionem, nec ecclesia attentasset, postea ista matrimonia rata non consummata dissoluere, nisi hoc Christus instituisset, quod habe
47 tur facto Christi vocantis Ioannem ad Apostolatum ex nuptijs, vt Ioan. ij. cuius exemplum imitati sunt sancti patres Alexius & Macharius & complures alij, vt infra.

Concludit ergo quòd ista indissolubilitas est à domino superiore, & determinante contractum debere fieri per semper, & obligationem esse perpetuam, & indissolubilem, nisi ipsemet in aliquo casu dispensasset. hæc omnia Scotus vbi supra.

Ecce modo quo modo tollit dispensationẽ ecclesia & relinquit solam dispensationem Dei, & ostendit quòd illud matrimonium est solubile in solo casu religionis. non autem hominis, sed solius Christi. Et similiter ostendit, ꝙ ista insolubilitas siue ratitudo est à solo Deo sic instituente. contra Host. vbi supra. Ostendit etiam quòd circa essentialia contractus ecclesia nihil potest.

Petrus de Pal. q in materijs mixtis. l. quę tractantur in theologia, & in sacris Canonibus, scripsit excellentius cęteris in iiij. sent. di. xxvj. q. j. art. ij. dicit, quòd coniunctio quæ est effectus matrimonij non est corporum, cum illa sequatur matrimonium, nec fuit in beata Virgine, nec in multis alijs, & sæpe in eo. iiij. vbi supra dictum est, sæpius dixit, quòd circa essentialia sacramentorum non potest Papa aliquid tollere vel mutare, & di. xxvij. q. j. art. ij. conclusione iij. dicit quòd Papa potest dispensare in
48 sponsalibus iuratis, non autem in matrimonio contracto non consummato, licet aliqui aliter dicant, quòd Papa nõ potest facere, quòd non maneat ligamen, & ea. dist. q. iij. art. vlti. dicit hæc verba formalia, videlicet Papa nõ potest dispensare in matrimonio non consummato, vt contrahat cum alia pro pace firmanda, aut tota gente ad fidem conuertenda, quia Papa non potest tollere verum vinculum matrimonij sicut non potest facere, quòd hostia consecrata desinat esse consecrata, & idem dixit dist. xxxj. q. j. art. iij. q. iiij. quòd ecclesia non potest hoc facere nec tollere vinculum matrimonij, & inter doctores canonum aliqui tenuerũt cum theologis, & in suis scriptis imitati sunt eos, inter quos fuit Gaspa. Cal.

Positis duodecim rationibus dominorum theologorum pro parte negatiua huius quæst. totidem subsequenter ponam pro parte affirmatiua dominorum Canonistarum, quarum prima sit, quòd omnis res per qualcunq; cau-

fas

sas nascitur, per easdē dissoluitur, sed hoc ma-
trimonium ratum non consummatnm sumit
ratitudinem, siue indissolubilitatem ex consti-
tutione ecclesiæ, ergo per eandem constitutio
nem potest dissolui: maior est regula iuris, de
qua etiam habetur in c.omnis res. xxvij. q.ij.
alias est.§. c.sufficiat. ea. causa & q. nec obstat
glo. ibidem, quæ expresse dicit, ꝙ illa regula fal
lit in matrimonio, quia immo ad propositum
matrimonij rati, non consummari inducitur
per Io.Chrisost. supra Matth.xx. Minor autem
colligitur ex c.verum, & c.ex parte. & c.ex pu-
blico. de conuers. coniu. vbi Papa ratificat tale
matrimoniū excepto casu ingressus religionis.

Item & secundo, si tale matrimonium habe
ret ratitudinem à Deo immediate, Papa non
posset excipere casum, quem ibi excipit, vel a-
lium. xxj. di. inferior. Excipit autem casum pro
fessionis in religione, ergo ab ipso Papa, &
non immediate à Deo ratitudinem habet.

Item & iij. in c.quanto. de diuortio, dicitur,
49 ꝙ inter infideles est matrimonium, sed non ra
tum, inter fideles vero ratum, quia sacramen-
tum fidei, videlicet baptismus, quod semel im
pressus est in animā, & est ianua omnium sa-
cramentorum, & sine eo cætera cessant, vt co-
piosè dixi supra de æta. & qua nunquàm amit-
titur, facit ratum sacramentum coniugij inter
fideles ad vitā, & sic videtur quòd ecclesia per
sacramentum baptismi efficiat inter fideles ra
tum esse matrimoniū, quod apud infideles ra
tum nō est. & hoc videtur esse motiuum Host.
per quod dixit matrimonium non consumma
tum habere ratitudinem ab ecclesia.

Item & quarto, ad idem signum est, quia vo
tum solemne dirimit matrimonium postea cō
50 tractum, quod non facit votum simplex, vt in
c.meminimus. & c.consuluit. & c. rursus. qui
cler. vel vo. hæc autem solemnitas voti intro-
ducta est ab ecclesia. vt in c.j. de voto. in vj. Er-
go ecclesia per suam constitutionem irritat ma
trimonium non consummatum, & consequen
ter sequitur vt ratificet ea, cum eiusdem sit con
dere, cuius est destruere, & econuerso.

Item & quinto ad idem arguo ex c. licet de
spon. duorum. Nā apparet, quòd aliqui pontifi
ces matrimonium ratum per verba de præsen-
ti non consummatum irritauerunt, postquàm
contractum fuit aliud matrimonium, & con-
summatnm. Et aliquādo alij pontifices primū
ratum esse voluerunt, & legem condiderunt,
vt ibidē c.fi. ergo huiusmodi matrimonium ab
ecclesia habet ratitudinem immediatè, & non
adeo immediatè.

Secunda principalis eorū ratio est, quia ēt si
tale matrimonium à Deo immediatè haberet
ratitudinem, tamen in his, quæ sunt de iure di
uino, & à Deo instituta, vel ordinata aut præ-
51 cepta Papa dispensat, & soluit; ergo & in isto
pariter poterit dispensare, etiam si immediatè
à Deo haberet suam ratitudinem antecedens,
apparet ex multis vt infra. Decimę enim debē-
tur iure diuino. vt patet Exod. xxij. & Leuit. xx-
vij. & Num. xviij. & Deutero. xxiiij. & de eisdē
etiam videtur esse dictum Christi in nouo te-
stamento, Matth. xxiij. hæc oportet facere, & il
la non omittere. & xvj. q. j. reuertimini ad me.
& in c.parrochianos. de deci. & c.tua. & tamē
Papa aliquando super non solutione decima-
rum dispensat, vt colligitur ex tex. iuncta glo.
in c.à nobis. de deci. etiam concedendo priuile
gium de non soluendo, vt in c. suggestum. eo.
tit. & hodie videmus ꝙ monachi Benedictini,
tam nigri quàm albi, & Carthusienses vtuntur
tali priuilegio, vt vidi & sæpius habui in facto
Venetijs, & per hoc argu. videtur moueri glo.
in d.c.à nobis ad dicendum, ꝙ Papa potest cō
tra ius naturale dispēsare, cum decimæ sint de
iure diuino, & naturali, vt potest colligi ex ver
bis Apostoli .j. ad Cor. ix. Quis militat suis sti
pendijs &c. tamen non dico, ꝙ Papa posset in
totum tollere solutionem decimarum, nec ius
naturale, vt.j. dist. c. ius naturale. Quia immo
non posset statuere vniuersaliter, ꝙ non solue-
rentur decimæ, sed particulariter eximere illū
vel istum à solutione earum bene potest, vt sa-
tis supra dictum est de dispensatione Papæ, &
de decimis.

Præterea Christus in Euāgelio dixit, In ore
52 duorum vel trium stat omne verbū: vt Matth.
xviij. & Ioan. viij. & Deutero. xviij. & xix. & xl.
dist. secundum illud. & de iudi. c.nouit. & in c.
in omni. & c.licet. de testi. & de testa. c.cum es
ses. & c.relatum, & tamē Papa aliter disponit,
videlicet, vt quandoq; vnus testis sufficiat, vt
in c.placuit. de cōsecra. di. iiij. & ibi glo. j. & c.
paruulos. & c.itaq;. ea. di. & ibi etiam glo. Ioā.
Bertachini in suo Tractatu de ipso. in viij. lib.
posuit xxxix. casus, in quib. sufficit vnius testis.
Et cōtra etiam ꝙ nec duo, nec plures sufficiāt,
sed etiam plures requirātur quinimmo, & Im-
perator statuit, vt in testamento nuncupatiuo
septem, insti. de testa. in princ. & C. eo. glo. in l.
hac consultissima. in codicillis vero quinque
testes requirantur, vt Doctores in locis supra-
dictis & in c.præsul. ij. q. iiij.

53 Item reddere votum est de iure diuino, vt
plenè dixi supra de voto. & Nume. xxx. & Pro
uerbio. xx. & Ecclesiast. v. & Psalm. lxxv. Voue
te, & reddite. & xvij. q. j. in summa. & in c.j.
& tamen Papa in omni voto potest dispensa-
re, vt etiam not. in c.magnæ, de voto. & cap. j.
eo. tit. vide quòd plenius dixi supra de voto. in
lxx. cōclusione, quæ est vltima. vbi posui con-
clusionem,

clusionem, quòd omne votum est dispensabile cum causa vrgente ibi vide, & vide omnino gl. in c. sunt quidã. xxv. q. j. quę bene facit ad hoc, & ad infra dicenda, quo ad dispensationem iuramenti, & contra Apostolum, & contra quatuor concilia, & in Euangelio dispensando & circa votum continentiæ, & contra vniuersalẽ statũ ecclesiæ, sed non contra articulos fidei.

54 Item † iuramenti obseruatio est de iure diuino, & est præceptũ Dei, vt Exo. xx. & Matth. j. & c. & si Christus. de iur. iur. & xxij. q. iiij. c. nõ periurabis, & c. necesse, & tñ Papa circa illud dispẽsat & absoluit ab illo. xv. q. vj. c. authoritatẽ, & ibi gl. sumit arg. ꝙ Papa dispẽsat cõtra ius naturale, vt etiam supra dixi: ad hoc faciunt quæ notantur in c. constitutus, de rescript. iuncta glo. in c. quanto. de iur. iu. & gl. ibi in verbo absoluti, dixi etiam satis supra de iuramento & periurio.

55 Item † quæ scripserunt Apostoli sunt de iure diuino, vt in c. quo iure. viij. dist. enumerantur enim Epistolæ eorum inter diuinas scripturas: Apostolus autem prohibet bigamum ordinari in Episcopum, vel presbyterum, vt ad Timo. iij. & ad Tit. j. & in c. cum cognoscamus. xxxiij. di. & de biga. c. j. & per totum, & copiose dixi supra de biga. & corrupt. ma. Et tamen Papa contra hoc dispensat, vt ibi dixi. & in c. lector. & ibi glo. xxxiiij. dist. & contra canones Apostolorum dispensat, vt in c. presbyterum. xxxii. di. faciunt ad hoc quæ notãtur de amplissima potestate Papæ in glo. ordinaria in verbo vice domini, in c. quanto. de translat. prælat. & in c. proposuit. de concess. præben. & ibi glo. & omnes in verbo dispensare, & in c. cum ad monasterium. de sta. reg. in gl. fi. quæ omnia allegaui supra de biga. Cum ergo tanta sit potestas Papæ, quanta ibi ostenditur à docto. & præcipue à Spec. in titu. de leg. sequitur, quòd non sit restringenda, vt non possit contra hoc, cum possit contra ius naturale, & diuinum dispensare, vt supra ostensum est, vnde possumus formare sequentem rationem sic, vt sequitur & tertio.

56 Tertiò igitur & principaliter dicunt, quòd Papa potest in omnibus dispensare, quæ non sunt contra articulos fidei, siue quæ non sunt contra Euangelium, vel quæ non sunt contra vniuersalem statum ecclesiæ, gl. est in terminis secundum Bart. Brix. in d. c. sunt quidam xxv. q. j. licet Io. ibi dixerit contrarium & in c. quæ ad perpetuam, & c. sicut. xv. di. & ibi gl. in verbo præsumit. sed certum est quòd soluere huiusmodi matrimonium ratum non consum-

57 matum non est contra articulos fidei, † quia nullus articulus est de matrimonio, nec contra vniuersalem statum ecclesiæ, maximè cum non faciat legem generalem, nec contra Euangelium, quod probo, quia si esset contra Euangelium, esset potissimè propter illa verba, vide licet, Propter hanc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna: quos Deus coniunxit, homo non separet: sed dissoluere tale matrimonium non consummatum non est cõtra verba Christi ex eo, ꝙ illos quos Deus cõiunxit & c. refertur ad ꝓcedentia, & ab illis recipit intellectũ qbus dr̃, & erunt duo in carne vna. Et qũo erũt duo vna caro, vel in una carne, cũ nunq̃ fuerit secuta copula, nec coniunctio carnis, nec dicatur vna caro nisi per legitimam copulam carnalẽ. xxvij. q. ij. c. lex diuina. vbi expresse dicitur, non aliter virum, & mulierem posse fieri vnam carnẽ

58 nisi carnali copula † sibi cohæreant, licet textus ille sit palea, sed idem dicitur in duobus c. seq. videlicet c. sunt qui dicunt, & c. agatosa, & in c. Martinus. de cogn. spiritu. & ibi bo. glo. & c. laudabilem, de frig. & malefic. Sequitur ergo, quòd separare tales nõ est separare quos Deus coniunxerat, nec existentes in carne, nna & per consequẽs non est cõtra verba Euangelij, & credo hoc fundamentum bene procedere contra Theologos, cui addo quod dixit Aug. in c. non est dubium etiam. xxvij. q. ij. cuius verba sunt hæc videlicet, Nõ est dubium illam mulierem non pertinere ad matrimonium, cum qua cõmixtio sexus non docetur fuisse. & ibi glo. no. dicit hoc ideo esse, quia habet in se sacramentũ coniunctionis Christi, & ecclesiæ, & animæ fidelis ad Deum per charitatem, per c. debitum. de biga. & in cap. cum societas. ea. causa & q. quod est c. sequens d. c. non est dubium: clarius Leo Papa dixit, cum societas nuptiarum ita à principio sit instituta, vt præter commixtionem sexus non habeant in se nuptiæ coniunctionis Christi, & ecclesiæ sacramentum, non enim dubium est illam mulierem non pertinere ad matrimonium, cum qua docetur nõ fuisse nuptiale mysterium.

Ex quibus quidem authoritatibus videtur patere, quòd ubi non fuit copula carnalis, ibi non sit perfectum matrimonium, sed tantum initiatum, & quòd ad complementum verbi Euangelici, & erunt duo in carne vna, requiratur copula carnis inter coniuges, cum matrimonium, et ratum, nõ tamen consummatum, habeat vnam significationem non plenam, consummatum vero plenam, sed non dicitur factum cum aliquid superest ad agendum, & perfecta dicitur illa res, quæ ex omnibus suis partibus constat: sed vbi deficit copula carnalis, non potest dici perfectum matrimonium, per iura supra proximè allegata. Ergo dissoluere matrimonium ratum non consummatum non

T est

est soluere perfectum, & verum, sed initiatum matrimonium tantum.

Praeterea, si matrimonium ratum recipit ratitudinem immediate à Deo, & insolubilitatẽ, ita quòd solo cõsensu contrahentium esset perfectum matrimonium, de necessitate sequetur, quòd ecclesia errasset edendo titulum de frigidis & maleficiatis, & impotentia coeũdi, per quem soluitur matrimonium ratum, data frigiditate, maleficio, vel impotentia coeundi, ex quacunque causa proueniat, vt in d. tit. per totum, & praecipue in c. fraternitatis. dicere autem ecclesiam errasse, male sonat, & offendit pias aures, q̃a Deus non permittit ecclesiam suam errare, vt in c. arrecta. xxiiij. q. j. pro qua orauit. xxj. di. c. j. §. j. & facit illud Deut. 32. Perfecta sunt op̃a Dei, & ego pro te oraui Petre Luc. xxij. Verisimile autem & credibile est, q̃ mulieres arctae & inhabiles ad amplexus viriles, de quibus in d. c. non est dubiũ. 27. q. ij. & c. nõ est dubiũ. ea. causa & q. ignorauerint earũ rectitudinem & incognoscibilitatem, de quibus in d. text. cum non fuerint expertè amplexus viriles. Possibile quoque est, † quòd homo sit maleficiatus, quo ad vnam mulierem, & non quo ad alias, & tamen vtroque casu in contrahendo potest interuenisse verus consensus in matrimonium de praesenti cum osculis, & amplexibus citra copulam carnalem, ex quibus si fieret verum matrimonium, & tales cõprehenderentur sub verbis Euangelij de quibus supra, & praecipue ibi, & erunt duo in carne vna.

59

Dicere possemus ecclesiam manifestè errasse, & multo decepisse, & totus ille titul. de frigi. & maleficiatis, & impotentia coeundi, sub quo comprehenditur etiam mulieris arctitudo, vel aliud impedimentum vasis naturalis ad vsum matrimonij esset male positum, & figurarum in corpore uxoris: quod dicere crudele est, nec licet.

Nec hic praetermitto referre, quod habui in facto Venetijs anno Domini 1507. de mense Iulij. Duo contraxerant legitimè per uerba de praesenti subarratione, & traductione, & mutua cohabitatione per biennium, & vltra secuta, & mulier erat formosa valde, quam maritus vnicè diligebat, sed erat arcta, & penitus incognoscibilis à viro, qui diues erat, & cupiebat effici pater, vt dicit Host. in sum. de frigi. in §. quae impotentia coeundi. post princip. in tantum quòd cõcorditer adiuerunt d. Patriarchã Venet. partium ordinarium, iudicialiter experiendo supra ipsa arctitudine, fuerunt vocatę obstetrices, quae medio iuramento dixerunt puellam arctam, adeo quòd vix mingebat, sed quòd signa naturae integrè apparebant, licet labia naturae essent consolidata: & medici etiam vocati restabantur, quòd non nisi cum euidenti periculo mortis poterat incidi, & his rationibus motus Patriarcha nullum fuisse, aut esse potuisse matrimonium inter eos, tamen iugales ipsi non contẽti adiuerunt quendam chirurgum Patauinum Morãdinum nuncupatum, qui ipsam incidit, & claustra pudoris ad aperuit, & facta fuit cognoscibilis, & maritus, qui eam nunquam deseruerat cognouit eam, & ante finem anni peperit filium, quem suscepi ego ad sacram fontem in ecclesia Sancti Leonis cui Ventura ab effectu nomen imposui.

Et hinc orta est quaestio inter peritos, vtrũ stante sententia declaratoria Patriarchae, ex coniugales ipsi semper mente, animo, & voluntate perstiterunt in amore coniugali ipsa cognoscibili reddita deberent denuo contrahere de iuris necessitate, attento quòd sententia transierat in rem iudicatam. Aliqui doct. inter quos erat D. Nicolaus Borgasius frater meus germanus in. vtriusq. doct. dicebant quòd non, quia consensus semper vtriusque fuit, qui consensus etiam fundamentum matrimonij, qui semper in eis permansit, & secuta copula remansit perfectum & verum matrimonium, nõ indiget nouo contractu, quia illa continuata mutua voluntas cum copula subsecuta perficiebat uerum matrimonium. Alij uero dicebant fore de nouo contrahendum, quia primus contractus fuerat omnino euacuatus, & delectus per dictã sententiam, ex qua fuerat data licentia uiro cõtrahendi cum alia quàm mallet muliere, & sic erat liber perinde, ac si cum illa nũquàm contraxisset, & sententia fuerat lata eo instante, ex qua instantia uidebatur impugnare matrimonium, nec illud gratum, aut ratum habere, ego ad omnem haesitationem tollendã dicebam quòd isti de nouo contraherent in faciem ecclesiae sub hac formalitate uerborum, uidelicet, quia semper animo uoluntate & con sensu habui te in uxorem, licet ecclesia etiam me instantealiter iudicauerit, nihilominus ad omnem haesitationem tollendã si non es uxor mea nũc accipio te in uxorem legitimam meã per uerba de praesenti, & mulier per eadẽm et uerba pariter accipiet in uirum.

Hanc practicam dicebam assumi ex tex. Grego. in c. paruulos. cum tribus. c. sequenti. de cõsecr. di. iiij. ubi dicitur quòd dum dubitatur de sacramento baptismi, an sit collatum, uel nõ, debet homo baptizari sub conditione si nõ est baptizatus &c. & idem dicendum est de omnibus alijs sacramentis, ut dixi supra de cler. per sal. promoto, & idem dicebam in hoc coniugij sacramento ad oẽm haesitationẽ tollendã.

Quarta eorum principalis ratio est, quia matrimo-

trimonium consummatum inter infideles est de iure naturali,& diuino,& tamen Papa illud dissoluit,magis ergo poterit dissoluere non cõsummatum inter fideles,etiã si sit de iure diuino,consequentia patet à simili vel maiori prima pars antecedentis.s.φ sit de iure diuino patet in l.iùs naturale.ff.de iusti.& iu.& insti.eo.tit.in prin.ibi hinc descẽdit maris & fœminæ cõiunctio,quam nos matrimoniũ appellamus quod etiã declarat S.Tho.in iiij.sent.di.xxvj.q.j.art.j.est etiã de iure diuino, quia à Deo institutum est matrimonium, vt sæpius supra vidimus,& not.in c.deinde opponitur.xxvj.di.& in c.fi.de frigi.& malef.quia illa verba propter hanc relinquet homo patrem,& matrem,& adhærebit vxori suæ,& erunt duo in carne vna,per quæ verba in lege Euangelica matrimonium institutum fuit:licet etiam ab Adam prius dicta fuissent,tamen fuerunt ei inspirata à Deo,& sic prophetico ore dixit,vt nor.in c.lex diuina.xxvij.q.ij.Et spiritussanctus dicitur locutus p Prophetas,vt in Symbolo patet ibi, Qui locutus est per prophetas.propter qd ponuntur esse verba Dei Christo Deo nostro proferente Matth.xx.quæ non fuerunt dicta fidelibus tantum,sed & infidelibus, ergo inter eos quoq; videtur esse verũ matrimonium.xxviij.q.j.§.his itaq;.& est de iure diuino, vt in c.de infidelibus.de consang.& affi.quòd autem Papa illud dissoluat,patet ex c.quanto.de diuor.

60 Quinta † Papa est in ecclesia, & ecclesia est in Papa,vt in c.quodcunq;.& in c.directa,& ibi glo.xxiiij.q.j.& vij.q.j.c.scire debes,& Io. And.in c.proposuit.de concess.præben.& in c.magnæ.de voto.Ecclesia itaque siue Papa facit & fecit constitutiones super matrimonio,habilitando siue inhabilitando personas ad illud, vt patet in toto tit.de cogna.spirituali,& de cogni.leg.& de eo qui cogno.consang.vxo.suæ,& de consang.& affi.non decet.& in cle.vnica.eo.tit.& de adult.& stu.& de voto,& de dispẽsa.Papæ dixi per discursum.in quibus locis patet φ ecclesia facit constitutiones super matrimonio contrahendo,permittendo vel prohibendo,vt etiam not.in c.licet ex quadam.de testib.& xxxv.q.ij.& iij.& v.& fere per totum,& præsertim in c.quædam lex Romanorum.xxxv.q.iij.vbi personæ coniunctæ vsque ad septimum gradum prohibebãtur cõtrahere,postea in c.nõ debet.de consang.habilitãtur vsq; ad quartum gradum inclusiuè,& sicut hoc factum est à Papa generaliter,ita potuit facere legem specialem & localem, vt fecit Gregorius solum Anglicis,vt in d.c.quædam lex Romanorum.in.§.quod scripsit Augusto.imino etiã facere posset legem personalem,vt in c.sciendum est.& c.sequenti.xxix.dist.vt legitur in Historijs de Vrbano Quinto,qui Comitem Barnabouem de Vicecomitibus Domini Mediola 61
ni,& eius filios per legem specialem inhabilitauit eos ad matrimonium cõtrabendũ,vt domus eorum fieret deserta,& Episcopatum eorum acciperet alter,& semen eorum nõ hæreditaret terrã,vt legitur in ipsa inhabilitatione, quæ fuit facta Anno Domini. . . . . . . & hoc ex eo,quia fuerunt rebelles Ecclesiæ.

Ex quibus assumitur arg.φ cum verba sacramenti sit essentialia sacramento,si Papa variat materiam.s.ipsos contrahẽtes,nec oportet hic distingnere,vt dicunt Logici,& Philosophi,in qua & ex qua,vt infra declarabo,variat dico faciendo de personis legitimis ad contrahendũ inhabiles,& illegitimas, & è conuerso. Per cõsequens poterit dissoluere ipsum matrimoniũ, cõtractum per personas inhabilitatas,quia matrimonium non est nisi vinculum inter personas legitimas per diffinitionem eius,quam ponit Hugo de sancto Victore,& Host.vt s.dixi.

Sexta ratio sic est, Papa matrimonium non consummatum dissoluit per religionis ingressum,sed multa alia opera sunt meliora, quam talis religionis ingressus, ergo & sic per aliam meliorem causam poterit dissoluere,& dispensare: cõsequentia patet per regulam quam Logici dicunt Topicam, Iuristæ autem dicunt de maiori ad minorem, vt si de quo minus videtur in esse & inest.ergo & de quo magis,antecedens pro prima parte patet per c.ex publico.verum & ex parte.de conuer.coniug. Pro secunda vero parte videlicet multa alia sint meliora, patet primo,quia quanto bonum cõmunius,
62 tanto diuinius,quia dicit Philosophus Ethicorum primo. Bonum commune præfertur bono particulari,& communis vtilitas præfertur priuatę,vt in c.scias.vij.q.j.& in c.bene.de postu.præla.el j.& in c.licet.de regu.modo sic.Si vnus Rex,vel Princeps cõtraxisset p verba de præsenti,nõ secuta copula, postea vellet cõtrahere cum alia,vt de Mose legitur in historia scholastica, si ex isto secũdo ꝯtu sequeretur pax vnius regni,vel si illa,cum qua vult secundo loco contrahere esset regina multatum gentium,& ad hoc vellet effici christiana cum regno suo,hoc esset bonum commune,& consequenter absque dubio maius,& ad hoc accedat,φ Papa dissoluit matrimoniũ iam cõsummatum, vt lucretur vnã animã tantum inter infideles,si alter eorũ ad fidem conuertatur, à fortiori poterit dissoluere,vt regnũ,& sic plures veniant ad fidem,cum fides plurimorum sit maius bonum, quàm fides vnius.

63 Præterea episcopari est maius bonũ quàm religio,quia vt videmus extrahuntur à religione, vt promoueantur ad maius bonum cum

T 2 religio

64 religio sit bonum particulare, †episcopale vero commune siue vniuersale, & sic pariter posset Papa dissoluere ratum non consummatum pro promotione ad Episcopatum maiori ratione, non est ergo vera regula, ꝙ pro solo ingressu religionis sit huiusmodi dispẽsatio: plus dico, ꝙ per promotionem ad Episcopatum monachus vel religiosus omnino liberatur à iugo regularis ꝓfessionis. vt est tex. in c. vnico. xviij. quæst. j. & ibi glo. & est dare maius bonum, propter quod Papa tollit iugum professionis, poterit ergo etiam dispensare in matrimonio rato non cõsummato pro maiori bono, quàm sit religio, & sic casus religionis non est solus nec singularis, non dicas tamẽ ꝙ propterea ꝙ religiosus factus ipse liberetur à tribus votis religionis, vt supra dixi per discursum.

Septima qui potest maius, potest & minus, seu cui conceditur maius cõceditur & minus, quia quod plus est, vtique tanti est, & hæc est regula iuris, sed maius ligamen, & maius bonum est solemne votum religionis quàm matrimonium non consummatum, ergo qui potest tollere seu soluere votum religionis solemne, poterit etiam matrimonium non consummatum dissoluere, consequentia patet: maior est quasi pro maxima, & colligitur etiam ex tex. in c. per venerabilem, qui fil. sint legit. & in c. ex parte. el terzo. de deci. Minorũ vero probatur, quia matrimonium non consummatum dissoluitur per professionem religionis, vt in iuribus supra sæpe allegatis, sed non econuerso, quia votum solemne religionis nõ soluitur per matrimonium: ergo maius est uinculum professionis quàm matrimonij non consummati, ꝙ autem Papa dispenset in hoc casu maiori, & sic dissoluat ipsum, patet, quia dispensat cum monacho professo, vt possit contrahere matrimonium, & sic nõ teneri voto solemni, vt no. in c. cum ad monasteriũ. de sta. regu. Dixi satis supra, de dispẽs. Papę, & de voto, & ibi p Inno. & est cõmunis opi. Et Pet. de Palu. in iiij. sent. dicit ꝙ Papa dispensauit cum Rege Aragonũ, qui erat monachus ob prolẽ suscipiendam, & idem legitur de quodã monacho, qui erat ordinis S. Benedicti nigrorum in monasterio S. Nicolai de littore Venetijs, de domo Iustiniana, qui in ea erat solus, cum quo Papa dispẽsauit, & duceret vxorem, & susciperet prolẽ, qua suscepta reuerteretur ad monasteriũ, qui genuit septem filios vtriusq; sexus, demum factus senex ipse redijt ad monasterium & vxor monialis effecta est, vt legi in chronicis & præcipue in vita Beati Laurentij Iustiniani olim Patriarchæ Veneti, vt etiam dixi supra de voto.

Item ad prædicta potest addnci illud, vinco vincentem te, à fortiori vinco te, vt. ff. de diuer. & temp. præscrip. l. de accessionibus, sed Papa vincit votum solemne religionis ipsum dissoluẽdo cum de monacho faciat nõ monachum, quod votum vincit matrimonium non cõsummatũ, quia ipsũ dissoluit, vt in iuribus supra allegatis, ergo Papa põt vincere ipsum vinculũ mrimonij nõ cõsummati, & ipsum dissoluere.

65 Octaua principalis eorum ratio est, quia signũ debet respondere signato, vt sit illi simile. Sed mrimonium non cõsummatũ signat vnionẽ causæ fidelis cũ Deo, & hæc est dissolubilis, ergo & ipsum mrimonium solubile est: maior patet in c. sacrificiũ. de consec. di. ij. & c. signũ. & c. species. minor autem colligitur ex c. debitum. de biga. vbi dicitur cum duo in coniugio sunt. s. cõsensus animorũ, & coniunctio corporum vnum significat charitatem, quæ est inter Deũ, & animã iustam, iuxta illud Sapien. Qui
66 adhæret Deo, vnus spiritus est cũ eo. Reliquũ vero significat conformitatem, quæ cõsistit in carne inter Christum, & Ecclesiam, ad quod pertinet illud; Et verbum caro factum est. & coniugium illud, quod non est coniunctione corporum consummatum, nõ pertinet ad coniugium illud quod inter Christum & Ecclesiã per incarnationis mysterium est contractum, coniunctio vero inter Deum & animã dissolubilis est, quia tollitur per peccatum, vt vj. q. iij. c. audi denique. ex xxiij. q. iiij. c. certum. Vnde Hieremias ait, Peccata nostra diuiserunt nos à
67 Deo. sed †coniunctio, quæ est inter Christum
68 & Ecclesiã nunquam tollitur, quia † ecclesia nunquam separatur à Christo. xxiij. q. j. c. pudenda, vel & diuinitatis ab humanitate, quę facta est, dum verbum caro factum est & habitauit in nobis; super quo Damascenus dixit, qd
69 semel assumpsit, nunq̃ dimisit, & B. Leo in sermone de passione dicit, ꝙ tanta fuit huiusmodi vnio, vt non potuerit nec passione, nec morte dissolui, & hæc ratio sumitur ex glo. c. quapropter. xxvij. q. ij. quæ assignat rationem, quare matrimonium consummatum non dissoluitur sicut nec vinculum diuinitatis ab humanitate. Et consequenter nec conformitas carnis, quæ est inter Christum, & Ecclesiã, quę signantur per matrimonium consummatum.

Dicitur autem non consummatum nõ pertinere ad hoc sacramentum inter Christum & Ecclesiã per carnis conformitatem; vbi etiam glo. in cap. non dubium. xxvij. q. ij. dicit ꝙ hoc non cõsummatum nõ pertinet ad mrimoniũ, quòd habet in se sacramentum coniunctionis Christi, & Ecclesiæ.

Nona ratio fit per adductionem tex. diuersorum, ex quibus apparet hoc in iure determinatum esse per c. inter corporalia, cũ duobus cap. sequentibus, de translatio. prælato. vbi dicitur

corporalia,& ſpiritualia hoc intereſt, quòd corporalia facilius deſtruuntur, quàm conſtituantur. Spiritualia verò è conuerſo, & ſubditur, quod cũ vinculum ſpirituale ſit fortius, quàm carnale, ſi Deus ſuo tantum reſeruauit iudicio matrimonium carnale dicendo, Quos Deus coniunxit, &c. à fortiori reſeruauit ſibi diſſolutionem matrimonij ſpiritualis, vt quos Deus coniunxit, ſcilicet Epiſcopum ab eccleſiam homo non ſeparet, & ſubditur, ꝙ nõ humana poteſtate, ſed potius diuina diſſoluitur ſpũale cõiugium, cum per tranſlationem, depoſitionẽ, aut ceſſionem authoritate Papę, qui eſt Chriſti Vicarius, Epiſcopus ab eccleſia remouetur. Et conſequenter in c. quanto. eo. ti. dicitur, ꝙ Epiſcopus Hilerdẽ. propria authoritate ſe ad eccleſiam Erbipolen. tranſtulit, non attendens, ꝙ veritas in Euangelio proteſtať, ꝙ quos Deus coniunxit, homo non ſeparet poteſtatem transferendi Epiſcopos, ita ſibi retinuit Deus, dñs, & magiſter, quod ſoli Petro vicario ſuo, & ſucceſſoribus ſuis ſpeciali priuilegio præbuit, & conceſſit; & ibidem in tex. dicitur, Non. n. homo, ſed Deus ſeparat, cũ Ro. Ponti. qui non ſolum puri hominis, ſed etiã vices Dei gerat in terris eccleſiarũ vtilitate, vel neceſſitate penſata non humana, ſed potius diuina authoritate diſſoluit, & conſequenter in c. licet. eo. ti. dř ſicut matrimonij vinculũ, quod eſt inter virũ, & vx. homo nõ diſſoluit, dicente dño, Quos Deus coniunxit, &c. ſic ſpũale fœdus coniugij, quod eſt inter Epiſcopũ, & eccleſiam, quod in electione initiatũ eſt, & in confirmatione ratũ, in conſecratione conſummatũ eſſe intelligitur ſine authoritate illius ſolui non põt, vt ſ. dixi, & gl. ibi dicit, ꝙ ſimile eſt in matrimonio carnali, quod in ſponſalibus per promiſſionem nuptiarũ matrimoniũ initiatur in conſenſu fit ratum, & per carnalẽ copulã cõſummatũ, vt etiã ſupra dixi.

Et ex his dictis elicio incidenter tres rationes, ſeu argumenta, quorũ vnum tactũ eſt. ſ. in ſeptima tõne, licet aliter q̃ hic. Horũ itaq; primũ ſit per locũ à minori, vt ſi de quo minus vř in eſſe, & ineſt, &c. Sed minus vř de matrimonio ſpũali, ꝙ poſſit diſſolui, quã de carnali, & tñ diſſoluitur, ergo à fortiori poterit diſſolui, & matrimoniũ carnale maior eſt, vt ſupra dixi regula topica, & apud iuriſtas allegatur antẽ multo magis. Minor aũt declaratur, quia corporalia facilius deſtruuntur, quàm cõſtituanť, & è cõuerſo ſpiritualia, vt ſupra dixi, Et ſic ſequtur, ꝙ maius eſt diſſoluere vinculũ ſpũale, quã corporale, & tñ hoc vinculũ ſpũale diſſoluitur per Papam, transferendo, vel deponendo Epiſcopũ, vel Epiſcopo, cedente, & renũciante, & Papa ceſſionẽ, vel renũciationẽ admittẽte. Dicamus ergo, ꝙ qui põt maius, poteſt & minus, vt ſupra dictum eſt, ſed vinculum ſpirituale eſt maius, quàm carnale, vt dixi ſupra, & Papa illud diſſoluit, ergo & minus.

Secundum argumentum poteſt ſic formari, Deus reſeruauit ſibi diſſolutionem matrimonij ſpiritualis, ſicut & carnalis per illa verba, Quos Deus coniunxit, &c. ſed licet hanc diſſolutionem ſibi reſeruauerit, tamen ſua authoritate Papa diſſoluit, ergo eodem modo licet reſeruauerit ſibi diſſolutionem matrimonij carnalis, tamẽ fungens vices Dei, vt eius vicarius Papa poterit illud diſſoluere, maior eſt expreſſa in tex. d. c. quanto. dicens, Spirituale coniugium, quod eſt inter Epiſcopum, & eccleſiam, Deus ſuo tantum iudicio reſeruauit diſſoluendũ, qui diſſolutionem carnalis coniugij, quod eſt inter virum, & vxo. ſuo etiam tantum reſeruauit iudicio, præcipiens. Quos Deus coniunxit &c. Minor etiam ponitur ibidem, cũ ſubditur, ꝙ cũ Epiſcopus ab eccleſia remouetť authoritate Rom. Pont. tũc nõ authoritate humana, ſed diuina fit hæc diſſolutio à vicario Ieſu Xpi.

Tertium arg. poteſt ſic formari: ſi prohibeť diſſolutione matrimonij carnalis fieri per Papam, id maximẽ eſt propter hoc, quia non licet Papæ, qui homo eſt, & vt homo poteſt errare, vt dicit gl. in c. arrecta fide. xxiiij. q. j. hos diſſolueret quos Deus cõiũxit. xxiij. q. j. quos Deus. Sed hoc non obſtat, quia quando Papa diſſoluit, non vt homo, ſed vt Deus dicitur diſſoluere, quia id facit authoritate diuina, vt vicarius Dei. Minor patet, quia Theologi hoc concedunt, ꝙ à Papa non poſſit, quia illud vinculum eſt à Deo, ſiue authoritate Dei dicentis, Quos Deus coniũxit &c. hæc. n. cauſa ponitur xxxvij. q. ij. c. ſunt qui dicũt. minor autem declaratur in tex. d. c. quanto. ibi, non homo, ſed Deus ſeparat, cum vices Dei teneat in terris.

Sed contra hanc poſſet dici, ꝙ hic modo Papa poterit ea omnia, quę poſſet Deus, ſi eſſet in terris, quod videtur abſurdum.

Decimũ principale fundamentum eorũ eſt per c. fi. de ſponſ. duorũ, vbi dicitur, ꝙ licet conſuetudo fuerit in dioc. Mutinen. ꝙ ſi contractũ fuerit matrimoniũ per verba de pñti copula nõ ſecuta, & ijdẽ ꝯtrahẽtes ꝯtraherẽt ſcđo loco ꝑ verba de pñti ſecuta copula, ꝙ manebat ſcđm mřimoniũ cõſũmatũ ex illa cõſuetudine, tñ ibi Papa dicit de cætero hoc nõ ꝑmittere, nec ſic vult obſeruari, vbi veniũt duo notãda, primum ſm opi. Hoſt. dũ dicit volumus, quaſi dicat, ſi voluiſſemus, ſtatuiſſemus cõtrariũ, vel ſtatuere potuiſſemus, vñ Hoſt. in d. c. tua. & c. ſicut. & c. ex publico ſæpius alle. videtur tenere, ꝙ Papa potuiſſet approbare illam conſuetudinem, & cõdere legem generalem de hoc, ſicut legimus in c. j. & cap. ſuper eo. de cognat. ſpir. facit ad

hoc, quod ponitur in c. cum inhibitio. de clandest. despon. vbi ponitur de eodem verbo, volumus, cuius natura est denotare intentionem
72 illius, † φ dictum, cuius verbi vim not. glo. in clem. j. de rerum permut. & in clem. j. de offic. vica. & per Bart. in l. cunctos populos. C. de sum. Trin. & in c. ex ratione. de appell. vbi dicitur, φ inducit dispositionem nouam, seu ius nouum.

Prius ergo vigore dictæ consuetudinis soluebantur matrimonia contracta per verba de præsenti ex tolerantia, vel iudicio Romanorum Pontificum, qui fuerunt ante Innoc. III. qui edidit dictum decretalem per ruas, videlicet c. fi. supra allegatum, vt not. in c. licet. eod. tit. Vnde dicendum est, φ si consuetudo hoc introduxit, scilicet, φ matrimonium ratum non consummatum tollatur per matrimoniū ratum, & consummatum posterius, multo fortius Papa hoc facere poterit.

Secundum notandum est in eod. tex. ibi, de
73 cætero, quæ dictio respicit † futura, & non præterita, vt not. gl. magna. in procem. clem. super verbo, de cætero. & in cle. j. de elect. tex. & glo. in c. ij. de concess. præben. in vj. & in c. j. de postul. prælat. eo. lib. & in c. oportet. viij. q. j. & in cap. j. & ff. de offi. deleg. Et attendendum, seu ponderandum etiam est per dictionem illam, de cætero. non reprobatur illa consuetudo quo ad præterita, & sic patet, quòd sic licuit vigore dictæ consuetudinis, & cum mos sic erat, crimen non erat, vt iiij. dist. c. denique. & aliquando dissolubile fuit.

74 Vndecima Canonistarum † ratio est ex glo. in d. c. ex publico, quæ dicit, φ omnes antiqui Doct. post Vincen. & Alanum tenuerunt, & signanter Host. tenuit in sum. & lect. & alij secuti sunt eum, vt Io. And. Cardin. Butr. & omnes dicentes, φ circa hoc matrimonium ratum nō consummatum, Papa habet magnam valde, & latam potestatem.

Et inter Theologos, Henricus Andegauen. qui inter Theologos appellatus est Doctor solemnis in suis Quolibetis, Quolibeto quinto, dicit, quòd matrimonia ex natura rei efficaciā non habent in quantum matrimonia, sed solū ex diuina institutione: ipse aūt Christus Deus, & homo sic instituit cōiungi per cōsensum aīorū sicut ēt instituit aīorū p dissensum posse dissolui, dum tamē ad copulam vlterius non esset processum, & hoc in casibus ab ecclesia constitutis, vel constituendis, licet forte sit alius, φ religionis ingressus, φ dici posset, vt quis vellet episcopari, quod est maius bonum, quàm religio, quia est bonum vniuersale. Et vt quotidie videmus extrahuntur à religione, vt promoueantur ad Episcopatum: ecce ergo, φ ecclesia non potest alium casum instituere vltra ingressum religionis, in quo tale matrimonium dissoluatur.

Duodecima ratio est fundata non solum in Theorica Doctorum, sed etiam in practica, & obseruantia diuersorum Romanorum Pontificum, & inchoando à proximioribus nostri tēporis, videlicet à centū annis citra Martinus Papa Quintus, qui fuit creatus Papa in Concilio Cōstātiensi, anno Dñi M CCCCXVI. & sedit an. xiiij. obijt anno M CCCCXXX. dispensauit in hoc casu, vt legi in quodam libello instructionum officij referendariorum, qui fuerat bo. mem. Dom. mei Fel. cuius exemplum extraxi, in quo sic continebatur, videlicet Papa dispensat ex magna causa super matrimonio rato non consummato. Et Martinus Papa Quintus sæpius dispensauit, & idem fecit D. Eugenius Papa Quartus, & dum huiusmodi dispēsatio peteretur à sanctissimo D. N. Sixto Papa Quarto fuerunt præsentatæ multæ copiæ bullarum eorundem Pōtificum, coram Reuerēdissimis dominis Cardinalibus, & alijs Prælatis, & Doctoribus ad hanc materiam per eundem D. N. Sixtum deputatis, & erant ad minus quatuor copiæ, quibus apparebat D. Martinum Papam Quintum, & D. Eugenium Quartum dispensasse in vno propter lepram superuenientem, in alio verò propter odium, & maleuolentiam, quæ emerserat inter virum, & vxorem ad scandala vlterius euitanda, & beatus Ant. in sua sum. de statibus Principū, circa principium dicit, se vidisse bullas Eugenij supra hoc: dicitur etiam, φ Nicolaus Papa V. qui successit Eugenio idem fecit, vnde si factū est, præsumitur fieri posse, quia ab esse, & pos-
75 se, † valet argumentum, secundum Dialecticos: vnde etiam ob hoc dici posset, φ Papa potest dispensare cum bigamo, vt promoueatur ad Episcopatum, licet sit contra Apostolum, vt in c. debitum. & c. super eo. de bigam. quia inuenitur, φ Lucius Papa hoc fecit, scilicet dispensauit cum Archiepiscopo Panormitano, vt dicit gl. in c. lector. xxxiiij. dist. & sic argumē tum assumi potest, φ id, quod vni Pontifici li-
76 cuit, † & successoribus liceat etiam, si lex humana diceret contrarium, quia Papa est super talem legem, & ipse est lex animata in terris, & φ vni Rom. Pontifici licuit, & omnibus suc cessoribus liceat, faciunt not. in c. in causis. de re iudi. Et propterea non debet hoc amplius in dubium verti, aut de eodem iterum indicari per c. criminis. de collus.

Hæc sunt vigintiquatuor fundamenta ad vtranque partem dubij, seu quæstionis per dominos Theologos, & canonistas deducta, quibus singulis, & singulariter singulis responde-

re

re opus esset nouo integro & longo tractatu, sed pro finali solutione quæstionis assomo authoritatem Inn. in d. c. ex publico in finalibus verbis super verbo consummatam, & est vltima glo. dicentis, & sic noua circa matrimoniũ non consummatum valere constitutiones ecclesiæ quibus standum est, vide hodie consil. Philippi Decij in j.vol. nu.cxij.incip.proponitur in caso occurrenti.

Sed quia supra proxime in vndecima canonistarum ratione in fin. referendo Henricum Andegauen. dixi matrimonium ratum non cõsummatum posse dissolui nedum per ingressum religionis, verum etiam in omnibus casibus ab ecclesia constitutis ponendo exemplũ in volente episcopari.

77 Quæro †an matrimonium ratum non consummatum dissoluatur per sacrum ordinem, seu per promotionem, & consecrationem episcopalem, sicut per ingressum religionis. Ant. de Butr. in Rubrica. de spons. dicit, quòd non, & allegat pro se opi. Io. An. in sua sum. de spon. & glo. in c. vnico. de voto in vj. & Abb. etiam in c. j. & ij. de conuers. coniug, tenet, quòd per presbyteratum nõ dissoluatur matrimonium dicens hoc iam esse decisum per extrauagantẽ Io. xxij. quæ incipit antiqua, & fatentur omnes doct. vnde quæstio hæc hodie sine dubitatione relinquitur in simpliciter ordinato ad sacros ordines, vt etiam tenet Franciscus Aretinus quodam suo consi. de quo infra, qui etiam dicit in pen. col. d. consilij, quòd dicta conclusio patitur fallentiam, si promotio sit facta de consensu vxoris, & sic dicit dict. extrauagantem esse intelligendum.

Sed per hæc nõ remanet soluta quæstio quo ad episcopatum, & munus consecrationis illius. Nam Ant. de Butr. Abb. & alij tenentes opinionem, quòd quis non possit esse Episcopus nisi prius sit sacerdos, & quòd Episcopatus non sit ordo; salua tantorum patrum correctione non faciunt bonum fundamentum, nec verum: nam certum est, & si matrimoniũ, (& si pro quia dissoluitur per ingressum religionis, à fortiori per promotionem, & consecrationem episcopalem) & pro hoc fundamento adduco authoritatem Euangelij Io. ij. vbi ipse Io. ex nuptijs, siue post matrimonium ratum non consummatum à Iesu Christo ad Apostolatum, & Episcopatum vocatus fuit, & sic solutum fuit matrimonium ratum non consummatum. Sed ne forte in me retorqueas, quòd ex hoc ideo tale matrimonium non fuit solutum, quia tempore eius contractus Ioannes iã fuerat vocatus à Christo, & sic iam Apostolus, & Episcopus factus contraxerat, dico quòd cũ pateat, quòd Christus vocauit Ioannem, dum vocauit, & Petrum, & Andream, vt Matth. iiij. ibi ambulans autem Iesus iuxta mare Galileæ vidit duos fratres Simonem, qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius mittentes rete in mare (erant enim piscatores;) & ait illis, venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum, at illi continuo derelictis retibus secuti sunt eum, & procedens inde vidit alios duos fratres Iacobum Zebedei, & Ioannem fratrem eius in naui cum Zebedeo patre eorum reficientes retia sua, & vocauit eos: illi autem statim relictis retibus, & patre secuti sunt eum, & sic quòd matrimonium fuerit cõtractum post susceptum Apostolatum, & Episcopatum, & clare consequenter fuit nullum, non autem dissolutum.

Pro huius oppositi solutione videndum est de vocatione Ioannis, & dico, quòd de Ioanne, & alijs quoque Apostolis reperiuntur variæ vocationes à domino factæ, & ad diuersa vocati sunt, licet omnes vocationes tenderent ad ipsorum Apostolorum, & aliorum per ipsorum medium saluationem, sed quia loquimur de vocatione Ioannis, aduertendum est, quòd Ioannes in sacra scriptura ter reperitur vocatus à Christo: primo enim legitur ipsius Io. c. j. qualiter homines duo audierunt Christum loquentem, & conuersus Iesus, & videns eos sequentes dixit, quid quæritis: dixerunt Rabi, vbi habitas, & hunc locum nonnulli male forte sentientes impugnant dicentes, quòd cum Ioannes, & Iacobus essent fratres domini, iuxta illud Io. ij. descendit in Capharnaum ipse, & mater eius, & fratres eius, & discipuli eius, & ibi glo. Nic. de Ly. in verbo, & fratres eius, declarat quomodo intelligatur illud, & fratres eius, non est verisimile quòd ignorarent mansionem eius, sed respondetur, quòd eo tunc non erant in Nazareth, vnde erat Christus existens extra patriam, vel locum domicilij proprij, vel originis, hi etiam ignorarent locum habitationis, vt aduenæ, vt etiam hodie, & quotidie inter fratres, & amicos extra patriam accidit, & ita videtur sentire Nico. de Lyra ibi Io. j. in verbo dixit eis venite. Aliqui etiam dicunt, quòd detinebantur oculi eorum, ne cognoscerent Iesum loquentem, & facientem miracula, & signa magna, de quibus Matth. etiam iiij. & ibi sanans omnes langores, & omnes infirmitates in populo, & abijt opinio eius in totam Syriam, & obtulerunt ei omnes male habentes varijs languoribus, & tormentis comprehensos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos, & paraliticos, & curauit eos, ideo oculi eorum detinebantur, ne cognoscerent eum in principio operum suorum, vt messiam, & filium Dei, pro quo facit in simili, quòd

quòd legitur Lucæ xxiiij. ibi & factum est dum ambularent, & secum quærerent, & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis, oculi autem illorum tenebantur, ne cognoscerent eum; facit etiam illud Io. xxj. ibi, Mane autem facto stetit Iesus in littore, non tamen cognouerunt discipuli, quia Iesus est, & sic non fuit inconueniens, quòd ignorarent vbi habitaret Iesus qui dixit venite, & videte, & apud eum manserunt, & dicunt doctores Theologi, quòd cū exprimeretur in litera, quòd vnus esset Andreas, & alter qui fuit Ioannes non exprimitur, noluit seipsum nominare, ac si alter fuisset, sicut scripsit, & nominauit Andream nominasset alium; nec obstat, quòd pluries Ioannes in suis Euangelijs nominat seipsum, quia sic fuit post vocationem ad Apostolatum, tunc dicat, & ille discipulus, quem diligebat Iesus; quòd ante aliquam vocationem hoc dicere non poterat, vt dicit ibi Nicolaus de Lyra super verbo erat autem Andreas. Item & secundo vocatus fuit, vt supra dixi ad mare Galileæ Matth. iiij.

Tertiò vocatus est Ioannes de nuptijs, vt Io. ij. ex quibus vocationibus Ioannis, & aliorum Apostolorum clarè constat, quòd vocati sunt Apostoli ad perfectam, & veram religionem continentem tria substantialia religionis, videlicet paupertatem, & castitatem, & obedientiam, vt Io. j. & Matth. iiij. Ideo distinguēdo has vocationes soluetur quæstio.

Prima nanque uocatio fuit simpliciter ad fidem, & non ad Apostolatum.

Secunda ad religionem, vt præfertur.

Tertia ad sacerdotium, & deinde ad Apostolatum, & Episcopatum.

Et quòd Apostoli, & Ioannes fuerunt vocati ad veram religionem, & eius tria substantialia; probatur j. Matth. xix. Petrus ait, Ecce reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis. vbi doc. dicunt ibi, reliquimus omnia non solum bona temporalia, sed etiam nostrum velle, & nolle, summittendo se obedientiæ Christi.

Castitatem autem seruasse probatur per tex. in c. omnino. xxxj. dist. referentem verba Apostoli dicentis, Apostoli post Apostolatum habuerunt vxores in sorores.

Et plus dicit ibi litera; non fuit inter eos carnale coniugium.

Et habuerunt paupertatem, & sic constat, quòd Apostoli dimiserunt omnia, quæ habebant, dum venerunt ad Christum, & cū Christo nihil habebant nisi ex Christi administratione, & dispensatione, & post passionem nihil habebant, quin omnibus Apostolis, & pauperibus esset commune, vt ait B. Tho. ij. ij. q. clxxxiiij. artic. vij. dicens, q̄ renunciatio propriarum facultatum dupliciter considerari potest, vno modo, secundum q̄ est in actu, & sic in ea consistit perfectio essentialiter. Alio modo secundum præparationem animi, vt homo sit paratus, si opus fuerit omnia dimittere, & primo & secundo modo Apostolis fuit abrenunciatio proprietatis, & legitur in actibus Apostolorum iij. quòd Petrus dixit, dū ingrederetur templum cum Andrea, aurum, & argentum non est mihi, ex quibus omnibus supra dicti doctores dicunt, quòd status religionis, & tria eius substantialia non à Petro homine, sed ab ipso Christo fuerunt instituta, cuius contrarium reperio dixisse do. Abb. Sicul. & sic male in c. cum ad monasterium. de stat. regul. vbi dicit, quòd talia fuerunt instituta ab ecclesia, & Romanis Pontificibus, cum immo à Christo, vt supra patet, fateor tamen, q̄ nulla religio fundari, aut institui potest sine approbatione Papæ, vt not. in c. fi. de relig. domi. & c. j. eod. in vj.

Nec obstat, si diceretur, quòd nusquàm apparet, quòd Apostoli emiserint professionē, vt hodie faciunt religiosi, quia ista forma, q̄ fiat in scriptis, & aliæ solemnitates, sunt introductæ à iure positiuo, tamen eodem iure cautum est, quòd professio tacita, & sine solemnitate facta teneat, vt est tex. in c. ad Apostolicam. & c. ex parte. de regul. & in c. j. & c.

78 eos. eo. ti. in vj. † Et sic ex animo, & operibus, quòd intrans religionem omnino voluit mutare vitā ex prima die dicitur religiosus, & reputatur professus, & maximè si assumit habitū professorū, vt habetur in c. j. de regul. in vj. & per Host. in sum. eo. ti. de regul. §. verum extre posit. in princ. in tantum, quòd si habet beneficia ecclesiastica possunt impetrari tanquam vacantia per ingressum religionis, iuxta regulam cancellariæ facta super hoc editam, quæ consueuit esse nu. xlv. & incipit. Item quòd non debetur literæ.

Fuerunt autem vocati omnes Apostoli ad presbyteratum, & sacerdotium quo ad consecrationem corporis Christi in cœna Domini ab ipso Domino, vt Lucæ xxij. ibi, Hoc facite in meam commemorationem.

Ad vsum vero clauium & potentiæ soluendi, & ligandi, & pontificalia exercendi fuerunt vocati, dum dixit eis, Accipite Spiritum sanctum, & quorum remiseritis peccata &c.

Quo verò ad prædicationem, & eorum missionem fuerunt vocati per illa verba Christi; Euntes ergo docete omnes gentes baptizātes &c. ut legitur Marci ulti. c.

Et licet tex. in c. cleros. xxj. dist. dicat, quòd in primitiua ecclesia nulla erat differentia inter Episco-

Episcopum, & Presbyterum, & idem dicatur in c.legimus.xciij. dist.& in c. in tribus gradibus.de consec.dist.ij.& idem dicat Hieron. in epistola ad Panutium contra Ioannem Episcopum Hierosolymitanum, & transsumptiuè, vt supra,intelligendum est, quòd nulla erat differentia in nomine, secus in re, vt legitur Actuū Apostolorum viij. vbi Apostoli aliter, & aliter assumebantur, quàm presbyteri, & etiam alia ministrāt Episcopi, quàm presbyteri ministrare non possunt, vt in c. perlectis.in §.ad Episcopum.xxv. dist. & in c. quamuis. lxviii. dist. & in c.quàto.de consue.sed pro hoc allego meliorem tex.in c. in nouo. xxj. dist. vbi bene ponitur iste ordo Apostolorum, Episcoporum, & sacerdotum, quem vide.

Ad propositum itaque quæstionis nostræ Apostoli primo ad fidem, secundo ad religionem,tertio ad sacerdotium,& Episcopatum à Christo vocati fuerūt, & successiuè ab ecclesia ordinatum est, vt de religione ad Episcopatum peruenire valeant, vt not.in c. statutum. viij. q.j.& in c.hinc est.in §.non sine consilio.xvj.q. ij. vbi legitur, ꝙ quidē Augustinus monachus factus est Anglorū Episcopus,& beatus Gregorius, & beatus Martinus, & complures alij ex monachis effecti suntEpiscopi,pro quo etiam allego tex. in c.religiosus.de ele.in vj. Et sic vē iure decisum, quòd de religione ad Episcopatum perueniri possit tanquam ad magis dignum, & ad frugem melioris vitæ, & statum magis proficuum, in quo,& sub quo stat,& cōprehenditur vera religio: nam beatus Thom. secunda secundæ.q.clxxxiiij.art.vij.allegat August.super Gen. dicentem, quod agens semper est præstantius agente. In genere autem perfectionis, & secundum Dionysium Episcopi se habent,vt perfectiores,& religiosi, vt perfecti, quorum vnum pertinet ad actionem, alterum verò ad passionem; vnde manifestum est, ꝙ status perfectionis potior est in Episcopis, quàm in religiosis, quod facilè demonstratur vltra præcedentia,& sequentia,quia non datur exitus de religione magis bona ad minus bonam, sed è conuerso, videlicet de arcta ad arctiorem, iux.not. in c. . . . . . Vnde manifestum est, quòd status perfectionis potior est in Episcopis, vt prædixi.

Propterea beatus Thom. & omnes Theologi ex sacra scriptura dicūt,quòd status ille perfectior est, in quo homo magis accedit ad dilectionem Dei,& proximi,sed nulli dubium est, quòd status Episcoporum magis accedit ad dilectionem Dei,& proximi,quàm status religionis,ergo &c.& quòd status Episcoporum magis accedat,probatur. Nam Episcopus secundum doctrinam Euangelicam, vt bonus pastor non solum bona temporalia,& fortunæ,sed & naturæ,scilicet vitam debet ponere pro ouibus suis,iuxta illud Io.c.x. Ego sum pastor bonus, bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis, mercenarius autem, qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupum venientem,& dimittit oues, & fugit, &c. Mercennarius autem in hoc cōparari possunt simplices religiosi: qui Deo seruiunt, vt animam suam lucrentur, non vt custodiant gregem domini,quia non præsunt gregi, sed animæ suæ, quæ in eorum manibus posita est,iuxta illud Dauid Psal. cxviij. Aīa mea in manibus meis semper. Nam dicit text. in c.demens.viij.q.j. quòd officium Episcoporum est omnibus prodesse,omnes iuuare,& singulos releuare,& sollicitudinem omnium portare, hospitalitatem seruare, doctorem esse oportet, ipsum iudicare, interpretari, consecrare, ordinare, offerre, & cætera, quæ leguntur in consecratione Episcopi, quæ non requiruntur in simplici religioso: ex quibus datur intelligi, quantum dignitas Episcopalis sit dignior, vtilior, & fertilior, quàm simplex religio in ecclesia Dei, & loquēdo de monachis, clarum est, cum sibi soli viuant,iuxta tex.in c. placuit. xvj. q.j. qui ponit, quid significet monachus, & cuius sint actiones, & modus viuendi; de alijs quoque mendicantibus idem, & fortè strictius dicendum est propter mendicitatem eorum. Et Apostolus, Qui Episcopatum desiderat,bonum opus desiderat,& transsumptiuè in c. qui Episcopatum. viij. q.j. & interpretatur bonum opus. i. meritorium, in quo quis multa potest mereri.

Nec obstat, si dicatur, quòd etiam de Episcopatu transiri possit ad religionem, vt in c. temporis qualitas.§. cum aliquis.vij. q. j.quia illud est causa humilitatis, & inhabilitatis, & insufficientiæ personæ, & potius causa pœnitentiæ propter insufficientiam, quàm ob perfectionem status, vt in c. hoc nequaquam.ea.
79 causa & q. † vbi cauetur, ꝙ qui de Episcopatu transit ad religionem, amplius non possit redire ad Episcopatum, & sic apparet, quòd religio datur ad pœnitentiam agendam: ita dicit tex. in d.c.hoc nusque.in §.fi. vbi dicitur hoc ad pœnitentiam agendum,non ad quietem seruandam quibusdam conceditur: hoc idem not.in c.peruenit.xvij. q. j. nam Episcopis vtilibus ecclesiæ non conceditur licētia, nec cum eis dispensatur, vt transeant ad religionem:aut renuncient Episcopatui, vt not. in c. nisi cum pridem.de renunc.& in c. suggestum. vij. q. j. vbi Liberius Papa scribens omnibus Episcopis,eos hortatur,ne labores fructuosos fugiāt, nec Episcopatum dimittant,vt quietem in mo
80 nasterio inueniant. † Et pondera, verbum conceditur

ceditur, quia sine speciali concessione, seu dispensatione sedis Apostolicę talis transitus nõ est permissus, vt est tex.in d.c. temporis. in eo. §.item cum aliquis.in princip. ibi, Apostolica concessione, & sic vidi de facto, quòd Reuerendissimus Dom. Ardicinus de la porta, Nouarien.Cardinalis Alerien.nũcupatus, qui habebat vtranque signaturam sub Pontificatu Innoc.VIII.ipso Papa defuncto, postquam Alex. VI. fuit assumptus ad Pontificatum, recessit ex vrbe, & contulit se ad Insulam maritimam, quæ est in lacu Volsino, in qua est monasteriũ Minorum de obseruantia, & ibi assumpsit habitum dictæ religionis (inscio Papa) qui ipsum illico reuocauit per monitorium sub pœnis, & censuris ecclesiasticis, qui paruit, & rediuit, & hoc fuit anno Domini MCCCCXCII. Pontificatus ipsius Alexandri VI. anno primo, vt vidi, sed post paucos menses obijt: erat enim vir magnæ literaturæ, sed maioris experientiæ curiæ Romanæ, & exemplaris viç, non alebat domi, nisi literatos vsque ad famulos stabularios inclusiuè, vt vidi etiam.

Et ex his videtur dicendum, quòd per munus cõsecrationis Episcopalis possit solui matrimonium ratum non consummatum, nec obstare videtur opinio quorundam Doct. in c. ex parte.el secundo.& c. fanè. de conuer. coniug. tenentium contrarium: quia verè rectè intuenti.c.fanè, propriè intelligitur de matrimonio rato. & consummato.

Dominus Franciscus de Accoltis Aretinus Iurisconsultorũ ætatis suæ facilè princeps subtilis, & ĩgeniosus, vt colligitur ex scriptis eius, in hoc casu consuluit in contingentia facti, & est consilium lix. in volumine consiliorum suorum, & incipit in facto dicitur euenisse, ꝙ quidã clericus in minoribus ordinibus cõstitutus vxorem per verba de pñti desponsauit, vbi luculenter examinat hanc q. vbi relatis dictis Io. An.in d.c.j.de voto.in vj.in nouel.& Anto. de Bur.in d.c.ex parte.el secundo.de conuerſ.coniug.non tamen firmando pedes ante finem secundæ col.dicit, quòd potius inclinaret in partem negatiuam, videlicet, quòd per promotionem ad Episcopatum, non dissolueretur matrimonium: hoc tamen dicit, quòd tunc relinquebat indecisum, quia non pertinebat ad id, de quo tunc quærebatur, cum quæreretur de promotio de consensu, & licentia vxoris non cognitæ, & in q. nostra quæratur de promotione etiam inuita, vxore non cognita facta.

Non referam vlterius eius dicta, ne transplantem, sed vide ibi copiose, vbi tandem firmando pedes super consensu expresso, vel tacito vxoris concludit promotionem valere.

Sed si mihi licere contra opiniones tantorum patrum loqui, auderem dicere, quòd eorum fundamentũ nõ esset bonũ, quod est† quia 8 oportet, vt antequam quis fiat Episcopus, fiat sacerdos: sed sic est, quòd coniugatus ante copulam nõ potest presbyterari, vt expresſè nor. in d.c.ex parte.el secundo. de conuerſ. coniug. & in d.extrauagante Io.xxij. ergo nec episcopari, sed hoc non sequitur de iure, quia in iure non cauetur, quòd presbyteri tantum assumantur ad Episcopatum: nam licet sit prouisum in c.à nobis.de ætá.& qual. quòd non eligatur in Episcopum, nisi in sacris constitutus, non propterea imponit lex Papæ, quin possit promouere ad Episcopatum, & etiã in Metropolitanũ Patriarcham, vel primatem non constitutum in sacris, licet talis promotus postea necessitetur de iure, vel à iure promoueri ad omnes sacros ordines, vt sit verè Episcopus, & munus consecrationis Episcopalis suscipere possit, vt quotidie videmus fieri in Rom. curia per Papam, qui assumit ad Episcopatum, immo ad Cardinalatum simplices clericos; immo & ad Papatum simplices clerici, & anachorite assumuntur, vt fuit Amadeus de Sabaudia, qui in sua obedientia fuit vocatus Fœlix Papa Quintus, qui fuerat vxoratus, & non erat clericus, sed anachorita, seu eremita, & idem dico de Petro Maroneo, qui fuit Papa Cœlestinus huius nominis Quintus, qui postea cessit Papatui, cui successit Bonifacius VIII. Vidimus etiam diebus nostris Diacones Cardinales promoueri, immo euehi, & assumi ad Apostolatus apicẽ, & hoc pro tanto dixi, quòd ad promotionem ad Episcopatum de iuris necessitate non requiritur, quòd promouendus sit sacerdos. Sic ergo dici posset ex his satis constare, quòd regulariter de religione ad Episcopatum transiri possit, sic etiam de matrimonio rato non consummato ab authoritate maioris boni, à qua possumus dicere, quòd licet sacerdotũ ad esse Episcopi requiratur de necessitate tanquam antecedens necessarium, ad quod peruenire nõ potest, inuita vxore etiam non cognita, per d. c.ex parte.el secundo.de conuerſ. coniug. vt supra conclusum est de mente omnium Docto. tamen, ex quo sic vxoratus iam est promotus ad Episcopatum, Papa ratione maioris boni potest dispensare tanquam in accessorio, quod sequi debet suum principale, non è conuerso; ad quod accedat illa inconuincibilis ratio, videlicet, ꝙ matrimonium ratum non consummatum soluitur per ingressum religionis, & talis sic ingressus potest vocari, & promoueri ad Episcopatum non requisita vxore, cum iam non sit vxor, & matrimonium per ingressum religionis sit solutum per maius bonum.

Præterea si Papa potest dispensare super rato

to nõ conſummato pro pace ſeruanda, immo, vt ſupra dixi, pto odio tollendo, & rancore iá orto euitando poſt cõtractum nó conſummatum inter coniuges. Item propter lepræ ſuperuenientis abominationem, quæ ſunt oĩno cauſæ priuatæ, vt ſupra dixi in præcedenti quæſt. vbi retuli diſpẽſationes factas p Martinum V. & Eugenium iiij. & Nicolaum etiam V. quæ ratio diuerſitatis aſſignari poſſet in Epõ, cũ, vt ſæpe dixi, epiſcopari ſit maius bonum, quam ſimplex religio, vel ratio aut conſideratio odij, quæ particulares ſunt rationes ſeu cõſiderationes. Ideo crederẽ opinionem hãc, videlicet ꝙ Papa poſſit diſpenſare ad Epiſcopatum ſuper matrimonio rato non conſummato eſſe probabiliorem, & veriorem, etiã ſi promotus non extrahitur de religione ad Epiſcopatum, ſed ſimpliciter de matrimonio rato non conſummato ad Epiſcopatum. & ſic. ꝙ promotio ad epiſcopatum tollat matrimonium ratum non conſummatum.

S V M M AE.

1 *Clericus in minoribus conſtitutus an matrimonium contrahere poſſit.*
Clerici in ſacris ordinibus conſtituti matrimonium contrahere nequeunt.
2 *Et an cum talibus diſpenſari poſſit, vt contrahere poſſint. & per quem.*
3 *Caſtitas an ſit annexa ſacro ordini, aut ex propoſito, aut ex voto tacito vel expreſſo, aut alijs modis. & num. 7.*
4 *Gregorius ſanctus indixit caſtitatem miniſtris. i. ſubdiaconibus. idem fecit Syritius. num. 5.*
Opus bonum abſque caſtitate, neque caſtitas abſq; bono opere non reperitur.
6 *Apoſtoli non iuſſerunt caſtitatem, ſed docuerunt exemplo, opere, & adminiſtratione.*
8 *Subdiaconatus olim non erat ſacer ordo, ſed hodie ſecus ex conſtitutione Eccleſiæ.*
9 *Cauſa falſa non uitiat diſpenſationem.*
10 *Pontifici omnia licent præter peccatum.*
11 *Votum non expreſſe emiſſum neque ſolemnizatum à Pontifice tolli poteſt, & ſuper eo diſpenſari.*
12 *Votum ſolemne quale dicatur.*

Qui Clerici, vel vouentes matrimonium contrahere poſſint.

HÆc Rubrica eſt bipartita, quia aliqui ſunt clerici contrahentes, & aliqui non clerici, ſed vouentes, quibus contrahere prohibitum eſt. Ideo ſequendo ordinem rubricæ, videbimus primo de prima parte ipſius, videlicet de clericis contrahentibus.

1 †Clerici itaque in minoribus ordinibus conſtituti matrimonium contrahere poſſunt, ſecundum licentiam ab Apoſtolo datam, vt ait Goffre. in ſum. huius tit. in prin. & xviij. diſt. c. de his, & xxxij. diſt. c. ſeriatim.

In ſacris autem ordinibus probibentur, vt in c. j. in fi. hoc eo. tit. & in c. erubeſcant. xxxij.
di. & in c. nemo, & in c. ſi quis eorum. xxj. diſt.
Et ſi cõtrahunt dirimitur, vt in d. c. erubeſcãt, & in c. decernimus. cum c. ſequenti. xxxviij. di.
2 † Modo videndum eſt, an cum talibus diſpenſari poſſit, vt contrahant: vel ſi contraxerint, ꝙ remaneant in contractu.

Secundo videndum eſt per quem diſpenſari poſſit. Hæc eſt difficilis quæſtionis.

Ad cuius intelligentiam prius conſiderandum
3 eſt †vtrum caſtitas ſit annexa ſacro ordini, aut ex propoſito, aut ex voto tacito vel expreſſo, aut ex conſtitutione eccleſiæ, aut ex ipſa ordinatione, à primæua eius inſtitutione ſacerdotij in lege veteri, aut à Chriſto in lege Euãgelica. Gregorius in Epiſtola ad Petrum ſubdiaconum & trãſumptiuè in c. nullum. xxviij. di. ait. Nullum facere ſubdiaconum præſumãt Epiſcopi, niſi qui caſtè victurum promiſerit, quia nullus ad miniſterium altaris accedere debet, niſi cuius caſtitas ante ſuſceptum miniſterium fuerit approbata, & ibi glo. dicit ſuper verbo promiſerit tacitè, vel expreſsè. In Concilio autem Toletano ſtatutum eſt, quòd quãdo presbyteri, & Diacones per parrochias cõſtituuntur, oportet eos profeſſionem Epiſcopo ſuo facere, vt caſtè, & purè viuant ſub timore Dei, vt dum eos talis profeſſio obligat, vitę ſanctæ diſciplinam retineant. Ex quibus quidam authoritatibus datur intelligi, quòd caſtitas ſacro ordini annexa ſit ex conſtitutione eccleſię, non autem ex voto. Pro quo bene facit tex. in c. cum in pręterito. cum c. ſequenti. lxxxiiij. di. ibi. Ab omnibus dictum eſt, placet. Et ſic tex. ille probat, ꝙ ante illud Concilium Carthaginenſe ſecundum, caſtitas nõ erat indicta aut annexa ordini ſacro. Immo ibi glo. in ver-
4 bo, qui ſacris, dicit † ꝙ ipſe Gregorius indixit caſtitatem miniſtris. i. ſubdiaconibus, qui in Homelijs ſupra Luc. xij. dixit, ꝙ non eſt bonũ opus ſine caſtitate, nec caſtitas ſine bono ope,
5 †Syritius autem diaconibus caſtitatem indixit, vt eſt tex. in d. c. cum in præterito, vbi gl. dicit aliquos dixiſſe, quòd ante Syritium, & editam conſtitutionem prædictam ſacerdotes contrahere poterant, ponentes exemplum in Moſe, qui iam ſacerdos, & poſtquam vnxerat Aaron & filios eius, contraxit.
6 † De Apoſtolis autem dicunt, ꝙ non iuſſerunt caſtitatem, ſed docuerunt exemplo opere & adminiſtratione, non autem inſtitutione,

aut

aut constitutione. Glo. tamen in c. cum olim.
de cler. coniuga. in verbo votum dicit, ꝙ ille
tex. facit in argumentum ꝙ clerici occidenta-
les voto ad continentiam tenentur, dicit tamẽ
nonnullos tenuisse contrarium, & ꝙ immo ex
constitutione ecclesię edita in concilio Cartha
ginensi, de quo in d. tex. cum in præterito su-
7 pra allegato: † Et ex istis videtur responsum,
ꝙ castitas non sit ex voto tacito, vel expresso,
aut ex præcepto veteris, vel nouæ legis annexa
sacro ordini. Quibus veris existẽtibus, solutio
ad quæsitum redditur facilis. videlicet ꝙ Papa
cum talibus in sacris ordinibus constitutis di-
spensare possit. Cum prohibitio sit de lege po-
sitiua. Eadem tamen glo. in d. c. cum olim. di-
stinguit, quòd si promouẽdus est iurisperitus
tenetur ex voto. sin autem, ex sola cõstitutione.
Dicit tamen, ꝙ cum talibus non dispensat, &
quòd qui vult promoueri ad sacros ordines;
prius expresè continentiam profiteri debet,
aut tacitè, vt in c. diaconi. xxviij. di. Immo ꝙ si
ue fiat mentio de castitate, siue non, in ipsa pro
motione semper promotus intelligitur eam
vouere.

Sed ex dictis huius glo. non deciditur q. q̃a
licet dicat, ꝙ cum talibus Papa non dispenset,
non tamen dicit, an possit, vel non possit di-
spensare. Et licet tetigerim hanc q. supra de di
spẽsatione Papæ, & de voto, & de sponsalibus,
nihilominus hic latius prosequar supplendo,
& adducendo alia iura ibi non allegata. Et pri
mo glo. in c. de illo. xxxij. dist. dicit, quòd si vo-
tum obligat ordinatum, ꝙ tunc cum eo Papa
non dispensat, secus autem si constitutio obli-
gat, & est glo. Io. Barth. vero Brix. addendo il
li glo. dicit, Ego credo quòd Papa possit dispẽ
sare, cum hoc non sit contra articulos fidei,
& ipse habeat plenitudinem potestatis.

8 De subdiacono autẽ non est dubium, † quia
subdiaconatus olim non erat sacer ordo, sed
hodie est ex constitutione ecclesiæ, vt in c. le-
ctor. xxxiiij. di. Et ꝙ cum illo dispenset, est tex.
in d. c. de illo. xxxij. di. & per Io. And. in regula
semel Deo. in Mercur. & not. in c. inter mona.
de stat. regu. & ibi per Inno. & in c. sunt quidã.
xxj. q. ij. & in c. j. de voto. & alias sic dispensari
obtinui per officium Pœnitentiariæ in perso-
nam vnius canonici Teruisini in subdiacona-
tu cõstituti expressa causa, ꝙ fecerat se promo-
ueri ad suasionem amicorum, vt haberet vo-
cem in capitulo, non autem ex proposito igno
rans, ꝙ per talem ordinem impediretur, quin
posset matrimoniũ contrahere, & sic obtinui.

An autem causa fuerit vera, vel falsa sit su-
9 per caput eius. † Tamen falsa causa non vi-
tiat dispensationem secundum glo. in c. quia
circa. de consang. & affin. in verbo falsa causa.

Præterea Inno. Host. & Io. And. & commu
niter omnes in c. magnæ, de voto, faciunt regu
10 lã, videlicet † quòd omnia licent Papę præter
quam peccatum: quam Io. And. ibi limitat, vi-
delicet quando peccatum surgit ex conuentio
ne legis diuinæ tantum. Quia secus, si ex con-
stitutione legis positiuæ, vt etiam dixi supra,
de dispens. Papæ, sub rubricella de casibus, in
q̃bus Papa nõ potest dispensare, nec dispẽsat.

Præterea hodie videmus, quòd in promo-
tionibus nulla fit professio, aut votum conti-
nentiæ, sed tantum hortantur promouendi
ad castitatem, vt legitur in Pontificali in instru
ctione, & admonitione promouendorum ad
diaconatum ibi. Estote ab omni illecebra car-
nis alieni. Et ibi. Cogitate beatum Stephanũ
merito præcipuę castitatis ab Apostolis ad of-
ficium istud electum. Quæ verba non stant ius
siuè sed suasiuè.

Et si dicatur, quòd immo hodie in subdia-
conatu indicitur castitas, vt etiam legitur in
admonitione subdiaconorum. in Pontificali
Castitatem illo adiuuante seruare oportebit, at
que in ecclesia semper esse mancipatos, & ver-
bum oportet, inducere necessitatem, vt in c. j.
de libel. obla. Respondetur, ꝙ immo ibi verbũ
debet, inducit honestatem, vt dicit ibi glo. in
d. c. j. Vel esto, quòd induceret necessitatem,
talis necessitas esset introducta à iure positi-
uo, cui Papa derogat, vt supra dictum est.

11 Præterea cum votum expresè non emitta-
tur, nec solemnizetur, Papa illud tollere po-
test, & super eo dispẽsare. Et licet simpliciter,
& non solemniter vouentes prohibeantur cõ-
trahere, tamen si contrahunt, tenet contra-
ctus, vt dicit tex. in c. meminimus. qui cler. vel
vouen. Sequitur ergo quòd Papa cum his po
terit dispensare.

12 † Quale autem votum dicatur solemne: vi-
de plene per Hosti. in sum. hoc eo. titu. §. quis
vouens, quis non. in versi. Ioannes dixit.

Sed pro solutione huius q. do. glo. in termi
nis decidentem in c. quæ ad perpetuam. xxv. q.
j. dicentem, quòd Papa non potest dispensare
contra generalem statum Ecclesiæ, nec contra
articulos fidei, sed contra statũm ecclesiæ, qui
non est ita generalis, exemplificando præcisè
de continentia sacerdotum, bene potest dispẽ
sare, cui glo. concordat dicta additio Barthol.
Brix. in d. c. de illo, superius allega. Cum vere
nullo iure caueatur, quòd castitas sit annexa
ordini sacro iure diuino, aut veteris, aut nouæ
legis, immo glo. in c. nullum. xxviij. dist. dicit,
quòd continentia est res voti, & non præcepti,
vide eam ad materiam.

Sequitur ergo clarè, quòd Papa potest di-
spensare super castitate cum Subdiaconibus,

Diaconibus,

Diaconibus, & sacerdotibus.

Ad secundam vero partem Rubricæ, uidelicet de vouentibus, satis dixi supra de votò, & de dispensatione Papæ, ideo hic non repetam. vide ibi.

S V M M AE.

1 *Dispensatio super gradibus diuina & positiua lege prohibitis, & vtriusque cognationis, & consanguinitatis, & affinitatis, soli Papæ reseruata est. fallit tamen in certis casibus. vt nu. 5.*

Legatus à latere non potest dispensare super talibus personis.

2 *Cognatio legalis non habet gradus.*

3 *Pontifex potest dispensare in omni gradu lege positiua prohibito.*

Gradus inter quos prohibitum est matrimonium de iure positiuo.

4 *Et quales sint prohibiti de iure Diuino.*

6 *Pontifex non dispensat contra præcepta diuina neq; contra vniuersalem statum ecclesiæ.*

7 *Et quid cum causa.*

8 *Pontifex an dispensare possit in secundo gradu consanguinitatis in collateralibus.*

De Cognatione spirituali, legali, consanguinitate, & affinitate.

EX cognatione spiritnali, quæ cōtrahitur in baptismo, nouem propinquitates nascuntur, qnas posuit Goffr. in sum. huius tituli; de qnarnm effectu, & ipse, & Host. etiam in sum. eo. titu. latè posuerunt, quorum dicta vlterius non referam, cum non faciant ad materiam nostram irregularitatis, aut impedimentorum, de quibus in titulo huius operis vel dispensationis, sed tantum descendam quærere, quis super cognationibus huiusmodi, & consanguinitate, & affinitate, & earum gradibus dispensare possit.

1 † Scitote, quòd dispensatio super gradibus tam diuina, quàm positiua lege prohibitis, & vtriusque cognationis, & consanguinitatis, & affinitatis, soli Papæ reseruata est, vt habetur in c. fi. de transact. & glo. in c. quia circa. de consang & affi. in uerbo apostolica. Et vsque adeo illi soli reseruata est, quòd etiam legatus de latere non potest snper illis dispensare, nisi ex speciali indulto. ita dicit ea. glos. Et hoc est indubitabile, & ex dictis iuribus colligitur, quòd ipsæ cognationes sunt dispensabiles, & super illis officinm pœnitentiariæ dispensat. sed sunt aliqui casus, qui habent compositionem cum Datario, sicut etiam dispensationes super secundo, & tertio coniunctim, & super tertio, & quarto etiam coniunctim consangui-
2 nitatis, vel affinitatis. † Cognatio legalis non habet gradus, aut eius arbor nō habet ramos, vt dicit Goffr. vbi supra tamen, & in illis gradibus dispensatur, & in cognatione spirituali solus Papa dispensat super illis nouem propinquitatibus, & prima, videlicet inter commatrem, & patrem leuati, & inter leuatum, & filiam leuantis componitur cum Datario. In reliquis autem non, sed datur dispensatio cum expressione causæ, quæ vt in pluribus hodiè falsæ, & simulatæ sunt, licet falsa causa non inficiat dispensationem, vt supra dixi.

Sed uidendum est in quibus gradibus Papa
3 possit dispensare: † Dicendum est, quòd in omnibus gradibus lege positiua prohibitis, & olim vsque ad septimum gradum stabat prohibitio, vt legitur xxxv. q. iij. c. contradicimus, Hodiè autem vsq; ad quintum inclusinè, quia in quarto prohibetur, vt xxxv. q. viij. per totū, vide bo. glo. in c. non debet. de consang. & affi. in verbo in secundo, & tertio, & aliam in verbo secundis nuptijs.

In gradibus autem diuina lege prohibitis regulariter non dispensat. sed ne ignotū per ignotius deducatur, primo videndum est, qui sint
4 gradus diuina lege prohibiti. † Dicas, quòd gradus diuina lege prohibiti sunt xij. qui ponuntur, & enumerantur Leuiti. xviij. incipiendo ibi, Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedet, vt reuelet turpitudinem eius, vsque ibi, ad mulierem, quæ patiur, quos etiā refert glo, in c. litteras. de rest. spol. in verbo diuina lege, vide elegans consilium Io. de Imo. num. iij.

Sed quia supra proximè dixi, quòd in casibus diuina lege prohibitis, Papa regulariter non di
5 spensat, † quæro qui sint casus fallentiæ à regula gl. in d. c. litteras. in verbo non potest dispensare, dicit, quòd Papa in omnibus dispēsare potest, quæ non sunt contra articulos fidei, vel generalem statum ecclesiæ, vel contra substantiam monachatus, nec in his quæ sui natura sunt mala, puta vt quis possit sine peccato adulterari, vel plures vxores insimnl habere: tamē in fine dicit idem credere de gradibus diuina lege prohibitis: Doctores moderni ibi multum insudarnnt. solutio est, qnam ponit Abb. in dict. cap. litteras, in iiij. col. ibi: oppono, videtur enim malè dicere, dum dicit Papam non posse dispensare in gradibus prohibitis, vbi referendo mentem gloss. transeundo cum
6 ea tenet, † qnód Papa non dispenset contra ius diuinum morale, maxime contra præcepta negatiua, quæ obligant semper, & ad semper, nec contra vniuersalem statum ecclesiæ, de quo satis dixi supra, de dispensa. Pap. Innoc.
7 tamen in c. quanto. de consue. † tenet quòd

cum causa possit contra vniuersalem statum ecclesiæ statuere, cum quo Abb. ibi videtur trāsire, pro quo facit text. i c. memor. xxiiij. q. j. Dixi copiosius supra de dispen. Papæ, & aliqd supra de spons. vbi dixi, quòd in secūdo gradu consanguinitatis in collateralibus Papa dispē-
8 sat. † Et Inno. in Concilio generali in eo gradu dispensauit, vt habetur in c. non debet. de consang. & affin. Et idem dixit Bur. & Abb. in d. c. literas. & in c. fi. de diuor. Vide quæ supra dixi in locis præallegatis, ne idem repetamus.

S V M M AE.

1 *Quilibet qui non prohibetur à lege accusari potest.*
2 *Fœminæ pp sexus fragilitatem accusare nequeunt.*
3 *Fallit tamen in casu simoniæ.*
4 *Prosequentes suā uel suorum iniuriam accusare nō possunt.*
5 *Pœna talionis à lege veteri habuit originem.*
6 *Princeps aliquando potest tollere & abolere pœnam talionis. Item & infamiam iuris.*
7 *Infamia uero facti nequaquam.*
8 *Neque circa eam aliquis potest dispensare.*
9 *Infamia facti quomodo consideretur.*
10 *Princeps potest tollere pœnam talionis si accusator iusto errore ad accusationem processit.*
11 *Transigi potest in quolibet crimine, in quo ueniat ingerenda pœna sanguinis. fallit in adulterio.*
12 *Secus è contra fallit in crimine falsi.*
13 *Vbi transigi potest, & dispensari poterit.*
14 *Accusator quādo rogatur prosequi accusationem uel ab ea desistere.*
15 *Dispēsatus pro pœna talionis, et infamia iuris: an si deficiat in accusatione, sic dispensatus possit accusari.*
16 *Calumniator qualis sit. & seq.*
17 *Calumniator in quibus differat ab accusatore falso.*

De Accusationibus, Inquisitionibus, & denunciationibus, ac calumniatoribus.

IN HAC materia tres tantum dispensationū species reperio, quarum vna ad iudicem seu principem, vna accusato, & tertia ad legis scriptæ beneficium ex causa
1 pertinet. † Dicamus itaq; prius, ꝙ quilibet, q. non prohibetur à lege, accusare potest: sicut in edicto de procuratoribus, de testibus, de matrimonio consueuit dici, qd quidem edictum est permissiuū, vt in l. Mutius. ff. de procur. & in l. j. ff. de testi. & in c. cum apud. de spons.

2 † Fœminæ aūt propter sexus fragilitatē accusare à lege prohibent, vt in c. prohibētur. ij. q. j. & in c. de crimine. x. q. iij. & in l. fi. ff. de accus.

3 † Fallit tamen hæc regula in casu simoniæ, & in casu l. Iuliæ maiestatis, & in l. Corne. & hęre. fraudati census, fraudatæ annonæ, & suspecti criminis. xv. q. iij. c. sanè nemini. & in l. fi. ff. ad l. iuliā de anno. & ad l. iul. maiestatis. l. in quæstionibus, & in l. ij. ff. de accusat. & institu. de suspec. tut. §. j.

4 † Et qui suam vel suorum iniuriā prosequuntur semper admittuntur. l. j. & ij. ff. de accusat. qui autem dicuntur, vel veniant appellatione suorum ibidem declaratur.

Ita etiam dicendum est, ꝙ quicunque potest accusare differēs in accusatione, vel denunciatione puniri potest, vt infra videbimus.

5 † Ordo autem iuris est, vt accusator inscribat ad pœnam talionis, quæ pœna ortum habuisse videtur à lege veteri, vt Deuterono. xix. ibi cumq; diligentissime perscrutantes inuenerint falsum testem dixisse contra fratrem suum mendacium, reddent ei, sicut fratri suo facere cogitauit, & hoc pertinet ad iniuriam personæ accusatæ, & postea ibidem quo ad iniuriam rei publicæ: cuius princeps, vel iudex est minister, vt infra dicemus. Subditur, & auferes malum de medio tui, vt audientes cæteri timorem habeant, & nequaquam audeant talia facere. Ideo quantum ad iniuriam illatam personæ accusati si ipse accusatus innocē, fuerit, potest accusatori si vult, iniuriam remittere. Et hæc remissio erit dispensatio, quod aliqui intelligunt si accusatio fuerit ex leuitate animi, secus autem si calumniose, quia eo casu accusati remissio nihil prodesse videtur accusatori, quia non tantū ipsi accusato, sed etiā reipublicæ iniuriam facit, quæ per accusatum remitti non potest, quo ad ipsam rempublicā læsam, quam pœnam talionis meretur accusator in recompensationem nocumenti, quod proximo & resp. inferre intentauit, propter malitiam autem, ex quo alium calumniosè accusat, pœna infamiæ ei debetur, vt in c. si quis iratus. in fi. ij. q. iij.

6 † Sed hanc pœnam princeps quandoque abolere, & tollere potest.

Item & infamiā iuris, & cōtra ipsam dispēsare. Et hæc est vna ex dispēsationibus ad prin-
7 cipem pertinentibus. † Infamiam autem facti nemo potest tollere, nec cum ea dispēsare, iux-
8 ta illud Gelasij Papæ † quanq̃ animas per pœnitentiā saluare possumus, infamiā tamen abolere non possumus. Et sic patet, ꝙ nec etiā Papa eam abolere possit, licet pœnam remittere valeat. Et Beatus Thom. ij. ij. quæst. lxviij. in fi. dicit, quod dictum Gelasij intelligendum est de infamia facti, quæ sm Io. An. in regula infamibus. in vj. in Mercut. est læsio opinionis hoīs
9 apud bonos & graues † qd diuersis modis contingit, vt dicit tex. & glo. in c. infames. iij. q. vij. in verbo, porro infamia. & nemo pręter Deum potest facere, ꝙ ego non male sentiam de aliquo, & mea opinio sit grauata de eo ex aliquo

facto

facto, vel dicto; aut alijs diuersis modis contin
gentibus, infamiam verò iuris princeps tolle-
re potest, & hæc est dispensatio.
10 Pœnam † quoque talionis princeps tollit, si
accusator iusto errore ad accusationem proces
sit, vt ij.q.iij. paulum.& ibi bo.glo.& c.si quis
frater.in §.sed aliud.& c. Euphemium. sed di-
cas, quòd non princeps, sed lex tollit, & hęc est
iuris dispensatio, & non hominis.

Sed videtur, ꝙ pęna talionis etiam per prin
cipem tolli non possit, cum quicquid iussit, ve-
tuit ve Deus, legis habeat vigorem longè ma-
gis, quàm iudex, sed Deus dixit Deuter. vbi su-
pra, Reddet ei sicut fratri suo facere cogitauit,
& subdit, vt audientes cęteri, timorem habeát,
& nequaquam talia audeant facere, & hæc pars
respicit vtilitatem publicam; videtur ergo, ꝙ
id, quod Deus iussit, homo non tollat: sed
dicas, quòd in Deuterono. non continentur
præcepta legis, sed moralia, sicut in Leuitico
cerimonialia, quæ omnia lege euangelica sub-
lata sunt.
11 Et † hodie in omni crimine capitali, quod ir
rogat pœnam sanguinis, licet transigi præter,
12 quá in crimine adulterij. Sed † in alijs capitali
bus, quæ non irrogant pœnam sanguinis, non
licet transigi, nisi in crimine falsi, vt in l.transi-
gere.C.de transact.

Sed in priuatis criminibus potest transigi,
13 sed † si potest transigi, potest & dispensari: de
hac materia vide bo.glo.in c.si quem pœnitet.
in verbo, in omnibus.ij.q.iij.
14 Et an, & † quando plus possit impune ab ac-
cusatione desistere, vel transigere, & quando,
vel possit cogi accusatione persequi. not.in c.j.
de collus.deteg.& c.licet.de accu.& i c.Epipha
niam.v.q.vij.& in c.prohibentur.ij.q.j.& in c.
studendum.xc.dist.& in c. cum olim. de accus.
15 Sed † quęro, fuit dispensatum super pœna ta
lionis, item super infamia iuris cum deficiente
in accusatione, an sic dispēsatus, vel absolutus
valeat accusari de eo delicto.gl. in c. cum dile-
cti.de ele. in verbo iudicatum, relata ad tex.in
fi.ibi, qui se ad hanc pœnam, si forsan in proba
tione deficeret, obligauit, post multa distin-
guit, ꝙ licet res inter alios acta, alijs nó noceat
tamen ꝙ absolutio in popularibus actionibus
præiudicat omnibus etiam absentibus, nisi in
duobus casibus, vnus est, si quis suam iniuriā
prosequitur, & probet se ignorasse accusatio-
nem ab alio institutam. super defectu approba
tionis accusationis, ob quem incidit in pęnam
talionis, & infamiæ. l.si cui. §.j. de accus.

Secundus, cum vult docere de collusione
prioris accusationis.ff.de præuaricat.l.iij. & l.
cum qui.§.popularibus.ff.de iureiur.ex quibus
videtur esse cócludendum, quòd exceptis duo
bus præmissis casibus dispensatus, vel absolu-
tus accusari non possit.

De hac materia accusationum, inquisitio-
num, denunciationum, & præuaricatorum tra
ctatur.ij.q.vij.& q. viij.& iij.q.iiij.& q.v. & q.
ix.& iiij. q.j. & per totam illam causam.
16 Calumniator secundum Inno.in c.j. de ca-
lum. nihil aliud est, quàm calumniosus accusa-
tor: sed de calúnioso accusatore satis diximus
supra: videtur ergo dicendum, ꝙ iura disponē
tia de accusatore in accusatione deficiente ven
dicent sibi locum etiam in calumnioso, seu ca
lumniatore. Ideo gl.in d.c.j.in verbo, culpabi-
les, relata ad tex.dicit, ꝙ iudex, qui non punit
deficientem in accusatione, peccat, & culpa cō
trahit, cum puniri debeat pœna talionis. Et ꝙ
illa decretalis competentius debebat situari in
tit. de accus. sicut erat in antiqua compilatio-
17 ne. Sed † dicas, ꝙ differt calumniator ab accusa
tore, quia accusator inscribit se ad pœnam ta-
lionis, & si deficit, habet suam pœnam paratā:
calumniator verò non, quia se non inscribit, cū
denunciet, & non accuset. Et hæc differentia di
citur ex tex.in c.dilectus.de calum. ibi nunciaf
set, & aliter proceditur per viam denunciatio-
nis, & aliter accusationis: denunciatori non est
statuta pęna, si deficit, vt dixi, sed sibi indicitur
purgatio, quæ hodie ē arbitraria iudici, ex quo
non determinatur à lege, vt not.in c. de causis.
de offi.dele.& in c.inquisitionis.in fi. de simo.
ibi, secundum arbitriū iudicis, & in hoc iudex
poterit arbitrio suo moderari, & relaxari, &
hoc est dispensatio, vt supra dixi in definitio-
ne dispensationis, iudex ergo dispensat cum
calumniatore.

De materia calumniatorum tractatur ij. q.
viij. per totum.& v.q.v. etiam per totum. & ij.
q.ij. in sum. in §. notandum. & in c. Paulum.
& per beatum Thom.ij.ij. q. lxvij. & ix.

Quomodo autem differant inter se accusa-
tor, calumniator, tergiuersator, & præuarica-
tor, vide de primo Host.in sum.de accu.de reli
quis verò etiā in sum.in tit. de calumniatorib.

S V M M AE.

1 *Episcopi, qui tradunt ecclesias, quibus non oportet, vendunt columbas, idest gratiam Spiritus sancti, quorum cathedras Christus euertit.*
2 *Crimen simoniæ non tantum reprehendit Saluator noster verbis, sed etiam verberibus. neque aliud crimen ita seuerè correxit, sicut hoc peccatum simoniæ.*
3 *Quos simoniacos solos de templo eiecit, alios verò peccatores stare permisit.*
4 *Simonia dicitur hæresis, & quomodo.*
5 *Et est peccatum in Spiritum sanctum.*
6 *Blasphemans in Spiritum sanctum nō remittitur ei.*

7 *Simonia tripliciter accipitur, latè, strictè, & strictissimè.*

8 *Simonia quid sit. & 9.*

10 *Crimen simoniæ sola voluntate committitur, siue stet in finibus suis, siue progrediatur ad actum, in his .s. quæ prohibita sunt, quia simoniaca.*

11 *In his verò, quæ sunt simoniaca, quia prohibita non committitur voluntate tantum.*

12 *Pactum simoniacum quomodo dicatur.*

13 *Pontifex, an possit incurrere simoniam, sicut quilibet alius. & nu. 17.*

14 *Res ecclesiæ sunt Pontificis, vt principalis dispensatoris, non tamen vt Domini, & possessoris.*

15 *Pontifex licet sit legibus solutus, secundum tamen leges debet viuere.*

16 *Et est subditus legi diuinæ, & naturali sicut alij.*

Simonia est contra legem diuinam, & naturalem.

18 *Donans biretum omnibus Canonicis, vel pastum post receptionem in Canonicum, committit simoniam ex constitutione ecclesiæ.*

19 *Simoniacus in curia cum scientia Pontificis non dicitur peccatum commisisse.*

20 *Emens simoniacè beneficium à Pontifice pœnam iuris non incurreret. sed contra num. 23.*

21 *Pontifex potest concedere alicui priuilegium, quòd verberando clericum non esset excommunicatus contra cap. si quis suadente Diabolo. xvij. quæst. quarta.*

Pontifex, quando aliquod beneficium concedit alicui cum pecunia dicitur dispensare.

22 *Noe fuit primus sacerdos, qualis in lege naturæ, qualis in Mosaica, & qualis in lege Euangelica.*

24 *Vendere, & emere sunt correlatiua, & dispositum in vno, censetur in alio dispositum.*

25 *Prohibitum dare propter publicum bonum, prohibitum est recipere à sponte dante.*

26 *Dans pecuniam pro Papatu, vel principatu, an committat simoniam.*

27 *Electio Pontificis per pecuniam fieri non debet, cum illa potestas sit à Deo data. & quomodo procedat. num. 28. & quæ sit ratio. nu. 29.*

29 *Anima non debet cæteris animabus præesse, quas Deus omnes æquales fecit.*

30 *Pontifici electo per simoniam potest opponere quilibet Cardinalis, licet eiusdem electioni interfuerit, sicut de vera, & indubitata hæresi.*

31 *Pontifex quid si fuerit simoniacè electus, dic electionem non valere.*

32 *Quid si contra hoc dispositum fuerit à sacro Cardinalium collegio. & 33.*

34 *Emere Cardinalatum, an sit simonia.*

35 *Sacerdotes principales olim in quacunque ecclesia dicebantur Cardinales, idest principales.*

36 *Prælatio debet esse, quorum prior est institutio, seu ordinatio.*

37 *Dignioribus quanto quis præest, atque iure oneris maioris, tanto ipse dignior est.*

38 *Candor quid significet.*

39 *Purpureus color in habitu principis quid significet.*

Episcopatus ordo singulis maior est.

Pontifex se ipsum Episcopum appellat.

40 *Ecclesia vniuersalis Romana præest administratione omnibus.*

41 *Dignitatis maioritas apparet ex maiori decore ornati.*

42 *Cardinales in eorum titulatis Ecclesiis ius Episcopale obtinent.*

43 *Cardinalatus origo.*

44 *Euangelium conscriptum à Ioanne cognomento Marco Petri discipulo, & in baptismo filio, ipso Petro dictante.*

45 *Viæ Apiæ origo.*

46 *Roma est locus, quem elegit Dominus pro vrbe sacerdotali.*

47 *Clemens Episcopus à Petro creatus, accepit illam potestatem, quàm Christus Petro dederat.*

48 *Paulus Apostolus capite truncato: & Petrus crucifixus mortui sunt ex Neronis iussu.*

49 *Clemens noluit Pontificatum post Petrum, ne iudicaretur ei à Petro vti eius familiari per testamentum relictum esse.*

50 *Linus primus post Petrum Pontifex ordinauit, & prohibuit mulieres nudato capite templum ingredi: fecitque xviij. presbyteros, & xi. Episcopos. & de alijs eius gestis.*

51 *Pontifex Romanus solus habet iurisdictionem ordinariam in vrbe Romana, & hoc ex declaratione Bonifacij V.*

52 *Emens clericatum cameræ Apostolicæ, an dicatur simoniacus.*

53 *Quid de ementibus legationem, cum facultatibus conferendi, dispensandi, ad instar legatorum Cardinalium, qui de latere vocatur.*

54 *Dans pecuniam pro vicariatu, alia administratione rerum spiritualium, vel Ecclesiasticarum, an sit simoniacus.*

55 *Mutuum de officio in Rom. curia pro beneficio Ecclesiastico, an sit simoniacum.*

56 *Resignans beneficium, vt conferatur Titio, nihil tamen dato, vel promisso, an sit simonia.*

57 *Renuncians sibi beneficium, vt tuum renuncies nepoti meo, an sit simonia.*

58 *Dans pecuniam, ne beneficio suo spolietur, vel ne in beneficio suo sine cognitione causæ violentiam patiatur: sit simonia.*

59 *Soluens pecuniam pro solutione habenda à sententia excommunicationis: an sit simonia.*

60 *Simonia non committitur, quando pro re spirituali aliquid temporale soluitur ex vi statuti, & non pacti.*

61 *Simonia non dicitur, quando in spiritualibus deducitur pactum, ad quod erat de iure debitum.*

62 *Idem si de consuetudine, vel statuto, vel priuilegio.*

63 Resi-

63 *Resignans beneficium Titio mihi concessum à Pontifice, cum quo Titio prius conueneram vt consentiat in mei fauorem reseruationi, & constitutioni annuæ pensionis x. an sit simoniacum.*

64 *Pro ingressu monialis in monasterio non licet aliquid ex pacto dare, quia simoniacum est, sponte autem licet.*

65 *Preces humiles emissæ à digno pro beneficio spirituali consequendo non inducunt simoniam.*

66 *Canonicus vadens ad horas canonicas vt percipiat distributiones, committit simoniam materialem.*

67 *Simonia materialis per solam pœnitētiam tollitur.*

68 *Neque obligat ad restitutionem licet sit simonia.*

69 *Pœna simoniæ qualis sit non potest dari certa doctrina, sed secundum qualitatem simoniæ punitur. & num. 88. & 92.*

70 *Simoniacus est ipso iure suspensus ab executione ordinis.*

71 *Item conferens ordinem per simoniam.*

72 *Simoniacus in beneficio quando suspendatur, & quo casu.*

73 *Emens Episcopatum licèt non ordinem, non potest validè clericos ordinare, imò nullum titulum in tali beneficio habere dicitur.*

74 *Simoniacus in beneficio, inhabilis est ad omnia beneficia obtinenda: nisi secum dispensetur.*
Et per quem dispensetur.

75 *Plures ordines vnicum ordinis sacramentū dicitur.*

76 *Simonia est enorme crimen.*

77 *Simoniacus à quolibet accusari potest, & qualiter intelligatur.*

78 *Sacerdos quilibet peccator potest missam cantare, fallit in simoniaco.*
Simoniacus etiam occultus est suspensus quo ad se, & quo ad alios.

79 *Simoniæ pestifera morbi species.*

80 *Simoniacus tenetur ad omnes fructus quos ex beneficio simoniacè accepto acquisiuit.*

81 *Simoniacus in beneficio vel dignitate per accusationem deponitur, per inquisitionem vero amouetur, idemq́; per denunciationem.*

82 *Simoniacus ipso iure à beneficio cum cura vel dignitate suspenditur.*
Quid in simplici beneficio.

83 *Recipiens sacrum ordinem simoniacè recipit characterem ordinis propter efficaciam sacramenti, non tamen recipit gratiam, neque ordinis executionem.*

84 *Recipere ordinem quis non debet ab Episcopo simoniaco.*

85 *Simoniacus voluntariè non tantum punitur beneficio simoniacè accepto, sed etiam punitur, quia notatur infamia.*

86 *Pecunia simoniacè expensa debet restitui Ecclesiæ, in cuius iniuriam data fuit.*

87 *Monachus in monasterium simoniacè receptus debet abrenuntiare, si ipso sciente commissa est simonia, et repellitur à monasterio: & alia. et 92.*

88 *Voluntas sola quo ad Deum facit simoniam.*

89 *Perditio propter simoniam est multiplex.*

90 *Nemo potest retinere quod vendidit.*

91 *Iudas qui Christum vendidit commisit simoniam. Iudas vendidit Christum quantum ad humanitatem tantum.*

92 *Hieronymi Beati miraculum contra monasterium monialium simoniam committentium in receptione monialium pacto dotis præcedente.*

93 *Dispensatio in crimine simoniæ an fieri possit, per quem, & cum quibus.*

94 *Episcopus non potest dispensare cum illis qui ordines simoniace receperunt, fallit cum ignorantibus.*

95 *Dispensatio cum simoniaco quadrupliciter fit, & nume. 103.*

96 *Et an concedatur ignoranti.*

97 *Episcopus dispensare potest cum illo qui sola intentione vel voluntate occulta simoniam commisit.*

98 *Similiter cum mediatore simoniæ dummodo occultum sit.*

99 *Similiter cum eo qui carnales interposuit preces eciam pro indigno.*
Papa an dispensare possit cum simoniaco in ordine.

100 *Episcopus an dispensare possit in simonia commissa in exequijs mortuorum, benedictionibus nubentium, cimiterij concessione, in chrismate recipiendo, in sacrorum vasorum siue vestimentorum benedictione, & in similibus minoribus speciebus simoniæ.*

101 *Sacerdos an sine metu simoniæ locare possit operas suas.*

102 *Episcopus cum capitulo dispensat in simplici beneficio cum causa & sine causa.*

103 *Papa solus potest dispensare cum simoniaco scienter.*

104 *Rigor disciplinæ aliquando relaxare dicitur peccatum, quod per dispensationem non relaxaretur.*

De Simonia, & Simoniacis, & dispensationibus cum eis.

ET cum intrasset Hierosolymam, commota est vniuersa ciuitas, dicens, Quis est hic? populus autem dicebāt, Hic est Iesus Propheta à Nazareth Galileæ, & intrauit in templum Dei, & eijciebat omnes vendentes, & ementes in templo, & mensas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit, & dixit eis; scriptum est, Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis illam speluncam latronum. Matth. xxj. & Marc. xj. & Luc. xix. & Io. xx. ibi, Nolite facere domū patris mei domum negotiationis. & Esa.

xvj. & Hierem. vij. & super hoc Euangelio Origenes, vt refert beatus Thom. in cathena aurea dicit, quòd mysticè templum Dei est ecclesia Christi, sunt autem multi in ea, non sicut decet viuentes spiritualiter, sed secundum carnem militant, qui domum orationis ex lapidibus viuis constructam, faciunt speluncam esse latronum actibus suis.

1 Episcopi † autem, qui tradunt ecclesias, quibus non oportet, ipsi sunt, qui vendunt columbas, idest gratiam Spiritus sancti, quorum cathedras Christus euertit, vt in c. hæc diximus. xvj. q. vij. Hyla. autem ibidem dicit, Obserua propter auaritiam sacerdotū altaria Dei nummulariorum mensas appellari, quod autem de ecclesijs vnusquisque de se intelligat: dicit. n. Apostolus ad Cor. ij. c. vj. Vos estis templum Dei. Et beatus Ant. in sua sum. parte secunda. tit. j. c. iiij. dicit has, & alias, quas ibi allegat autoritates loqui de simoniacis: omnia enim peccata Deus correxit in lege Mosis per Prophetas, in lege autem Euangelica per Apostolos, & Ioannem Baptistam: † crimen autem simoniæ per seipsum, & filium eius Iesum Christum dominum nostrum, nedum reprehendit verbo, videlicet verberibus, locutusque est per seipsum contra simoniacos, dicens, Nolite facere domum meam domum negotiationis: Domum suam ecclesiam vocat, & templum, quod fit domus negotiationis per simoniam, dum spiritualia traduntur, emuntur, & venduntur, addens nec Christus vtiq; aliquod vitium ita seuerè correxit, sicut hoc peccatum simoniæ verberaos, simoniacos flagellando, manu sua eijciens eos de templo, & quo tempore? in principio suæ prædicationis: Et subdit, Locutus est mundo per Apostolos, & præcipuè per principem Apostolorum Petri, cum dixit Simoni mago, Pecunia tua tecum sit in perditione, quia extimasti domum Dei pecunia possideri, vt Actuum Apost. viij. cathedras autem per seipsum euertit, & ementes, & vendentes in templo flagellauit, & ex eo eiecit. Et

2

3 † solos simoniacos eiecit de templo. Alios verò peccatores stare permisit. Gregorius Nazanzenus, de quo est tex. in c. qui studet. j. q. j. dicit, quòd ex his datur intelligi, qualis, quantaque, ac quàm detestabilis sit labes simoniæ, quæ propter ea dicitur hæresis, & præcipuum peccatum, vt in c. patet. j. q. vj.

4 Et † quomodo dicatur hæresis, cum habeamus titulum de hæret. & simon. distinctum, not. in c. quotiens. de simon. & ibi per Inno. & omnes, & beatus Thō. secunda secundæ. q. c.

5 art. j. dicit † quòd est peccatum in Spiritum sanctum, qui autem blasphemauit in spiritum san-

6 ctum, non remittitur ei, † & hoc dictum etiam intelligitur, iuxta nota. per Abb. in dicto cap. quotiens. de mente Innoc. vbi supra, videlicet quòd ille esset hæreticus, qui crederet gratiam Spiritus sancti posse pretio acquiri. Alij verò hoc non credentes, sed dantes pecuniam pro ecclesiastico beneficio consequendo, vel consequendo ordinem ecclesiasticum, non sunt hæretici, sed simoniaci, sed propter immanitatem criminis appellatur hæresis.

Tractaturi itaque de hac pestifera simoniaca labe, quæ hodie irrepsit per vniuersam ecclesiam Dei, adeò impudenter, quòd quasi dissimulatur, ac si nō esset reproba, adhibebimus illam, quam poterimus diligentiam circa quatuor, in quibus consistit vis totius materiæ nostræ dispensationis, videlicet.

Quæ personæ possint inuolui crimine simoniæ, & quæ non.

Secundo loco ponemus aliquos casus, vt ab eis cæteri deriuentur, & decidantur, aut à pari, aut à maioritate rationis, in quibus committatur simonia, ne hic inseramus totum titulum de simo.

Tertio loco, quæ pœna sit à lege imposita simoniacis.

Quarto loco quis cum eis dispensare possit, & hoc attinet ad subiectum nostrum. Omissis, quæ posuit glo. sum. j. q. j. quæ posuit, quid sit simonia, vnde dicatur, in quibus modis contrahitur, quis ad accusandum, vel testificandū in tali crimine admittatur, quæ pœna imponatur. Quæ dispensatio circa simoniacos adhibeatur; de quibus omnibus tractauit, & posuit Goff. Host. & omnes summistæ, & beatus Thom. secunda secundæ. q. c. ar. j. per totum. & Fribur. in sua sum. prima parte. art. j. & beatus Ant. in secunda parte sum. tit. j. c. v. per xxv. §. & per totum. & glo. in c. si. j. q. v. in verbo, fratrum, quæ est si. multa bona posuit ad materiā, quæ non repeto, sed tu ibi vide.

Sed antequam descendamus ad membra, videndum est de capite.

Et ad euidentiam præmitto, quod dixit Ar

7 chid. in c. quicunque. j. q. j. videlicet, quòd † simonia accipitur latè, strictè, & strictissimè.

Primo casu, vt comprehendat voluntatem emendi, vel vendendi aliquod spirituale, vel paciscendi super eo, licet non progrediatur ad aliquem actum exteriorem, sicut mechia largè appellatur concupiscentia mulieris, iuxta illud Matth. v. Qui viderit mulierem ad concupiscēdum eam, &c. vt in c. qui viderit. & c. sic. xxxij. quæstio. v.

De secundo sic appellatur, secundum quòd

8 quidam Doc. eam definiunt, † sic scilicet quòd simonia est spiritualium acceptio, vel collatio non gratuita.

De tertio accipitur simonia, quòd est pa-
9 ctio † temporalium propter spiritualia danda,
vel accipienda, aut facienda, addens idem Ar-
chid. quòd duplex est actus, scilicet actus ven-
dendi, & emendi spiritualia, quæ est actus re-
probus, vel actus renunciandi beneficio ad o-
pus alterius, & actus paciscendi super talibus,
10 & dicit, † dic ergo, quòd in his, quæ prohibita
sunt, quia simoniaca, de quibus not. io c. ex par
te. de offi. deleg. el secundo. & in c. pridem. de
pact. sufficit voluntas ad introducendum pec-
catum, siue stet in finibus suis, siue progredia-
tur ad actum emendi, vel vendendi, siue etiam
paciscendi, sed non sufficit ad introducendum
irregularitatem, si non egreditur ad actum pa-
ciscendi.

11 In † his autem, quæ sunt simoniaca, quia
prohibita, de quibus etiam not. in dictis decre
talibus non sufficit voluntas ad introducendũ
peccatum renunciandi beneficio ad opus alte-
rius, etiam si progrediatur ad actum renun-
ciandi, nisi progrediatur ad actum paciscendi,
quia non est peccatum alicui renunciare bene-
ficio ad opus alterius, quod intelligas nomine
12 expresso, † quia tunc simoniacum esset, vt in-
fra dicemus, & pactum non intercederet, licet
Archid. dicat; si alias sit idoneus.

13 Quæro † itaque primo, vtrum possit incur-
rere simoniam, sicut & quilibet alius homo
Christianus, beatus Thom. secunda secundæ.
q. c. art. j. in versi. ad septimum dicit, quòd pec
catum tanto in aliqua persona est grauius, quã
to maiorem obtinet locum. Quamuis enim
14 res ecclesiæ sint Papæ, † vt principalis dispen-
satoris; non tamen sunt eius, vt domini, & pos
sessoris, & ideò si reciperet pro aliqua re spiri-
tuali pecuniam de redditibus ecclesiæ alicuius
non careret vitio simoniæ, & similiter etiam
posset simoniam committere recipiendo pecu
niam ab aliquo laico, non de bonis ecclesiæ.
hæc ille. Potest etiam considerari, quòd li-
cet Papa sit solutus legibus, debet tamen vi-
15 uere secundum leges suas, † sed simoniaca,
quæ prohibita sunt de lege positiua, ergo. Sed
melius dicas, quòd Papa est subditus legi di-
uinæ, & legi naturali, sicut & cæteri homines.
16 † sed simonia est contra legem diuinam, & na
turalem, vt supra in principio. Ideo videtur,
quòd possit incurrere labem simoniæ, & in il-
la non possit secum, vel cum alio dispensare
in his, quæ sunt prohibita, quia simoniaca,
sed tantum in puris positiuis simoniacis, quia
prohibita, in quibus haber plenitudinem po-
testatis, vnde idem beatus Thom. in iiij. dist.
17 xv. dicit, quòd illa opi. † quæ dicit, quòd in Pa-
pa non cadit simonia, est errouea.

Qui autem dicitur in Papam non cadere si-
moniam Host. Dom. Ant. de But. Dom. Card.
Abb. & Dom. meus Fel. post Io. de Ana. in c. j.
hoc eod. tit. sentiunt, & tenent, vt supra dixi,
quòd in simoniacis, quia prohibita Papa di-
spensat, quia sunt de iure positiuo, in prohibi-
tis autem, quia simoniaca secus.

Dom. Cardin. dicit hanc distinctionem pro
bari per tex. & not. in c. ex parte. el primo. de of
fi. deleg. & ibi glo. in verbo dimittere, quæ be-
nè declarat hos terminos, videlicet, quæ sint
simoniaca, quia prohibita, & quæ prohibita,
quia simoniaca, videlicet, quia prohibita, quia
simoniaca sunt illa, quæ in veteri testamento,
& nouo erant prohibita sui natura, vt vende-
re sacramenta.

Simoniaca verò, quia prohibita sunt illa,
quæ per constitutionem ecclesiæ facta sunt si-
18 moniaca, † & ponit exemplum, vt pastum dare
post receptionem in canonicum. Et idem di-
cendum est de dantibus biretum omnibus con
canonicis, vt in multis ecclesijs Italiæ, & in his
requiritur factum, & sola voluntas, inferens
ex his Do. Cardinalis, ꝙ Papa potest vendere ti
tulum beneficij, quia tituli sunt de iure posi-
tiuo, sed tamen res est mali exempli, dicens, ꝙ
curia deberet abstinere, & boni Põtifices absti
nent, dicens etiam per hoc facere no. in c. cum
ab omni. de vita, & honest. cler. Io. de Lign.
19 ibidem dicit, † quòd nec Papa, nec alij existen-
tes in curia committũt simoniam, si Papa scit,
& ex certa scientia tolerat: Dom. Pet. de Palu.
in iiij. dicit, quòd in quibuscunque simonijs,
& si peccatum non euitet, pœnam tamen iu-
ris positiui, cui non subest, semper euitat: vn-
de nec suspensionem, nec huiusmodi pœnas
iuris positiui timet, sicut nec est excommu-
nicatus si percutiat clericum ex permissione,
vel concessione priuilegij Papæ, hoc tamen nõ
videtur verum, quia etiam in veteri testamen-
to clerici gaudebant prærogatiua specialis exẽ
ptionis, quia non suberant iudici seculari. Im
mo iudicium secularium erat in manu clerico
rum, & sacerdotum, vt Deuter. xvij. ibi. Si dif
ficile & ambiguum &c. & ibi veniens ad sacer
dotem Leuitici generis, & ad iudicem qui fue
rit in illo tempore, quæresq; ab eis, qui iudica
bunt tibi iudicij veritatem. Dicit etiam idem
Pet. ꝙ ille, qui emeret simoniacè beneficium,
vel ordinem à Papa, pœnam iuris non incurre
20 ret, † quia sicut Papa potest dispensare in pœ-
nis iam incursis, ita etiam quòd non incurrat.
Sicut vt supra dixit posset alicui priuilegium
21 concedere, † ꝙ verberando clericum non es-
set excõmunicatus, quia ille canon si quis sua-
dente diabolo. xvij. q. iiij. fuit Innoc. II. & sic
est lex positiua, quam Papa potest tollere, sed
huic dicto obstare videtur illud Euãgelicum,
Nolite

nolite tãgere Christos meos. sed aliqui dicũt, ꝙ licet dixerit Christos meos, non tamen dixit tristes meos. Ideo hinc oritur illa dubitatio videlicet, quòd clericus possit puniri in illo habitu, in quo captus est per iudicem illius habitus, sicut mulier reperta in habitu meretricio posset impune tentari, licet non cogi.

Quando autem Papa dat beneficium ecclesiasticum pecunia, videtur dispensare, ꝙ possit retinere sicut quando scienter dat irregulari, dispensat cum eo, vnde q habuit beneficiũ per simo. in Rom. Curia, si habet conscientiã læsam, ꝙ emanauerit prouiso ex certa scientia Papæ pœnitendo de peccato, non tenetur resignare: hæc Petrus de Pal.

D. Abb. in d.c.j. & c. extirpandæ. in §. quia vero. de præben. cõcludit distinguendo, ꝙ aut beneficium est curatum, vel habet administrationem ordinis, vel executionem clauium. Et tunc etiam Papa inuoluitur vitio & peccato simoniæ.

Si autem beneficium non habet dictas qualitates secus, & exemplificat, vt sunt hospitalia, & aliæ administrationes tẽporales, & eius primum dictum probat, dicens, ꝙ licet titulus sit de iure positiuo, vt tenuit do. Cardinalis, eo. c.j. quo iure Papa vtitur, & in istis non ligatur, vt in c. proposuit. de concess. præben. tamẽ executio ordinis seu potestatis clauium est de iure diuino: nam & ordo erat in veteri testamẽto, pro quo nihil allegat: sed dico, ꝙ in lege na
turę Melchisedech, qui vt dicunt Theologi,
22 & historia Scholastica † fuit Sem primogeni-
tus, Noe fuit primus sacerdos, in lege vero Mosaica primus sacerdos fuit Aaron. In lege Euãgelica primus sacerdos fuit Iesus Christus. Iuxta illud Pauli ad Hebr. iiij. dicentis de Christo habentes ergo Pontificem magnum, qui penetrauit cœlos Iesum filium Dei teneamus spei confessionem: non enim habemus Pontificẽ, qui non possit compati infirmitatibus nostris. Et Psal. cix. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Post Christum vero primus sacerdos, & Pontifex fuit Petrus Apostolus, vt in c. in nono. xxj. di. & in c. translato. de consti. & Host. & Io. And. in nouel. in c.j. de homi. vbi omnino vide.

Et licet multi sacerdotes & prælati fuerint, & sint mali, & pessimi, de quibus dicitur Hieremiæ xij. dicentis, Pastores demoliti sunt vineam meam. s. malis exemplis, tamen monitis & sacramentis custodiunt vineam ecclesiæ.

De primo probatur Gen. xiiij. ibi, at vero Melchisedech Rex Salem proferens panem, & vinum (erat enim sacerdos Dei altissimi) benedixit eis. De secũdo probatur Exodi. xxviij. in principio, & nedum ordo sacerdotij ibi designatus est, sed etiã vestimẽta & vasa sacra, ibi, Faciesq; vestem sanctam Aaron fratri tuo in gloriam, & decorem, in quibus sanctificatus ministret mihi. hæc autem erant vestimẽta quæ faciant rationale, & superhumerale, tunicam, & lineã strictam, cydarim, & baltheum. Et iterum, Facient autem fratri tuo Aaron, & filijs eius vestimenta sancta, vt sacerdotio fungantur mihi.

De tertio autem planũ est Io. xxj. & Matth. xvj. ibi, Pasce oues meas. & in d.c. translato. & cap. in nono.

Ex quibus opinio Abb. bene probatur, ꝙ vẽdentes executionem ordinis, videntur vendere ipsum ordinem, & gratiam Dei. Ideo Abb. ibi dicit, ꝙ ista sunt simoniaca ĩ se, & ideo prohibita. j.q.j.c. qui studet: subdens idem Abb. ꝙ debemus scire, ꝙ quãdo aliquis ordinatur, recipit tantum potestatem soluendi, & ligãdi habitu, & non actu. xij.q.j.c. ecce sufficienter. cum c. seq. hinc est, ꝙ non potest quis absoluere, vel ligare parrochianum alterius, quantumcunq; sit sacerdos, tamen potest tali non subdito conferre beneficium ecclesiasticum, tunc datur sibi illa executio ordinis, quæ quidẽ executio est mere spiritualis, & de iure diuino: & allegat glo. in c. licet. de pœn. in verbo pœnam pecuniariam. & tex. cum glo. in c. ex diligenti. de simo. & sic dicit se intelligere. c. presbyter. j.q.j. & c. altare. j.q.iij. dicens, ꝙ in promotione ad episcopatum nulli dubium est, ꝙ Papa committeret simoniam, vt. j.q.j. quia episcopatus est ordo, & cum ista sint connexa, non excusantur, dicendo se recipere pecuniã pro temporalibus, quia vendito vno ex connexis, neutrum inuenditum relinquitur, vt in c. si quis obiecerit. j. quæst. iij. & hæc bene faciunt ad sequentem quæstionem de ementibus Papatum & Cardinalatum.

Sed in alijs beneficijs non habentibus executionem ordinis Papa non committit simoniam, quia prohibitum est in illis tantum de iure positiuo, quo Papa non ligatur. Addit ta
men, quòd debet abstinere rationibus prædi-
23 ctis, & in omnibus casibus putat † quòd ille,
qui dedit ex pacto pecuniam Papæ non sit tutus quo ad Deum, nec possit ministrare sine peccato in beneficio, dicens etiam, quòd in casu, in quo Papa nõ committeret simoniam, ex quo extabat cõstitutio ꝓhibitiua, subditus tamen incidit in pœnam, vt in simili disputat Io. An. in sua disputatione incipiẽte, episcopi statuto cauetur, quòd ludens ad azardum, posita in regula cui licet in mora, quam dicit facere ad propositum, vbi Papa non committeret simoniam, ex quo recipiendo pecuniam ex peccato non suspendit constitutionem prohibitiuam, dans pecuniam committit vitium simoniæ,

moniæ, & ſic non poteſt agere pœnitentiam
retento beneficio, vt not. in c. inquiſitionis, de
accuſat. in princ.

Hunc etiam articulum idem Abb. plenius
proſequitur in repet. d. c. extirpandæ, in §. quia
vero, ſupra allegat. de præben. vbi videbis, &
glo. in c. ſi Papa. xl. diſt. tenentem Papam poſ-
ſe illaqueari vitio ſimoniæ, de cuius intellectu
infra proximè videbimus, & Archid. in c. j. xij.
diſt. & ibi Domi. de Sancto Gemi. in ij. col. &
Angel. in l. j. ff. ad l. Iul. de amb. & Io. An. in c.
humani. de homi. in vj. & gloſ. in c. presbyter.
lxxxj. diſtin. & Abb. in c. cum pridem, mihi iij.
col. de pac. Io. de Ana. in d. c. j. inſurgit contra
Abb. in quantum in fi. dicit, quòd dans ligabi
24 tur, & non Papa recipiens, opponens, † quòd
in correlatiuis idem eſt iudicium: vendere au-
tem, & emere ſunt correlatiua. & diſpoſitum
in uno cenſetur diſpoſitum in alio, ita Domi.
de Sancto Gemin. in c. j. de tempo. ordi. in vj.
vbi dixit, quòd ſi emēs eximitur à gabella erit
exemptus, & vendens, de quo vide per d. glo.
in d. c. ſi Papa. xl. diſt. mordens Abb. quòd im-
mo executio ordinis nō conſiſtit in beneficio,
immo quòd poterit abſoluere præmiſſa licen-
tia parrochiani ſecundum Domi. in c. omnis
vtriuſque ſexus. de pœnit. & Hoſt. ante eum
eo. tit. de pœn. reprobando gloſſ. in c. j. cle. j. de
priuil. in verbo ſpeciali, concludens opinionē
Abb. non eſſe veram, & allegat tex. in c. conſti-
tutus, de relig. domi. vbi illa penſio refertur ad
temporale, & hanc partem tenet Pet. de An-
cha. in repet. c. canonum ſtatuta, in ij. carta,
de conſtit.

Do. meus Fel. in d. c. j. referens ſub breuita-
te, vtriuſque dicta concludit, & tenet primam
partem, videlicet opinionem domini Abb. eſ-
ſe tenendum tanquam communem, & dicit
Beatum Tho. ij. ij. q. centeſima, art. j. ſupra alleg.
ita tenuiſſe, & idem in iiij. ſent. diſt. xxv. q. xv.
& idem do. Cardinalis S. Sixti, qui fuit Io.
de Turrecremata Hiſpanus in ſuo tractatu de
poteſtate Papæ, q. lxv. & dicit probari per ratio
nem, quia ſimonia dicitur hæreſis, vt ſupra
dixi per c. presbyter. & c. j. ſi quiſquis, & c. ſtu-
dent. j. quæſtio. j. & Papa inuoluitur crimine
hæreſis, vt in d. c. ſi Papa, & ibi glo. xl. diſtinct.
ergo &c. addens; quòd poſſemus tamen dice-
re, quòd eſt hæreſis largè ſecundum Innoc. in
c. in quæſtionis. de accuſ. dicentem, quòd tūc
demum ſimonia propriè eſt hæreſis, quando
quis crederet ſacramentum poſſe vendi, ſed di
cit, quòd fortius vrget tex. cui reſponderi non
poteſt in c. ex multis, poſt prin. j. q. iij. & ad hoc
allegat illum tex. Abb. pro ſingul. in repeti. c.
extirpandæ. §. quia vero, in xxxvj. col. de præb.
ad tex. in c. conſtitutus in cōtrarium alleg. per
Io. de Ana. & alios tenentes contrariam opin.
reſpondet, quòd ibi penſio non fuit impoſita
ex pacto, ſed liberaliter, & ſponte data per ip-
ſum Abb. de quo ibi, & ita intelligunt doc. ibi.
Poſtremo idem do. Fel. reſpondet tacito quæſi-
25 to dicens, † quòd qui non poteſt ab initio ex-
torquere; non poteſt à ſponte dante recipere,
quia prohibitum dare propter publicū bonū,
prohibitum eſt recipere à ſponte dante, ad hoc
allegat Bal. in auth. ſed hodie. C. de epi. & cler.
idem tenentem, & gl. in c. ſtatutum, de reſcrip.
in vj. in verbo recipere.

26 † Secundo quæro vtrum dans pecuniā pro
Papatu, vel Imperio cōmittat ſimoniā? Hoſ. &
Io. An. quos refert Domi. de S. Gemi. in c. pro
humani. de homic. in vj. in. §. cum igitur. quos
etiam ad literam refert Io. de Ana. in c. j. de ſi-
mo. in ij. col. in fin. dicunt, quòd committit
ſimoniam.

Et ideo iniuſte agit, qui iniuſte incidit, in l.
Iul. de ambitu, pro quo inducunt tex. in d. cap.
27 pro humani. qui dicit, † quòd talis poteſtas
eſt à Deo, ergo non eſt acquirēda per pecuniā,
pro quo facit, quod habetur in c. ſi quis pecu-
nia. lxxix. diſt. expreſsè hoc decidit, quòd pe-
cunia, vel gratia non fiat electio Papæ, & ibi gl.
magiſtra, & reſpondent præfati doc. ad d. l. j.
28 ad l. Iul. de ambit. quæ dicit, † quòd non ha-
bet locū in Ro. curia, quia debet intelligi quo
ad principem canonicè iam electum, qui ſuper
omnes eſt, vt in c. licet, de elect. vnde quod ſi-
bi placet diſponere poteſt, claue non hortante,
& illa placeant quæ ſibi ſunt permiſſa, non quę
ſibi placent, vt dixit Zaba. in ſuo Tract. de ſciſ.
tol. vt in c. cuncta per mundum, & cap. per
principalem. ix. q. iij. Et ſic ſecus in eligendo.
Sed Angel. in dict. l. j. ad l. Iul. de ambi. conclu-
dit, quòd quis poteſt aſſumi ad honorem ſine
poſtulatione per l. j. & per totum. ff. de muner.
& honor. & ſi ſe ingerit, & petat, vt quòd ſit
dignitati etiam habenti ſpiritualitatem anne-
xam peccat, & dicit ſic intelligi poſſe. c. ſi quis
epiſcopatum deſiderat, vt proſit. viij. quęſ. j.
Sed ſi eſt dignitas temporalis, tunc non licet
clàm poſtulare precibus, vel precio hodie pro-
pter ius nouiſſimum prohibens, quòd neque
clàm, neque palàm liceat poſtulare, vt in au-
thentico, vt iudices ſine quoquo ſuffra. §. notā-
dum. & §. cogitatio. & per totum. & hoc facit
contra principes, & potentatus, qui pecunia
dant magiſtratus, contra quos Beatus Tho. edi
dit opuſculum, & Angel. vbi ſupra ſubdit, ꝙ
in curia Romana venduntur omnia officia, di-
cens, Nec mirum, quia hodie illa curia eſt effe
cta monarchia ſimonię: hæc ſunt verba forma-
lia Angeli.

Salicetus verò in Rubrica. C. ad l. Iul. de am

bi.

bi.dicit, ꝙ illud, ꝙ dicitur, ꝙ in curia Romana non habet locum simonia, debet intelligi si nemini detur pecunia, si vero detur Papæ, pro honore, vel officio habendo, tunc cum ipse præsit legi, non est dicendum simoniam cõmittere, aut ambitum, sed si detur eis qui circa latus Papæ assistunt, vt ipsis suffragantibus officium, vel beneficium habeant, tunc ambitus, & simonia committitur: dicit etiam idem Salicetus, quòd ideo non est prece, vel precio quærere dignitatem spiritualem verbo, vel precio, quia non licet velle præesse animabus,
29 †quas Deus omnes æquales fecit, vt io autheo. de mona. in principio.

Sed quicquid dixerint domini canonistæ, & legistæ disputando, credo quo ad fundamentum quæsiti non esse recedendum à tex. & glo. d.c. si quis pecuniam, videlicet, quòd si pecunia Papa ab alijs quàm à Cardinalibus eligatur, sit repellendus, secus si ab ipsis Cardinalibus, quia Papa etiam simoniacè electus non deponitur, sed pro hæresi tantum, vt ibi tenet d. gloss.

Sed hodiè etiam hoc sublatum est per specialem constitutionem Iulij Papæ II. cuius constitutionis tenorem hic duxi inserendum de verbo ad verbum. IVLIVS Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam: Cum tam diuino, quàm humano iure in spiritualibus præcipuè detestabiliter simoniæ sit labes prohibita, & longè magis in electione Rom. Pontificis Vicarij Iesu Christi Domini nostri abominabilis sit, & vniuersali ecclesiæ perniciosa, Nos qui regimini eiusdẽ vniuersalis ecclesiæ meritis licet imparibus authore domino præsidemus, cupientes quantũ cum Deo possumus in præmissis pro tanto rei necessitate, ac periculi magnitudine, vt tenemur in posterum salubriter prouidere, de fratrum nostrorum Sanctæ Rom. Eccl. Cardinalium consilio, & vnanimi consensu, hac nostra perpetuo valitura constitutione Apostolica authoritate, & de potestatis nostræ plenitudine statuimus, ordinamus, decernimus, & diffinimus, quòd si (quod Deus pro sua clementia, & in omnes bonitate auertat) contigerit postquàm nos, vel successores nostros successiuè ipse Deus ab huiusmodi vniuersalis ecclesię regimine absoluerit humani generis inimico procurante, & ambitione, vel cupiditate ad hoc inclinante, seu impellente electionem Roma. Pontificis ab eo quem eligi contigerit, vel ab aliquo, seu aliquibus de cœtu Cardinalium quomodolibet votum dantibus per simoniacam hæresim in dando, promittendo, vel recipiendo pecunias, bona cuiusque generis, castra, officia, vel beneficia, seu promissiones, & obligationes commissam per se, vel alios, seu alios quomodocunque, & qualitercunque, etiam in duarum partium, vel omnium Cardinalium vnanimi concordia quomodolibet, etiam per viam assumptionis vnanimiter, nemine discrepante, etiam sine scrutinio factę celebrari, vel fieri, non solum huiusmodi electio vel assumptio, eo ipso nulla existat, & nullam eidem sic electo, vel assumpto administrandi in temporalibus, & spiritualibus facultatem
30 tribuat, † sed etiam contra dictum sic electũ, vel assumptum de simoniaca labe à quocunque Cardinali qui eidem electioni interfuerit opponi, & excipi possit, sicut de vera, & indubitata hæresi. Ita quòd à nullo pro Romano Pontifice habeatur, quinimmo ipse sic electus à priori suo cardinalatus, & alio quocunque honore, ecclesiis cathedralibus, & metropolitanis, & patriarchalibus monasterijs, dignitatibus, & alijs quibuscunque beneficijs, & pensionibus, quæ tunc obtinebat in titulum, vel commendam, aut alias quomodocunque eo ip
31 so absq; alia declaratione priuatus existat, † & idem electus non apostolicus, apostaticus, & tanquàm Symon magus, & heresiarcha, & ad prædicta omnia, & singula perpetuo inhabilis habeatur, & sit: Nec huiusmodi simoniaca electio per subsequentem ipsius intronizationem, seu temporis cursum, aut etiam omnium Cardinalium adorationem, seu obedientiam vllo unquam tẽpore cõualescat. Liceatq; omnibus, & singulis Cardinalibus etiam illis, qui huiusmodi simoniacæ electioni, seu assumptioni cõsenserint, etiam post intronizationem, & adorationem, seu obedientiam, ac etiam vniuerso clero, populo Romano, necnõ subditis, & sancti Angeli de vrbe, ac quarumuis aliarum Romanæ ecclesiæ arcium præfectis, castellanis, capitaneis, & alijs officialibus, quocunque homagio, seu iuramento, vel cautione præstitis non obstantibus à talis electi etiam intronizati obedientia, & deuotione impune, & quandocunque discedere ipsis fidei Romanæ ecclesiæ & obediẽtiæ futuri Romani Pontificis canonicè intrantis, nihilominus astrictis permanentibus, & eum, vt magum ethnicum, & publicanum, & hæresiarcham euitare. Ad cuius quoque confusionem posuit Cardinales, qui præfatæ electioni se opponere voluerunt, si præsumpserit se regimini vniuersalis ecclesiæ prætextu talis electionis ingerere auxilium brachij sæcularis contra eum implorare. Nec tales ab eius obedientia discedentes tanquàm tunicæ domini scissores aliquarum propter dictum discessum pœnarum, seu censurarum vltioni subiaceant.

Car-

Cardinales vero qui eum sic simoniacè elegerunt à suis ordinibus, & etiã Cardinalatus titulis,& honore,ac quibuscunq; Patriarchalibus, Archiepiscopalibus, Episcopalibus, & alijs prælaturis, ac dignitatibus,& beneficijs, quæ in titulum vel commendam tunc obtinebãt, vel in quibus, seu ad quæ ius tunc habebunt absq; alia declaratione priuati existant, nisi ab illo penitus,& cum effectu discesserint, & reliquis Cardinalibus,qui huiusmodi simoniæ non consenserint infra terminum octo dierum postquàm fuerint ab eis requisiti personaliter,si fieri poterit,aliàs per edictum publicũ se absq; fictione, vel fraude vniuerint, & coniunxerint: & tunc si præfatis alijs Cardinalibus se vniuerint & coniunxerint in pristinum statum,& ad pristinos honores,& dignitates, etiam Cardinalatum,ac ecclesias, & beneficia quibus præerant, & quæ obtinebant reintegrati, rehabilitati,ac restituti,& repositi ab huiusmodi simoniæ labe,& censuris ac pœnis ecclesiasticis,quibuscunq; absoluti eo ipso existant.

Mediatores vero, proxenetæ, trapezitæ tã clerici, quàm laici cuiuscunq; dignitatis,qualitatis,& ordinis fuerint, etiam Patriarchali, Archiepiscopali, siue Episcopali, vel alia sæculari, mundana, siue ecclesiastica dignitate præditi etiam quorumcunque Regum, & Principum,oratores vel nuncij simoniacæ huius electionis participes sint omnibus suis ecclesijs, beneficijs,prælaturis,& feudis,ac alijs quibuscunque honoribus, & bonis, eo ipso priuati, & ad similia inhabiles ac etiam actiuè,& passiuè intestabiles & eorum bona ipso facto ad instar reorum criminum læsæ maiestatis fisco Apostolicæ sed.applicentur,deuoluanturq;, si prædicti delinquentes ecclesiastici fuerint, vel alias Romañ.ecclesiæ subditi: Bona vero, & feuda taliter delinquentium non subditorum sæcularium in partibus existentia fisco, sæcularis principis, in cuius territorio bona sita fuerint,ipso facto similiter applicentur.Ita tamẽ, quòd si infra tres menses à die quo notum fuerit illos simoniam cõmisisse, vel participasse, principes dicta bona fisco suo actualiter non applicauerint,extunc illa fisco ecclesiæ Romanæ applicata censeantur,& sint eo ipso absque aliqua similiter declaratione.

Promissiones quoque,& obligationes, siue sponsiones, propterea quandocunq; etiam ante tempus dictæ electionis, etiam extra personas Cardinalium per quoscunque alios quomodocunque factæ cum quauis inexcogitabili solemnitate, & forma etiam iuratæ conditionales, siue euentuales, & in forma excommissarum ex quacunque causa,& depositi, mutui, cambij,confessionis de receptis, donationis, arredamenti,vel venditionis, permutationis vel alterius cuiuscunque contractus etiam in ampliori forma Cameræ Apostolicæ factæ sint nullæ,& inualidæ,& ad agendum inefficaces, nullusq; illarum vigore cogi, vel constringi possit in iudicio, vel extra, liceatq; omnibus ab illis impune absq; aliquo metu siue periurij nota recedere.

Et insuper liceat Cardinalibus qui electioni prædictæ simoniacæ interfuerint,& à præfato sic electo discesserint adhibitis secum alijs Cardinalibus,etiam illis,qui huiusmodi simoniacę electioni consenserunt,& postea eisdem Cardinalibus in dicta simonia non complicibus se vniuerint, si se cum eisdem vnire voluerint,alioquin sine eis ad alterius nihilominus Pontificis electionem non expectata alia sententia declaratoria simoniacæ electionis huiusmodi,eadem tamen præsente nostra constitutione semper in suo robore permanente liberè alias tamen canonicè deuenire, & concilium etiam generale indicere,& conuocare in loco idoneo, prout eis videbitur expedire non obstan.constitutionibus,& ordinationibus Apostolicis, & præcipue fe.re. Alex.Papæ III.quæ incipit,licet de euitanda discordia,& aliorum Romañ.Pontificum prędecessorum nostrorũ, etiam in concilijs generalibus editis,cæterisq; contrarijs quibuscunque inhiben. postremo omnibus,& singulis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, qui pro tempore erunt, & eorum sacro collegio ne apostolica sede vacante prædictis contrauenire, vel contra præmissa, vel aliquod præmissorum statuere, disponere, ordinare, vel aliquo modo facere,seu attentare præsumant quocunque exquisito colore,vel causa sub excommunicationis latæ sen-

32 tentiæ † pœna,quam ipso facto incurrant, & à qua non nisi per Rom. Ponti. canonicè electũ absolui possint,nisi in mortis articulo.

Decernen.ex tunc irritum & inane, si secus super his,vel aliquo prémissorum à quocunq;

33 scienter,vel ignoranter † etiam per nos contigerit attentari.

Vt autem præsentis constitutionis,decreti, statuti,ordinationis,ac inhibitionis nostrę huiusmodi tenor ad omnium notitiam deducat, volumus præsentes literas nostras in valuis basilicæ Principis Apostolorum,necnon Cancellariæ ac in acie Campi Floræ affigi, nec aliam earundem literarum publicationis solemnitatem requiri, aut expectari debere, sed huiusmodi affixionem per solemni publicatione, & perpetuo robore sufficere.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum cõstitutionis,ordinationis,statuti, decreti, definitionis, applicationis,

nis, appropriationis, & inhibitionis infringere, vel eiausu temerario contraire; si quis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurũ. Datum Romę, apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ. M D V. decimo nono Kal. Februarij, Pontificatus nostri anno tertio. Franciscus Argentinensis. Sygismundus.

Hæc itaque noua constitutio quatuor facit. Primò tacitè fatetur, quòd ante eius editionẽ, Cardinales aliquando simoniacè eligebant Romanum Pontificem, & hoc dedit causam huic edicto. nam dum Alex. Papa VI. fuisset assumptus ad Papatum, quidem Academicus edidit hunc disticum, videlicet.

Vendit Alexãder claues, altaria, Christum.
Emerat ille prius, vendere iure potest.

Et verè credo, ꝙ ipse Iulius memor talis electionis ediderit hãc constitutionem in odiũ ipsius Alexandri, sub cuius Pontificatu semper exul ab vrbe fuit, & cui quasi immediatè successit cum Pius Tertius, qui Alexandro successit, superuixerit xxvij. diebus tantum.

Secundò restringit tex. & glo. d. c. si quis pecunia, & omnia iura dicentia, quòd Papa simoniacè electus, non possit propter hoc accusari, nec condemnari, cum pro solo crimine hæresis verè modo interpretatiuè possit accusari, vt dicunt d. tex. & glo. in d. c. si quis pecunia. cum concord.

Tertiò aperit viam scismatici, ita quòd ex hac constitutione perfacilè posset ad eam perueniri etiam per vnicum Cardinalem, & dum fuit edita tota curia, vt vidi, & audiui quia aderam subrisit, atque indoluit ob paratam viam scismati.

Quartò soluit, & explanat quæstionem nostram, & ipsam reddit indubitabilem.

Sed quid dicemus de Cardinalibus, vtrum
34 emere † Cardinalatum sit simoniacum. Aliqui dicunt, quòd non: quia Cardinalatus per se non est ordo in ecclesia Dei, sed officium honorabile, quia Cardinales successerunt loco consiliariorum, & satraparum, quos Constantinus recedens ex vrbe reliquit Syluestro, qui etant laici, & similiter eorum successores, vt probat tex. in cap. in parrochia. xvj. q. j. ibi in possessione filij, & consiliarij nostri viri magnifici Theodori, & est tex. Pelagij Papæ, qui fuit XXVIII. Papa post Syluestrum Primum, cui Constantinus dicitur donationem fecisse, & effluxerunt à Pontificatu Syluestri, vsque ad Pontificatum Pelagij anni CV. & tamen vsque ad illa tempora Consiliarij Papæ erant laici. Etidem probat tex. Gregorij in c. ecclesiasticis. xij. q. ij. ibi, quia igitur Theodorum virum eloquentissimum, Consiliarium nostrum mancipiorum cognouimus ministerio destitutum; & credo, quòd idem fuerit Theodorus, de quo in tex. Pelagij; quia Gregorius Primus Romanus successit Pelagio Secundo, & licet etiam fuisset Pelagius Primus, idem esse posset, quia à Pelagio Primo vsque ad Gregorium fuerunt tres intermedij Romani Pontifices, videlicet Io. III. qui vixit annis xij. mens. xj. diebus xxv. Benedictus Primus, qui vixit annis quatuor, mense vno, & diebus viij. & Pelagius Secũdus, qui vixit annis x. mensibus duobus, diebus x. & sic effluxerunt anni xxvij. menses tres, & dies xiij. & sic potest verisimiliter esse, quòd fuerit idem Theodorus.

De Consiliarijs Papæ etiam fit mentio in c. conuenientibus. j. q. vij. in ij. col. post medium. Innoc. in c. cum te. de re iud. in verbo, infamia. videtur idem sentire, videlicet, quòd Cardinalatus ortum habuerit à Constantino, & quòd Cardinales, & eorum Collegium habet authoritatem Senatorum per c. Constantinus. xcvj. dist. Ideò dicitur, quòd ecclesia habet Senatum, & idem dixit in c. cum I. & A. de re ind. hoc idem tenuit Oldr. consil. suo lxlij. dicens, quòd, quando Constantinus fecit donationem Syluestro, non erãt Cardinales, quia non fecit mentionem de eis, sed de clericis tantum, sed postea cum fecit Syluester generalem synodum iam erant Cardinales, vt in c. præsul. ij. q. iiij. sed mihi est q. v.

Aliqui dicunt Cardinales ortum habuisse, tempore Pontiani Papæ, qui fuit anno Christi CCXXXVII. & fuit XIX. Papa, post Petrum.

Aliqui à Marcello, qui fuit XXXI. Papa à beato Petro, & fuit anno Domini CCXCIIII. vt patet in chronica Martiniana.

Quidem verò Claudius Parisiensis in suo tractatu de origine Cardinalatus sub hac verborum forma dixit: Cardinales vices Apostolorum tenere, manifestissimè demõstratur: ipsi enim Apostoli tripliciter possunt considerari, primò vt Christo principaliter astiterunt ante eius Ascensionem, in quo quidem statu omnes pares fuerunt, neque Petrus eis præerat, sed omnes erant simplices sacerdotes, tex. est de pœnit. dist. j. in c. è contra. & §. quem pœnitet. dum dicit Petrum, & Ioannem, & cæteros Apostolos viuente domino sacerdotes fuisse. Ordinati enim fuerunt sacerdotes à Christo, dum eis dixit, Hoc facite in meam commemorationem, vel dum dixit eis Iesus, Ite, & baptizate, vt not. glo. ordinaria super verbo, pari. xxj. dist. c. in nouo.

Secundò post passionem Christi astiterunt Petro, tanquam primo pastori ante Apostolorum

lorum diuisionem, & separationem ab ipso Petro, in quo quidem statu Petrus præerat in nono testamento post Christum Dominum. A Petro enim sacerdotalis cœpit ordo post Christum, & ei Pontificatus est traditus, vt in d. cap. in nouo. xxj. distinct. per illa verba, Pasce oues meas. de elect. cap. significasti. de maior. & obedi. cap. solitæ. viij. q. j. c. in scripturis. & gloss. in cap. considerandum. l. di. & in c. fidelium. In hoc quidem duplici statu Cardinales Apostolos repræsentant, in hocq; assistunt Papæ, qui est Christi Vicarius, & Petri successor. hæc tamen dicunt aliqui sunt apocripha.

Tertio, vt ex præcepto Christi postea à Petro separati per mundum se prædicantes diuiserunt, in quo quidem statu Apostolorum hodie vices gerunt Episcopi dicit text. in d. c. in nouo. xxj. distinct. & xij. q. j. c. videntes. & lxviij. distinct. c. quorum vices. & in c. manus. de consecr. distinct. vj. & hoc notauit Paulus Apostolus dicens, alias dedit Apostolos, alios piscatores, alios doctores, alios prophetas &c. cuius verba refert tex. in cap. cum ex iniuncto, de hæret. distinxit enim statum Episcopalem, cui incumbit cura animarum particulariter à statu Apostolico, ad quem spectat regimen, & ordinatio totius ecclesiæ regulariter, alias generaliter: fuerunt enim omnes Apostoli Episcopi, quòd patet in c. loquitur. xxiiij. q. j. & dict. cap. in nouo. & text. in c. cor Episcopi. lxviij. di.

Ex his autem luculentissime demonstratur non rectè dixisse Archi. in cap. vbi periculum. de elect. in vj. referentem ex Chronica Marrini Cardinales initium habuisse tempore Pontiani, & Marcelli Papæ, qui fuit anno Domini. ccciij. in vrbe Roma constitutus propter baptisma, & sepulturas mortuorum, nec etiã rectè dixisse Oldra. consil. suo lxiij. tenentem, quòd cum Constantinus donationem fecit Syluestro, non erant Cardinales, quia nulla de eis mentio fit, sed tantum de clericis Romanæ ecclesiæ, vt colligitur ex text. d. cap. Constantinus. xcvj. distinct. Sed postea cum fecit generalem synodum Syluester, iam constat fuisse Cardinales, vt est text. in cap. præsul. ij. q. iiij. & in c. à subdiacono. xciij. distinct. si enim intellexerunt de Cardinalibus. i. Romanæ ecclesiæ consiliarijs, & Papæ coadiutoribus in executione Pontificalis officij, illi semper fuerunt, licet non sub Cardinalium nomine, sed sub alio vocabulo, primo enim tempore veteris testamenti vocabantur sacerdotes Leuitici, hoc enim denotatur in Deuterono. cum dicitur, Si difficile, & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris, recurre ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore: Ipsi enim iudicabunt tibi iudicij veritatem. sunt autem dicti Papa Leuitici generis, qui nobis iure Leuitico in executione sacerdotalis officij coadiutores existunt, qui vero super eo, siue iudex existit, ille est cui Dominus inquit in Petro, Quodcunque ligaueris super terram, &c. hic est tex. singularis in c. per venerabilem, qui fil. sint legit. in §. rationibus.

In nouo autem testamento priusquàm Cardinalium nomine baptizati extitissent, competrio eos primum vocatos simpliciter consiliarios, ita eos in persona Theodori viri eloquentissimi, quem eius consiliarium dicit Beatissimus Gregorius in c. ecclesiasticis. xij. q. ij. & idem dicit Pelagius in c. in parrochia. xvj. q. j. Ipsi autem Papæ consiliarij hodie vocantur Sãctæ Romanæ ecclesiæ Cardinales, vt in c. fundamenta, de elect. in vj. ibi decet nanque ipsi Romano Pontif. per fratres suos Sanctæ Romana. ecclesiæ Cardinales, qui sibi in executione sacerdotalis officij coadiutores existunt libera prouenire consilia &c. Igitur autem nouissime Cardinales nuncupantur, quia dignitas ipsa cardinalatus solum in Romana ecclesia cõpetitur, quæ est cardo, & caput aliarum. xxj. q. j. §. j. & in l. inter claros. C. de sum. Trinit. & xxij. di. c. sacrosancta. vnde eleganter dixit Archid. in c. omnis. xxij. dist. quòd quamuis de dignitatibus per Romanam ecclesiam constitutis possit Episcopus cum suo capitulo in sua ecclesia constituere dignitatem, vt in cap. cum olim, de consuet. & in c. cum accessissent, de cõstitu. Cardinalatum tamen non posset instituere sine authoritate Romanæ sedis, cum non sit per Roma. ecclesiam ordinatum cardinalatus dignitatẽ in aliis ecclesiis fore, quàm in eadẽ. Sicut enim hostium per cardinem regitur, sic Ro. ecclesia per istos, vt dicit glo. in cap. ij. de offic. archipresbyteri in verbo Cardinalium; quæ est j. glo. & Archi. in d. cap. sacrosancta.

35 † Olim autem, in quacunque ecclesia principales sacerdotes, siue Episcopi Cardinales dicebantur. i. principales, vt not. in c. relatio. xxj. q. j. & in cap. pastoralis. vij. q. j. & in cap. fraternitatem. lxx. dist. in fin. & in c. presbyteri. xxiiij. di. Non ergo dedignentur alij vniuersalis ecclesię celeberrimi gradus ecclesiastici Ro. ecclesiæ. Cardinales fore sibi plãtos, hãc ẽt prælationem prius extitisse inferiora demonstrabunt.

36 Primum est, quia quorũ est institutio prior, seu ordinatio, prior debet esse prælatio. xviij. di. c. verũ & c. placuit. & in c. Dñs noster. xciij. di. in c. j. de maio. & obe. sed Cardinaliũ prior est institutio, vt superiora demonstrant, ergo &c.

37 † Secundo, quia, quanto quis dignioribus præest, atque curæ oneris maioris, tanto

X ipse

ipse dignior est, primum dicit text. in auth. de defensio.ciuit.§.nos igitur.& in cap. j. de priuil.& glo. in c. statutum. de rescript.in vj. super verbo, Canonicis. Secundum verò dicit, tex.not.in c. per singulas.ix.q. iij. dum dicit. Igitur placuit Metropolitanum Episcopos præcedere quamnis ipse cum eis eiusdem sit ordinis, quia curam sollicitudinemque totius prouinciæ suscepit, vbi Episcopus solius ciuitatis &c. Sed Rom.ecclesiæ Cardinales præsunt curæ vniuersalis ecclesiæ dicit tex.in c. bonæ. de postulat.prælat. Episcopi verò, & alij eminentiores eiusdem ordinis Christi vicarij in eo loco particulari eius onerosæ curæ præsunt, dicit tex.in c.mulier.xxvij.q.v.& text.in c.accusat.ij.q.vij.& in c. in nouo. xxj.dist.& in cle.j. de pœn.& in c.sicut. vij. q.j. cum & ipse Christus verus extitit Pontifex, vt in c.dominus.lvj. dist.& in c.sancta.xv.& quia Petrus vices Christi tenet in terris, dicuntur & ipsi Petri vicarij, vnde Petri vicarius Episcopus loquens, sic dicit. Ipsa nanque Rom.ecclesia, quæ prima est, ita reliquis vices suas credidit largiendas, vt in partem vocentur sollicitudinis, nos in plenitudinem potestatis, vt in c. decreto.ij. q.vj.& c.qui se scit.ij.q.vij.& in c.sancta.iij.q. vj.& in cap.ad honorem. de authoritate, & vsu pal.

Tertiò, quia Episcopis Romanæ ecclesiæ concessum est culmen illud singularis potentiæ, atque præcellentiæ habere Cardinales, quo amplissimus Senatus, patritijque ordinabantur, dicit text. in dicto cap. Constantinus. xcvj. dist. Sed patritiatus dignitate nulla maior post Imperium reperitur. l. nemini. C. de consul. libro xij. Ergo pariter inter dignitates ecclesiasticas, nulla maior Cardinalatu debet comparari, vnde non immeritò dicunt Hostien. & Ioan. And.in cap. dilectus. el primo. de præben. nullam dignitatem ecclesiasticam post Papatum maiorem Cardinalatu existere. Ipsi enim Cardinales vnà cum Papa iudicant totum orbem. Ipsi quoque Romanæ ecclesiæ Consultores dicuntur pars corporis Papæ. l. quisquis. C. ad legem Iulia. maiest.vj. quæstio. prima. si quis cum militibus. & gloss. in cap. excommunicatis. de offic.lega. vnde cum ad prouincias regendas mittuntur, dicuntur legati de latere, & vltra hæc de nouo apparet ex canone Gregorij, ita eos nominantis in cap. decreto. ij. quæstio. sexta. Ita etiam appellantur in Concilio Sarden. & idem dicit Canon, quem refert Gratianus in cap. si Episcopus accusatus. ij. quæstio. sexta. qua ratione determinant singulariter Hostien. & Ioan. And.in cap.antiqua.de priuileg. presbyteros, & diacones Cardinales non astringi Papæ præstare iuramentum fidelitatis, aut obedientiæ, quia licet Papa tanquam Christi vicarius sit caput vniuersalis ecclesiæ, vt in cap. rogamus.xxiiij. quæstione prima. & singuli fideles membra eius generaliter, tamen sicut est speciale caput Cardinalium, & ipsi eius specialia membra patet, quia dicuntur filij spirituales, & speciales.lxxix.distinc. si quis es ipsis dicuntur etiam Romanæ ecclesiæ gremium, vt in cap. in nomine domini. xxiij. distin. quod quidem corpus est adeò vnitum, quòd ab ipsis specialibus membris Papa fidelitatem non exigit, sicut nec à seipso, vt sit inter dantem, & accipientem differentia, vt in cap. fina. de institu. ipsi Cardinales Papam eligunt, vt nota sunt iura in cap. vbi periculum. de elect. in sexto. & in clemen.ne Romani. de electio. Si ergo, qui Imperatorem eligunt propter tantam eligendi potestatem præcipua dignitate pollere dicuntur, vt dicit text. in c. venerabilem. de electio. quare non potius isti singulari dignitate splendere censentur? quibus facultas est Romanum Pontificem eligendi, & ex ipsorum Cardinalium gremio? vt in cap. oportet. lxxix. distin.& cap. nullus. &, vt demententium Cardinalium fiat depositio, Concilium congregat tanquam pro re ardua, vt not. in c. ex gestis. de cleri. non residen. licet hoc non sit de necessitate, vt not. in cap. primo, de scism. in sexto. sine eorum quoque consilio ardua gesta per Papam cassari sunt solita, vt not. Ioan. Monachi, & Ioan. And. in c. super eo. de hæret. in sexto. & Archidia. referens hanc opinionem dicit ipsam fuisse Laurentij, in cap. sunt quidam. xxv. quæstio. v. & quia ipsi in ecclesia vicem Senatus obtinent. xvj. quæstio. j. ecclesia habet Senatum, quem quidem Canonem loqui de Cardinalibus interpretatur Innocen. in c. cum I. & A. de re iudic. Igitur eleganter dixit Archidia. xxij. distinct. sacrosancta, quòd erubescere non debet Papa se inter Cardinales connumerare, cum & Imperator in Senatorum numero se connumeret, dicit tex. in l. ius Senatorum. C. de dignit. libro xij. vtuntur enim ipsi supellectiijs, veste candida ad vitæ iucunditatem demonstrandam, &
38 denotandam, † candor enim munditiæ denotat. Item vitæ innocentiam, & puritatem dicit tex. in c. quem non alligat. de consec. dist. iiij. in pileo colore rutilantis purpurei sanguinis ad denotandum eos arctari vitam exponere pro Christiani sanguinis augenda posterita-
39 te: hoc† enim denotat purpureus, sanguinisque color, vt Isidorus refert, & dicit Gratianus. xxx. q. v. c. fœminę. Ex his ergo liquidè manifestatur verum dixisse tex. August. referentis. ij. q. vij. quàquà ita dicentem, Quamquam frx vocabula

vocabula, quæ vsus obtinuit, Episcopatus sit
maior presbytero. Augustinus tamen Epi-
scopus Hieronymo presbytero Cardinali,
minor est &c. quamuis enim maior ordine fue
rit Augustinus, quia Episcopatus ordo singu-
lis alijs maior est. xxxij. dis. c. omnium. propter
quod Papa appellat se Episcupum, vt legitur
in procem. v. tamen Hieronymus fuit maior ra
40 tione maioris administrationis, † cum Rom.
ecclesia vniuersalis præsit administrationi, hęc
autem simul compatiuntur alium alio maio-
rem esse ordine, alium verò maiorem admini
stratione, & dignitate; hoc patet in Petro, quia
licet alijs Apostolis par fuerit ordine, tamen
is maior fuit administratione, & dignitate. ij.
q. vij. cap. puto. patet etiam in archipresbyte-
ro, & archidiacono, licet enim archipresbyter
maior sit ordine, quia presbyter; & archidia-
conus maior, quia diaconus. de æta. & qual. c.
j. tamē ratione maioris administrationis, quā
habet archidiaconus, archipresbyter se sciat
huic esse subiectum, vt in c. j. de off. archipres.
& in c. perlectis. xxv. di. Idem dicitur in Patriar
cha, Archiepiscopo, & Episcopo, quamuis. n.
omnium idem sit ordo, dicit tex. xxj. dist. c. cle
ros. tamen ratio maioris, dignioris q; admini-
strationis Archiepiscopis, Patriarchæ, Episco
pis Archiepiscopi præferūtur, vt in d. c. cleros.
& d. c. per singulas. hoc quidem respectu ordi-
nis ratione Episcopi, cum summi dicant sacer
dotes. de conse. di. v. C. de his. & etiā hoc secun
dū locum in eclesia tenere. xl. di. c. ante omnia.
41 Quartò † quia ex maiore decore ornatus ma
iorítas apparet dignitatis, dicit tex. not. in c. ad
apostolicæ. de priuil. in vj. Sed maiori quotidia
nō ornatu Episcopis vtuntur Ro. ecclesiæ Car
dinales, vt docet experientia, igitur superest, vt
vtamur verbis. l. bene à Zenone. C. de quadri.
præscrip. quibus alludit c. j. de off. leg. in vj. sic
dicentis, nōne immeritò statuimus, vt qui die,
noctuque quotidianis curis pro toto terra-
rum orbe laborant, dignam habeant suæ præ-
rogatiuæ fortunam.
Nec immeritò refert Io. Mona. in c. j. de ma
ior. & obed. in vj. & alij sequūtur in c. his quā
de capel. mona. c. dilectus. Papam respondisse
42 † Cardinales in eorum titulatis ecclesijs ius
obtinere Episcopale.
Plura de Cardinalibus not. Host. & Ioan.
And. in c. ad liberandum. de iude.
Plura ipse Host. de pœn. & remiss. c. cum ex
eo. plura glo. de scism. c. cum I. in vj. multa tra-
duntur. de elect. c. ecclesiæ. & c. fundamenta su
pra alleg. & dicit. c. vbi periculum. in vj.
Ea autem, & talia hic non intersero causa
breuitatis: hæc omnia ille Claudius, quæ o-
riginaliter fuerunt Augustini de Anchona in
suo tractatu, de ecclesiastica potestate, quo-
niam ad literam refert, & sequitur beatus An-
ton. Archiepiscopus Florentinus in sua sum.
tertia parte. cap. j. & ij. per totum. & omnium
eorum dicta tendunt ad demonstrandum Car
dinalatum esse de iure diuino, & idem tenet
Dom. Abb. Sicul. in c. per venerabilem. qui fil.
sint legit. dicens eos esse de genere Leuitico-
rum, & hæc tendunt ad partem affirmatiuam
nostri quæsiti, videlicet Cardinalatum esse de
iure diuino, & habere annexum clauium e-
xercitium.
Quod autem huiusmodi Cardinalatus di-
gnitas ortum habuerit à Christo, & de Chri-
sto à Petro etiam figuratiuè non tenent, qui
dicunt, quòd etiam Episcopi appellabantur
Cardinales, vt est text. in c. relatiu. xxj. quęst. j.
supra alleg.
Et ad illa quatuor fundamenta supra posi-
ta dicunt, quòd sunt suasiua, sed non appro-
bantia, nec concludētia, & primo ad primum,
quòd omnes Apostoli astiterunt Christo ante
Ascensionem, & omnes erant pares. respon-
detur, quòd aliud est assistere in partem sol-
licitudinis, vt Consiliarij, vt ipse met supra di-
xit, & aliud assistere vt discipuli, & vt doce-
rentur, & instruerentur à Christo, vt legitur
in omnibus Euangelistis dicentibus, Dixit
Iesus Discipulis suis, & Matt. quinto. Et cum
sedisset, accesserunt ad eum Discipuli eius, &
aperiens os suum docebat eos. Et August. in
Homel. super Ioan. ix. quam legimus quarta
feria post Dominicam quartam Quadragesi-
mæ, super verbo, rabbi, dicit, Scitis, quia
rabbi, magister est, magistrum appellabant,
quia discere desiderabant, quæstionem quip-
pè domino proposuerant tanquam magistro.
Quis peccauit hic, an parētes eius &c. Et si eos
docebat, quomodo erant eius Consiliarij.
Ideò hoc dictum nōn subsistit ratione.
Præterea diuinitas adiuncta humanitati
in Christo non indigebat consilio humano,
quia Christus quoad diuinitatem erat ęqua-
lis patri, licet minor secundum humanita-
tem, vt in symbolo Athanasij, & Matth.
xiiij. Philippe, qui videt me, videt & patrem
meum.
Contra secundum, quòd Apostoli astite-
rint Petro post Ascensionem nusquam legi-
tur, sed oppositum colligitur ex actis Aposto-
lorum viij. ibi, Cum audiuissent Apostoli,
qui erant Hierosolymis, quia recepit Samaria
verbum Dei, miserunt ad eos Petrum, & Ioan
nem, qui cum venissent, orauerunt pro eis &c.
Sed nulli dubium est, quòd maior est mittens
quàm missus, quomodo ergo Apostoli assi-
stebant Petro? si ipse Petrus, fuit missus

ab eis, ad quod bene facit illud Matth. viij. ibi. nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic vade, & vadit, & alij veni, & venit, & seruo meo, fac hoc, & facit. Audiens autem Iesus miratus est, quomodo ergo assistebant Apostoli Petro si miserunt Petrum?

Ad tertium, videlicet quòd Apostoli fuerunt missi à Petro per mundum ad prædicandum, & hodie Episcopi ipsorum Apostolorũ loca tenent; qui vero remanserunt cum Petro, vt assistes ei vt consiliarij, sunt, quos hodie Cardinalis appellamus.

Hoc etiam fundamentum fuit eiusdem Augustini de Anchona, vt supra, quod fundamentum etiã Beatus Antoninus refert, ponens exemplum de Angelis Cherubin, & Seraphin, qui assistunt in conspectu Dei, & mittuntur sæpe ad nos, & vnus ex illis missus fuit Beatæ Virgini, inferentes, quòd Apostoli fuerunt missi per mundum ad prædicandum, quorum loca hodie tenent Episcopi.

Qui vero remãserunt, hodie repræsentantur per Cardinales, vt supra. Respondetur hoc nullo iure, nullane ratione probari, primo, quia Apostoli non fuerunt missi per mundum ad prædicandum per Petrum, sed Christus misit eos, dum ascendit in cœlum dicens, Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ, & dixit xj. Apostolis, & dominus quidem Iesus postquàm locutus est eis, assumptus est in cœlum, & ex hac auctoritate infertur ad duo.

Primo, quòd Christus prius ascenderat in cœlum, quàm Apostoli irent ad prædicandum, & fungerentur officio Episcoporum.

Et sic non potest dici, quòd aliquis remanserit cum Christo, & quòd hodie Cardinales figurentur in eis.

Secundo, quòd Apostoli non fuerunt missi per Petrum, sed per Christum: illi autem profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante, vt Marci vltimo cap. vt Ioan. xx. Sicut misit me pater, ego mitto vos. & Matth. vltimo, Eũtes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quæcunque mandaui uobis, Ecce ego nobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi. & actuum Apostolorum primo ibi, conuersus præcepit eis ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionẽ patris.

Præterea Christus dixit illis discipulis, quos misit per vniuersum mundum ad prædicandũ Euangelium, Vos estis sal terræ, & iterum Vos estis lux mundi, vt Matth. v. cap. & prædicationes per sortem ceciderũt super Apostolos, non sponte iuerunt, vt legitur actus Apostolorum xj. ibi peruenit autem sermo ad aures ecclesiæ, quæ erat Hierosolymis super isti, & miserunt Barnabã usq; ad Antiochiam, & actus xiiij. ibi, & postea die profectus est, videlicet Paulus cũ Barnaba in Derben, & actuum. xv. ibi tunc placuit Apostolis, & senioribus cum omni ecclesia eligere viros ex eis, & mittere Antiochiam cum Paulo, & Barnaba.

Et ibi placuit nobis collectis in unum eligere uiros, & mittere ad uos.

Et in vitis Apostolorum, quas ecclesia recepit, legitur, quòd Simoni Cananeo ad distinctionem Simonis Petri, & dicebatur zelotes in sortem prædicationis Aegyptus euenit, & ex consensu omnium Apostolorum Hierosolymitanæ ciuitatis ecclesiæ est constitutus Episcopus, & ordinatus.

Iudas vero, qui & Thadeus scribitur post Ascensionem Domini ex commonitione diuina iuit ad Edessam ciuitatẽ pdicator verbi Dei.

Bartholomeus vero Lycaoniam in sortem prædicationis accepit.

Philippus cum discipuli ad prædicandũ verbum Dei diuiderent post Ascensionẽ Dñi per annos xx. prædicauit per Syriam Euangelium.

Iacobus ab Apostolis Hierosolymorũ Episcopus ordinatus est.

Matthęo Aethiopia in sortem prædicationis euenit.

Andreæ vero Patrassum.

Thomæ autem Parthis, Medis, & Persis Euangelium prædicare contigit.

Hæc omnia recitat ecclesia in agendis ipsorum Apostolorum, quorum neminem à Petro missum ad prædicandum inuenio contra id, quod dixit ille Claudius.

Quod autem aliqui ex Apostolis remanserunt cum Petro, non legitur, nec dicitur de Paulo, quoniam nunquam fuit cum Petro nisi in passione, in qua fuit socius, & ex hoc forsan Claudius uult inferre, quòd Paulus etiam fuerit Cardinalis.

Nec procedit illud fundamentum, quòd Cardinales, etiam in lege Mosis fuerũt propter illud Deutero. xvij. si difficile, & ambiguum &c. quia illud non potest applicari ad iudicium iudicis ecclesiastici tantum, sed etiam sæcularis, & nõ ad omnes causas, sed in aliquibus tantum, vt ibi no. gl. propter verbũ si quid, quod denotat partem, & non totum. Sed Claudius iste non claudicando melius potuisset adducere illud Exodi vigesimitertij, ibi altera autem die, vbi Moses habuit consiliarios, & coadiutores in executione iudicij, & hoc magis facit ad propositum, licet etiam ad Cardinales nisi suasiue applicari non possit,

sed

sed Christus de hoc in lege Euangelica nihil dixit, nec videtur cogitasse, quòd autem in Romana ecclesia tantum sint Cardinales, falsum est, cum in ecclesia Rauennate sint Canonici Cardinales sub titulis presbyterorum, & cantorum. quos tamē glo. in c. pudor. in verbo præcipuè. xxxij. q. ij. suadet. dicens, ꝙ Canonici Rauēnates sic sunt Cardinales, sicut Rex Ithacorum est Rex.

Videtur etiam figuratiuè posse dici ipsos Cardinales successisse loco illorum ducentorum quinquaginta virorum procerum sinagogæ, qui stabant cum thuribulis, & thiamone cum Mose, & Aaron ad ostium tabernaculi, qui tempore Concilij per nomina vocabātur, vt legitur Nume. xvj. in principio, & per totū, de quibus dicemus infra de scisma. Immo de necessitate dicendum videtur ipsos esse, cum scisma nō nisi à Cardinalibus oriatur, loquendo de scismate ecclesiæ, cansat in electione Rom. Pont. aut ex recessu à Romano Pontifice, cum etiam scisma & scissura cuiuslibet vnitatis possit cadere.

Ad cuius decisionem antequàm deueniamus referam de origine Cardinalatus, quæ legi apud Malonem Historicum antiquū christianum tamen, quem Romæ vidi in sacratio Lateranensi, ponentem originem ipsorum, cuius verba sunt hæc.

Petrus itaque audiens Simonem magum
43 Samaritanum suis præstigijs populum Romanum seduxisse, vt ipsum in Deum colerēt, qui dum in Samaria esset, se in Christum credere simulauerat, vt à Philippo baptizaretur Romam venit, quem Simon miraculis prouocare ausus est, & suis carminibus puerum mortuum suscitare pollicitus est, cumq; puer iam moueretur & suscitatus appareret, præsente Petro iacuit mortuus, vt erat. Petrus autem in nomine Iesu Christi Nazareni eum verè suscitauit. Indignatus Simon se in cœlum volaturum exclamauit si Petrus subsequi vellet, cūq; eleuatus esset, & iam volaret, & à dæmonibus exportaretur Petro extensis manibus in cœlū Deum rogāte ne præstigijs, magicisq; artibus populum deludi sineret, Simon decidit & cōfractis cruribus moritur.

Petrus autem ad Euangelij prædicationem verbo, & opere conuersus, tantæ approbatę vi
44 tæ & morum habitus est, † vt Romanorum de Christo credentium rogatu Ioanni cognomēto Marco eius discipulo, & in baptismo filio conscribendi Christi euāgelium ipso Petro dictante curam imposuerit.

Petrus vero dum pluribus intentus orationi, prædicationiq; commodè vacare non posset, Linum & Cletum eius discipulos in presbyteros ordinauit, qui sacerdotale ministeriū Romano populo & aduenis in Christum credentibus exhiberēt, his itaq; operibus vir Dei intentus tantum nominis apud Romanos sibi comparauit, vt iam pro Deo coleretur, hāc ob rem Nero Imperator indignatus mortem hominis consciuit. Vnde Petrus ad iram Neronis cęterorumq; inuidiam declinandum vr
45 bem exiliēs, via Appia ad primum lapidem, vt refert Egesippus, Christo fit obuiam, quem adorans dixit, Domine quo vadis? cui Christus, Romam iterum crucifigi. Ex quibus verbis datur intelligi, quòd locus, quem elegit
46 dominus † Roma est. De qua dixit vrbs sacerdotalis, gens sancta, populus electus, de quo

. . . .
. . . . .

47 † Tunc Petrus de se dictum existimās in vrbem redijt, & statim Clementem in Episcopū consecrat, eiq; tradidit illam, quam Christus sibi ligandi, & soluendi potestatem dederat.

Cumq; sic disposuisset, non multo post Neronis iussu necatur in cruce, euersis pedibus ad cœlum capite ad terram.

Paulus vero eodē die capite truncato obijt, ciuis enim Romanus erat, Petro crucifixo;
48 † non Clemens, sed Linus in Pontificatu successit Clementis rogatu: qui tantæ modestiæ,
49 & sanctitatis fuit † vt ipsum Linum, & Cletū ante se Pontificatus onus subire coegerit, ne posteris huius Pontificatus ambitio mali exempli haberetur, aut Petrum ex testamento successionem tradidisse putarent.

Dicunt tamen aliqui fratribus nō placuisse.

Et hæc Platina de vita pontificum quasi ad literam refert, quem Malonem vidisse, & ab eo hęc excepisse credendum est, licet de eo nullam fuerat mentionem, propterea ad præmissa gl. in c. si Petrus. viij. q. j. ponit versus, videlicet. Disputat hic mundus quartus fuerit, vel secundus loquendo de Clemente.

50 Subdit deinde idem Malon. † Linus vero ex mandato Petri prohibuit mulieres nudato capite templum ingredi: hic fecit ordinationes duas, presbyteros xviij. episcopos xj. creauit ordinauitq; hic Petri vitam, & cum Simone mago certamen conscripsit, demum à Saturnino consule, cuius filiam à dæmonibus obsessam liberauerat, capitali supplicio afficitur: huic Cletus eiusdē Clementis precibus in Pontificatu successit, qui etiam ex sacris xxv. presbyteros ordinauit, iussuq; Domitiani interficitur. Sicq; per presbyterorū, epōrum, diaconorū, & clericorū ordinationes ecclesia pullulās constituta est, quæ tū quinquies durissimas psecutiones diuersis Imperatoribus passa est. Quarū pͥma fuit sub Nerone Caligula, secunda

da sub Domitiano, tertio sub Traiano, quarta sub , , quinta sub Seuero Imper. & ad illa vsq; tempora Romani Pontifices cum suo clero per antra deserta, & criptas latitauerunt, ipsisque Rom. Pontificibus morientibus, clerus ipse sibi Pontificem deligebat, sicque vsque ad Syluestri primi, & Constantini Magni tempora ventum est, qui fidem Christi agnoscens &c. & hic conuersionem Constantini, & Basilicarum in vrbe ab eo etiam suis manibus, suoque ære constructarum, & munerum species, quibus ipsas donauit seriosè, refert ipse Malon. dicens deinde, Syluester autem quadraginta & duobus presbyteris, quadraginta & quinque Episcopis, Diaconibus triginta sex, ex sacris ordinatis moritur: Marcus verò Romanus presbyter Prisci Romani filius ab vniuerso clero, populoque Romano in Romanum Pontificem vno omnium consensu deligitur, sicque Romanorum Pontificum electio vsque . . . . tempora processit, qui electionem sibi deferendam, confirmandamque iussit. Ea propter multi Imperiali potentia Papatum indebitè occuparunt, sicq; ad Ottonis, & Ludouici Imperator. tempora seruatum est, demũ Ludouicus ipse Imperator huius nominis primu Paschali huius nominis etiã primo Romano Pontifici obedientiam, & reuerentiam iurauit, prohibuitq;, ne vacante sede Apostolica vllus suo Imperio subditus electioni Romani Pontificis interesse præsumeret, sicque in primam electionis formam reddita sibi Roma est, quæ ad pristinam eligendorum Romanorum Pontificum formam à clero, vniuersoque populo Romano rediës: demum statuit, vt electio per vniuersum clerum tãtum fieret excluso populo, cum id indignum videretur, vt tam sanctæ electioni laici authorizarent, quod quidem seruatum, donec moderãtibus visum est, vt per solos presbyteros, & diaconos vrbis Romæ electio fieret: octo enim & xx. presbyteri, & xviij. diaconi erant. In hos itaque vniuersa Romani Pontificis electio constituta est, & hi sunt quos cardines appellamus. hæc Malon. Pont. deinde idem distinctionem ecclesiarum vrbis, & modum in eis per donum Apostolicum, & septem Episcopos eius collaterales celebrandi, quæ prætermitto, tum breuitatis causa, tum quia ad materiam nostram non pertinent.

Præmissus itaque ordo, vsque ad hæc nostra tempora seruatur, vt videmus, ipsique presbyteri, & diaconi sine habitu, & pompa pileo, aut ornamentis fuerunt vsque ad Põtificatum Innocentij huius nominis Quarti, nostri iuris canonici luminis splendidissimi, qui Cardinalium sedes iampridem vacuas, optimo quoq; in Collegium cooptato ordine repleuit, statuitque, vt Cardinales æquo in publicum vecti galero rubeo vterentur honestandi ordinis causa, prius enim sine honore incedebant.

Fuit autem Innoc. ad Apostolatus apicem assumptus anno Domini 1242. & anno Domini 1244. Lugduni habuit concilium, in quo ipsos Cardinales creauit, & ornauit, sicque ad illa tempora vsque simplices sacerdotes, & ecclesiarum rectores sine honore, sine pompa, sine crista incesserant. Ecce modo, quomodo meditationes Augustini de Ancona, qui temporibus illis claruit, & Claudij Parisiensis dicta procedunt, qui Cardinales, Cherubin, & Seraphin comparauerunt: mirum enim est, vt hæc visio, hæc meditatio tandiu humanum genus, & Christianam religionem, ecclesiamq; Catholicam latuerit, si ordo iste Cardinalium fuerat sic diuinitus præfiguratus, & Romani Pontificis in suis epistolis decretalibus semper præposuerint Patriarchas Cardinalibus, vt legi in suprascriptione c. constitutis. de appella. sed Malon. fortè veram historiam retulit, in hoc tamen me in sinum sanctæ ecclesiæ reduco.

Ad quæstionis itaque nostræ decisionem descendendo, planè videtur dici posse, siue retenta opinione Augustini Claudij, & Abb. Sicul. in d. c. per venerabilem. dicentium, quòd Cardinalatus sit de lege diuina: siue quòd sit de lege positiua, ex quo habet ordinem annexum, videlicet presbyteratum, vel diaconatum, & exercitium clauium, quòd illum vendere, & emere sit simoniacum, & hæc est simonia prohibita à lege diuina, ideo prohibita, quia simonia, per hoc faciunt quæ dixit idem Claudius, dicens, quod etiam & omnes dicunt, videlicet quòd Cardinales in eorum titulis obtinent ius Episcopale, & idem dicit, quod ipsi Cardinales sunt vicarij Papæ ad regimen vniuersalis ecclesiæ, & dum Papa creat Cardinalem, confert etiam ei ecclesiam cum suo ordine annexo presbytero ecclesiam matricem, diacono verò filialem, & ipsi dant indulgentias centum dierum, quod expressè denotat exercitium clauium, vt est tex. in c. fundamenta. in §. decet. de elect. in sexto. de iurisdictione verò ordinaria in suis titulis, vt tenent omnes, videtur posse dici de iure communi non esse verum: de speciali verò, sine priuilegio taceo, quia Arch.
51 in c. experientiæ. xj. q. j. †dicit Bonifacium Papam VII. declarasse publicè nullum habere iurisdictionem ordinariam in vrbe Roma, præter Romanum Pontificem, & vide eũdem Archid. in c. conquestus. 15. q. iij. Immo in quantum Claudius dixit, quòd sunt vicarij Papæ, non videtur benè dixisse, quia immo in nullo

casu

casu gerunt vices Papæ etiam sede vacante, vt supra dixi de authoritate collegij Cardinaliũ, Apostolica sede vacante, nisi in casu repentinę prouisionis fiendæ pro statu ecclesiæ, vel in casibus eis, vel eorum Collegio specialiter reseruatis.

Contraria supra allegata, quòd tunc Cardinales essent Consiliarij Papæ, etiam tamen erãt laici, vt in d.c.in parrochia.xvj.q.j.& in c. ecclesiasticis.xij.q. ij. & in c. quæ mentibus. j. q.vij.supra allegata non obstant, quia secundum illa tempora sic seruabatur, & si Cardinales successerunt loco ipsorum Consiliariorum, Cardinalatus non est ergo de iure diuino, nec per se, aut sui natura habet ordinem annexum,& hoc modo etiam hodie Papa posset creare tales Consiliarios Cardinales laicos sine titulo ecclesiastico, & sic posset emi, & vendi sine metu simoniæ, cum in hoc nil spirituale concurreret: hodie autem concurrit & ordo, & titulus ecclesiæ cum exercitio, & administratione clauium, & hoc inficit, & coinquinat hominem.

De alijs autem officijs Romanæ curiæ, an illa vendere, aut emere sit simoniacum crederem, quòd non, quia nihil habent spiritualitatis annexum, sed manu, & actu exercentur, & omnes officiales curiæ: vide Io. de Ana. in d.c.j.de simo.

52 Sed quid † dicemus de clericis Cameræ Apostolicæ, qui denominantur ab ordine clericali, & habent exercitium clauium, quia excommunicant, aggrauant, regrauant, suspendunt, & interdicunt pariter, & absoluunt.

Qui si non essent clerici talia exercere non possent, cum laici non possint nec soluere, nec ligare, & sint incapaces exercitij clauium, & tamen clericatus venduntur palàm, & publicè, credo quòd per proximè dicta soluatur & hæc quæstio.

53 Et † quid de ementibus legationem cum facultatibus conferendi, dispensandi, ordinandi, excommunicandi, & absoluendi ad instar Legatorum Cardinalium, qui de latere nuncupantur, potest dici, vt supra pari ratione, faciunt ad hæc notata in c. consulere. de simo.

54 vbi expresse dicitur, quòd † simoniacum est dare pecuniam pro vicariatu, vel alia administratione rerum spiritualium, vel ecclesiastica rum, & dicit ibi Abb.quod dantes, & recipientes sunt simoniaci, faciunt not.in tit. ne prælati vices suas. per totum.& j.q.iij.in §. j. & c. si quis.& c.Saluator.& c.quæsitum.& c.quæ sir. ea.cau.& q.& c.quicunque.j.q.vij.

55 Sed † nunquid dare officium in Rom.curia pro beneficio ecclesiastico, vt quotidie fit Romæ sit simoniacum, nulli dubium, quòd sic, quia talia officia, vt supra dixi, non habent ordinem ecclesiasticum annexum. Immo etiam hodie mulieres habent officia portionum ripæ, & participant in Cancellaria. Ideò in hoc casu datur temporale pro spirituali, quod improbat Innoc.in c.cum pridem. de pact. & Io. An.in c.j.de rerum permu. in vj.in ij. col. post princ.ibi.& nota, quòd dicit beneficia in nouel. & idem in cap. postulasti. de rescript. in glo.tertia.

Ideò Concilium Lateranen. posterius sub sanctissimo D. N. Leone X. prohibuit huiusmodi dationes, quas permutationes appellabant, quia simoniaca, vt constat in bulla desuper edita in vndecima sessione.

56 Vtrum † autem sit simonia, si nihil dato, nec promisso resigno beneficium; vt conferatur Titio hoc expresso, dic quòd sic, sed secus est si tacitè in mente habeo, dicit glo.in c.ex parte.de offic.deleg.el primo.in verbo, dimittere, & Innoc.in c.tua.de simon.quando autem sola mentalis, & tacita voluntas simoniam inducat. vide Io.An.in c.fi.de simo.& hoc intellige verum in resignantibus in manibus inferioris Papæ, quia secus si resignatio fit in manibus Papæ, quia tunc fit expressio, in cuius fauorem fit resignatio, & sic seruat hodie curia, quia in Papa hæc simonia non notatur, cum habeat in his laxas habenas, & potestatis plenitudinem.

57 Sed quid † si renuncio tibi beneficium meũ, vt tuum renuncies nepoti meo? Io. An.in c.j. de rerum permut.in vj. in verbo suo, in nouell.in fi.primæ col.dicit, quòd non licet: quia esset simoniacum, & allegat glo.in d.c.ex parte.el secondo. de offi. deleg.

58 Sed † nunquid simoniam committit, qui pecuniam dat, ne beneficio suo spolietur, neue in beneficio suo sine cognitione causæ violentiam patiatur, dic quòd non, sed secus si iam spoliatus pecuniam dat, vt beneficium recuperet, quia illud non est vexationem redimere, sed possessionem recuperare, secundum quosdam, vt not. Ioan. And. post Innoc. in cap. ad aures. in verbo, redimatur. de simon.dicit tamen ibi Io.And.super j. gl. quòd non licet aliquid dare pro re spirituali etiã pro redimenda vexatione, quãdo potest habere recursum ad superiorem, & ab eo consequi iustitiam, nisi periculum vel damnum immineret ex dilatione vel mora, sed idem Io.And.in c.dilectus.de simo. in verbo promisit post Hosti. dixit, ꝙ in spiritualibus licitum est aliquid dare pro vexatione redimenda, quando fit ex cõpositione accedente superioris authoritate, & idem dicit glo.in d.c.dilectus, ꝙ ad redimendum vexationem nunquam, licet aliquid dare pro iure quærendo, sed pro iure iam quæsito

to conseruando, & idem etiam ibidem dicit But.qui etiam dicit, quòd pro habenda abso-
59 lutione.de sent.excom.† nunquam licet aliqd dare, si sententia sit aliqua, licet iniusta. Secus si esset nulla. Inno.autem in c.ij.de transac.dicit, ꝙ in spiritualibus licita est transactio dum modo detur vtrinque spirituale, & nihil temporale. Idem etiam quando petitur iure proprietatis, secus si petatur in titulum, quia tunc non licet transigere, etiam si vtrinq; detur spirituale. Sed compositio bene potest interuenire, ita tamen, quòd is, qui ius habet renunciet sine aliqua datione. Et dicit ibi But. ꝙ quando agitur de recuperando iure ecclesiæ deperdito quod spectabat ad ecclesiam de iure communi, licet illo casu transigere, & aliquid dare etiam sine authoritate superioris per cap. primum.de pac.in vj.

60 Simoniam non committit qui pro re spirituali id soluit ex vi statuti, & non pacti ad aliquid temporale præstandum, quia licet statutum per se sit iniquum, tamen non inducit simoniam, vt not. But. in c.cum M.Ferrariensis. de constitut. & post eum per do. meum Fely. ibidem in sua repeti. in versi. venio. sed Archidiaconus dixit contrarium, si illud præstandũ vtitur in vsum priuatũ, sed secus si in publicũ.

61 †Simonia non committitur, quando in spiritualibus deducitur pactum ad quod erat de iure communi debitum, quia concursus iuris
62 facit licitum quod alias erat illicitum, † idem si erat debitum ex consuetudine, statuto, vel priuilegio, dummodo sit applicabile actui po nibili vel conuertibili in vtilitatem publicam spiritualem, secus si in priuatam, vt not. Butr. in d.c.cum M.de constit. in xxx.col.in vers. venio ad sextam.

63 †Sed quæro, Papa mihi prouidit de beneficio, aut dignitate, vel episcopatu, & literis non confectis vel etiam confectis resigno in fauorem Titij, cum quo prius conueneram, vt consentiat in mei fauorem reseruationi, & constitutioni annuæ pensionis.x.vel fructuum reser uationi. An hoc sit simoniacum, Abb.in c.ad audientiam, & ibi glo.de rescripr. dicit, quòd sic.fallit tamen secundum eum, si quis renunciat literis, quod intelligo titulo ex officio superioris, vel interuenientibus amicis, & postea assignatur sibi pensio, quia tunc transit sine vitio secundum eum.Io.de Ana.in rubrica de simo.in iiij.col.non videtur distinguere per cõsilium Gaspar.de Calde.consilio vnico in hoc titulo, de simo.

64 Pro ingressu monialis in monasterium nõ licet ex pacto aliquid dare, quia simoniacum sponte autem offerre licitum est: nec sufficit dicere, quòd sicut dos datur pro oneribus matrimonij carnalis, ita liceret pro oneribus matrimonij spiritualis, vt monasterium possit suffer re onera ingredientis, quia canon hoc prohiber, vt not.in c.j.& fi.& per totam causam.j.q. ij.& iij.& tenet Bal.in l.si quẽquam.C. de episcopis & cler.quem refert & sequitur Ioan. de Ana.in rubrica prædicta, in iiij. col.in fi. bene faciunt no.per But.Abb.& do.meum Fel.post alios in c.cum M.Ferrarien.de consti. vbi etiã loquuntur de receptione in canonicum.Inno. in c.tua.de simo.& in c.non satis, eo.tit. & ibi Abb.& Io.An.in c.quoniam.de simo. Et attẽde quòd Inno.in d.c.tua.videtur sentire cõtra glo.d.c.non satis, vbi vide. Sed Ray. fecit rubricam in sua sum.de recepto in monasterium per simoniam, vbi longè lateq; disputat hanc materiam, & quem postea omnes secuti sunt, vt Goffre.Host.& omnes summistæ, & aliqd vltra hoc infra dicam, vbi tractabimus de pœna simoniacorum in.§.quarta perditio.

65 †Humiles preces emissæ à digno pro beneficio spirituali consequendo non inducunt simoniam, neque peccatum ambitionis, per tex. & ibi not.per Abb.& omnes in c.tua nos. de simo.in primo notabili.

66 †Canonicus vadens ad horas canonicas, vt percipiat distributiones, committit simoniam
67 mentalem, & non veram simoniam, †quæ per solam pœnitentiam tollitur.pro primo est gl. in c.j.de cler.non resi.in vj.in verbo receperit. pro secundo glo.in c.fi.de simo.& ibi Doct. & glo.in c.nisi cum pridem. de renunci. & Abb. in c.ex parte.el primo.de offi.deleg. & in c.saluator.j.q.iij.& per do.Cardinalem.in cle.j. de
68 vsur.in xxv.q. vbi dicit, † ꝙ simonia mentalis non obligat ad restitutionem, & tamen est simonia, secundum Host.in c.olim.de verbo.signifi.& Archidia.in c.presbyter.lxxxj. dist. & in c.quid proderit lxj.di.& doc.in c.significarum.de præben.& ibi Card.& idem in cle.j.in vj. not.de celebr.miss.

Sed his expressis casibus contenti ne totum titulum de simo. trãsplantemus, descendo ad tertium quæsitum, videlicet, quæ pœna sit à lege, vel canone imposita, vel veniat à iudice im ponenda simoniacis.

Io.de Ana.in rubrica de simo. in iiij.col.an-
69 te medium dicit, quòd † non potest dari certa doctrina, quæ sit pœna simoniæ, sed quòd secundum qualitatem simoniç aliter & aliter punitur, quia aliquando imponitur pœna excommunicationis, aliquando detrusionis in monasterium ad perpetuam pœnitentiam peragendam, aliquando expoliationis omnium beneficiorum, aliquando depositionis, aliquando pecunialiter centum aureorum, & infamiæ, vt probat tex.& gl.in l.j.ff. ad leg. Iul. de ambi.

ambi.vbi dicit litera, ꝙ ille qui per pecuniam sacerdotium petit punitur dicta poena, & licet ibi verbum sacerdotium ponatur pro quadã dignitate saeculari.glo.tamen ibi dicit idem & multo magis in dignitate ecclesiastica dicens, quòd etiã interdum imponitur poena quadrupli, & deportationis, vt patet in l.j. ad leg.Iul. de ambit.allegans Bal.in l.eos.ff.de tutel. titu. generali dicentem, quòd tutor per simoniam creatus remouetur, & punitur. Ideo vulgare patrimonij beati Petri in Thuscia, & in tota illa prouincia est, quòd officialis saecularis terrarum, & locorum, si per sordes, & munera, iudicant, accusantur de simonia, & dicuntur simoniaci, vt saepius habui in facto hic Viterbij. Dicit etiam idem Bal.ibidem, quòd ille, qui cõmisit simoniam debet puniri extraordinarie per inquisitionem officio iudicis.

Sed glo.in c.per tuas.el secundo.de simo.in
70 verbo securè tenet, † quòd simoniacus sit ipso iure suspensus ab executione ordinis, quod aliqui intelligunt, vt ibi refert nisi sit simoniacus in ordine. Sed quòd alij dicunt contrarium, videlicet quòd omnis simoniacus sit ipso iure suspensus per c.reperiuntur.j.q.j.& c. quibusdã. & hoc tenet ibi glo.quae expressè dicit, quòd illud videtur verum, quòd siue ordinem, siue beneficium adeptus est per simoniam impedit ordinis executionem etiam post peractam poenitentiam, per tex.& not.in c.inquisitionis. de accus.primo responso. Et ibi Abb.post But.facit tria membra, siue tres distinctiones. Prima est quòd aut est simoniacus in ordine recipiendo, aut in conferendo, aut in beneficio suscipiendo, & conferendo. primo membro cũ sit simoniacus in ordine, dic quòd est suspensus nedum ab ipso ordine simoniacè suscepto. sed etiam in omnibus alijs ordinibus licitè susceptis, & per consequens est etiam remotus ab administratione temporalium bonorum beneficiorum praedictorum & etiam suorum aliorum. quanquàm enim multi sunt ordines, vnũ tamen est sacramentum ordinis. Ideo si committit simoniam in vno, vulnerat totum sacramentum ordinis, & reus vnius est reus omniũ, ideo est suspensus ab executione omnium, & per consequens ab administratione bonorum: sic dixit Inno.in d.c.per tuas.& in c. tanta.hoc eo.tit.facit tex.in c.verum, alias est. §. xxxij. di. &.j.q.j.reperiuntur.& in c.eos.lxxxj.di.& glo. in cle.cupientes.in verbo non nouam. de poen. vbi generaliter tractatur, an suspensus ab officio sit suspensus à beneficio, pro quo faciunt not.in simili in c.nullus.& c.praeter.xxxij. dist. Et haec vera intelligenda sunt secundum eundem Abb. in eo, qui commisit simoniam; sed secus in eo, qui recipit ordinem ab alio simoniam committente, seu alio soluente suscipiente ignorante, quia tunc talis est tantum suspensus ab illo ordine sic simoniace suscepto, non autem ab alijs prius legitime susceptis, nec à beneficijs prius legitime adeptis: faciunt ad hoc not.in c.de simoniace.hoc eo.tit.vbi Inno.haec late, vbi Abb. tenet, quòd idem sit in eo, qui recepit ordinem ignoranter à simoniaco suspenso: allegat tex.in c.si quis à scismaticis. j. q. j. sed de his copiosius dicam infra in quarta quaestione principali, in qua tractabimus de dispensa.cum simoniaco referendo dicta Ray. in sua summa.

Secundo membro principali quando quis est simoniacus in ordine cõferendo, dicit doc. variè sensisse. Nam Goffre. tenuit talem non esse suspensum quo ad alios, quod etiam sensit Inno.in d.c.per tuas. quo ad triennium tantũ, vt in c.pen.eod.tit.& vt sic plus puniatur recipiẽs ordinem simoniace, quàm conferens, quia recipiens habet ordinem vitiosum, non sic cõferens, licet conferendo indigne grauiter peccet. sed ipsemet Inno.sensit oppositum in d. c. pen.& Abb.illud dicit credere verum: conclu-
71 dit ergo † quòd conferens ordinem per simoniam est ipso facto suspensus perpetuò ab ordinibus. Et dicit, quòd pro hoc est tex.in d. c.si quis à simoniacis, iuncta glo.ibi, & facit etiam tex.in d.c.per tuas. & melius tex.& glo.in §.verum.xxxij.di. vnde dicit, quòd à tali simoniaco quantumcunque occulto non debemus recipere aliqua sacramenta, nisi baptismum, & corpus Christi, & hoc tempore necessitatis tantum, vt in praealleg.§.tantum.

Tertio membro principali, quando quis est simoniacus in beneficio, aut est notorius simo-
72 niacus, † & est suspensus ipso iure, vt not. in dicto.§.verum.& not. Innoc. in dicto cap. per tuas.& in cap.tanta.hoc eo.titu. aut est occultus, & non est suspensus, sed suspendendus. argu. j.q. iij.c.j.& ij. Dicit tamen Inno.in d.c. per tuas. quòd respectu illius beneficij, quod simoniacè acquisiuit, est suspẽsus ab omnibus
73 ordinibus, † vnde si quis emit episcopatum, licet non ordinem non potest valide clericos ordinare, quia illa collatio, & ordinatio procedit ex illa emptione episcopatus; & ideo ordinati ab eo non habent executionem ordinis, quod dicit Abb.esse bene notãdum, & ad hoc allegat tex.in c.ea quae.j.q.iij.

Sed contra has distinctiones videtur tex. rotundus, in c.cum super. de confess.ibi ipsum per definitiuam sententiam duximus ab omni beneficio & officio ecclesiastico deponendum, & sic videtur, quòd poena simoniae sit depositio ab officio, & beneficio, sed distinctiones saluantur, quia ipsae loquuntur in simoniaco occulto

culto

culto, & de pœna à canone ipso iure inflicta, vt loquuntur iura supra allegata. Dic vero c. cum super. loquitur de sententia Papæ, & sic aliud est de pœna à iure imposita, & aliud à iudice imponenda, & Papa ibi facit ex officio, vt sentit ibi glo. & doct.

Veritas autem est quòd simoniacus in beneficio est ipso iure priuatus illo beneficio, imo verius nullum titulum in tali beneficio acquirit, quando simonia per eummet fuit commissa, secus si per alium eo ignorante, quo casu titulum acquirit, nec priuatus est ipso iure, sed venit priuandus. Ita not. Ant. de Butr. & Abb. in c. nisi cum pridem. de renunci. in prin. plus dicit Io. And. & But. post eum in c. pen. de elec.

74 † quòd simoniacus in beneficio inhabilis est ad omnia beneficia obtinenda, nisi secum dispensetur.

An autem, & per quem dispẽsetur dicemus infra in vltima quęst. principali. Et intelligit de simoniaco, qui per seipsum simoniam commisit, quia secus si per alium eo inscio simonia fuisset commissa, quia tunc, si eo ignorante habilis est ad alia beneficia, non tamen ad illud simoniacè acquisitum, quia in illo requiritur dispensatio, vt colligitur & not. per Io. And. & But. in c. de simoniace. de simon. Et quia supra dixi, quòd simoniacus per se est inhabilis ad quæcunque beneficia obtinenda in posterum, quia secus est in iam obtentis, in quibus nõ est suspensus, quin in alijs ministrare possit secundum Io. An. in c. per tuas. el secundo. de simo. Sed secus est in simoniaco in ordine, quia talis, vt supra dixi, perdit executionem omnium ordinum, & consequenter administrationem

75 temporalium, & † licet sint plures ordines, vnum tamen est ordinis sacramentum secundum Io. And. in d. c. per tuas. Simoniacus autem in ordine conferendo, qui non est ipso iure suspensus, vt in d. c. per tuas. Sed venit suspẽdendus. Abb. vero in c. pen. de simo. dicit, ꝙ talis est ipso facto suspensus à collatione ordinũ, & ordinatus est suspensus ab illo ordine simoniacè recepto, cuius contrarium tenuit Io. An. supra proximè.

Qualiter autem suspẽdatur ibidem posuit Anto. de But. & alij post eum. Et Spec. in titu. de lega. in §. nunc ostendendum. versi. xxxiiij. & sequen. & qualiter etiam puniantur simoniaci posuit Abb. in c. de hoc. in ij. col. de simo.

Raymundus in sum. quem refert Goffr. etiã in sua sum. Host. Pet. de Taranta. Et Friburgo, & beatus Anto. Archiepiscopus Flor. In eorũ sum. hoc eo. tit. copiosè examinãt supradictas tres distinctiones. Quorum dicta, vt potero breuius referam.

Nam Ray. qui in hac materia formauit rubricas principales, sub quibus luculentissime examinat hanc materiam, in principio dicit, quòd pœna simoniæ est depositio, & infamia, si aliqualiter constat suo iudici de crimine aliquo modo, siue per inquisitionem, vel denunciationem, vt not. in c. super his. de accusa. Subdens, quòd qui simoniacè recipiunt vel recipiuntur, si per modum accusationis cõuicti fuerint, tam recipientes quàm recepti, deponuntur ab ordine, & beneficio.

Et infamis est simoniacus in beneficio, sicut simoniacus in ordine, vt in c. inquisitionis. de accusat. addens quòd Io. dicit de depositione à beneficio & non ab ordine crimine probato in modum denunciationis, vel inquisitionis, & debent recepti simoniacè amoueri à locis, vbi simoniacè recepti sunt, & in monasterijs arctioribus collocari ad pœnitentiam, etiam si constiterit hoc per inquisitionem.

Recipientibus autem iniungitur pœnitentia, & donec eam peregerint, ab executione sacrorum ordinum suspenduntur, vt in c. dilectus. de simonia.

76 † Goffr. vero, quem etiã refert Host. dicit, ꝙ
77 simonia est crimen enorme, † & ad accusationem simoniaci quilibet admittuntur ad accusandum, dummodo, qui accusatur, sit malè
78 famæ. † Et quilibet peccator Missam cantare potest præter simoniacum, vel dic solum simoniacum etiam occultum suspensum esse quo ad se, & quo ad alios.

Et si quæratur, quare iura canonica sic persequantur hæc duo, scilicet simoniam & fornicationem, respondetur. Simonia est morbus
79 cancrosus, † ideo ferro ignito opus est, est etiã malum vsitatum, sicut fornicatio est commune vitium. ideo pœna exacerbari debuit in vtroque Et quia dixi, quilibet peccator potest missam cantare præter simoniacum, sic intellige, quilibet non præcisus, ab ecclesia toleratur, & sic tollitur obiectus de suspensis, & excommunicatis, qui excluduntur à participatione sacramentorum. hæc Goffr. allegans iura super omnibus prædictis. Sed vide glo. relatam ad tex. in c. accusatum. de simo. ibi. Simoniacus autem in ordine, quantumcunque sit occultus est ipso iure suspensus, nec potest missam cantare, & allegat concordantia iura, & assignat causam. Subdens de pœna simoniaci sic dicendũ est. Aut quis est simoniacus in ordine, autem in beneficio suscepto, si in ordine, suspensus est ipso iure, habet enim characterem furtiuum, aut vitiosum, vnde ordo intus ortus cecidit, & qualitercunque de hoc crimine constiterit, siue per modum accusationis, seu denunciationis, vel inquisitionis, & allegat iura, vt ibidem subdens, & quòd dixi de

simoniaco

simoniaco in ordine, quòd sit suspensus ipso iore, puto locum babere etiam in simoniaco in dignitate, qui execntionem dignitatis retinet impeditam, vnde quicquid facit gerendo officium dignitatis, suspensus agit, & decipit animas subiectorum, & idem dico in beneficio curam animarum habente, quia de his duobus idem iudicium est, subdens, si vero aliquis sit simoniacus in receptione simplicis beneficij, vel in collatione cuiuscunque beneficij, tunc aut eius delictum est occultum, aut notorium, si notorium, aut de iure, aut de facto, Primo casu simoniacus est ipso iure suspensus, sicut & quilibet in peccato mortali constitutus. In secundo vero est suspē sus quo ad se, & quoad alios. nam & accusatus de simonia probibetur exequi officium suū accusatione pendente.

80 † Postremo dicit idem, Goffre. quòd is, qui beneficium simoniacè acquisiuit, tenetur ad omnes fructus, quos recepit aut verisimiliter percipere potuisset, quia fur, & latro: ideo sicut fur semper est in mora, & ad damna tenetur tanquam sine titulo possidens, & idem si habet titulum, sed talem, qui pro non titulo sit habendus.

Host. ea ferè omnia, quæ dixit Goff. sub breuitate repetit, dicēs, quòd simoniacus in ordine est deponendus, qualitercunque de hoc constiterit siue per modum accusationis, siue inquisitionis, seu denunciationis.

81 † Simoniacus autem in beneficio, vel dignitate per accusationem deponitur, per inquisitionem vero amouetur, & idem per denunciationem.

82 † Simoniacus etiam in dignitate suspensus est ipso iure, & idem in beneficio habente curam animarum, quia de his idem iudicium est habendum.

In simplici vero beneficio, aut est occultū, & sic suspensus est quo ad se tantum; aut notorium, & tunc suspensus est quo ad se, & quo ad alios: sed hæc omnia faciunt quasi ad literam Raymun. & Goff.

Vltimo dicit idem Host. Tu vero, si placet de pœna simoniacorum sic notabis, quòd simoniaci diuersas pœnas patiuntur: Nam simoniaci pœnam patiuntur ipso facto, item puniūtur per iudicem aliquando ad tempus, alioquin in perpetuum, declarando per discursum dic. modos puniendi per tres col. cuius dicta aliter non referam breuitatis causa.

Io. de Fribur. in sua sum. quæst. xxj. quærens, quæ pœna sit simoniaci refert ad literam dicta Ray. & Innoc. in c. tanta. hoc eod. titu. & format lxxix. q. ex dictis diuersorum doctorum, quæ oia tanguntur per Hos. ideo aliter nō referā

Petrus de Tarantasia in sua sum. hoc eo. tit. sub Rubrica de simonia in ordine cōmissa in §. item qui simoniacè recipiunt, & recipiuntur, dicit, quòd in quantum in c. inquisitionis, de accus. notatur, quòd si per modum accusationis conuicti fuerint, tam recipientes, quàm recepti deponuntur ab ordine, & beneficio, & infamis, tam simoniacus in ordine, sicut in beneficio; dicit, quòd Io. intellexit de depositione à beneficio, & non ab ordine crimine probato in modum denunciationis, vel inquisitionis, & debent simoniacè recepti amoueri à locis, vbi simoniacè recepti sunt, & in monasterijs arctioribus detrudi, & collocari ad pœnitentiam peragendam, & donec eam peregerint, ab executione sacrorum ordinum suspenduntur, per not. in c. dilectus, hoc eo. ti. Et demum ponit rationem, quare id in Abbate non habeat locum, & non remoueatur ab administratione, vt quærunt omnes. Respondet, quòd hoc ideo, quia simonia fuit commissa in dignitate, & non in ordine, vel quia multitudo erat in causa, & vtile non erat monasterijs veteres prælatos amouere, per not. in c. j. de renunci. & sic d. c. dilectus contineret casum specialem: & vlterius materiam prosequē do dicit ea omnia, quę antiquiores doc. & sum mistæ dixerunt.

Beatus Tho. ij. ij. q. centesima, art. 6. quasi epilogando totam materiam pœnæ simoniacorum, postquàm arguit ad partes, facit septem conclusiones, quarum sex faciunt ad pœnam prædictam, septima vero & vltima facit ad materiam dispensationis cum simoniacis, de qua infra suo loco dicemus.

83 † Prima itaque conclusio est, quòd ille, qui simoniacè recipit sacrum ordinem, recipit characterem ordinis propter efficaciā sacramenti, non tamen recipit gratiam, neque ordinis executionem, eo quòd quasi furtinè suscepit characterem contra voluntatem Domini principalis, videlicet Dei, & ideo est ipso iure suspensus quo ad se, & quo ad alios.

84 † Secunda conclusio est, q nullus debet recipere ordinē ab Episcopo simoniaco in Episcopatu, vel in ordine, & ab eo ordinatus nō recipit ordinis executionem, etiam si ignoret ipsum esse simoniacum, & indiget dispēsatione.

85 † Tertia, quòd spontè simoniacè accipiens ordinem, vel beneficium non solum priuatur, eo quod accepit, vt supra, sed etiam punitur vlterius, quia notatur infamia, & tenetur ad restitutionem fructuum perceptorum, & quos quilibet diligens percipere potuisset: & declarat hoc esse intelligendum deductis expēsis in colligendo ipsos fructus, & illis, q oi expensi sunt in vtilitatē ecclesiæ, secus dicit quo ad fru

ctus

ctus in eo, qui ignotanter per simoniam promotus est.

86 † Quarta conclusio, ꝙ pecunia simoniacè expensa debet restitui ecclesię, in cuius iniuriam data fuit.

87 † Quinta conclusio, ꝙ recepti simoniacè in monasterium debent abrenunciare, si ipsis sciẽtibus cõmissa est simonia post concilium generale, & repellitur de monasterio sine spe restitutionis, & in arctius monasterium ad perpetuã pœnitentiam peragendam detruduntur, vel in aliquo loco eiusdem ordinis, si strictior ordo non inuenitur, & si hoc fieri non potest, debẽt dispensatiuè recipi, ne in sæculo vagentur, mutatis tñ priorib. locis, & ĩferioribus assignatis.

88 † Sexta cõclusio est, ꝙ quo ad Deũ sola volun tas facit simoniam, sed quo ad pœnam ecclesiasticam exteriorem non punitur vt simoniacus, vt abrenunciare teneatur, sed debet de mala intentione pœnitere. Septima vero, conclusionẽ ponemus in sequenti quæstione de dispensatione, quia ad ipsam pertinet.

Beatus Anto. in sua sum. parte ij. c. iiij. & c. v. per vigintiquinq; §. luculentissime examinat hanc materiam simoniæ vltra omnes.

De pœna autẽ simoniæ in §. ij. d. c. iiij. dicit, ꝙ pœna huiusmodi est determinata per Petrũ Apostolum dicentem contra Simonem magũ; Pecunia tua sit tecum in perditionem. s. tuam

89 addens, † ꝙ multiplex est perditio, quæ incurritur per simoniam.

Primo est perditio gratiæ diuinæ, per quã peruenitur ad perditionem gehennæ, allegans auctoritatem Gregorij Nazanzeni dicentis, Iudas omniũ redemptorem vendidit, mox laqueo suspensus, tandem gratiam redemptionis non obtinuit, meritò, quia nemo potest retine

90 re, quod vẽdidit. † Simon magus cum eandem spiritussancti gratiam emere vellet, damnationis suæ sententiam à Petro audiuit: Pecunia tua sit tecum in perditionem, & habetur. j. q. j. c. qui studet.

Christus enim erat filius Dei, & nedum spi-

91 ritualis, sed ipsa spiritualitas, † ideo ipsum vendendo Iudas simoniam commisit, cũ diuinitas esset in eo cum spiritu sancto, vendidit enim filium Dei quantum ad humanitatem.

Sed spiritum sanctum quantũ ad diuinitatẽ, & sic ostendunt se esse dominos spiritussancti, & propterea dicuntur esse maximi hæretici.

Vlterius dicit, ꝙ secunda simoniacorũ perditio est suspensio executionis ordinum, & officiorum suorum, quo ad simoniacos in ordine simoniacè recepto, vel etiam in dignitate, & beneficio curato, etiam si sit occultum vitium, quia sunt suspensi quo ad se & quo ad alios, & sequitur dicta Host. quasi ad literam, Ideo vlterius non prosequor.

Tertiam pœnam simoniacorum dicit esse bonorum, seu substantiæ temporalis perditionem, nam licet pecunia per simoniam tecepta retineri non possit, non tamen debet restitui conferenti, quia turpiter dedit, sed debet pauperibus erogari, vel illi ecclesiæ dari, in cuius iniuriam data fuit, & hoc in omni simonia secundum beatum Tho. in iiij. senten.

Quarta perditio est secundum eundem Anto. aliquando perditio sanitatis, vel vitæ corporalis, sicut patet exemplum Giezi, qui cum exegisset peccatum à Naam Siro propter sanitatem receptam. s. mundationem lepræ per Helisæum prophetam magistrum suum ad deprecationem ipsius Helisei, ipse percussus est lepra cum posteris eius, vt habetur Regum iiij. c. v. Et demum ponit aliud miraculum de beato Hieronymo contra monasterium monialium simoniam committentium in receptione mo-

92 nialium pacto dotis præcedente, † quod miraculosè ruit funditus, & omnes moniales simoniacas oppressit, vna excepta, quam beatus Hieronymus præmonuerat, & quæ alias correxerat sæpius de huiusmodi simonia, ex quibus possumus facile inferre, quòd simoniaci, vt sæpe videmus malè in hoc sæculo perduntur.

Postremo idem beatus Anto. in d. tit. v. in §. fi. dicit, ꝙ pœna contra simoniacos in iudicio ecclesiastico, & secundum iura est principaliter triplex. Prima est suspensio ab executione ordinum, vt supra dixit remittens se ad dicta per eum in tertia parte suæ summæ, & ad ea, quæ dicuntur per doct. in corpore iuris.

Secunda pœna est, quia debet puniri, si dè crimine constiterit in iudicio pœna depositionis, & infamiæ, vt etiam supra vidimus per not. in c. inquisitionis. de accusat.

Tertia est pœna excommunicationis, & hęc introducta est per constitutiones extrauagantes quo ad quasdam simonias, tamen sic excõmunicati non sunt euitandi etiam in diuinis secundum constitutionem in Concilio Basilien. si editam, quam ipse beatus Anto. inseruit in d. sua sum. in iij. parte, tit. xxvj. c. iij. cuius tenorem ego pariter inserere volui pro potiori materiæ declaratione: tenor ergo sequitur de verbo ad verbum, & est talis.

Ad euitandum scandala, & multa pericula, quæ cõscientijs timoratis contingere possunt Christi fidelibus tenore præsentium misericorditer indulgemus, quòd nemo deinceps occasione alicuius sacramentorum administratione, vel receptione, aut aliquibus alijs quibuscunq; diuinis intus & extra prætextu cuiuscunque sententiæ, aut censuræ ecclesiasticæ à iure, vel ab homine generaliter promulgatæ teneatur

tur abstinere, vel aliquem vitare, aut interdictum ecclesiasticum obseruare, nisi sententia ecclesiastica, vel censura huiusmodi fuerit illata contra personam, collegium, vniuersitatem ecclesiæ, communitatem, vel locum certum, vel certam à iudice publicata, vel denunciata specialiter, & expresse, constitutionibus Apostolicis, & alijs in contrarium facientibus nõ obst. quibuscunque, saluo, si quem pro sacrilega manuum iniectione in clericum in sententiam latam à canone notoriè constiterit incidisse, quod factum non possit aliqua tergiuersatione celari, nec aliquo suffragio excusari. Nam à communione illius, licet denunciatus non fuerit, volumus abstineri iuxta canonicas sanctiones in concilio Constantiensi sub Martino Quinto.

Et inde idem Beatus Anto. subdit, & nota quòd quidem dicebant istam constitutionem fuisse in concilio propositam, sed non acceptatam præcipue ab Italica natione, alij dicebant fuisse temporalem .s. per quinquennium vsq; ad concilium sequens, quod Senis celebratum fuit, dicens, quòd nullum horum est verum, sed quòd duo venerabiles viri famosi vita, & scientia, quorum vnus doctor in Theologia, alter in iure, & Episcopus, videlicet d. Ni. de Chascherelis, & d. Andreas, qui fuerunt præsentes in concilio Constantiensi, vbi facta fuit dic. constitutio, dicunt ipsam acceptatam in perpetuum. hæc ille.

93 † Ad quartam vero principalem.q. quæ concernit conclusionem intentionis nostræ irregularitatis, & dispensationis, videlicet, quæ dispensatio fieri possit, & per quem, & cum quibus in crimine simoniæ, Ray. in sua sum. hoc eo.ti.sub §. quæ dispensatio erga simoniacum fiat, & per quem dispensetur, dicit quòd cum simoniaco in quatuor casibus prohibita est dispensatio, non tamen Papæ, sed alijs, & ponit illos versus, quos supra posui sub rubrica, seu titulo de tempo. ordi. videlicet, siue bis ordo datur baptismus siue repetatur, &c. alias dispensare potest in ordine Papa de plenitudine potestatis cum prædictis, & cum illis, quibus scientibus commissa est simonia etiam in ordine secundum aliquos per c. nobis, hoc eod. ti. & j. q. j. erga simoniacos: Dicunt tamen aliqui Papam non posse dispensare in illis quatuor casibus, quia longè difficilius, & rarius dispensat in illis, quàm in alijs.

94 Dicas etiam, † quòd Episcopus non potest dispensare cum illis, qui ordines simoniacè recipiunt, vt in c. at si clerici, de iudic. Sed si hoc crimen nescientibus ordinatis perpetratum est, potest cum eis dispensare, postquàm renunciauerint executioni ordinis, per cap. de simoniacis. de simo. Et hoc nisi pecunia data fuerit ipsi Episcopo, quia tunc ipse dispensare non posset, sed bene successor illius Episcopi, aut alius superior ordinarius iudex illius ordinarij, & exemplificãdo dicit, vt pote si haberet beneficium, vel domicilium in diœce. alterius Episcopi, & hoc etiam posset metropolitanus, ut in d.c. erga simoniacos. j. q. j. & c. si quis, & j. q. v. c. præsentium.

Si verò data fuit pecunia collaterali Episcopi eo ignorante, tunc ipse Episcopus posset dispensare. j. q. j. c. præsentium, & dispensare quidem potest, quòd habeat illud idem beneficium, vt dicunt quidem: ita videtur sensisse Hug. qui notauit super illo c. imprimis. j. q. j. quòd dictus qui adeptus est ecclesiam eandem per simoniam, si nõ potest illam retinere de iure, aliam tamen prohibetur habere, credunt tamen quidem, quòd nec in illo, nec in alio beneficio possit Episcopus dispensare cum tali remanente in sæculo, & hoc satis potest colligi ex hoc, quòd aliqui dicunt, quòd solus Papa possit in hoc casu dispensare, nec distinguunt, vtrum in eodem beneficio, vel alio: vnde intelligendum est, quòd in nullo; hoc etiam videtur notasse Tancr. in c. nobis, hoc eo. tit. de simo. hoc etiam haberi potest per hoc, quod dicit decretalis quoniam simoniacè eo. ti, quia regulares qui per simoniam ingrediuntur monasteria, seu religionem scienter retrudendi sunt in arctius monasterium ad agendã pœnitentiam, sed facilius dispensatur cum regularibus, quàm cum sæcularibus, cum autem non dispensetur cum huiusmodi regularibus, quòd remaneant in illis locis, sed retruduntur alibi ad pœnitentiam agendam, multo fortius cum sæculari dispensandum non est in beneficio, nisi sit talis quòd videatur ibi esse locus pœnitentiæ: sed talis non est ecclesia, vel præbenda, sed potius locus honoris: ergo non potest dispensari cum tali in beneficio nisi per Papam.

95 Sequendo vlterius dicit, quòd dispensatio cũ simoniaco in beneficio fit quadrupliciter, scilicet parua, magna, maior, & maxima:

Parua, vt laycam habeat communionem, vt j.q. vij. c.j.

Magna, vt post pœnitentiam in alia ecclesia in suo ordine remaneat.

Maior, vt etiam remaneat in eadem, sed in minoribus ordinibus.

Maxima, vt etiam maiores ordines in eadem exequatur, non vt habeat prælaturam: de his tribus habetur. j. quæstio v. cap. j.

Item licet quidam dicãt, q̃ nullo casu possit Eþs cũ simoniaco dispẽsare, arg. c. nobis, hoc

eo.titu.tamen secundum alios, cum is dicatur simoniacè ordinatus, vel promotus, non tamē est simoniacus, quo ignorante, & ratum non habente à consanguineis familiaribus, vel amicis commissa est simonia, quia cum tali ignorante, cui ecclesia vel beneficium acquiritur p simoniam potest Episcopus dispensare, vt etiā conferatur eidem de nouo idem beneficium, postquàm ei simpliciter, ac purè renūciauerit, quia tales non sunt simoniaci, vt in c.de simoniacis.hoc eo.tit.hoc autem intellige, si Episcopus simpliciter ignorauit, nam si scienter contulisset beneficium tali, non ipse, sed superior, & etiam successor dispensare posset, vt in d. c. j.j.q.v. & in c.diuersis fallacijs.de cleri.coniuga.in fi.

Si vero beneficiato sciente, tunc solus Papa dispensat, ꝙ habeat idem beneficium secundū aliquos.vt in c.de regularibus, hoc eo.tit.

Item dispensare potest episcopus cum illo, qui sola intētione, vel voluntariè occultam cōmisit simoniam, cū hoc nō inueniatur sibi prohibitum, immo forsan per solam condignam pœnitentiam talis liberatur ex toto absque alia dispensatione, arg.I.di. c. de his vero. & c. nuper. de senten. excommun. & cap. fin. hoc eo. titulo.

Similiter episcopus cum illo dispensat, qui ordinem, vel beneficium contulit simoniacè, vel fuit mediator simonię, dummodo sit occultum.

Similiter cum eo, qui carnales interposuit preces etiam pro indigno dispensare potest, secundum iura prædicta, nulla alia interueniēte conditione, vel pacto, quæ si interuenirent, nō posset tunc episcopus dispensare.

Item episcopus cum illo dispensare potest, qui ordinem recepit simoniacè in rite, similiter cum eo, qui recepit beneficium simoniacè, postquàm resignauit executioni ordinum: hæc omnia Ray.vbi supra, qui fuit compilator decretalium in hac vltima compilatione Gregoriana, vt ipse Gregorius attestatur in suo proœmin.in §.sanè, & alij scribentes post eum vltra eius dicta parum, aut nihil dixerūt tam in summis, quàm glo. vel lecturis.

Sed glo.fi.in c.nobis.de simonia.facit vnam conclusionem, videlicet quòd cum eo, qui simoniam commisit, solus Papa potest dispensare.

Cum ignorantibus vero dispensant episcopi, & allegat concor. Et infra dicemus.

Goffr.in sum.in §.vltimo videndum est quærens, an in simonia valeat dispensari distinguit, ꝙ quidam sunt simoniaci, quidam simoniacè promoti vel ordinati, non tamen sunt simoniaci.

Cum simoniacis nullus præter Papam dispēsare potest, vt. j.q.j. c. erga simoniacos.& in c. nobis hoc eo.tit.

Papa vero ex plenitudine potestatis dispēsare potest, vt in c.dilectus filius. A.eo.tit.& j.q.v. c.quicunque.Cum simoniacè promotis & nō simoniacis potest Episcopus dispensare, vt in d.c.nobis.j.responso.& c.ex insinuatione.& de elec.si alicuius.& j.q.v.c.præsentium. & in c. de simoniacè.de simo. & c. de regularibus. & quòd dixit posse dispēsari cum simoniaco promoto, vel ordinato. verum intelligit eo prius resignato, quod est simoniace acquisitum, vt in decretali si alicuius. & j.q.v.c.quicunque.in principio.Et quòd dicunt iura illa in beneficio & dignitate, putat & in ordine locum habere, vt resignetur executio: characteri autem resignari, aut renunciari non potest, eo quòd animæ est infixus.

Quidam tamen dicunt Papam non posse dispensare cum simoniaco in ordine, & hoc tali ratione, quia necessaria est renunciatio, sed simoniacus in ordine characterem resignare nō potest; executioni non, quia non habet ad q̄d modo renunciare, nisi quantum in eo est, offerēdo se perpetuæ depositioni, vt xxj.di.c.nunc autem.Item quòd dixit posse episcopum dispēsare, intelligit, si nō episcopo, sed alicui de suis comitibus pecunia data sit, quia si sibi, sua simonia eum indignum redderet, & dispensare non posset, & hoc innuit canon ille.j. q.v.cap. præsentium in princip.vbi dicit per pecuniam non episcopo, sed cuidam principium eius datam. Et demum prosequitur materiam per eundem sensum, & quasi per eadem verba sicut Raymundus.

Sed vnum magis specifice ponit, videlicet,
100 vtrum Episcopus possit in simonia commissa in exequijs mortuorum, & in benedictionibus nubentium, in cimiterij concessione, in chrismate recipiendo, in sacrorum vasorum siue vestimentorum benedictione, & consimilibus minoribus speciebus simoniæ.

Et dicit, quòd credit, quòd sic, post peractā pœnitentiam, eo quòd non prohibetur, arg. c. nuper. de sent. excom. nec dicit obstare. j. q. j. c.erga, quia loquitur in simoniaco in dignitate, ita dicit loqui.c. nobis, hoc eo.tit.in fi.

101 † Demum prosequitur an sacerdos licitè, & sine metu simoniæ possit locare operas suas, & offerre, & donare omnia sua bona ecclesiæ, vt possit p bona tēporalia adipisci bona spūalia, sed quia hæc faciunt ad mare magnum, & spaciosum huius materiæ simoniæ, non autem ad irregularitatem, vel dispensationem, nisi in consequentiam aliorum casuum maiorum supradictorum, ideo hic prætermitto, ne

vt supra

vt supra dixi miseram hic totam materiam simoniæ, sed descendam ad dicta Hosti. & aliorum successiuè per ordinem ea, qua potero breuitate.

Hosti. in sum. hoc eo. ti. in §. quæ dispensatio quærit, quæ dispensatio, & à quo circa simoniacos adhibeatur, & per eademmet verba dicit, quæ dixit Goffr. ad literam, sed clarius, & apertius dicit, quòd si quis est simoniacus, in ordine. s. qnia dedit pecuniam, vt ordinaretur in subdiaconuio, vel diaconum, aut sacerdotem, cum his oon potest Episcopus dispensare, vt in d. c. oobis, quem omnes allegant, & ad eum recurrunt, quia non possunt dispensare nisi in adulterijs, & minoribus criminibus, vt supra de iudic. cap. at si clerici. Quinimmo cum tali secundum aliquos dispẽsare non potest, quia simoniacus necesse habet renunciare ei, quod simoniacè acquisiuit, vt supra dixit Ray. & Goff. & deinde sequitur per omnia, & quasi per eadem verba, vt dixit Ray. à qno omnes exceperunt.

102 † Dicit etiam Hosti. quòd in simplici beneficio dispensat Episcopus cum capitulo cũ causa, & sine causa, dum tamen prærogatiua meritorum istud exposcat, & dicit sic esse intelligendum. c. si alicuius. & c. ex insinuatione. eo. ti. quæ etiam snpra dicta fuerunt, ideo vlterius eius dicta non prosequor.

Io. de Fribur. io sua sum. ad literam refert dicta Raymundi per omoia, vt supra dixi, & retuli, & in xxiiij. iocipit tractare materiam dispensationis, & ipsam prosequitur per plures q. ipsas extrahendo ex dictis Rayn. Holt. & Innoc. quas prætermitto, ne idem repetam.

103 Beatns Tho. ij. ij. q. centesima, art. 6. io fi. facit voam conclusionẽ, quæ est septima io ordine dicẽs, quòd dispensare cum simoniaco sciẽter solus Papa potest, in aliis autem casibus potest etiam Episcopus dispensate, ita tamen, ꝙ prius abrenunciet, qnod simooiacè acqnisiuit, & tunc dispensationem consequitur, licet paruam, videlicet, vt laicam habeat communionem, vel magnam, vt post pœnitentiam in alia ecclesia in suo ordine remaneat, vel maiorem, vt in eadem ecclesia in minoribus ordinibus remaneat, vel maximam, vt in eadem ecclesia maiores ordines consequatur, noo tamen prælationes accipiat, quæ omoia etiam sopra per alios tacta sunt.

Beatus vero Aoto. io sua sum. parte ij. ti. 1. c. v. §. xviij. xix. & xx. longè lateque examinat hanc materiam, referendo omoia supra dicta tam Theologorum, quàm canonistarum, quẽ non referam breuitatis causa, tu ibi vide.

Petrus autem de Tarantasia longe clarius licèt compendiosius tractat hanc materiam tamen nihil dicit, quod prius supra dictum non sit, adeo qnòd omnes scribentes conueniunt. ipse tamen Petrus post illam regulam, quam faciunt omnes, videlicet, quòd dispensatio cum simoniaco in ordine sit quadrupliciter, videlicet semipleoè, vt in minoribus possit, tantum ministrare, aliquando plene, aliquando plenius &c. vt supra dixi, dicit, ꝙ cum simoniaco sit similiter quadruplex, videlicet parna, magna, maior, & maxima; parua, vt habeat laicam commnnionem, & tamen reincidit in prius dicta, vt supra, ideo vlterius non prosequar, cõtentus sola relatione authoritatis Leo
104 ois, de qua in cap. reqniritis. j. q. vij. † vbi dicit hoc peccatum esse indispeosabile, nisi rigor disciplinæ quandoque relaxetur, & dispensatione misericordiæ multorum crimina etiam damnabilia, quæ tameo ecclesia tolerat pro tempore, & persona intuitu pietatis, & pro euentu rei, sed his cootentus capiam sequentem rubricam, in qua cadit irregularitas, & dispensatio, dicendo.

S V M M AE.

1 *Deus odit hæreticorum sacrificia, & qui congregati sunt in nomine eius detestatur fætorem eorum, & claudit nares suas.*
Hæresis quid sit.
2 *Hæreticorum pœnæ multæ sunt.*
3 *Bona hæreticorum ipso iure sunt confiscata.*
4 *Hæreticus morte punitur, nisi in casu.*
5 *Dispensatur cum hæretico quadrupliciter.*
6 *Episcopus an cum eis dispensare possit.*
Quid in relapsis in quibus apparent manifesta signa pœnitentiæ.
7 *Papa solus potest reconciliare hæreticum, alius autem absque speciali mandato, & licentia nequaquam.*
8 *Excommunicatio ex ore Pontificis non potest ab inferioribus absolui.*
9 *Communicatus in sacris cum excommunicato ore Papæ, est excommunicatus excommunicatione minori.*

De hæreticis, & hæreticorum pœnis, & dispensatione cum eis.

ODIT Deus sacrificia hæreticorũ, & à se proiicit, & quicũq; congregati sunt in nomine eius detestatur fœtorẽ eorum, & claudit nares suas Hieronymus io Amos, & transumptiue. j. quæstio. j. c. odit. Cumque detestabilius sit peccatum hæresis cæteris peccati-

sequentibus, sic & circa illud plurima tractāda essent. Sed quia doctores tam theologi, quā canonistę, & tam in summis, quàm in corpore iuris materiā hanc copiosè deduxerunt, vt Ray. Goff. Host. Pet. de Tarāt. & Fribur. in suis sum. hoc eo. tit. & B. Tho. ij. ij. q. xj. per totum. & B. Anto. in ij. parte. tit. xij. c. iiij. vbi copiosè vltra omnes, & idem Tarant. in quarto, quē ipse beatus Anto. refert & sequitur. ideo nos de his tātum agemus, & ea tantum requiremus quæ ad officia ecclesiastica, & beneficia, irregularitates, & dispēsationes videbimus pertinere, nec excedemus materiam in titulo huius operis præpositam, & oblatam.

Et omissa diffinitione hæresis quæ ponitur in c. hæreticus. xxiiij. q. iij. videbimus de hæresi ꝙ intelligitur de opinionib. contrarijs fidei, nō autem de contrarijs scientiæ, vt philosophiæ, vel geometriæ, quia in his non versatur hæresis prout hæresis est species infidelitatis, secundum beatum Tho. ij. ij. q. xj. per totū. vt̄s. Quia vno modo directè & principaliter ad fidē pertinet credere, vt sunt art. fidei. Alio modo indirectè, & secundario sicut ex quibus sequitur corruptio alicuius articuli. Sicut dicere, ꝙ aliquid contentum in scriptura sacra non sit verum, qđ est corruptio articuli in spiritum sanctoqui locutus est per Prophetas, vt B. Tho. dixit ij. ij. q. xj. art. ij. vel dicere, ꝙ aliquid determinatum ab ecclesia in fide non sit verum, quod esset corrumpere articulum illum in vnam sanctam catholicam & apostolicā ecclesiam, quia hæresis secundum Hieronymum est sermo Græcus, & ab electione dicitur, eo ꝙ vnusquisq; disciplinā eligit, quam putat meliore, vt in d. c. hæresis. xxiiij. q. iij. & intelligitur de doctrina fidei, nā secundum B. Tho. ij. ij. q. xj. art. ij. sicut qui rectam fidem habet christianam voluntate sua assentit Christo, & exinde his, quæ verè ad eius doctrinam pertinēt: sic à rectitudine fidei christianę dupliciter quis potest variare, vno modo quia ipsi Christo non vult assentire, & hic habet quasi malam voluntatem circa ipsum finē, & hoc pertinet ad speciem infidelitatis iudæorum, & paganorum. Alio etiam modo, ꝙ licet intendat Christo assentire, tamen nō eligit ea, quæ sunt verè à Christo tradita, sed quę sibi sua mens suggerit, & hoc pertinet ad hæresim, per quā quis profitetur fidem Christi, sed dogma eius corrumpit.

Circa pertinacia vero in voluntate dicit Augustinus. Quòd in ecclesia Christi morbidum quid, prauumq; qui sapiunt, si correcti vt sanō rectumq; sapiant resistunt cōtumaciter: suaq; pestifera & morbida dogmata emēdare noluerint, sed defendere persistunt hæretici sunt, vt in c. qui in ecclesia. xxiiij. quæst. iij.

Errans autem in materia fidei putans ecclesiam sic credere paratus corrigi, & emēdari, dum audierit veritatem non est hæreticus, vt exemplificat Inno. in c. firmiter. de sum. Trin. Vt si quis crederet patrem maiorem filio, & ante filium credens ecclesiam sic tenet, non est hæreticus, vt etiam per B. Tho. ij. ij. q. ij. art. v.

Videndum modo est, an hæretici reuertentes ad fidem sint admonendi.

Secundò, si reuertuntur, sint puniendi.

Tertiò, si non reuertuntur, sint tolerandi, an puniendi, & qua pœna.

Quartò, si reuertuntur, indigeant dispensatione, & quali, siue quanta.

Quintò, per quem vel quos possit secum dispensari.

Ad primum dicas, ꝙ sic, per tex. in c. firmissimè, hoc eo. tit. & in c. ad abolendam. & per B. Tho. ij. ij. q. xj. art. iiij. vbi pulchre.

Ad secundum dicas, ꝙ si sponte reuertuntur non puniuntur, sed reconciliantur, & infra dicetur.

Ad tertium dicas, ꝙ non sunt tolerandi, sed igne puniendi, vt latè per B. Tho. ij. ij. q. xj. articulo tertio.

Et dicendum est, ꝙ hæreticorum pœnę multæ sunt.

Aliæ enim quæ clericis.

Aliæ quæ laicis infliguntur.

De pœnis laicorum hæreticorum habetur in c. quicunque, de hæret. in vj. in §. hæretici, cū sequen. & in c. filij. eo. titu. & libro de quorum dispensatione infra dicemus.

Pœnæ autem clericorum hæreticorum multæ sunt, sicut & laicorum, in quibus clerici includuntur. Et præter illas ab omni officio, & beneficio ecclesiastico sunt deponendi, & si sæculari potestati, vel officialibus fuerint tradendi, prius sunt à suis ordinibus degradandi, & si beneficiati fuerint, eorum bona illis ecclesijs, in quibus beneficiati erant, applicabuntur, vt in c. vergentis. hoc eo. tit. & c. excommunicamus. el primo. in principio.

Pœna autem hæreticorum est, quia post vulnus sanatum, idest eius remissionem, & abiurationem remanet cicatrix irregularitatis, vt habetur in c. ventum. j. quæst. j. vnde prohibentur à promotione, & deijciuntur promoti.

Post abiurationem autem hæresis recipiuntur de iure communi ad laicam communionē, postquàm fuerint reconciliati, vt j. quæst. vij. cap. daibertum.

Pœna etiam hæreticorum est excommunicatio, quia citra omnes hæreticus est excommunicatus ipso iure, & similiter relapsi, de primo habetur in c. sicut ait, & c. excommunicamus. el primo & secondo, hoc eo. tit.

De.

De secundo habetur de consecrat. dist. ij. c. Ego Berengarius. & in c. ad abolendam, in §. laicus. & §. qui vero, hoc eo. tit. & pulchre per beatum Anto. in sum. parte ij. tit. xij. §. in puniendo, ibi, quòd autem hęretici sint ipso facto excommunicati, vsque ad finem §. & in §. seq. incipi. puniuntur hæretici.

Dicit quòd quadruplici pœna hæretici puniuntur secundum Ray.

Primo, quia vt prædiximus sunt excommunicati.

Secundò, quia deponuntur etiam si Papa vel Imperator esset, vt in c. qui contra pacem. xxiiij. quæst. j. & lxj. dist. c. si Papa.

Et clericus debet degradari, & alias hæreticè credentes puniuntur, vt not. in c. ij. & c. statutum. & c. vt commissi, hoc eo. tit. in vj. & c. cum secundum.

3 Tertio rerum ablatione † Omnia enim eorum bona sunt confiscata ipso iure, vt in c. quo iure. viij. dist. & c. j. & ij. xxiij. q. vij. & in d. c. cũ secundum. & in c. excõmunicamus, el primo. supra allegatus. & c. vergentis.

4 Quarto punitur morte, † nisi ad fidem sine difficultate reuertatur, & vellet hæresim suam abiurare, & satisfactionem canonicam exhibere, quia tunc debet illico comburi. Clericus autem post solemnem degradationem relinquitur curiæ sæculari occidendus, si autem clericus reuertitur ad fidem, detrudi debet in perpetuum carcerem de rigore iuris per tex. in d. c. excommunicamus. el secundo. in fi.

Aliqui volunt hoc esse de rigore iuris, sed mitius tamẽ agit ecclesia cum istis, quia admittuntur ad abiurandum suam hæresim, & promittendum per scripturam quòd firmiter tenebunt fidem catholicam, vt in d. c. ego Berengarius. & in c. quoties. j. q. vij. & in d. c. ad abolendam. Ray. quẽ refert Goffr. Host. & Fribur. hoc eo. tit. q. iiij. dicit quòd etiam manu militari, sed hoc intelligo verum, quando ecclesia inuocat auxilium brachij sæcularis, & non aliter propter tex. in d. c. ad abolendam. in §. laicus. & in c. vergentis. in prin. ibi iubemus fieri per potestates & iudices sæculares.

Tamen Clemens Quintus sua manu militari puniuit hęreticos Dulchinates nullo brachij sæcularis auxilio inuocato, vt legitur in eius vita.

5 Ad quartum sciendum est, quòd circa eos quadruplex fit dispensatio, † quia

Quandoque semiplena.
Quandoque plena.
Quandoque plenior, &
Quandoque plenissima.

Semiplena. s. vt recipiantur solum in ordinibus antea susceptis, & dico antea. i. antequã in hæresim laberentur, vt j. q. j. siquis hæreticè.

Plena vt sacerdotes effici possint. vt in c. cõuenientibus. j. quæst. vij.

Plenior vt possint esse Episcopi. vt in c. nos consuetudinem. xij. dist.

Plenissima, vt promoueri etiam possint ad superiores dignitates, vt in Archiepiscopum, primatem, vel Patriarcham. vt in c. ipsa pietas. xxiij. q. iiij. vt omnes summistæ dixerunt.

6 Ad quintum, & vltimum dici potest † quòd regulariter Epi possunt dispensare, nam licet scriptum sit, ꝙ in maioribus criminibus adulterio non possint episcopi dispensare. vt in c. at si clerici. in §. de adult. de iudi. Canonice tamẽ Petr. Tarant. credit, ꝙ si in aliquibus casibus inueniatur iure expressum, possunt Episcopi in eis dispensare. Inuenitur autem expressum secundum eum de hæresi, & sacrilegio, vt in c. presbyteros. & c. si quis presbyter. l. dist.

Sed hoc dictum non credo simpliciter verũ propter tex. in c. excommunicamus. el primo. in §. credẽtes. & c. vt officium. eo. tit. in vj. propter decretum irritans. in fin. appositum, quia tunc in casu in quo fautores non resipiscant, & officiales non satisfaciant illi constitutioni, & labantur in hæresim, credo ꝙ cum illis Episcopus non dispensat. Item nec cum relapsis, in quibus apparent manifesta signa veræ pœnitentiæ, quia licet tex. in c. super eo. eo. tit. & lib. dicat, quòd huiusmodi relapsi sine vlla pœnitentia, audientia sæculari iudicio sunt relinquẽdi. Credo tamẽ, ꝙ Papa cum eis posset dispẽsare, non autem Episcopus, vt alias habui in facto dum essem Inquisitor, seu verius Cõmissarius Apostolicus à sãctissimo D. N. Leone X. specialiter deputatus ad inst. Illustrissimi D. Veneti. vna cum Fratre Dominico de Brixia Inquisitore hæreticæ prauitatis in prouincia Lombardiæ, & per prædecessores nostros, quidã enim vallis Monicæ debito formato processu, quem vidi, fassus fuit errorem, vt fuerit disciplinatus & abiurasset suam hæresim, veniens ad me (secretè tamen, & in modum consilij, non autem in confessione sacramentali) confessus fuit se relapsum & recisum, eo quia diabolus ipsum acriter verberauerat, adeò quòd timore & dolore ipsum adorauerat, sic eo iubente, & denuo Christum & eius fidem abnegauerat, & baptismo renunciauerat. Petens cum lachrymis abundantibus, & affluentibus quidam tum veniam, tum remedium, tum auxilium, & cum in eo apparerent manifestissima signa verę pœnitentiæ nolui communicare hoc cum ipso Inquisitore, nec seruare dictam constitutionem. c. supra eo. Sed scripsi præfato Sanctissimo D. N. mediante Illustrissimo Do. & sua Sanctitas per suas litteras in forma breuis

commendauit discretionem, qua vsus fueram mandans, quòd ex eo, quod delictum erat occultum, & delatum per ipsummet peccantem, & misericordiam, auxilium, & consilium ab ecclesia petentem, quòd tolerarem, ipsum denuò pœnitentiando, & abiurando etiam secretè, sed in euentum relapsus, quòd tunc seruarem constitutionem illam, & sic feci, & ipsum accinxi stola, cum qua ea die celebraueram, & accinctam dimisi, donec fui in partibus illis. Et ille pauperculus affirmabat, quòd à die accinxionis, citra nunquã à Diabolo fuerat vexatus, & iussi, quòd quotidie audiret missam, & frequentaret & ecclesiam, interessetque horis canonicis, & sic faciebat. Cum isto itaque Papa dispensauit, quod Episcopus verè non posset, cum non habeat potestatem, vel authoritatem per supra dictam cõstitutionem, cum alijs verò incurrentibus pœnam d.c. excommunicamus, in d.§.credentes. glo.ibi posita soper verbo Apostolicæ dicit, quòd licet Episcopus non possit dispensare, cum Papa id sibi specialiter reseruauerit, poterit tamen Episcopus tales reconciliare.

Dom. Card. ibi dicit hoc verum esse quo ad sententiam canonis, sed quo ad sentẽtiam oris Papæ, quàm profert ter, hodie verò semel tantum in cœna domini, videtur secus per c. cum inferior. de maior. & obed. Ex quo dicit in-
7 ferri, secundum Host. † quòd nullus citra Papam potest ad plenum reconciliare hæreticum sine speciali licentia Papæ, quòd dicit nota. dignum, nisi dicamus talem sententiam esse canonem generalem, & sic tolli potest per inferiorem, ex quo Papa sibi non reseruauit per c. nuper. de sent. excom. & glo. in d. verbo Apostolicæ, videtur idem sentire: ibi, ex quo sibi non reseruat, alijs indulgere videtur.

Et dom. Cardinalis allegat per hoc, quod not. in c. vt officium. eo. tit. in vj. & dicit, quòd seruatur de facto, quòd inferiores absoluunt.

Dicas non esse verum, quòd sententia oris Papæ sit canon. differt enim inter sententiam canonis, & sententiam vocis viuæ, vt dixit idẽ Card. in c. à nobis. de sent. excom. & in c. j. de rapto. & in c. ij. de constit. in vj.

Dom. meus Fel. in d. c. excommunicamus, in iij. col. in versi. excommunicatione. notans similiter tenere videtur, quòd ab hac excommunicatione poterunt inferiores absoluere per regulam d. c. nuper. dicit tamen Host. di-
8 xisse, quòd † quos Papa viua voce excommunicat, alij inferiores non possunt absoluere, dicit hoc ideò esse, quia horum absolutionem communiter Papa sibi reseruat, & idem etiam dicit, si non reseruat.

Ex quibus dicit domi. Cardinalem habere vnam singularem limitationem ad d. c. nuper. vt procedat in excommunicatione à Papa viua voce, pro quo allegat. l. celsus. ff. de arbit. vbi mitius agitur cum lege, quàm cum ministro legis, vel homine, sed considerat idem dom. meus, quòd hoc non est verum, quia excommunicatum ab homine alius non absoluit nisi ipse excommunicator, vt not. in c. graue, de præben. & per eundem dom. meum Fely. in d. c. nuper. nisi isti ponderent, quòd hæc est excommunicatio generalis per viam constitutionis, quam singulariter à se ipso Papa innouat.
9 & ad quòd communicans † in diuinis, cum excommunicato voce Papæ incurrit excommunicationem minorem, vt est tex. singularis secundum communem intellectum in c. significauit. de sent. excommunication. Et demum de hoc remittit ad summam Astesanam. lib. vij. titu. ij. ar. xxxiij. De hac materia tractatur xxiiij. q. j. per totum. & q. iij. §. quia verò. vsque ad fi. & j. q. vij. & xj. q. j. & xxiij. q. vij. per totum. & viij. dist. c. quo iure. & c. aliquid. j. q. j.

SVMMAE.

1 *Tunica inconsutilis significat vnitatem, quæ charitatis vinculo continetur in ecclesia.*
Et quid inconsutilis.
2 *Scismatici dicuntur, qui volunt scindere ecclesiam.*
3 *Scisma vnde ortum habuerit.*
Et quid hodie.
4 *Scismatici qua pœna puniantur.*
Et qua hodie, infra sub num. 9.
Pro mensura peccati, erit & plagarum modus.
5 *Scisma, an sit maius crimen, quàm hæresis.*
6 *Scisma, & hæresis inter se differunt, vti genus à specie.*
7 *Scisma quomodo definiatur.*
8 *Discessus est triplex.*
9 *Ecclesia nunquam claudit gremium redeuntibus.*
10 *Scismatici violenti, & coacti non puniuntur pœna ordinaria sicut voluntarij.*
Et an proprij sint scismatici.
11 *Amor animæ propriæ, cæteris anteponendus est.*
12 *Voluntas coacta est tamen voluntas.*
13 *Gesta à scismaticis non valent.*
14 *Scismatici redeuntes ad vnitatem ecclesiæ, an indigeant aliqua absolutione, seu dispensatione.*
15 *Scisma vix, vel nunquam potest esse absque hæresi.*
Et an requiritur in scismæ reuocatione abiuratio. vti in hæresi dicimus.
16 *Abiuratio, seu iuramentum quandò scismatici redeunt ad vnitatem ecclesiæ, à quo sit præstanda.*
17 *Papa solus dispensat cum eo qui in apostasia ordinem suscepit.*

18 *Dispen-*

18 *Dispensatio in scismaticis, à quo debeat fieri.*
19 *Absoluere, & dispensare differunt.*

De Scismaticis.

ECce autem Chore filius Isuar filij Caat filij Leui, & Datam, atque Abiron filij Eliab, Hon quoque filius Phelet de filijs Ruben surrexerunt contra Mosem, alijque filiorum Israel ducenti quinquaginta viri proceres synagogæ, qui tempore Concilij per nomina vocabantur. Cumque stetissent aduersum Mosem, & Aaron dixerunt, &c. & deinde, Confestim igitur, vt cessauit loqui, dirupta est terra sub pedibus eorum, & aperiens os suum deuorauit illos cum tabernaculis suis, & vniuersa substantia eorum; descenderuntque viui in infernum operti humo, & perierunt de medio multitudinis, sed & ignis egressus à domino interfecit ducentos quinquaginta viros, Nu. 16. Ex qua quidem autoritate tria dantur intelligi.

Primum vnde scisma sumpserit originem.

Secundum quàm graue sit peccatum scismatis, & quantum Deo displiceat: quod etiã figuratur in lege euangelica, vt Io. xix. ibi, Erat autem tunica incõsutilis desuper contexta per totum, dixerunt ergo adinuicem non scindamus eam. Vnde beatus Tho. in cath. aurea su-
1 per isto passu dicit, quòd † tunica illa inconsutilis omnium partium allegoricè significat vnitatem, quæ charitatis vinculo continetur in ecclesia: inconsutilis autem, ne aliquando dissuatur: & subdit, & ad vnum peruenit, quia in vnum omnes colligit, vnde scismatici dicũt,
2 qui † quærunt scindere tunicam, idest ecclesiam Dei, & eius vnitatem.

De hac materia vide copiosè per Franc. Pauinum super extrauaganti, vnam sanctam. Bonifac. VIII.

Tertium, quæ sit pœna scismaticorum.

Prima ibi, surrexerunt contra Mosem.

Secunda ibi, in text. separamini de medio congregationis huius, vt eos repente disperdam.

Tertia ibi, dirupta est terra sub pedibus eorum. Et ibi, sed & ignis egressus est à domino interfecit ducẽtos quinquaginta viros, qui offerebant incensum.

3 Habuit † itaque scisma ortum à sacerdotibus præsidentibus synagogæ, & habentibus vocem in concilio, quod hodie secundum Aug. de Anchona sunt Cardinales, vt supra diximus de simo. vbi diximus de origine Cardinalatus, & hoc probatur ex verbis illis Num. ibi, ducenti quinquaginta viri proceres synagogæ, qui tempore Concilij per nomina vocabantur, & erant de genere Leuiticorum, quod probatur ibidem ibi, multum exigimini filij Leui.

Hodie autem scisma non potest procedere, nisi à Cardinalibus, ad quos electio Papæ pertinet, loquendo de scismate per electionem Papæ, cum etiam scisma fieri possit in quacunq; vnitate, vt not. summistæ: & de ecclesiæ Cardinalibus copiosè dixit Io. de Ligna. in suo tractatu de planctu, eccle. & dom. Card. Zabar. in suo tractatu de scismate tollendo, & diuersi Doct. tam Theologi, quàm Canonistæ copiosè dixerunt, & scripserunt tempore horrendi scismaticis Vrbani VI. vt legi.

4 Pœna † autem scismaticorum est, vt viui sepeliantur, vel viui comburantur, & coronentur, & est in hoc similis pœna pœnæ hæreticorum. Pro mensura enim peccati erit & plagarum modus, vt Deuter. xxv. In mensura cum adiecta fuerit iudicabis eam, Esa. xxvij. & dixi supra de dispen. indicum circa pœnas: pœna. n. est commensuratio culpæ, vt c. famæ. de sent. excom. in fi. nec dubitandum est sceleratius esse delictum, quod grauius est vindicandum, vt in c. non afferamus. xxiiij. q. j.

5 Et sic videtur, quòd crimen scismatis † sit grauius crimine hæresis, cum grauius puniatur.

Et Christus funiculo flagello facto eiecit de templo, & sic excommunicauit vendentes columbas in templo, & subuertit cathedras nummulariorum, vt diximus supra de simo. in principio. Pro peccato verò scismatis pœna mortis imponitur, ergo maius est peccatum scisma, quàm hæresis. Item extra tribus, quæ recesserunt à Roboam filio Salomonis eo mortuo datæ fuerunt in discrepationem.

Itẽ Abdo Propheta à Leone necatus est, vt legitur Regum iij. c. xiij. & xiiij. vt ponunt summistæ.

Host. in sum. hoc eo. tit. in §. quæ pœna soluit, dicens, quòd non obstat, quòd alibi dicatur hæresim esse maius inter crimina, eo quòd primum locum tenet in pœnis, vt xxxij. q. vij. Nam si crimen hæresis maius sit nono scismate, tamen ex quo scisma iudicatum, & confirmatum fuerit, idem est crimen, & vtriq; est pœna eadem infligenda, & idem dixit idem Hostien. eo. tit. in §. & vnde dicatur. in versi. differt autem ab hæresi. Nam hæresis in sui principio habet peruersum dogma, quod non habet scisma, sed si perdurat, cadit in hæresim, vt xxiiij. q. iij. c. inter scisma. Et omnes dicunt, vt Rayn. Goffr. Host. & omnes, quòd hæresis,
6 & † scismã differunt, vt genus, & species, vel dispositio, & habitus, sed Tarant. hic, qui reprehendit,

hendit, dicentes, quòd hæresis, & scisma dif-
ferunt, vt genus, & species, quia definiēdo scis-
7 pta dixit; quòd † scisma est illicitus ab vnitate,
seu vniuersitate discessus, quia dixit, quòd tri-
8 plex est discessus, † vnus pietatis. & talis est lici
tus, vt in c. iuratus. xxiij. dist.

Alter opinionis, & iste similiter est licitus, vt in c. in cœna. xxxj. dist.

Tertius est præsumptionis, & iste est illicitus, vt in c. qui contra mores. viij. dist. & c. qui contempta. Ideò dicit, quòd alia est differentia inter hęresim, & scisma, quia ad hoc, vt quis dicatur verè scismaticus, necesse est, quòd & corpore, & mente ab ecclesia recedat, sed quandoque corpore in eccclesia remanet, vt legitur xxiiij. q. vlt. c. quidem. in fi. dicens, quòd secundum hoc patet, quòd non omnis hæreticus est scismaticus propriè, nec quilibet scismaticus est hæreticus. & sie dicit, quòd nō videtur vera quorundam differentia, qui dixerunt, quòd hęresis, & scisma differunt, vt genus, & species, vt omnis hæreticus sit scismaticus, & non è contra: nam ostendimus, ꝙ propriè non omnis hæreticus est scismaticus, & hodie per hoc dicto bene facit dicta cōstitutio Iulij de electione Papæ, quam supra in tit. de simo. inseruimus. Et omnis hæreticus est scismaticus, sed non è conuerso, nisi scisma durauerit, vt dixit idem Hostien. in sum. in tit. de hæret. in §. quis dicatur, in versi. item excommunic. & versicu. dicitur autem. Quòd autē Christus solo flagello funiculi eiecerit ementes, & vendentes in templo, & subuertit mensas nummulariorum, non autem eis imposuit pœnam mortis. Respondet idem, ꝙ per hoc non fuit sublata pœna à Deo iam in Giezi demonstrata, quæ fuit pœna lepræ, vt legitur j. q. j. c. qui studet. & c. cito turpem. & per Host. in sum. de simo. in §. & vade. dixi supra eo. tit. Immo Christus eijciendo de ecclesia simoniacos ipsos excommunicauit, & ipsa eiectio significat excommunicationem, & pœna est addita pœnæ, & est medicinalis in præsenti vita, quia quando vna pœna non sufficit ad cohercendū hominē, superadditur alia.

Sicut medici diuersas medicinas corporales apponunt, quando vna non est efficax; sic & hic secundum beatum Tho. secunda secundæ. q. xxxix. arti. iiij. Et vt ordinata à Deo extra ecclesiam pęna mortis punirentur, si essent incorrigibiles eorum correctionem, expectans
9 hinc. Propterea dicitur, quòd ecclesia † non
claudit gremium redeuntibus, vt in l. fi. C. de sacrosan. eccle. & in cap. super. de hæret. in vj. iuxta illud Matth. xviij. Quoties peccauerit in me frater meus, dimittā ei vsq; septies &c. & Christus non venerat soluere legem, sed adimplere, vt Matth. v.

Puniuntur autem hodie aliter, tum quia ecclesia est satis fundata, & non indiget miraculis, tum quia non meremur videre miracula. Ideò puniuntur scismatici ab homine spiritualiter, & materialiter, spiritualiter per excommunicationem, & depositionem, vt not. in cap. j. hoc eodem titu. & xxiij. dist. c. in nomine domini, pecunialiter. xxiij. quæstio. vij. quòd autem, & manu militari, seu armis materialibus data incorrigibilitate, secundum beatum Thom. vbi supra. in fi. & xvij. distin. c. nec licuit. xj. q. j. c. petimus.

Et demum Tarantasiensis in summa dicit, quòd scismati si perseuerant, vt superius dictum est, eisdem pœnis sunt puniendi, quibus & hæretici, quod intellige secundum eun-
10 dem de voluntarijs: nam † si compulsi sunt,
non imponeretur eis tanta pœna, vt not. in dicto cap. j. hoc eodem tit. nec tales dicuntur esse hæretici, cum de sancta Romana ecclesia in aliquo male non sentiant; sed verè non dicuntur tales scismatici; cum aliquando hæresim confingant, licet largo modo scismatici nuncupentur, vt not. in cap. inter scisma. xxiiij. q. iij. Errant tamen, quia nulla conditione ad hoc debent adduci, vt aliquos contra Romanam ecclesiam foueant, nec enim quis tam
11 aliquem † diligere debet, quantum animam
suam, iuxta illud Propheticum, Anima mea in manibus meis semper, vt Psal. cxxiiij. & cap. j. xxij. q. v. & de pęnit. dist. ij. §. ergo si charitatē.

Potius enim debet quis mortem sustinere, quàm tam graui peccato consentire, vt in cap. ita ne. xxxiij. q. v. nec quis hoc casu potast per
12 coactionem excusare, cum † coacta voluntas
sit voluntas, vt not. in c. meritò. xv. q. j. & in l. si patre. ff. de ritu nup. Excusat tamen coactio absoluta, vt in c. presbyteros. L. dist. & in c. sacris, quod metus causa: hæc Tarantasiensis.
13 Ponunt † successiuè summistæ, quæ gesta à
scismaticis valeant, & quæ non valeant, tam in ordinationibus, quàm beneficiorum collationibus, & rerum ecclesiasticarum alienationibus. Sed quia non faciunt ad subiectam materiā nostram, ideò vlterius non sequor, remittendo me ad eorum scripta.
14 Sed † modo quærendum est de pluribus, pri
mò vtrum scismatici redeuntes ad vnitatem ecclesiæ indigeant aliqua absolutione, vel dispensatione, & similiter ordinati ab eis. Ad primū respondet Tarant. ꝙ cum omne scisma intendat sibi constituere ecclesiā, & vniuersalē ecclesiam impugnare, vix, vel nunquam potest
15 esse sine hæresi. Et † ideò debet admitti cū abiu
ratione scismatis, sicut hæreticus, & satisfacere mandatis ecclesiæ, & debent recipi cum manus impositione, vt recipiant Spiritum san-

ctum

ctum, quem qui extra ecclesiam est, nec habet,
nec dare potest, vt in c. dicimus pudenda scis-
ma. xxiiij. q. j. & in hoc est dispensatio.
16 Sed † quæro, per quem fiet huiusmodi ad-
missio, idest cuius manibus præstabitur abiu-
ratio, & iuramentum, & illis imponetur ma-
nus, vt accipiant Spiritum sanctum, & videtur
dicendum, quòd per solum Papam, quia vbi
vnum propter aliud, illud quoque magis. Sed
solus Papa dispensat cum eo, qui scienter à scis
matico ordinem accepit secundum Bern. vt re
fert Tarant. argum. c. quòd diligentia. de elec.
ergo multo magis cum scismatico ordinante,
17 sicut etiam solus Papa † dispensat cum eo, qui
in apostasia ordinem suscepit, vt in c. fi. de apo
stat. & ibi dicemus.

Alij dicunt, quòd potest dispensari cum scis
maticis, vt in c. ij. eo. tit. in fi. & ab Episcopis po
test dispensari, quia Papa in d. c. ij. non reseruat
sibi dispensationem: videtur ergo alijs infe-
rioribus permisisse, alias sibi reseruasset, vt no.
in c. excommunicamus. in §. sanè. de hæret. lo.
tamen dixit, quòd Episcopus dispẽsat cum scis
matico, argu. L. dist. c. vt constitueretur. tamen
gl. secunda. c. fraternitatis. hoc eo. tit. videtur
expresse sentire Episcopum non posse cum scis
matico dispensare, sed solum Papam. Sed po-
18 tius credo, quòd † solus Papa possit dispensare
cum eo, qui scienter ordinem à scismatico re-
cepit, licet in fi. dicat, quòd lo. dixit, quòd Epi-
scopus dispensat cum scismatico, quòd vtique
plus est, quàm dispensare cum ordinato ab eo,
vt supra dixi, quia intelligo, ꝙ Episcopus dispẽ
set super reatu scismatis, non super reatu susce
ptionis ordinis à scismatico, quia aliud est ab-
19 soluere, & † aliud dispensare super ordinibus
sic à scismatico susceptis, tamen tex. d. c. frater-
nitati. in fi. videtur expresse innuere cum tali-
bus inferiorem à Papa, & sic Episcopum posse
dispensare.

Cum Episcopo autem scismatico solus Pa-
pa dispensat, vt in d. c. quia diligentia. de elec.

Et credo idem dicendum de alijs prælatis
immediatè suppositis sedi Apostolicæ. Et an-
no domini MDXIII. de mense Iunij Ponti-
ficatus sanctissimi D. N. Leonis X. vidi Re-
uerendissimos Dom. Bern. Cargeual, Cardina
lem sanctæ Crucis in Hierusalem, & Federicũ
de sancto Seuerino diaconum Cardinalem san
cti Theodori redeuntes, quos Iulius Secun-
dus dignitate Cardinalatus priuauerat, ex
eo, quod recesserant ab eo, & conuocauerant
Concilium Pisis auxilio regis Francorum con
tra ipsum Iulium, qui propterea conuocauit
Concilium Laterani, & cassauit Pisanum, &
præfati Cardinales redeuntes venerunt sine ha
bitu, & sine bireto rubeo, & in vestibus breui-
bus more simplicium sacerdotum, & in illo
habitu accesserunt ad præsentiam sanctissimi
D. N. Leonis in Consistorio, vt vidi. Quos
idem Leo ad pristinam dignitatem restituit, si
ne vlla solemnitate.

S V M M Æ.

1 *Apostasiæ peccatum, quantum graue sit.*
2 *Superbiæ hominum initium est apostasia.*
3 *Apostasia hæresi æquiparatur.*
4 *Apostasia vnde ortum habuerit.*
5 *Apostasia est multiplex.*
6 *Apostasiæ pœna qualis sit.*
7 *Apostata ad dignitatem, seu ordinem promoueri non potest, etiam post pœnitentiam nisi habuerit dispensationem.*
8 *Apostatæ ipso iure sunt excommunicati.*
9 *Dispensatio cum Apostatis, quomodo fieri soleat.*
10 *Episcopus ordinarius, quando cum apostatis dispensare possit.*
11 *Et quid si monasterium exemptum esset ab ordinario, & mediatè, & immediatè sub sede Apostolica.*

De Apostatis.

HOMO apostata vir iniquus gra-
ditur ore peruerso: annuit ocu-
lis: terit pede digito loquitur:
prauo corde machinatur malum,
& omni tempore iurgia seminat
huic, ex templo veniet perditio sua, & subito
conteretur, nec habebit vltra medicinam; Pro-
uerbiorum vj. vbi Nicolaus de Lyra dicit, ꝙ
1 tanta † est huius peccati grauitas, quòd vix po-
test homo ad bonum reparari, & idem sensit
Apostolus ad Heb. vj. dicẽs, Impossibile enim
est eos, qui semel sunt illuminati, gustauerunt
etiã donum cęleste, & participes facti sunt Spi
ritus sancti, gustauerunt nihilominus bonum
Dei verbum, virtutesq; sæculi venturi, & pro-
lapsi sunt, renouari ad pœnitentiam, quoniam
2 initium superbiæ † hominis est apostatare à
Deo, quoniam ab eo, qui fecit eum, cor eius re
cessit, vt Ecclesi. x. & ex istis detestatur aposta-
3 sia, quæ † æquiparatur hæresi, secundum quid,
vt per beatum Thom. secunda secundæ. q. xij.
art. j. Vnde Augustinus ad Vincentium Dona-
tistam, & transumptiuè in c. quãtumlibet. xlvij.
dist. ait: simpliciter autem fateor charitati ve-
stræ coram domino Deo nostro, qui est testis
mihi super animam meam, ex quo Deo seruire
cœpi, quoniam sicut difficile sum expertus me-
liores, quàm qui in monasterio perfecerunt,
ita non sum expertus deteriores, quàm qui in
monasterio defecerunt, hinc arbitror dictum

in

in Apocalypsi iustus iustificetur adhuc.

Sub hac itaque rubrica videmus primum, vnde habuit ortum apostasia.

Secundo quæ sit pœna apostatarũ, vt cognoscamus, quæ dispẽsatio secũ adhiberi possit.

Tertio, quæ dispensatio cum apostatis adhibeatur.

Quartò, per quem possit dispensari.

4 † Ad primum possumus dicere ortum habuisse ad Adam, & Eua, vt etiam dixit Ioan. de Deo super rubrica, quid sit dispensatio, ibi, à quo habuit ortum, vt etiã posuit beatus Tho. ij.ij.q.lxiij.art.j.& per totum, cũ duabus seq.q. & Nico.de Lyr.ecclesiast.x. in verbo apostatare, vbi expresśè dicit, quòd hoc peccatum incepit ab Eua, quam tentando dixit ei serpens; Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis de omni ligno paradisi, cum sitis innocentes, nòn debetis tali præcepto astringi.

In lege vero Eoangelica ortum habuit à falsis discipulis Christi, vt legitur. Ioan.vj.vbi apparet, quòd multi discipulorum eius abierunt retro, ibi sunt quidam ex vobis, qui non credunt, & ibi, ex hoc multi discipulorum eius abierunt retrorsum, & iam cum illo ambulabant. Dixit ergo Iesus ad duodecim, nunquid & vos vultis abire, & Nicolaus de Lyr. ibi, & ex hoc multi dicit, quòd ex hoc concluditur recedentium obstinatio per apostasiam.

5 † Ad secundum cũ diuersæ sint species apostasiæ, vt perfidiæ.

· Inobedientiæ.

Et irregularitatis, qua quis à statu religionis sponte recedit, vt cum apostatat monachus, clericus, vel conuersus, cuiuscunq; approbatæ religionis, de qua apostasia habetur in c. quantumlibet.xlvij.dist.& in c.legi. xvj. q.j. de hac vltima tantum videbimus.

6 † Huius autem apostasiæ pœna est, quòd interim ab accusatione, & testimonio remouetur apostata, tanquàm infamis, vt not. in c.alieni.ij.q.vij.& in c.beatus.& c. sequẽti.iij. q.iiij.

7 Item interim † ad ordinem, vel dignitatem promoueri non potest, vt in c.legi.xvj.q.j. & c. fi.l.di. Et si recipit sacrum ordinem, licet postea sit reconciliatus suo superiori, & suscipit pœnitentiam, sine tamen dispensatione, nõ poterit in suscepto ordine ministrare, vt iosra in quarto quæsito dicemus, vt not.in c. consultatio.de scismat.& latius per omnes summistas, ad quos me remitto, & præcipuè ad Friburgũ, qui in hac materia formauit xvij. quæstiones.

8 † Ad tertium & quartum quæsitum dic primo, quòd huiusmodi apostatæ sunt ipso iure excommunicati per extrauagantem grauis & dolore non vacua, quæ fuit Innoc. iiij. hodie per c.ij.ne cler.vel mona.in vj.

9 Dispensatur † autem cum eis pro modo culpæ, quia si receperunt sacrum ordinem in apostasia, licet postea sint reconciliati, & receperint pœnitentiam, non possunt ministrare in suscepto ordine, nisi præuia Apostolica dispensatione, vt est glo.in c.ij. hoc eo.tit.in verbo, potestate. ibi, sicut solus Papa dispensat, vt supra dixi.

10 In † omnibus autem alijs casibus apostasiæ Episcopus ordinarius dispensat secundum eandem glo. secus autem secundum Host. si transeat ad aliam religionem, & ibi in presbyterum ordinetur, vt in c.ex parte. de temp.ordi.

11 Sed † quid si monasterium sit exemptum ab ordinario, & immediatè sub sede Apostolica, vt hodie omnia ferè monasteria sunt.

Dic, quòd aut eius prælatus habet iura!, & iurisdictionem Episcopalem, aut non.

Tunc solus Papa dispensat, cum non habeát alium superiorem. Et hoc idem sentit Fribur. hoc eo.tit.q.iij.

Si verò habet, tunc ea potest prælatus, quæ potest Episcopus.

S V M M AE.

1 *Medici imperiti, qui vno collirio diuersos morbos sanant.*

2 *Homicidij duplex species corporale, scilicet & spirituale.*

3 *Homicidium pluribus modis committitur.*

4 *Dispensatio in homicidio iustitiæ, quomodo fieri soleat.*

5 *Et quomodo in homicidio necessitatis.*

6 *Item quid in homicidio casuali.*

7 *Magister verberans discipulum correctionis causa, licet det operam rei licitæ, si tamen mors sequatur, incurrit homicidium casuale, & irregularis efficitur.*

8 *Sæuitia nimia præceptoris culpæ numeratur.*

9 *Vim vi repellere licet.*

10 *Occidens transeuntem dum se defendebat ab aliquo, an irregularis efficiatur, adeo vt promoueri nequit.*

11 *Voluntas in lege promotionis non attenditur, sed opus.*

12 *Occidens aliquem semper videtur in culpa fuisse.*

13 *Occidens in prælio, an efficiatur irregularis.*

14 *Dispensatio aliquando fit ad beneficium, licet non ad ordines.*

15 *Dispensatio cum homicida voluntario, an sit debita, vel potius gratiosa.*

16 *Superior pati non debet clericum delinquẽtem mendicare in opprobrium cleri, dummodo corrigibilis sit. & de veritate.*

17 *Clericus pro homicidio, & pro alio grauissimo crimine debet deponi, & detrudi in monasterio per*

petuo

petuo ad agendam pœnitentiam.

18 *Dispensatio cum homicida circa simplex beneficium, à quo concedatur.*

Et quis circa curata.

19 *Verba in materia dispensationis, strictè sunt interpretanda.*

20 *Dispensatio concessa in dubio dicitur concessa Episcopo non inferiori prælato, nisi aliud exprimatur, & qua ratione. & num. seq.*

21 *Episcopus quasi semper potest dispensare circa beneficia.*

22 *Homicida est ab omni altaris ministerio remouendus, & quomodo intelligatur.*

Episcopus an possit cum homicida voluntario in minoribus dispensare.

23 *Homicidium committens necessitate ineuitabili, cur vlterius non promoueatur, secus autem in casuali homicida.*

24 *Homicida ante baptismum, an post poterit promoueri.*

25 *Dispensationem cum homicida voluntario non reperiri, sed potius depositio cum aspra pœnitentia.*

26 *Papæ etiam non licet dispensare cum homicida voluntario, & quomodo intelligatur. num. 29.*

Etiam si Paganum interfecisset, quod declaratur.

27 *Papa licet possit statuendo imponere pœnam mortis, non tamen potest exequi etiam mandando.*

28 *Papa interficiens hominem proprijs manibus efficitur irregularis.*

Et quid de alijs superioribus clericis.

30 *Papa potest supra ius dispensare, & de intelligentia huius dicti.*

Et an possit contra Apostolum, & canones Apostolicos, vel vetus testamentum.

31 *Et quid in articulis fidei.*

Et quid sine causa in his, quæ non sunt puri iuris positiui.

32 *Et quid in his, quæ sui natura sunt mala, vt puta, vt quis sine peccato possit adulterari.*

33 *Et an solus dispenset in casibus homicidij.*

34 *Homicida, an post peractam pœnitentiam suspendatur in executione ordinum susceptorum, & suscipiendorum, adeò quòd vlterius promoueri prohibeatur.*

35 *Sacerdos, qui rixæ interfuit cum armis clamans amazza, ammazza, an si vnus de eius complicibus fuerit occisus, incurrat irregularitatem.*

36 *Homicidium quatuor modis committitur.*

De Homicidio.

SVPRA in principio huius operis vbi tractauimus de irregularitate, & eius origine vidimus, an irregularitas ex homicidio voluntario proueniens sit de iure diuino, an verò de lege positiua, vbi etiam vidimus, ꝙ
plures sunt species irregularitatis, quæ secundum varietates diuerso iure iudicantur ad instar peritorum medicorum, qui diuersos mor
1 bos diuersis collyrijs sanant, † imperiti autem
vno collyrio dicit tex. in c. necesse. xxxix. dist. &
glo. in l. filium quem habentem. C. fam. ercisc.
Ideo hic vlterius non dicemus de huiusmodi
irregularitate, sed tantum illis addendo, & materiam dispensationis prosequendo quærendũ
est, quando, & qualiter, & à quo in homicidio
dispensetur.

2 Sed quia plures sunt species homicidij, videlicet spirituale & corporale, nos tractabimus
de corporali tantum, quod etiam pluribus mo
dis committitur, vt ponunt summistæ, videli-
3 cet † iustitia iubente, necessitate cogente, casu
eueniente, sola voluntate instigante, & procedam per conclusiones.

4 Sciendum est igitur de primo, quòd in homicidio iustitiæ dispensatur, nõ vt possint promoueri, sed vt promotus dispensatiue in ordinibus toleretur, vt in c. aliquantos. 1. dist.

5 † Circa homicidium necessitatis distinguitur, quia aut fuit necessitas euitabilis, aut ineuitabilis, si euitabilis, non facile dispensatur, secundum Ray. sed secundum alios remanet in iã susceptis ordinibus, vt 1. di. de his clericis. el secondo. & c. qa vero, & no. in c. ij. de homi.

Et idem dicunt, si fuit necessitas ineuitabilis, sed sua culpa, consulit tamen ei. vt si ministret in susceptis. 1. di. c. de his, supra alleg.

Si autem fuerit ineuitabilis, & incidit in eã sine culpa sua, non deponitur, sed in suo officio de iure remanet absq; dispensatione, vt in d. c. ij. hoc eo. tit. & in c. quia vero. 1. dist.

Sed Hugu. tenuit ꝙ nõ sine dispensatione.

Prima tamen opinio secundum Tarantasiẽsem est communior, dicens, quòd tamen ad superiores ordines non debet ascendere, vt in d. c. de his clericis. 1. dist. el primo. & c. clerico.

6 Circa homicidium casuale † distinguitur,
quia si insistebat rei licitæ, puta incidebat arborem, & adhibuit cautelam voce aut manu, vel signo: tunc nõ est necessaria dispensatio. Et de iure communi remanet in susceptis, & ad superiores promoueri poterit, vt in c. dilectus. hoc eo. tit. & c. literis, & c. significasti. & c. Ioannes, & c. fin.

Si vero dabat operam rei illicitę, vel in licitę, & non adhibuit diligentiam, & tunc necessaria est dispensatio, vt in magistro verberante
7 † discipulum correctionis causa, qui dat operã
rei licite, si tamen mors sequatur, homicidiũ
casuale incurrit, & irregularis est, eo ꝙ debitã
diligentiam non adhibuit, vt in c. presbyter. de
homicid.

8 Præceptoris nimia sæuitia † culpæ numeratur,

tur, vt not.l.ſed & ſi.§.fi. cum l.ſequen. ff. ad l.
Aquil.vide beatum Thom.ſecunda ſecundę.q.
lxiiij.art.viij.

Sed vlterius quæro, dans operam propriæ
defenſioni, & ſic rei licitæ vim vi repellendo,
9 quod† de iure licet, vt in c.calumniam. de pœ-
10 nis, volens ſe tueri, & offendere† offendentem,
offendit, & interficit tranſeuntem, an talis ſit
irregularis, ita ꝙ à promotione repellatur, &
videtur quòd non, quia eſt homicidium caſua
le, & ille dabat operam rei licitæ, vt dixi, ergo
ei non eſt imputandum, cum Ioannes. hoc
eo. titu.

Sed contrarium videtur ſignari in c. ſi quis
non iratus.xv. q.j. vbi habetur, ꝙ in lege pro-
11 motionis opus † attenditur, & non voluntas,
cui concordat tex.in c.ille autem. xxij.q.v.

Præterea ſemper in culpa fuiſſe videtur, qui
12 † alium occidit, vt.ff.ad l. Aquil.l.ſciétiam. in
fi. & l. ſed & ſi. & in cap. ad audientiam hoc
eod.titu.

Bartho.Brixienſis, ſoluendo dicit Tancre-
dum tenuiſſe, quòd ei imputetur, nec ſine di-
ſpenſatione poterit promoueri, & idem ſenſit
Tatantaſienſis hoc eo.ti. vide ſanctum Tho.ij.
ij.q.lxiiij.art.vij.

Sed quid de occidente in prælio, dixi ſupra
de irregularitate, diſtinguendo inter bellum iu
13 ſtum, & iniuſtum, tamen vtroque† caſu incur-
ritur irregularitas, ſed facilius diſpenſatur in
vno, quàm in alio. Irregularitas tamen incur-
ritur vtroque modo, ita quòd ea durante non
licet accedere ad ſacrorum adminiſtrationem,
vel contactionem, vt vidimus ſupra, quod etiã
ſentiebant gentiles, iuxta illud Virg.Æneid.ij.
vt dixi ſupra in procemio huius operis. Et
tunc poterit adhiberi triplex diſpenſatio, vide
licet magna, maior, & maxima. Magna vt pro-
motus ad maiores ordines non in ipſis, ſed mi
noribus miniſtret, vt not. in c. continebatur.
de homic.

14 Item † aliquando diſpenſatur etiam benefi-
cium, licet non ad ordines, vt in c. Henricus.
de cler.pugnantibus in duel.vbi Abb.Sicul.be
ne examinat hanc materiam vltra dicta per ip-
ſum in c.at ſi clerici.in §.de adulterijs.de iudi.
dicens per illum tex.c.Henricus eſſe notandũ,
quòd cum homicida voluntario poteſt diſpen
ſari circa beneficia obtinenda, pro quo etiam
allegat tex.in c.ſtudeat.L.diſt.quærens ſucceſſi
15 uè, an talis diſpenſatio† tunc dicatur debita, an
permiſſa, ſiue gratioſa, vt vtar eius verbis, ita
quòd ſuperior peccet, ſi eam deneget non di-
ſpenſando: & pro ſolutione dicit Hoſt.dixiſſe,
16 quòd ſi eſt corrigibilis, eſt † debita, alias ſecus.

Nam non debet ſuperior pati iſtum mendi
care in opprobrium cleri, ex quo corrigibilis
eſt, vt in c.diaconi.xciij.diſt. facit quod not. in
c. vt conſtitueretur.L.diſt. & in c. domino ſan-
cto, dicit tamen Abb. hoc dictum ſibi non pla-
17 cere ſic indiſtinctè: nã pro homicidio † & pro
alio grauiſſimo crimine debet clericus depo-
ni, & detrudi perpetuo in monaſterio ad agen
dam pœnitentiam, vt in c.tuæ. de pœnit. ergo
ceſſat iſta ratio, ne cogatur mendicare, cum in
monaſterio ſit ſibi prouidendum de victu, vt
in c.nouimus.de verb.ſign. Ideò dicit eſſe con
cludendum, quòd eſt omnino gratioſa, quàm
alij permiſſam appellant, pro quo dicit facere
tex. illum ibi miſericorditer remittens ſe ad
not. per ipſum in dicto c. at ſi clerici. §. de a-
dulter.

Et vlterius quærens ibidem quis poterit di
18 ſpenſare† circa homicidium, referendo dicta
Hoſt. dicit, quòd circa ſimplex beneficium ho-
micidia diſpenſat Epiſcopus, ad curata autem
ſolus Papa. argum.c.fi.de fil.presbyt.dicens, ꝙ
Goffr. ſenſit, quòd poterit fieri hæc diſpenſa-
tio, etiam vt habeat beneficium in titulum, &
ex hoc dicto Hoſt. Abb. ibi not.duo, primum,
quòd vbi conceditur Epiſcopis diſpenſatio cir
ca beneficium, debet intelligi de ſimplici, &
non de curato: quod dicit eſſe menti tenen-
dum, quod dictum Abb. dicit ſibi placere, ea
ratione, quia in materia diſpenſationis verba
19 † debent ſtrictè intelligi, & allegat not. in c.j.
& ij.de fil.presbyter. in vj. vbi optimè videtur
probari primum dictum, & dicit, ꝙ etiam fa-
cit c.in illis.de præb. eo. lib. dixi ſatis ſupra de
interpretatione, & . . . . diſpenſationis.

Secundum not. ꝙ vbi in iure dicitur, ꝙ pote
20 rit † diſpenſari, tunc poteſtas intelligitur con-
ceſſa Epiſcopo, & Innoc.in c.ij. de cler. non or
21 di.miniſt. ſingulariter dicit Epiſcopum † quaſi
ſemper poſſe diſpenſare circa beneficia, arg. d.
c.Henricus, vbi diſpenſat cum homicida, &
idem Innoc.in c.ij. de eo qui ſur. ord. ſuſc. di-
xit ſingulariter, ꝙ vbi conceditur diſpenſatio
intelligit' ſemper cõceſſa Epiſcopo, & non infe
riori prælato, niſi aliud exprimatur, quia iſta
ardua reſeruantur Epiſcopis, & dicit Abb. iſta
eſſe menti tenenda, quia communiter appro-
bantur, & multum ſolent allegari.

Et vlterius idem Innoc. dicit, ꝙ ex quo quis
22 eſt homicida† eſt ab omni altaris miniſterio re
mouendus. vt in c.presbyterum. de homic. qđ
dictum etiam Hoſt. dicit eſſe verum quo ad fa
cultatem miniſtrandi, ſed in minoribus pote-
rit Epiſcopus ſuo iure ordinario diſpenſare &
adducit not.in c.ad audientiam.& c. contine-
batur. de homic. & Abb. dicit hoc eſſe notan-
dum, quia ſi eſt verum, eſt valde ſingulare, ꝙ
cum homicida voluntario poſſit Epiſcopus in
minoribus diſpenſare. Nã iura ſæpius allegata
loquuntur

loquuntur de homicidio casuali, & non voluntario. Et contra dicunt Hostien. facit tex. in c. j. de cler. pugnan. in duel. vbi indistinctè prohibita est dispensatio episcopo, vbi secutum est homicidium vel membrorum mutilatio, vel diminutio. vide Abb. in d. c. j. & ij. vbi plenius.

Sed quæro, quia supra dixi, quòd committens homicidium necessitate ineuitabili, vlterius non promouetur, & in casuali promouetur, quæ sit ratio diuersitatis.

23 Respondet Ray. † q hoc ideo est, quia in homicidio necessitatis interuenit volūtas quoquo modo, licet turbata, & non discreta. i. non ex firmo proposito, vt xv. quæst. j. c. merito.

In casuali vero nulla interuenit voluntas, vt not. in c. dilectus. hoc eo. ti. & ideo propter metum duplicitatis, debet à superioribus ordinibus abstinere, & est pro hoc bonus tex. in c. excommunicatorum. xxiiij. q. v.

24 Sed quæro, an qui commisit homicidium ante baptismum, post baptismum possit promoueri Barth. Brix. posuit hanc quæstionem in suis venerealibus. q. xiij. incip. aliqs ex officio, vbi arguendo partes, demum concludit q sic.

25 † In homicidio voluntario non inuenitur cum aliquo dispensatum, sed potius inuenitur depositio cum aspera pœnitentia, dicit Ray. quem etiam allegat Goffre. & alij Summistæ per text. in c. miror. L. di. & c. si quis viduam. & in c. j. lj. dist. & xxiij. quæst. v. c. de his, & c. primo. & c. significasti. de homicid.

Hostien. in sum. hoc eo. tit. in §. fin. apertius

26 loquitur dicens, quòd in homicidio † voluntario etiam Papæ non licet dispensare, per d. c. miror. & cap. si quis omnem traditionem. j. quæst. vij. etiam si paganum interfecisset, vt in cap. clericum, qui paganum. L. dist. quod non est intelligendum de homicidio iustitiæ, cum quo ex causa in susceptis ordinibus tolleratur per Papam, licet non dispenset, quòd ad superiores ascendat, vt in d. c. quantos. lj. distinct. vt supra diximus.

Plus dixit Bald. in cap. fi. de maior. & obe-

27 dientia, quòd licet Papa † possit statuendo imponere pœnam mortis, non tamen potest exequi etiam mandando.

28 Addens, quòd si † Papa proprijs manibus interficeret hominem, statim esset irregularis, quem refert etiam domi. Fely. in c. si quando. de rescrip. in §. j. & pro primo dicto de statuendo imponendo pœnam mortis, vide eundem Bald. in auth. habita. C. ne fil. pro patre. vbi etiā dixit, quòd prælati possunt esse consiliarij principum, & consilijs eorum interesse, in quibus fiant leges, vel statuta cum impositione pœnæ mortis contrafacientibus, etiam sine metu irregularitatis, & idem tenuit Martinus de Laude, in Tractatu de principibus, sub rubrica de consiliarijs. versi. xxxij.

Vidi tamen millies Romæ Episcopos vrbis gubernatores per seipsos iussisse, & fecisse tum suspendi, tum decapitari in numeros delinquētes, qui postea Cardinales creati sunt. Et similiter vidi Prothonotarios, etiam gubernatores sanguinum sententias protulisse, & executioni ad mortem demandasse, qui postea in Episcopos promoti sunt. sed ego proximis his diebus cum quidam Perusinus incola montis Flasconis fuisset per curiam meam in flagranti crimine deprehēsus suppositus cani, qui ipsum subagitabat, & sine tormentis confessus fuerat, q per triennium antea fecerat se cognosci in posterioribus à dicto, & etiam alio cane, iussi auditori meo, vt faceret iustitiam, quantum ipsa iustitia pro delicti atrocitate, & abominatione patiebatur, & dum rogarer, vt misericorditer agerem cum eo, respondi, quòd fieri ius, & fuit incineratus vna cum cane. Dumq; Sanctissimus D. N. Leo esset hic Viterbij interrogauit me de hoc horrendo casu, quo exposito, quia mens mea fuit, vt nequā ille omnino cōbureretur, nec euaderet mortem, petiui à sua Sanctitate & absolutionem, & dispensationem tā à spirituali seu mentali, quàm corporali homicidio. Et Sanctitas sua clementer exaudiens me, benedixit animæ meæ sæpius tanti sceleris abominationem & atrocitatem detestando, & vltionem pro iustitia laudando, & sic patet, quòd in homicidio iustitiæ Papa ad omnes ordines tam susceptos, quàm suscipiendos, & etiā ad supremas dignitates dispensat.

29 Sed dicito, † quòd Papa in quocunq; homicidio etiam voluntario potest dispēsare si vult, etiam ad altaris ministerium. Et iura quæ dicunt, quòd non licet Papæ dispensare in voluntario, interpretantur nō licet. i. non decet eum vt dispenset, potest tamen si vult: ita dixit Hostien. in sum. huius tit. in §. fi. versi. cum voluntario autem, per tex. in c. proposuit. de concess.

30 præbē. & est ratio per illum tex. quia Papa † potest supra ius dispensare, quod aliqui intelligūt de iure positiuo. Sed irregularitas proueniens ex homicidio, introducta est de iure positiuo, vt s. vidimus in principio huius operis, vbi tractauimus de irregularitate, & eius ortu siue origine secundum communem opin. licet Alb. teneat contrariū, cuius opinionem sum secutus per noua iura ibi deducta legis Euangelicæ. Tamen gl. in d. c. proposuit, in verbo dispēsare, dicit, q Papa etiā dispensat cōtra Apostolum, & contra canones Apost. & 5 vetus testamentū, vt in decimis nō soluēdis, vt etiā dixi s. de deci. Itē in voto, vt etiā s. dixi in tit. de voto. Itē in iuramēto, vt etiā s. dixi eo. tit. Et demū idē Host.

ponit nonnullos casus, in quibus non dispen-
sat, vt contra vniuersalem statum ecclesiæ, nec
vt monachus habeat proprium, nec cōtra qua
tuor Euangelia, nec contra Apostolum in his,
quæ spectant ad articulos fidei secundum d. gl.
Item secundum quosdam non dispensat in se-
cundo consanguinitatis gradu, quod glo. non
dicit esse verum, sed pro intelligentia d. glo. vi
de omnino ibi Sicul. qui in fi. iij. col. dicit, ꝙ
est in potestate Papæ dispensandi. Vincen. ibi
31 dicit, † quòd in omnibus Papa potest dispensa
re, præterquàm in articulis fidei, quod dictum
sibi dicit placere, & dicit esse dictum valde no-
tabile, & dicit esse intelligendum de dispensa-
tione propriè sumpta, videlicet quam facit ex
causa rationabili secundùm Inno. in c. cum ad
monasterium. de stat. regu. vbi dicit not. quòd
Papa sine causa non dispensat in his, quæ non
sunt puri iuris positiui, quod etiam dixit idem
Sicul. in c. de multa. de præben. tamen limitat
dictum Vincentij, nisi immineat peccatum
mortale, quia tunc non dispensat intelligen-
do, quòd sit peccatum mortale ex lege diuina,
& non ex lege positiua: quia illi non subijci-
tur, & glo. in c. literas. de restitu. spolia. in ver
bo non potest dispensare bene conuenit huic
32 dicto, dicens, quòd † Papa non potest dispen-
sare in his, quæ sui natura sunt mala, puta vt
sine peccato quis possit adulterari, vel quòd
quis simul habeat plures vxores, & idem di-
cit glo. credere de omnibus gradibus diuina
lege prohibitis, & in his verbum non potest
dispensare stat propriè affirmatiuè & disposi-
tiuè. In alijs autem casibus lege positiua pro-
hibitis interpretatur, nō potest, id est non vult,
non expedit, non conuenit, vt supra dixi: vi-
de eundem Abb. & alios supra d. glo. & bona
glo. in eo. c. literas, in verbo diuina lege. quæ
ponit casus in quibus in gradibus ecclesia non
consueuit dispensare, & Ægid. Bellamera. con
silio xiiij.

Sed redeundo ad materiam nostram dispen
sationis in casu homicidij. Tarantas. dicit hoc
eo. tit. in fi. ꝙ in casibus homicidij, in quibus
33 datur dispensatio † solus Papa dispensat, per d.
c. mutare. 1. di. supra alleg. Quod aliqui volunt
ꝙ id intelligatur in homicidio: sed dicit, ꝙ hoc
& melius est intelligendum indistinctè: quod
etiam generali ecclesiæ consuetudine expressè
roboratur, vt in c. presbyterum, hoc eo. titu. &
& in c. continebatur.

Et sic videmus hodie seruari, quia ordinarij
circa dispensationes huiusmodi nō impediunt
se, immo sacra pœnitentiaria non dat literas in
foro pœnitentiali, nisi in forma discreto vero
confessori, aut dat declaratorias non fuisse ho-
micidium, aut declaratorias perpetratum per
supplicantem homicidium, sed gratiosè super
retinendis ecclesiasticis beneficijs, & minori-
bus ordinibus, ad altaris vero ministerium, &
ad obtinenda pœnitentiaria nunquam dat, sed
solus Papa, qui etiam dat dispensationes solus
in homicidijs generalibus, puta in libello iu-
sto, vel iniusto, iussiue, & permissiue perpetra-
to, vt in & cum legatis Apostolicis, qui interdū
etiam in castris instruunt aciem, & tormenta,
& conflictibus assistunt, in quibus millia mil-
lium hominū interficiuntur, vt fuit nuper pro-
pe Rauennam, vbi S. D. N. Leo. tunc Car-
dinalis, & in castris Legatus sed. Apo. præerat,
& etiam captiuatus fuit, & tamen ad Apostola
tus apicem fuit eodem anno assumptus.

Et demum Tarantasien. dicit, speciale es-
34 se in crimine homicidij † quòd etiam post per-
actam pœnitentiam suspenditur homicida in
executione ordinum susceptorum & suscipien-
dorum, adeo quòd vlterius promoueri prohi-
betur, vt in c. fi. de tempo. ordin.

Quæ omnia intellige sine speciali Papæ di-
spensatione, per ea, quæ supra dixi.

Sed quæro de quæstione quotidiana: Sacer
35 dos † interfuit rixæ etiam cum armis, etiam
exclamando *amazza amazza*. Et fuit interfe-
ctus vnus de complicibus sacerdotis clamau-
tis. An propterea sacerdos aliquam incurre-
ret irregularitatem, Philip. Franc. in cap. fi. de
homicid. in vj. dicit, quòd sic, & malè, quia
in lege peccati, & promotionis requiruntur
duo: videlicet intentio, & opus subsecutum:
sed vtrunque hic deficit, & vidi in facti con-
tingentia declarari per officium pœnitentiariæ
talem sacerdotem nullam propterea incurrisse
irregularitatis notam.

Io. de Friburgo in sua summa reduxit totum
hunc titulum per lxvj. quæst. quas elicit ex di-
ctis Rayn. quem quasi ad literam Goffre. &
Hosti. secuti sunt in suis summis.

Beatus Anto. de Flo. etiam in sua summa po
suit hanc homicidij materiam.

Primo, in secunda parte, tit. vij. c. viij. vbi tra
ctauit de homicidio ex ira, rixa, & bello perpe-
trato, vbi etiā posuit quomodo intelligatur il-
lud decalogi, Non occides: vbi multa bona ad
hanc materiam posuit.

Secundo, posuit in tertia parte, tit. xxix. c. ij.
§. v. de homic. & mutilationibus, qūo clerici se
regere habeāt, ne incurrant irregularitatem.

Tertio, posuit in prima parte, tit. xiiij. c. iiij.
36 §. nono, per totum, ꝙ quatuor† modis commit
titur homicidium, vbi vide copiosè.

Quarto, in tertia etiam parte posuit de pœ-
na homicidæ secundum canones, tit. xvij. §. iij.
versi. vndecimus. & eadem parte posuit etiam
titu. xxix. c. ij. ante. §. homicidium. verbo qūo

ex homicidio quis efficiatur irregularis, vbi etiam posuit de homicidio verbo causato.

Spec. in suo aureo repertorio etiam multa posuit ad materiam. Reliqua ad materiam huiusmodi facientia, vide supra de irregularitate, vbi copiosius.

De hac materia in decretis habetur in c. homicidiorum vsq; ad c. homicidium inclusiuè. de pęnit.d.j.& c.periculosè.& c. noli. & xxiij. q.viij.c.quicunq;. & c.si quatuor.& xxxij.q.ij. c.aliquando.& c.quod verum.vbi tractatur de procurantibus abortum, de quo infra dicemus in tit.de veneficis.& in c.quicunq; percutit.xxiij.q. vlt. & ea.ca.q.iiij.c. ille gladium.& xxiiij.q.v.c.cum minister. Et in c.si quis semet ipsum.lv.dist. vbi tractatur de abscindentibus semetipsos,& in c.nõ est.& in c.displicet. xxiij. q.iiij.& q.v. per totum & xxiij.q.v.c. si non licet,in fi.vbi habetur de homici.Sansonis,&ea. ca. & q.c. placuit, vt hi. vbi habetur de illis, qui seipsos occidunt, & eadem ca.q.viij.c.si in morte Longobardorum.& ea.ca. & q.c. si non licet.& c.sunt quidem.& xxxiij.q.ij.c.noli.& c. sequ.& eadem causa.q.v. de occidendis. & per totam illam.q.Et eadem causa & q.c.nullus.& c.iudex.& xxiij.q.vlt.c.quicunq; percutit.& eadem causa.q.iiij.c.vindicta.& q.v.c.remittuntur.& q.viij.c.legi,cum c.sequen.& xv.q.j. nec is qui. vbi dicitur quòd cum impius interficitur, Christus dilatatur,quæ abominatio aboletur. & xxxiij.q.v. excõmunicatorum.& ea. ca. q.viij.igitur,& quasi per totum.& L.dist.c. miror,& quasi per totũ. & xv.q.j.illud. §.vt itaq; vsque ad c. si quis insaniens. & L. dist.c. hi qui arborem.cũ c.seq.& xv.q.j.c.necis.& c. si quis. & L.dist. de clericis.& c. studeat. cum quatuor c.sequenti.& xv.q.j.c.si quis non iratus. & ea. ca. & q.c.illud.§. itaque.& L.dist.cap.sæpe.& hi qui.& xxiij.q.v.nõ est iniquitatis.& lxxxvj.dist. c.pasce.& vj.q.j.c.decimæ, in fi. & xliij.dist.c. Ephesis.& xij.q.ij.c.qui Christi.& c.qui abstulerit.& xxvj.q.vj.c.cognouimus.& xxij.q.v.c.ille.& xxiiij.q.iij.itaq;. & xxiij.q.v.cũ homo. & L.dist.si qua.& xvij.q.iiij.q occiderit.& xxxiij. q.ij.c.latorem.& xxxij.q.ij.c.admonere.vbi tractatur de vxoricida.& c.interfectores,cum duobus c.sequentibus.

De mutilatoribus & membrorum detruncatoribus, ex quibus mutilationibus sequuntur irregularitates, dicemus infra de sicarijs, & de physicis, & chyrurgis.

S V M M A E.

1 *Homicidium veneno commissum, maius est homicidio gladio facto.*
2 *Venefici capite puniuntur.*
3 *Et idem est in venenum præparante, vt propinet, quia punitur ac si propinasset.*
4 *Venenum offerens, licet nullum offenderit, punitur tamen, quia obtulit extremam vindictam.*
5 *Veneno vti potest quis in medicinis.*
6 *Veneficatio est crimen qualificatum, & longe deterius homicidio.*
7 *Et est species perditionis.*
8 *Veneficus an ueniat appellatione homicidæ.*
Qualitas superueniens enti qualificat illud, & ponit in diuersam speciem.
9 *Irregularitas homicidæ voluntarij, & venefici aquiparatur.*
Idem quo ad dispensationem dicimus.
10 *Venenum propinans mulieri prægnanti, vt faciat abortiuum, an dicatur irregularis vel homicida.*
11 *Percutiens mulierem prægnantem & abortiuum facientem, quomodo puniatur.*
11 *Abortiuum secundum hebræos quale dicatur.*
12 *Raptor, & seditiosus efficitur irregularis, neque promoueri potest.*
13 *Anima quando dicatur introire in puerperium. & seq.nu.*
14 *Conceptio fœminæ minorem caliditatem requirit, quàm in masculo.*
15 *Dispensatio facienti abortiuum à quo concedatur.*

De Veneficis.

1 PLvs est enim hominem veneno
contingere, quàm gladio occidere. l.j.C. de veneficis & mathematicis: quam rubricam canonistæ non habent, sed materia tractatur in c. homicidis.xxiij. q.v. & ibi bo. glo.
2 quæ ponit pœnam veneficorum, quæ dicit † q
capite puniuntur, per l.iij.ad l. Cor. de sicar.&
Barth.in l.j.ff ad l.Pompeiam, de parrici.dicit,
3 quòd venenum pręparans, † vt alteri propinet,
punitur, ac si propinasset: & Io.Chrisost.in lib.
de cõpunctione, quem refert Io. An.in regula
4 ea quæ, de reg.iur. in vj.in Mercur. dicit † quòd
venenum offerens, licet nullũ offenderit, quia
obtulit, extremam vindictam sustinebit. Et Hosti.in sum.de homici.in §. quis dicatur homicida.in versi. Item is qui homines. Dicit venenum emens præparans, conficiens, habens, dans, vendens, vel quantum in se est ministrans, vt alteri propinetur homicida est, & vt homicida punitur. Inno.tamẽ in c.j. ne cler. vel monac.& ibi Abb.post omnes dicit, q etiã
5 in veneno licet negociari, quia admixtũ, † pôt
esse vsui in medicinis, iuxta illud.

Crudel veneno posto in medicina,
Piu fiate campa l'huom da morte à vita.

Vel ẽt purum pro bestijs occidẽdis, sicut de gladio dicimus pp defensionẽ, sed hæc in materia nostra non sunt applicabilia, in qua non nisi

de malo veneni vsu quærimus, in quo dicen-
6 dum est, quòd venenatio est † crimen qualifi-
catum, & longe deterius homicidio, quia vt
supra dixi in principio, plus est, quàm gladio
occidere, cum sit crimen occultum. l. cum fra-
trem. C. de his quibus, vt indign. & ibi Bald.
7 qui etiam dicit, † quòd est species proditionis,
& idem Bald. in l. nemo in ij. col. C. de sum.
8 Trinit. in versi. simile est, & Salice. dicit, † q
appellatione homicidæ non venit veneficus, vt
ipse not. in dict. l. j. C. de venefi. & mathemat.
propter atrocitatem delicti, & est ratio, quia
qualitas superueniens enti qualificat illud, &
ponit in diuersam speciem, vt ait Philosophus
in ij. Topic. & omnes in c. at si clerici in §. de a-
dulterijs, de iudi. vbi disputant, an habens po-
testatem dispensandi cum adultero, item cum
incestuoso possit dispensare in vtroque simul,
ita quòd an in simplici veniat mixtum.

Sed in veneficis eadem est irregularitas sicut
in homicidis voluntariis, de quibus satis supra
diximus in proximo tit.

9 Et idem modus circa dispensationem serua
bitur, qui cum homicidis prædictis seruatur,
sed difficilius propter atrocitatē, & perditionē.

10 † Sed quæro si aliquis mulieri prægnanti
venenum propinauerit, vt faciat, abortiuum,
an talis dicatur homicida, vel irregularis.

Dicas q si puerperium iam in vtero erat for
matum. i. animatum, homicida est, si sequatur
ex hoc abortiuum, si vero nondum erat anima
tum, licet semen esset coagulatum in embrio-
ne, non dicitur homicida quo ad irregularita-
tem, sed dicetur quo ad pœnitentiam; & idem
dicendum est de illo, qui dat, vel accipit vene-
num, ne fiat generatio, vt sæpe faciunt innuptę
quæ sæpe Veneris furta celare quærunt, quia
celari vult sua furta Venus, vt dicit Ouid. de ar
te: & Host. in sum. de homic. in §. quis dicatur.
in versi. sed & si quis per lasciuiam. dicit hos à
tanto, & non à toto excusari: sed vidi in ciui-
tate Feltrensi de facto occurrisse, quòd dum
quidam iuuenis proiecto lapide percussisset in
lumbis mulierem prægnantem in hortis existē
tem, & fecisset abortum masculum, maritus
reum criminis iudicialiter cōuenit coram præ
tore petens interesse, quòd cum nesciret ipse-
met extimare, prætor definiuit reum teneri
suis sumptibus mulierem totiens prægnantem
reddere donec pareret masculum in refectio-
nem abortus.

Sed iuxta dictum Hosti. Idem dicito quo ad
primum de quolibet quoquo modo causante
abortiuum, etiam ludendo, vt est tex. in c. si-
cut ex literarum, & in c. si aliquis. de homic.
& xxxij. q. ij. c. aliquando, cum tribus c. sequen.

Nec signabis contrarium Exodi. xxj. ibi si ri
xati fuerint viri: vbi dicitur, quòd si rixās per-
cusserit mulierem prægnantem, & abortiuum
fecerit, sed ipsa uixerit, subiacebit damno, quā
tum maritus mulieris expetierit, & arbitri iu-
dicauerint, & sic videtur, quòd pœna sit pecu-
niaria simpliciter, & non homicidij, vel irre-
gularitatis, quia Nicol. de Lyra ibi dicit, quòd
11 secundum † hebræos abortiuum propriè dici-
tur fœtus conceptus ante animationem destru
ctus, ideo distinguit tex. & glo. in c. quòd vero.
xxxij. q. ij. inter fœtum animatum, & non ani-
matum; quia per huiusmodi abortum animati
contrahitur irregularitas, vt expresse dixit Ar-
chi. in c. Moses. xxxij. q. ij. qui etiam ibi notat
aliquos casus, per quos contrahitur irregulari
12 tas, & per quos † quis repellitur à promotio-
ne, vt raptum, & seditiones: vide omnino d. c.
Moses, & ibi glos. in verbo inscio, quæ dicit q
sanguis est sedes animæ.

13 † Sed quærendum est, an; & quando dica-
tur animatum puerperium: Nic. de Lyra in sua
glos. Leui. xij. in versi. sin autem, dicit, quòd in
14 fœmina animatur puerperium † duplo tempo-
re, quàm in masculo, quia in conceptu fœmi-
næ est minor caliditas, ideo tardius digerit ma
teriam: & Pet. de Taranta. dicit quòd mascu-
lus in xl. diebus organizatur, & infunditur ani
ma, in fœmina vero lxxx. Beatus vero Augu-
stinus in lib. lxxxiij. quæstionum dicit, quòd ho
mo organizatur, & formatur spacio xlv. dierū;
non distinguendo inter masculum, & fœminā;
sic dicens: Conceptio humana sic dicitur pro-
cedere & perfici, vt in primis sex diebus quasi
lactis habeat similitudinem, sequentibus no-
uem diebus conuertitur in sanguinem, deinde
duodecim diebus solidatur: reliquis xviij. die
bus formatur vsq; ad perfecta lineamenta om-
nium membrorum, reliquo tempore vsque ad
tempus partus, magnitudine augetur. Nouem
autem, & sex, & xij. ac xviij. faciunt xlv. vnde
versus.

Susceptum semen sex primis crede diebus
Fit quasi lac, reliquisque nouem fit sanguis: & inde
Consolidat duodena dies. bis nona deinceps
Effigiat: tempusque sequens producit ad ortum:

Hæc sunt carmina Rayn. in sum. huc eodem
titulo.

Ad quæstionis itaque propositum, si du-
bitatur de conceptu, in quem superiora ma-
leficia perpetrata sunt, attendatur abortiuum,
quòd si lineamenta omnium membrorum
habebit, tunc anima erat in eo infusa, si-
ue in fœmina, siue in mare: si secus au-
tem, quæstio remanet soluta, vt supra di-
xi: peccat tamen grauiter talis, qui procurat
abortiuum.

15 Sed quæro quis cum istis dispensabit, dicas, quòd si puerperium iam erat animatum, ille solus dispensabit, qui cum homicida voluntario potest dispensare, vt supra satis dixi in prima parte huius operis, in principio: & supra de homicidio, & aliquid dicam infra tit. proximo. si vero non erat animatum non indiget dispensatione, sed absolutione à reatu peccati.

S V M M AE.

1 *Medicorum imperitia sæpe mortis periculũ inducit.*
2 *Clericis prohibetur studere in Physica, ut etiam de arte chyrurgiæ dicimus.*
3 *Et an saltem aliquando possint promoueri absque alia dispensatione.*
4 *Medicus, qui mala medicamenta dedit, et mors inde sequatur, excusatur à tanto, sed non à toto. Et an ei imputetur euentus mortalitatis.*
5 *Clericis qualiter sit prohibitum artem physicæ exercere.*
6 *Sed omninò prohibitum est eis exercitium Chyrurgiæ, quando necessaria est abscisio membrorum.*
7 *Physicus, seu Medicus qui ob salutem matris ægrotantis procurat abortum, & interficit partum iam animatum, an sicut irregularis efficitur, etiam debeat puniri.*

De Physicis, & Chyrurgis.

1 MEDICORVM imperitia, vel incuria sæpe mortis periculum inducit, vnde & culpabiles inueniũtur, ex qua culpa irregularitatem contrahunt, quæ interdum impedit promouendum, & deijcit iam promotum. Quare post duos præcedẽtes titulos, in quibus vidimus de diuersis speciebus homicidij, ex quibus irregularitas contrahitur, conuenit subnectere de physicis, & chyrurgis, quorum culpa interdum homicidia, interdum membrorum mutilationes sequuntur.

Sed in primis sciendum est, quòd clericis nõ licet nedum operari seu exercere artem physicè, immo nec in scholis audire physicam, vt in c. non magnopere, ne cler. vel mona. quod est verum in professis. In clericis aut sæcularibus,
2 quid iuris sit, infra dicemus: † Ars autem chyrurgiæ in sacris ordinibus constitutis omnino prohibita est, vt in c. sentẽtiã sanguinis, eo. tit.

De his autem sciendum est, ꝙ tales si periti erant in arte sua, & nihil omiserint de contingentibus, secundum artem. Et habeant super
3 hoc probabiliter conscientiã serenam, † poterunt promoueri sine dispensatione, alias non, vt not. in c. ad aures. de æta. & qual. Et not. in l. si medicus. ff. de var. & extraor. cogni. & Host. in sum. de homici. in §. quis dicatur homicida, in versi. sed & si quis per lasciuiam. dicit, quòd medicus, qui mala medicamenta dederit, & inde sequatur mors, excusatur à tanto, & non
4 à toto. † Et idem dicit de dante ad impediendũ cõceptionem. Glo. in c. si quis à medicis. lv. di. dicit, quòd medicus licitè promouetur, si eũ conscientia non remordet. vt etiam not. in c. ad aures. de æta. & qual. ei enim non imputatur euentus mortalitatis. vt in l. illicitas. §. sicuti. ff. de offic. præsid.

Sed quia dixi supra nõ licere clericis artem physicæ exercere, nunquid hoc indistinctè sit verum. Dicito, quòd clericis in sacris ordinibus constitutis, vel etiam in minoribus, dum
5 tamen sint sufficienter beneficiati, † non licet nisi gratis pro miserabilibus personis, vel suis confratribus, vel consanguineis: nec etiã tunc si posset ibi esse periculum, qđ longe strictius est seruandum in professis claustralibus.
6 † Exercitium autem chyrurgiæ, quæ adustionem, & cauteria, vel abscissionem membrorũ inducat, est sine omni exceptione talibus interdictum, vt in d. c. sententiam. & c. tua nos. de homici. Et Host. in sum. de homi. in §. quæ dispensatio, in prin. Et quia supra dixi, quòd possunt pro miserabilibus personis, vel confratribus aut consanguineis, probatur argu. eorum, quæ not. in c. j. de postul. vbi regulariter prohibetur clericis postulare, fallit tamen pro miserabilibus personis, & coniunctis, vt ibi.

De his autem, qui seipsos quoquo modo abscindunt, dixi supra de corp. viti. & de homici. vbi allegaui Innoc. eo. tit. in §. quis dicatur homicida. in versi. is autem qui hominem castrauerit.

Sed quæro de quotidiana quæstione, physicus vt adiuuet matrem ægrotantem procurat abortum, & interficit partum iam animatum, quoniam certum est teneri, & effici irregularẽ, vt supra. de homici. & in titu. proxime præce-
7 denti, nunquid debet puniri, vt homicida. † videtur posse dici, ꝙ non, quia paruui in vtero existenti multa incommoda possunt occurrere, per quæ posset causari abortus, ideo debeat̃ puniri de tanto, & non de toto. Sed in contrariũ videntur quæ s̃. diximus de venefic. & homic. Itẽ, quia nõ licet facere malum, vt inde fiat bonum, sed potius in hoc casu sit expectanda misericordia Dei in matre, quã partum occidere. Ideo duo in hoc casu credo, primũ, ꝙ tales sint veri homicidæ, secundo, quòd sint puniendi, si non de toto, saltem de tanto.

Cum his autem eadem & per eundem adhibetur dispensatio, quæ & per quem adhibetur cũ homicida, vt not. Host. in sum. de homic. in §. quæ dispensatio, qui est §. 6. versi. j.

Z 3 SVM-

S V M M A E.

1 *Mortuis in duello ab Ecclesia sepultura denegatur.*
2 *Miles accedens ad torneamentum animo pugnandi, & pugnat non tamen occidit, nec percutit, tamen alij ab alijs occiduntur, an tales irregulares efficiantur, adeo vt promoueri nequeant.*
Quid in militibus nostri temporis. nu. 4.
3 *Committens se periculo peccati mortalis voluntariè, peccat mortaliter.*
Opinio in materia peccati praualet veritati. et quid in lege promotionis.
5 *Clericus pugnans in duello qualiter puniatur.*
Homicidium committitur tam manu propria, quàm etiam consilio.
6 *Dispensatio cum clericis pugnãtibus in duello à quo concedatur, quando neque mors, neque membrorum mutilatio est sequuta.*
7 *Et à quo quando est sequuta.*
8 *Et an talis dispensatio ad beneficium concedatur in titulum uel in stipendium.*
9 *Papa solus dispensat ad beneficia quando in duello et prælio sequuta est mutilatio membri vel mors.*
10 *Idem in homicidio voluntario dicimus si vult.*
11 *Duellans, offerens, recipiens, assessor, & omnes in illo interuenientes, irregulares efficiuntur.*
12 *Sagitarij, an sint excommunicati quando mors sequitur.*
Et quid de sclopeterijs, seu bombarderijs.
13 *Ductor belli non est ipsius auctor, sed minister.*
14 *Bellum iustum quale dicatur, & quis iudex in hoc esse possit.*

De Torneamentis, & clericis pugnantibus in duello, & sagittarijs.

QVIA in torneamentis, ac pugna duelli, & sagittis sæpe homicidia & membrorum mutilationes, & debilitationes sequuntur, ex quibus irregularitas contrahitur, vt etiam supra dixi in prima parte huius operis sub Rubricel la hæ sunt irregularitates, quæ impediunt promouendos, & deijciunt iam promotos, & iã vidimus supra de diuersis speciebus homicidij: bene conuenit, vt sequatur de tribus sequentibus speciebus, com causa, culpa, & peccato prouenientibus.

Host. in sum. posuit causam prohibitionis harum trium rubricarum, quas ideo breuitatis causa copulauimus, cum eadem sit prohibitionis causa propter identitatem delicti, & pœnæ, ac irregularitatis prouenientis ex delicto voluntario, eademque pœna secundum canones, & eadem dispensatio.

Sed videtur, quòd maius sit delictum homicidij in torneamentis commissi, quàm alia cu-
iuscunque homicidij species, cum his ab eccle
1 sia sepultura † denegetur, vt in c.j.eo.tit.in fi.
sed ibi gl. dicit hoc ad terrorem inductum esse à canone, & est simile in raptore, vt infra dicemus de raptoribus.

Sed quia certum est, quòd occidens in torneamentis, & occisus puniuntur secundum canones, quia occidens efficitur irregularis, quia est homicida voluntarius, vt dicit Goff. hic in sum. in versi. pœna concertantium. & occiso denegatur ecclesiastica sepultura.

2 Quærendum est modo, † an miles, qui accedit ad torneamentum contra ecclesiæ prohibitionem animo pugnandi, & pugnat, non tamen occidit, nec percutit, tamen alij ab alijs occiduntur, nunquid tales non occidentes, nec percutientes incurrant irregularitatem, ita quod non possunt promoueri.

Goffr. vbi supra tenet, quòd tales non possint promoueri, ex eo quòd ad rem damnatã, & prohibitam accesserunt, & cum eo etiam transit Host. eo. ti. in sum. in §. quæ pœna. versi. quid de militibus.

Sed hoc videtur impugnari posse, quia alia est lex peccati, & alia lex promotionis, quia in
3 lege peccati est regula Theologica, † quòd quicunque committit se periculo peccati mortalis voluntariè peccat mortaliter, licet id quod agit per se non sit peccatum mortale, & sic in lege peccati opinio præualet veritati, vt in c. cũ voluntatem. de cler. excom. minist. In lege vero promotionis factum requiritur cũ voluntate, & non opinio, vt xv. q. j. c. si. xxvj. q. v. c. ille autem. & gloss. in c. si cuius vxorem, circa fin. xxxiiij. dist. & Barth. Brix. in q. dominicalibus. q. xvj. videtur ergo, quòd ille, de quo quæritur, licet peccauerit mortaliter, non tamen factus est irregularis.

De militibus autem nostri temporis, qui accedunt ad bellum, & descendunt in aciem, non tamen occidunt, nec mutilant, sed in illa acie,
4 & conflictu alij occidunt, & occiduntur, † numquid poterunt promoueri.

Goffr. in sum. hoc eod. titu. in fi. dicit, quòd si quis intersit bello iusto, nec occidat, nec mutilet, nec causam mortis præstet, si aliàs sit idoneus poterit promoueri, si vero sit bellum iniustum, tunc impeditur propter culpam præcedentem, allegat d. c. si. xv. q. j. & c. si quis cum telo. de pœniten. distinct. j. & c. præsentium. & capit. continebatur. de cler. percuss. de materia vide Beatum Tho. secunda secundæ. q. xl. per totum.

5 † Pœna autẽ clerici per seipsum pugnantis in duello est irregularitas, & depositio secundũ Host. hoc eod. titu. in sum. in §. quæ sit pœna: & hoc certamen dicitur monomachia, dicit

tex.

tex.& ibi Arch. in c. monomachiam.ij. q.iiij. Et tales dicuntur homicidæ, & iudicantur, licet non in propria persona, sed per alios pugnent, quia homicidium tam præcepto, quàm facto, & consilio non est dubium posse committi, vt in c. Henricus, hoc eo.tit. in fi.

Cum istis autem, qui non per se, sed per alios pugnant, si non sequatur mors, vel mutilatio, poterit cum eis, & cum pugnatoribus pariter quo ad beneficium ecclesiasticum misericorditer dispensari, vt not. in c.j. & ij. hoc eod. tit.

6 Qu's† autem cum eis dispēsabit, dic, quòd eorum Episcopus, vt in d. c. j. ibi, si cum ipso suus Episcopus duxerit misericorditer dispensandum.

Si autem ex duello mors, aut membrorum diminutio, seu mutilatio esset secuta, solus Pa-
7 pa† posset dispensare: quod idem tex. expressè probat in sequentibus verbis, dummodo ex ipso duello homicidium, aut membrorum dimi nutio non fuerit subsecuta.

8 Qerit† hic etiam Host. in sum. in §. fi. in fi. nunquid talis dispensatus ad beneficium illud habebit in titulum, aut in stipendium: & dicunt quidam, ꝙ vt stipendium, vt sic habeat tanquam laicus, & extra ecclesiam, vt xxxij. distin.c. si qui verò. Et hoc dicit satis innui in c. studeat.L.dist. Alij contra, vt est Goff. dicunt, quòd in titulum, per d.c.j. & ij. & credo opinionem istorum esse veriorem, vbi non est secuta mors, neq; membrorum mutilatio, etiam per ea, quæ supra dixi, quòd in lege promotionis requiritur factum cum voluntate, & nō opinio.

Præterea in laico, quādo datur beneficium in subsidium, vel stipendium non fit dispensatio, sed mera gratuita donatio, & sic idem dicendum esset in huiusmodi pugilibus, si vt laici iudicentur, alij dicunt, vt refert Tarantas. quòd ipsa traditio beneficij, est dispensatio.

Vbi autem est secuta mors, vel membri mu
9 tilatio† solus Papa ad beneficia dispensat, vt supra dixi de homic. & Host. vbi supra proximè, in eo. §. fi. in versi. si tamen neque mors. dicit, quòd licet cum homicida voluntario non dispensetur, vt idem dixit de homic. in §. quæ dispensatio. versi. cum voluntario. illud esse verum quo ad officium, sed secus quo ad benefi-
10 cium, non tamen curatum. Papa† tamen etiam in homicidio voluntario quo ad officium, & beneficium etiam curatum, & dignitates potest dispensare si vult, vt copiosius diximus supra de homicidio, in fine.

Petr. Tarantas. hoc eo. tit. in fi. dicit illud in summa esse notandum, quòd si homicidium
11 in duello fieri contingit, omnes† irregularitatem putat contrahere, scilicet offerentem, suscipientem, defetētem, seu authoritatem præstantem, & assessorem ad duellum, consilium dantem; nihil tamen allegat, sed possent allegari notata in c. sententiam sanguinis, ne cler. vel mona. per Lanfran. vbi hæc omnia discurrit in sua repetitione.

De sagittarijs autem Host. eo. ti. dicit, quòd
12 † sagittarij non sunt excommunicati ipso iure, & sic illud c.j. eo. tit. non est canon latæ, sed ferendæ sententiæ.

Sed quæro, quid de tormentarijs nostri temporis, quos à sonitu sclopeterios appellamus, vel bombarderios à bombo, qui tam seuè irreparabiliter Christianos interficiunt, an sint excommunicati, & irregulares, posset dici, quòd non, quia non est canon hoc dicens: lex ergo non dixit, nec nos dicere debemus. c. si Romanorum. xix. dist. L. de pretio, de publici.

Sed credo contrarium, & quòd omnes sint irregulares tali irregularitate, quæ nedum prohibeat promouendus, sed etiam deijciat iam promotum, arguendo à maioritate rationis eorum, quę proximè diximus de pugnantibus in duello: Cum ex sola pugna etiam sine morte, & mutilatione incurratur irregularitas. Imò ex solo consilio, si sequatur mors, & ars istorum sit adeò mortifera, quòd illi vix reparari possit, adeò quòd possumus dicere, quòd hi omnes, qui talem artem exercuerunt, sunt interfectores de necessitate, & maximè si descenderunt in aciem, vel fuerint in obsidione. Nec distinguo de bello iusto, vel iniusto inter Christianos, ex quo sunt homicidæ voluntarij studentes morti tantum. Nec obstant, quæ præcepit dominus Iosue viij. Pone insidias vrbi, post eum, & illud Augu. quem refert Frib. hoc eo. tit. de sagit. q. j. dicentis, cum quis iustum bellum susceperit, vtrum apertè pugnet, aut ex insidijs, nihil ad iustitiam interest, vt in c. dominus. xxxiij. q. ij.

Quia patet solutio in eo. tex. ibi, sed hoc ge
13 nus belli sine dubio iustum est: quod† Deus imperat, qui nouit, quòd cuique fieri debeat, in quo bello ductor exercitus, vel ipse primi pillus non est author belli, sed minister, & sic hæc exempla hodie ad bella nostri temporis non sunt trahenda. Præterea Innoc. III. in illa decretali vnica, non distinxit inter bellum iustum, vel iniustum quò ad vsum balistariorum, & sagittariorum: ideò nec nos distinguere debemus, sed stare constitutioni.

14 Quod† autem dicatur bellum iustum, vide Goff. in sum. de homic. vbi ponit quinque qualitates, quæ requiruntur ad esse belli iusti.

Sed quis erit iudex, an sit iustum, vel iniustum,

stum, & an illę qualitates concurrant. Ideo tutius est tenere prohibitionem indistinctè procedere.

Et idem credo dicendum de balistarijs & sagittarijs concertantibus, in aciem mittentibus sagittas in hostes, etiam si non videatur, an occidant, vel vulnerent, quia in dubijs tutior pars est eligenda, & fieri interpretatio animæ salubrior.

Contra paganos autem dicit Ray. in sum. q. Christiani contra eos his armis pugnare licet, contra Christianos autem nequaquam licet, vt in d. cap. j.

SVMMAE.

1 *Adulter seu dormiens cum vxore alterius maledictus est. & nu. seq. ubi de alijs pænis.*

2 *Adulterij crimen est ex mixti fori quoad pænam, quia est locus præuentioni, quo vero ad separationem thori est meri fori Ecclesiastici.*

Et an hoc sit verum.

3 *Ecclesia pro stupro potest imponere pænam corporis afflictiuam.*

4 *Transigi licet in quocunque casu, in quo venit ingerenda pæna sanguinis, præterquàm in adulterio.*

5 *Diuortium nõ potest fieri sine auctoritate ecclesię.*

6 *Dicta in materia adulterij de vno coniugum, dicta censentur & de alio.*

Pæna adulterij inter coniuges qualis sit.

7 *Et quæ sit pæna adulterantis, sed est solutus, adeò quòd non est duplex adulterium.*

8 *Dispensatio cum adulteris à quo concedatur.*

Dispensari non potest nisi cum pænitente.

9 *Episcopus an poterit dispensare sine consensu capituli in causa adulterij.*

10 *Et quid de electo confirmato, non tamen adhuc consecrato.*

11 *Dispensatio est actus iurisdictionis, non autem ordinis.*

12 *Dispensandi potestas commensuratur à potestate pænam imponendi.*

13 *Electus confirmatus, sed non consecratus venit in materia iurisdictionis appellatione Episcopi.*

14 *Episcopus an possit dispensare in casu quo reus petit dispensationem contradicente accusatore.*

Dispensandi potestas in Episcopo est libera, & de mero iure arbitrario inspecta iusta causa.

15 *Beneficium iuris nemini est auferendum.*

16 *Episcopus cum possit dispensare cum adultero, an similiter possit cum adultero, & incestuoso.*

17 *Fornicatio quid sit, & qua pæna puniatur.*

Item quid stuprum, & eius pæna.

Item quid adulterium, & eius pæna. & num. 22.

Item quid incest. & eius pæna.

& quale istorum maius dicatur.

18 *Clericus potest pro delicto pecunialiter puniri.*

Et committens vnum ex supradictis criminibus qua pæna puniatur.

19 *Dispensatio in stupro à quo concedatur.*

Moderatio legis reseruata est legislatori, nisi inferiori relaxetur.

20 *Argumentum ab inscriptione Epistolæ valet.*

21 *Christus dedit omnibus Apostolis indifferẽter usum clauium neque Petro aliquid reseruauit plusquã a ijs, licet ipse sit caput.*

22 *Adulterium & maius delictum stupro.*

Argumentum ab ordine rubricarum valet, & ab ordine literæ.

23 *Pollutus in somnis debet à sacrificijs abstinere.*

24 *Pollutio nocturna procedens ex infirmitate, non est peccatum.*

25 *In Eucharistia sanctissima est verax corpus Christi, & non figuratiuè.*

26 *Ecclesia est castra sacerdotum hoc nostro tempore.*

27 *Pollutio prouenĩẽs ex crapula, est veniale peccatũ.*

28 *Dormiens furioso æquiparatur.*

29 *Pollutio quæ ex frequẽti meditatione prouenit, quale peccatum sit.*

30 *Pollutio cum consensu est peccatum mortale.*

31 *Pollutus an indigeat dispensatione vel absolutione.*

De Adulteriis, & Stupro, & Pollutione nocturna.

SI MOECHATVS quis fuerit cũ vxore alterius, & adulterium perpetrauerit cum coniuge proximi sui, morte moriatur & mœchus, & adultera, Leuit. xx.
1 † Maledictus qui dormit cũ vxore proximi sui, Deuteron. xxvij. hic enim pœna est commensuratio culpæ, & pro mensura peccati erit & plagarum modus. Deuterono. xxv. Et in decalogo prohibet dominus vxorem proximi concupisci, & repetitur Deuterono. v.

2 In primis sciendum est quòd crimen † adulterij est misti fori, & est locus præuẽtioni quo ad pœnam, quo vero ad separationem thori, & diuortij est meri fori ecclesiastici secundum Ioan. And. de foro compe. c. fi.

Aliqui tamen dicunt, quòd quo ad omnia ecclesia cognoscit, quia pro adulterio multiplex pœna imponitur, pro pœna separationis thori, & hoc proculdubio ad ecclesiam tantum pertinet: casus est in c. tuæ. de procurat. Item imponitur pœna intrusionis in monasterium. vt in auth. sed hodie. C. de adult. & hoc etiam pertinet ad ecclesiam, sicut & iudici laico: tex. est in c. gaudemus. de diuor.

Item est pœna absciſſionis vestimentorum, & capillorum ante, & retro, & per hoc etiam potest adiri iudex ecclesiasticus, tex. est in c. de benedi-

Benedicto. xxxij. q. j. Quarta pœna est excommunicatio, vt in c.ij.& c.intelleximus. de adul te.& hoc ad solam ecclesiam pertinet, sed hæc iura non contradicũt, quin sit mixti fori in his pœnis infligendis, quarum iudex sæcularis est capax, de qua vide Io. Papiensem in sua practica, seu glo. in verbo, *che hai adulterato la mia donna*.& vbi est pœna statutaria pro adulterio, vterque iudex potest procedere, alter secundum ca nones, alter secundum statutum, nec propterea dicitur duplici pœna puniri, cum vna non impediat aliam, & maximè cum ecclesia, non imponat pœnam neque pecuniariam, neque corporis afflictiuam pro adulterio: licet pro
3 stupro ecclesia † possit imponere pœnam corporis afflictiuam, vt est tex. in c.ij. de adult. ibi, corporaliter castigatus.

4 Et nota, † quòd in omni crimine capitali, quod irrogat pœnam sanguinis, licitum est transigi, præterquam in crimine adulterij, dicit glo. in c. si quem pœnituerit. in §. præuaricatores. in verbo in omnibus. ij. q. iij.& not. in l. transigere .C. de transac. & Alb. & omnes in c. j.
5 de colus. deteg. Cuius quidam ecclesiæ † authoritas de necessitate requiritur ad thori separationem. Alioquin maritus diceretur spoliare vxorem, & è conuerso, si prætextu adulterij se desererent, & subtraherent seruitia maritalia sine authoritate ecclesiæ, vt dicit glo. in c. si cuius vxorem. xxxiij. dist. & Barth. Brix. in q. Dominicalibus. q. xvj. Host. tamen in sum. hoc eo. titu. in §. quæ pœna. versi. sed nunquid hoc fieri possit sine licentia ecclesię dicit, quòd Hugutio, & quasi omnes Moderni dicunt, q non, dicens, Tu dicas, q hoc aliquando potest fieri, non tamen necesse, quia dominus dominorum hoc permisit, & non iussit secundum Aug. xxxij. q. vij. c. j.& ij.& c. Apostolus.& per totum, & secundum Io. Vbicunque est fornicatio, vel fornicationis suspitio, liberè vxor dimittitur. xxxij. q. j. dixit dominus: ad idem, de eo, qui cognouit consanguineam vxori suæ. discretionem. §. nam & si.

Alias si eam adulteram cognosceret scienter non reconciliatam, nec pœnitentem puniretur, vt in cap. si quis vxorem. xxxij. quæst. j. & cap. sequenti: ergo quo ad carnale debitum reddendum non reconciliatæ, sed in pœnitenti iubet dominus ipsam dimitti per interpretationem Sanctorum, qui dicta capitula fecerũt, & vt apparet in his, quæ not. per eundem Hostien. eo. tit. §. qualiter. versi. repellit. vbi vide, quæ vera intelligo, si adulterium possit incontinenti probari, alias si indigeret alta indagine, & plena rei discussione, tunc Doct. dicunt secus: tamen Barth. Brix. in d. q. xvj. dicit in solutione, q maritus potius debet pati excommunicationem, quàm reddere debitum, licet peccet non reddendo. Et est ratio, quia incurreret bigamiam, & forsàn intendit promoueri ad sacros ordines secuto diuortio, ibi vide.

Vnum non omitto in crimine adulterij, vi-
6 delicet, q † quicquid de vno coniugum dicitur, intelligitur etiam de alio quo ad permissa, & prohibita, vt plenius dixi supra de dispensatione mariti cum vxore in principio, & not. in l. illud. ff. ad legem Aqui. & in c. nihil iniquius. xxxij. q. vj.& in c. Christiana. ea. ca. q. v. & in c. intelleximus, hoc eo. tit. ibi, cum matrimonij ius in vtroque consistat, & mutua delicta pari compensatione tollantur.& in c. præcepit dominus. xxxij. q. v. sæuius tamen puniuntur mulieres, quàm viri pro crimine adulterij, vt in cap. Christiana. xxxij. q. v. vbi redditur bona ratio.

Pœna autem adulterij inter coniuges est separatio thori secundum canones, & aliæ pœnæ, de quibus supra diximus in principio, vbi etiam diximus de pœnis legalibus.

7 Sed † modo quæro, quæ sit pœna adulterantis vxorem alienam secũdum Canones, si adulter sit solutus, ita q nõ sit duplex adulterium. Respondeo distinguendo, q aut adulter est clericus, aut laicus.

Primò casu suspenditur à diuinis, vt est tex. in c. significasti. de adult. in fi. vbi Innoc. dicit, quòd est Canon ferendæ sententiæ. Immò clericus adulter venit deponendus, vt plenè not. in c. cum non ab homine. de iudi.& ibi omnes. & in c. at si clerici. §. de adulterijs. eo. tit. Si verò laicus, punitur pœna legali, vt supra dixi,& copiosè per Host. in sum. eo. tit. in §. quę pœna sit imponenda. vbi Laur. & Io. Papiensem in dicta sua glo. super verbo, *che hai adulterato la donna mia*.

8 Sed quæro quis † possit dispensare cum adulteris. dic q Episcopus, vt est tex. in d. §. de adulterijs. q intellige post peractam pœnitentiam, & intellige, q dispensat Episcopus in adulterio,& minoribus cum suspenso, & suspẽdendo, aut deponendo, & requiritur in eo, cũ quo dispensatur, q pœnitentiam egerit de crimine, super quo Episcopus dispensat, quia cũ impœnitente,& in peccato perseuerante, Episcopus non potest dispensare, ita Butr. in d. §. de adult. in ij. not. qui ibi facit regulam.

9 Vlterius quæro, nunquid Episcopus † in hoc casu poterit dispensare sine consensu capituli: dicit idem Butr. in eo. §. in ij. col. in versi. ad primum quæro, q videtur dicendum, q non, quia Episcopus nihil agit sine consensu capituli, vt de his, quæ fi. à præla. per totum.& l. dist. c. de pœnitentibus.& tex. in d. §. de adulterijs. probat hoc, intelligendo, quòd verbum cum clericis

ricis notet causam agenté, ad hoc faciunt not.
in c.quod de timorem.de stat. mona. in glo. &
lxxxj.di.c.siquis.& j.q.v.c.si.& in c.ex eo quòd
de elec.in vj.in verbo episcopi. communis ta-
men conclusio est, quòd solus & sine capitulo
dispensare possit, per tex. in d. §. de adulterijs.
intelligendo, quòd verbum cum clericis deno
tet causam patientem, vt in c.j.& ij.de ordina-
tis ab episcopo.& in c.sane.de cler. coniug. Et
hoc ideo, quia ius dispensandi competit episco
po de iure speciali, in quo non habet commu-
nitatem, nec participationem cum capitulo, vt
not.in c.cum in cunctis.de elec.& in c.verum.
de for.compet.& in c.j.ne sede vacan. Et hanc
opi.sequitur Spec.in tit.de leg.in §.antepen. in
principio.& posito, quòd teneres, quòd nó pos
sit, tamen hodie consuetudo est in cótrarium,
quæ hoc potest operari, quòd absque consensu
capituli episcopus dispenset, vt not.in c. ij. de
cósuet.in vj.& in c.ea noscitur.de his quæ fiút
à prælat.& per Archid.in c.j. de fil. presbyt. in
vj. dixi plenius supra de dispensatione episco-
pi. & de dispensatione capituli sede vacante, &
non vacante.

10 Et quia diximus de episcopo, † quid de ele-
cto confirmato nondum consecrato, nunquid
poterit dispésare? Cardinalis Zaba. Butr. Abb.
& omnes tenent, quòd sic, quo ad pœnam, quá
imponere posset, sed non in eam, quam im-
ponere non posset, per ea quæ not.in c. cum il-
lorum.de sent. excom. Ratio est: quia dispen-
satio est de lege iurisdictionis, vt supra dixi in
principio secundæ partis huius operis, sub ru-
brica, an dispensatio sit de lege diocesana, an
11 de lege iurisdictionis: & dispensatio † est actus
iurisdictionis, & non ordinis, sicut & excom-
municatio. vt not. in c. ex multiplici. de voto.
& in c.per venerabilem.qui fil.sint legit.in ver-
si.insuper.& vide not.in c.transmissam.& c.ꝙ
sicut.de elec.vbi videbis, de quibus cognoscat
electus, non confirmatus, & quantum se exté-
dat eius iurisdictionis.

Sed in casu dispensationis potes facere re-
12 gulam, quòd † potestas dispensandi commensu
ratur à potestate pœnam imponendi. Et hanc
regulam assumpserunt doct. ex not. in c. licet.
de pœnit.& c.ij.de constit.& ibi per Inno.& in
l.quod ergo.§.pœna grauior, de his qui not.in-
fa.& in l.etiam si seuerior, ex quibus causis in-
fa. irroga.

Ex qua regula infertur ꝙ in materia iurisdi-
ctionali appellatione episcopi comprehendi-
13 tur † electus confirmatus, vt colligitur ex d.§.
de adulterijs, & ibi per Butrig.& alios.

Ponamus, quòd pendeat accusatio super cri
mine dispensabili, reus petit secum dispensari
14 super crimine, accusatore contradicente, † nun
quid episcopus poterit dispensare? quia de Pa
pa non est dubium, dicas quòd sic, quia pote-
stas dispensandi in episcopo est libera, & de me
ro iure arbitrario inspecta legitima causa. Ideo
supra dixi in secunda parte huius operis, quòd
dispensatio est de lege permissiua, & non iussi-
ua, & non datur actio, sed querela, seu potius
supplicatio ad superiorem: vbi euidens vtili-
tas publica immineret, vt ibi dixi.

Et ꝙ sit libera in episcopo tenuit Io.de Deo í
dicto suo Tractatu de dispésatione, sub rubri-
ca, an si dispensatio sit debita an permissa, qué
But. allegat, sed non allegat locum, sed forte di
xit in d.§.de adulterijs.

Et dicit But.de mente Pet.& Abb. antiqui,
quòd hoc est adeo verum, quòd etiam si iam
accusator probasset delictum, dummodo ac-
cusans egerit pœnitentiam, poterit episcopus
cum eo dispésare. Et est ratio: quia habet hoc
15 à iure, & nemini † beneficium iuris est aufe-
rendum, vt in regula indultum, in vj. nec facit
iniuriam, qui vtitur iure suo, vt in c. cum ec-
clesia.de elec.& in c.si quis presbyter.L.dist. Et
Spec.in tit.de aboliti. §. j. versi. sed cum super
hoc. Host. tamen in c.clerici.de cler.excomm.
ministr. tenet contrarium, sed Archidia. tenet
primam opin.in c.si quis præpostera.L.dist.In-
no.& Io.And.post eum in c.dudum. el primo.
de elec.in glo.in verbo talis electio. vide Butr.
in d.§.de adulterijs. in ij.col.in versi.tertio, an
in viro.

Sed quia dixi, quòd cum adultero episcopus
16 dispensat, nunquid poterit † dispensare cum
adultero, & incestuoso simul? Satis dixi supra
de fil.presbyt.& alijs illegitimè natis: & hæc
materia longè, lateq; examinatur per Cardina
lem, Butr. Abb.& And.Sicu.vltra omnes in d.
§.de adult.in iiij.col.Ideo hic vlterius nó pro-
sequor, cum sit materia nota, maxime in scho-
lis. Sed descendendo ad secundam partem ru-
bricæ, videlicet de stupro.

De materia adulterij vide beatum Tho. ij.
ij.quæst.cliiij. artic.viij.

Definitionem stupri posuit Hostien.hoc eo.
tit.in §.quid sit stuprum, cum tribus sequenti-
bus §. in quibus ponit materiam, nihil tamen
ponit de dispensatione in eo. Spec. in suo au-
reo posuit tres versus, in quibus declarat quid
sit fornicatio: quid stuprum: quid adulteriú:
& quid incestus dicens.

17 † *Fornicor in uiduis, in uirgine perpetro stuprum.*
Alterius lectum uiolando dicor adulter.
Incestum facio consanguinitas uiolando.

Prędicta omnia sunt extracta ex tex.Gelasij.
xxxvj. quæstio. j. in capitu. lex illa præterito-
rum.

Si seduxerit quis virginem nondum despon
satam

fatam, dormieritque cum ea, dotabit eam, & habebit eam vxorem, si pater virginis eam dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis, quàm virgines accipere consueuerunt. Exo.xxij. & transumptiuè in c.j. hoc eo.tit. Et sic secundum legem Mosis pœna stupri erat pecuniaria.

Secundum verò leges sæculi erat pœna relegationis. Et si vilis persona erat stuprans, fustibus cedebatur, vt institu. de pub. iudi. §. secundo.

Si autem per vim hoc fecerit, capite punitur, vt instit.eo.tit.§. fin autem.

De iure autem Canonico, aut stuprator stupratam ducat in vxorem, si autem renuerit eã ducere,& tunc corporaliter castigatur, excommunicetur, & in monasterio, in quo agat pœnitentiam, retrudatur. Et sic pro vno delicto triplici pœna punitur; ex qua pœna colligitur, quàm graue sit adulterij delictum: cum pœna sit commensuratio culpæ: quia pro modo peccati erit & plagarum modus. Deuter.xxv. vt supra sępius dixi de dispensatione iudicum.

Cardinalis in c.peruenit.hoc eo.tit.in principio, dicit, ꝙ ex hoc ideò grauius imponitur pœna, vt illius metu stuprator stupratam ducat in vxorem, sed verè rectà ponderanti hæc ratio non videtur bona: quia tex. ille non distinguit inter clericum, & laicum stuprantem, sed indistinctè loquitur, ideò indistinctè debet intelligi, sed in sacris constitutus stuprans non posset, & si vellet stupratam ducere vxorem, ergo talis ratio cessat: sed dom. Abb.ibidem dicit, & fortè melius, quòd talis in sacris ordinibus constitutus, poterit cogi ad ipsam

18 dotandam, quia † clericus potest pecunialiter pro delicto puniri, maximè pro interesse tertij, vt not.in c.fi.de dolo, & contum.& in c.dilectus.de offi.ordin.& in c. licet.de pœn.

Sed probabilius potest dici, quòd clericus in sacris ordinibus constitutus pro huiusmodi delicto puniatur ea pœna, cuius est capax, capax autem est excommunicationis, & fustigationis, seu castigationis. Nec obstat, si diceretur, quòd castigatio, & excommunicatio succedunt in euentum, quod stuprator nolit stupratam ducere in vxorem; qua ductâ cessant aliæ pœnæ. Et sic, quòd tex.ille nihil faciat ad probandum pęnam sacerdoti, vel in sacris constituto stupranti virginem.

Quia immo Io. And. de mente do. Marsilij præceptoris sui, vt ipse dicit in c.querelam.de elec.dicit, ꝙ etiam in sacerdotibus,& in sacris constitutis procedit pœna d.c.peruenit quo ad castigationem, excommunicationem,& intrusionem in monasterium. Ideò dixi, ꝙ in sacris constitutus stuprans punitur pœna à iure expressa, cuius est capax.

Sed quæro, an huiusmodi pœnæ excómunicationis, & detrusionis erunt perpetuæ, an ad tempus? dicito, ꝙ ad tempus, vt probat tex.in d.c.peruenit.in fi.ibi, de quo nulla sit egrediendi sine præceptione licentia. Et do. Card.ibi, in principio exponit præceptione, idest reuocatione, & dicit ad tempus, donec pœniteat secũdum Host. quem impugnat, dicens sibi videri, quòd immo sit pœna perpetua, donec reuocetur, tacitè inferendo, quòd si nunquam reuocaretur erit perpetua, vt dicit finem tex.probate, & in valente stupratam ducere in vxorẽ, non dicitur pœnituisse, nisi ducat: & sic durante contumacia, durat pœna. In alijs verò non valentibus ducere, vt quia est in sacris, aut vxoratus probabiliter dici potest. Quod si apparent signa pœnitentiæ, arbitrio boni iudicis cõsideranda, poterit reuocari: quæquidem reuocatio erit dispensatio: dicam etiam aliquid infra, in proxima quæstione.

19 Quærendum † modo est quis cũ his stuprantibus poterit dispensare: videtur dicendum, ꝙ solus Papa, quod videtur probari per tex.in d. c. peruenit. in quo Papa mollit legis duriciem per se ipsum disponens, vt in constitutione cõtinetur: vbi autem Papa aliquid disponit cum pœnæ appositione, pœnæ sublatio, vel moderatio videtur legislatori reseruata, nisi eã inferiori relaxet, quia oĩa, quæ facit Papa, aut vbi authoritatem suam impartitur sua facit, c.Apostolicè.de præb.in vj. Inferior autem non potest apponere manum, vbi apposuit, & sic videtur, quòd solus Papa possit dispensare.

Contrarium tamen credo verius, & ꝙ ordinarius Episcopus possit dispensare, primo fa-

20 cit suprascriptio † d. c. peruenit, quæ dirigitur Sipõtino Episcopo, qui hodie est Archiepiscopus. Secundò facit finis illius tex.ibi, sine præceptione, licentia.i.reuocatione, vt supra dixi: vbi Papa non dicit licentia, seu reuocatione nostra,& glo.fi.ibi dicit licentia.i. quousque superiori visum fuerit.

Et demum in fi.dicit, quòd eo, quia virginem stupro decepit, ad tempus punitur: quod quidem tempus, ex eo, quòd Papa non reseruauit sibi moderandum censetur ordinariæ iurisdictioni remisisse, per ea, quæ supra dixi de dispensatione Episcopi, vbi dixi, quòd duæ fuerunt opiniones, vna, quòd Episcopus non dispensat, nisi in casibus sibi expresse à lege, vel canone concessis, vel expressis.

Alia verò, quæ est verior, & communis, ꝙ Episcopus dispensat in omnibus casibus, nisi sibi fuerit prohibitum.

21 Et hoc est verum, quia potestas, & vsus † clauium fuit Apostolis omnibus à Christo indifferenter

renter attributa, & nihil reseruauit Petro plus
quàm alijs, licet ipse Cephas, idest caput.

Et dicunt sic tenétes, quòd nisi obstaret hu-
iusmodi reseruatio singuli Episcopi, ea omnia
possent in suis dioc. quę potest Papa per totum
orbem: Quod Boemi in suis erroribus tenue-
runt, quòd, ex quo Christus sic non reseruauit
Petro, quòd etiam successores Petri non pos-
sunt reseruare, addentes etiam q Petrus, & suc
cessores Petri vsque ad tempus Syluestri, nihil
sibi reseruarunt in signum superioritatis.

Quibus frater Io. de Ragusio in Concilio
Basiliensi, satis respondit, dicentes prædicti
impugnatiuè, quòd tamen postea Rom. Pont.
quædam sibi reseruarunt in signum supremæ
potestatis, quod tamen potuerunt catholicè lo
quendo; & eis parere tenemur de necessitate
salutis propter illud symboli, Et in vnam san-
ctam Catholicam, & Apostolicam ecclesiam,
licet alij dicant, q huiusmodi Catholica eccle
sia est ipsa vniuersalis, & non Romana tãtum,
propter illud Matt. xviij. si peccauerit in te fra-
ter tuus &c. dic ecclesiæ. Et quòd appellatio-
ne fratris in illo casu venit etiam Papa: & si di
ceretur, dic ecclesiæ. i. Papæ, nõ esset sanus sen
sus. Ideò dicunt, quòd intelligitur de vniuer-
sali ecclesia. quæ tamen non repręsentatur, nisi
per concilium generale, legitimè congregatũ,
idest in Spiritu sancto. An autem Episcopi
possunt dispẽsare in omnibus casibus, nisi sint
eis specialiter prohibiti, satis dixi supra de di-
spensatione Episcopi referendo dicta Spec. &
aliorum sic tenentium.

Præterea arguendo à maioritate delicti, di-
cendum est Episcopum posse dispensare: nam
adulterium est maius delictum stupro, quod
probatur ab ordine rubricæ, & valet argumen
22 tum † ab ordine literæ, vt in prima constitut.
C. §. quibus. in ij. col. ibi Bal. & in l. conuenticu
la. in iiij. col. ibi. Item est argumentum ab or-
dine literæ. C. de epis. & cle. Sed in rubrica præ
ponitur adulterium stupro.

Præterea pro modo culpæ erit & plagarum
modus, vt supra dixi, quia pœna est commen-
suratio culpæ, & vbi minor est pœna, minus
est delictum, vt ibi; sed maior pęna imponitur
pro adulterio, quàm pro stupro, ergo. Primò
probatur, quia secundum legem Mosis adul-
ter, & adultera lapidabantur, vt dixi supra in
princ. huius tituli per dictum Leuit. xx. Pro stu
pro verò imponitur pœna tam à lege, quàm à
Canone citra mortem. De iure verò canonico
pro adulterio etiam imponitur maior pœna,
quàm pro stupro, vt etiam supra diximus: ergo
adulterium maius est peccatum stupro.

Præterea stuprum potest matrimonio repa
rari, etiã sine timore bigamiæ, vt tenuit Barth.
Brix. in q. Dominical. q. xvij. Adulterium autẽ
nullo modo, ergo maius est peccatum, sed cum
adultero dispensat Episcopus, ergo & cum stu-
pratore à maioritate rationis, vt in auth. mul-
to magis. C. de sacrosan. eccl. Et Paul. de Cast.
consi. suo cccxliiij. cum vulgaribus, & And. Si
cu. in §. de adulterijs, hoc expressè tenet. de hac
materia vide beatum Thom. ij. ij. quæst. liij.
artic. vj.

Descendo ad tertiam partẽ rubricæ nostræ,
videlicet de pollutione nocturna, de qua Deu
ter. xxiij. dicitur, Si fuerit inter vos homo, qui
nocturno pollutus sit somno, egredietur castra
& nõ reuertetur, plus quàm ad vesperam laue
tur aqua, & post solis occasum regredietur in
castra. vbi Nico. de Lira ibi, in verbo egredie-
tur extra castra, dicit, extra castra deitatis, & le
uitarum, quæ erant in medio exercitus, non ta
men oportebat egredi castra communis popu
li. Et idem dicit esse intelligendum de alijs im-
mundicijs, quæ quandam irregularitatem in-
ducunt, & ponit hanc immunditiam pollutio-
nis in exemplum, cum frequentius accidat.

23 Ex quibus datur intelligi, quòd † pollutus
in somnis debet à sacrificijs abstinere, non ta-
men à communione hominum: quod Tibul-
lus in j. elegia catholicè potius quàm gentili-
ter loquendo dixit.

Este procul moneo, sacris discedite ab aris,
Cui tulit hesterna gaudia nocte Venus,
Casta placent superis, pura cum veste venito,
Et manibus puris sumite fontis aquam.

Et licet Tibullus ibi loquatur de pollutione vo
luntaria, & nos de casuali per somnia, tamen
satis facit ad docendum, quòd in sacris requi-
ritur munditia, & puritas, vt etiam satis supra
dixi in proœmio huius operis.

Host. in sum. huius tituli, in §. quæ sit pœna
lenocinij, dicit, q quidam dixerunt, q quan-
24 do nocturna † pollutio ex infirmitate procedit,
non est peccatum, vt in c. j. vj. dist. & hæc pol-
lutio non est timenda, quia Greg. dicit, quòd
hæc pollutio est passio, & potius imputatur ad
pœnam, quam ad delectationem. Et ideò in
hoc casu non prohibetur quis à confectione
Eucharistiæ, & multo minus à perceptione, se
cundum Hugut. Credo tamen, quòd abstine-
re sit laudabilius ob tanti sacramenti reueren-
tiam, & pollutionis sorditatem, & ad hoc pos
sumus allegare illud Deuter. supra allegatum
à maioritate rationis, quia ibi in castris erat
25 archa domini, quæ † erat figura ecclesiæ Chri-
sti, quàm ipse suo sanguine fundauit. In sa-
cramento autem Eucharistiæ est verax corpus
Christi, & non figuratiuè, sed ob reuerentiam
archæ repellebantur de castris Leuiticorum,
videlicet sacerdotum, ergo videtur, quòd ne-
dum

dum tales polluti debeant abstinere à confessione, & perceptione eucharistiæ, sed etiam ab ingressu ecclesiæ arguendo de minori ad
26 maius: †castra autem sacerdotum nostri tēporis est ipsa ecclesia, in qua militant cœlesti militia, & credo hanc esse tutiorem partem, & honestiorem, fateor tamen, si id contingeret rectori parrochialis ecclesiæ, & non posset sine scandalo se abstinere à celebratione, quòd tunc excusaretur excusatione necessaria.

De pollutione autem, qui procedit ex cra-
27 pula dicit idem Hosti. † quòd est veniale peccatum, quòd intelligo saluis his, quæ notantur in c. à crapula, de vita & hone. cle. Aliàs fateor, quòd dormiendo nullum peccatum committitur, vt not. in l. ex maleficijs. ff. de actio. & oblig. in §. si quis absens: & melius in c. si concupiscentia. xv. q. j. vbi dicitur, quòd dormiens non peccat.
28 Et dormiens furioso æquiparatur, vt in l. j. ff. de acquir. possess. in §. adipiscitur, & sic non peccat.
29 †Pollutio autem, quæ ex frequenti meditatione prouenit, peccatum est: sed Hosti. dicit se distinguendum, videlicet, quòd si illa cogitatio non processit ad consensum: tunc veniale est, aliàs mortale; vbi ergo in nocturna pollutione homo non venit ad cōsensum, nullo mo-
30 do peccat, † sed si venit, peccat mortaliter: & dicit ibi Hosti. quòd Hugutio tenuit hanc opinionem, vide ibi Hosti. qui in d. §. quæ sit pœna lenocinij, in versi. si. epilogando prius dicta, dicit, quòd si vigilando, & ex propria sollicitatione accidat, mortale est: si vero dormiendo, non peccat mortaliter, nisi sequatur consensus, vt supra: quia tunc reputatur mortale, non tamen ipsa pollutio, quæ dormiendo accidit, sed ipse consensus. Sed vide Beatum Tho. ij. ij. q. cliiij. art. v. vbi plenius, & subtilius.
31 †Sed quæro in casu peccati, an sic pollutus indigeat dispensatione, an absolutione; dicas, quòd absolutione, sicut de alijs peccatis mortalibus: quia peccata confessione, & pœnitentia cōdigna tolluntur, omnis vtriusq; sexus, de pœnit. & remis. & ibi doc. & Beatus Tho. ij. ij. q. iij. art. ij.

S V M M A E.

De raptoribus, incendiariis, & violatoribus ecclesiarum.

1 RAPTORES sunt infames, quos leges sæculi interficiunt, sed nos misericordia præeunte sub infamiæ nota ad pœnitentiam recipimus. iij. q. iiij. cōsanguineorum. & q. v. c. constituimus.
2 † Raptorum duo sunt genera. alij enim rerum, & alij personarum, vt plenè posuit Hosti. post Goffr. in sum. hoc eod. tit. in principio.

Propriè autem dicitur rapina rerum, & raptus mulierum, vt ibi: De vtroq; itaque genere videbimus quo ad pœnas, & quo ad dispensationem, seu absolutionem.
4 † Raptorum enim rerum pœna est secundum leges, quòd infra annum in quadruplum puniuntur, si ciuiliter agatur; post annum vero in simplum, re ipsa in quadruplum computata, vi. ff. vi bono. rapto. l. prima & secunda.

Si autem criminaliter: tunc distinguitur inter vim illatam armis, & sine armis: prima inducit deportationem, secunda vero tertiæ partis bonorum amissionem, vt instirut. de public. iudic. §. Item lex. Iulia.

de vi publica uel priuata. vnde versus.

Vis priuata rerum deponit ab ordine rerum.

Sed deportatur, si vis armata probatur.

Secundum vero canones pœna est, vt raptor excõmunicetur ab illo episcopo, in cuius diœcef. raptum fecit, vt in c.j. hoc eo.ti. & vj.q.iij. c.placuit: quia ratione delicti quis sortitur forus. de for. compet. c. licet. & de sen. exco. c. à nobis, & in authen. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi oport. & talis excommunicatus non absoluitur, nisi præuia condigna satisfactione. vt in d.c.j. & c. ex parte. de verbo signi. & ei denegatur ecclesiastica sepultura, si pertinaciter satisfacere renuit, cum possit: de materia rapinæ rerum vide Beatum Tho. ij.ij. q.lxvj. articulo iiij. & viij.

Raptores vero mulierum secundùm leges capite puniuntur, & eius bona raptæ applicantur, modo mulier rapta sit honesta; secus si rapiat meretricem, vt not. in l.j. C. de raptu virg. in princi. & l. verum. ff. de furt.

Secundũ vero canones raptor efficitur seruus raptæ, nisi velit se redimere, vt in c. de raptoribus. xxxvj.q.j. Et debet cum suis fautoribus excommunicari, & est canon ferendæ sententiæ. xxxvj.q.j.§.j. castigatur etiam corporaliter, vt dicit tex. in c.ij. de adulte. si stupratam in vxorem habere renuerit, & sic est casus, in quo ecclesia punit corporaliter alium: habemus et in c. ad audientiam de crim. fal. vbi etiam imponitur pœna perpetuæ relegationis de prouincia, & alium habes in c. in archiepiscopatu de rapt. ibi, & flagellis affligere.

5 Si autem rapta † contrahit matrimonium cum raptore, quod de iure potest, tollitur omnis pœna secundùm notata in c. dominus, de secun. nup. & ita tenet Goffr. vbi supra: nec obstat dispositio concilij Meldensis, de quo in c. si autem, & c. sequenti. xxxvj.q.ij. in quo cauetur expresse, vt hi qui rapiunt fœminas, vel furantur, vel seducunt eas, nullatenus habeant vxores; quia loquitur in vim illius raptus. sed de consensu parentum eas nuptialiter ducere possunt. de primo habetur i c. de puellis. xxxvj. q.ij. de secundo habetur in c. tria, ea. ca. & q. & in c. accedens, hoc eo. ti. Sed vide glo. in d.c. de puel. in verbo nullatenus.

Sed quæro an huiusmodi raptores virginum sint tuti in ecclesia, glo. in c. sicut antiquitus. xvij.q.iiij. dicit, quòd sic, per tex. in c. de raptoribus. xxxvj.q.j.

Raptores autem puerorum abscissionis causa exquisitis pœnis capitalibus puniuntur secũdùm leges, vt C. ad l. Iul. de adult. l. cum vir. & in l. iij.§. libidinis. ff. ad legem Cor. de sicar. sed vbi hoc scelus prælato committit, videlicet delegatur, vt dicit Hosti. in sum. hoc eo. ti. in §. de pœnis raptorum corporum, in versi. potest etiam cohabitatio rapinæ vindicand.

7 quia pœnam † sanguinis infligere non potest, vt in c. sententiam sanguinis, ne cler. vel mona. & in c. quis, & à quibus. xxiij.q.viij. in flagella commutat, vt in c. archiepiscopatu, hoc eo. ti. & idem nót. In c.j. xiiij.q.vj. & xij.q.ij. c. fraternitas, & in c. postulasti. de Iudæ.

Et sic patet, quòd ecclesia potest imponere pœnam corporis afflictiuam citra mortem, aut membrorum mutilationem, puta ad fustigationem: similem pœnam imponit tex. c. peruenir, supra de adult. ibi corporaliter castigatus excommunicetur, & dixi supra titulo proximo.

De hac materia vide per beatum Tho. ij.ij. q.cliij. art. vj. vbi i genere tractatur de raptu. q.lxvj. art. iiij. & viij. sed de raptu puerorum vide eundem, ea. q. art. xj. & xij.

Visis pœnis quibus tam rerum quàm corporum, seu personarum raptores affliguntur, videndum est, quis eas tollere, aut cum eis dispensare possit.

8 Dicito † quòd qui potest punire potest absoluere, & cum causa dispensare.

Punire autem potest episcopus, in cuius diœcef. rapina seu raptus factus est, ergo & absoluere.

Prima probatur in c.j. hoc. eo. ti.

Secunda probatur in c. verbum Dei, de pœnit. dist.j. vbi Ambrosius dicit: dominus par

9 ius & soluendi, & ligandi esse voluit; qui vtrun que pari ratione permisit: nec obstat, quod legitur in c. sanctum est baptisma, de consecr. dist. iiij. vbi quidam pœnitens absoluit alium pœnitentem tempore periculi mortis imminẽtis, quem tamen ligare non posset.

Item secundùm quosdam primates & Metropolitani possunt subditos sibi absoluere, ab episcopatu tamen deponere non, sine apostolicæ sedis authoritate, vt iij. q.vj. c. quamuis.

Sed hæc exceptio non obstat: nam licet non possit eos deponere, potest tamen eos ligare, videlicet excommunicare, sicut & absoluere cum sit eorum iudex ordinarius. fallit etiam hoc secundùm aliquos in eo, qui sua confitetur peccata alieno sacerdoti in necessitate: qui licet possit eum absoluere, non tamen potest ligare. Sed hæc exceptio similiter non videtur procedere: nam talis autem habet licentiam à suo sacerdote, aut non: si habet; tunc in eo, in quo potest soluere, potest & ligare, scilicet in iniunctione pœnitentiæ, vel relaxatione.

Si vero nõ habet, neq; eũ absoluere põt, neque ligare, vt in c. ois vtriusq; sexus, de pœnit. & remis. nisi in casu necessitatis, vt in c. si. eo. ti.

Et

Et sic episcopus, in cuius diœcesi commissum est delictum, poterit dispensare.

Sed magis videndum est, in quo poterit dispensare, quia quo ad reatum nõ requiritur dispensatio, sed absolutio.

10 Et plus est dispensatio, quàm absolutio: quia absolutio nunquam potest denegari, vt supra dixi in tit. de dispensatione. Dispensatio autem potest: cum sit arbitraria, & non debita, sed permissa, vt satis etiam supra dixi in j. parte huius operis, an dispensatio sit debita, vel permissa.

Dicas, quòd Episcopus poterit dispensare,
11 † quòd raptor post publicam pœnitentiam peractam, & mortua rapta.

Vel contra, quòd superstes possit iterum ducere aliam: quod aliàs sine dispensatione non posset: vt est tex. expressus in c. si autem. xxxvj. q. ij. ibi, sed si vnus ex coniugatis obierit, & is, qui pœnitentiam publicam egerit superstes extiterit, iterare coniugium non præsumat, nisi episcopus aliquam concesserit indulgentiam.

12 † Quòd autem ad ordines promoueatur post publicam pœnitentiam, nequaquam dispẽsatur nec per episcopum, nec per eius superiorem: quin immo & dispensans, & dispensatus, & promouens, & promotus deijciuntur, vt in c. ex pœnitentibus. l. dist. vt dixi supra. per discursum, & dicam infra de sortilegijs.

13 Sed quæro, nunquid filij geniti ex matrimonio contracto cum rapta possint sine dispensatione promoueri? tex. in c. tali cõiugio. j. q. vij. dicit, quòd non, dicit enim tali coniugio generati ecclesiasticis ordinibus non applicentur. Et ibi glo. dicit, quòd hoc hodie non tenet: vel dic, quòd loquitur de filijs monialium raptarum, cum quibus matrimonium non tenet: tamen tex. addit, nisi forte eos aut maxima ecclesiæ vtilitas, vel necessitas postulet, uel euidens meritorum prærogatiua cõmendet, quia Deus non est acceptor personarum, de quibus copiosius dixi supra sub tit. quæ sint causæ dispensationis.

Sed quis cum his dispensabit, dicas, quòd, qui dispensat cum alijs illegitimè natis, vt supra dixi de fil. presbyt. & alijs illeg. nat. videlicet, ꝙ ad minores dispensat ordinarius, ad sacros autem solus Papa.

Cum incestuosis autem, vel adulterinis vel mixtim, de vtroq; etiã dixi ibi allegando notata per omnes in c. at si clerici, i. §. de adulterijs, de iudi. vbi vidimus, an in hoc casu in simplici veniat mixtum, ita quòd habens potestatem dispensandi cum adultero, possit dispensare etiã cum incestuoso, & adultero simul.

De incendiarijs autem, & sic de secunda parte rubricæ dicendum est, quòd incẽdiariorum
14 variæ sunt pœnæ: nam sunt excommunicati, & morientes carere debent ecclesiastica sepultura: vt in c. pessima. xxiij. q. viij. quod intelligendum est de incendiarijs ecclesiarum, vt infra in fi. dicam.

Sunt & incendiarij omnibus suis bonis perpetuo priuati, & perpetuis carceribus mancipati. xxiiij. q. vlt. c. si quis membrorum. & de diuersis pœnis incendiariorũ habetur in c. si quis domum, de iniur. & dam. dat. & in c. in literis de rapto. & in l. ædes, & in l. si. ff. de incendi. rui. naufr. & xij. q. ij. c. cũ deuotissimam. & ibi bo. glo. & in c. tua. & c. conquesti, de sent. exco. & in l. j. & l. si quis dolo. ff. ad l. Cornel. de sica. & per Bal. plenè in l. data opera. C. qui accusare nõ possunt. qui ibi bene distinguit, & punit singulos casus, & pœnas eorum: sed ordinaria pœna secundum leges est capitalis.

Sed pro præmissorum omnium intelligen-
15 tia dicas, † quòd ecclesiarum, vel locorum religiosorum incendiarij, licet sint ipso iure excommunicati, non tamen alij incendiarij locorum priuatorum ante denunciationem. Et tunc omnes tales possũt à reatu à suo episcopo absolui.

Postquam vero fuerint denũciati, ad sedem apostolicam remittuntur. xj. q. iij. c. canonica, & in d. c. deuotissimam. xij. q. ij. & xvij. q. iiij. c. omnes ecclesiæ, & in c. literis, de rapto. & c. tua nos, & c. conquesti, de sen. exco. Hosti. tamen in sum. de sen. exco. in §. quis possit, versi. si vero sententia lata sit ab homine, versi. tertio fallit, tenet, quòd etiam post denunciationem potest episcopus incendiarium priuatarum rerum absoluere à reatu incendij; cum à sua sententia possit absoluere, licet non à sententia canonis: quod Io. An. videtur approbasse in c. tua nos. de sen. exco. tamen Henricus Boic. in c. conquesti, eo. ti. tenet contrarium. Abb. vero Sicol. in d. c. tua nos, referendo opiniones scribentium, distinguit multipliciter: & aliquid dixit in d. c. cõquesti, & c. cum quidam, de sen. exco. faciunt not. in c. conquestus, de foro compet. & glo. in fi. & ibi copiosè per Andream Sicul.

16 Sed hæc omnia hodie cessant propter bullam, quæ in cœna domini legitur, in qua Papa excommunicat omnes incendiarios indifferenter, non distinguendo inter incendiarios ecclesiarum, vel rerum ecclesiasticarum, aut priuatarum, absolutionem sibi, & Apostolicæ sedi tantummodo reseruando.

17 Sed quæro nunquid huiusmodi incendiarij ecclesiarum, & præcipuè piorum locorum, sint irregulares, ita ꝙ promoueri non possint, & si sint à reatu absoluti sine dispensatione.

Dicas, quòd non, quia hoc non reperitur iure cautum, nisi, quòd nota incendiarijs ecclesiarum, & locorum sacrorum, &

& piorum, qui sunt ipso iure excommunicati
cum sit canon latæ sententiæ, si essent sacerdotes, & postea celebrassent: quia tunc efficerentur irregulares deriuatiuè, non principaliter propter incendium, sed propter celebrationē in excommunicatione.

18 † De violatoribus autem ecclesiarum, & sic de iij. parte rubricæ dicendum est, quòd sunt ipso iure excommunicati, sicut & ipsarum incendiarij, nec possunt absolui nisi per Papam, vt in d.c.tua nos.de sent.excom.nisi in articulo mortis, vt in c.super eo.hoc eo.ti.& in c.literis.

19 † Violatores autem aliorum locorum non sunt excommunicati, nisi sequatur incendium, & tunc non sunt excommunicati, sed excommunicandi, vt supra dixi, nisi sint iam publicati. Host. tamen in sum. de rapto.in versi. seu.§. de incendiar.in §.fin.versi.fi.dicit, quòd hodie consuetudo approbata reddit ipsos excommunicatos ipso iure, quamuis denunciati nō sint, sed loquitur de incendiarijs, vt patet per exemplum ibi positum, dicendo, siue in villis incendium commiserunt dolo malo: quam dicit esse seruādam, cum optima sit legum interpres: cessante autem consuetudine dicit esse standū opinioni Abb. qui tenuit, quòd hi non sunt excommunicati, sed excommunicandi, & sic non latæ, sed ferendæ sententiæ: An autem sic irregulares, dicas, quòd non, vt supra proximè dixi de incendiarijs, cum non reperiatur iure cautum.

20 † Quis autem cum eis dispensabit? dicas, ꝙ solus Papa, vt in dicta bulla, quæ legitur in cęna Domini, in qua Papa reseruat sibi absolutionem: ergo multo magis dispensationem; & hoc intelligo de publicè accusatis, vel denunciatis, vt supra, aliàs Episcopus dispensabit iuxta constitutionem extrauagantem Benedicti X I. quæ incipit, inter sollicitudines, de priuil. de quo aliquid infra dicam in titulo de sortilegis, in §.circa huiusmodi dispensationem: vbi vide.

S V M M Æ.

1 *Fur manifestus non potest, cum sit irregularis, promoueri ad sacros ordines.*
2 *Peccator notorius promoueri non potest.*
3 *Fur vt promoueri possit, quinque requiruntur.*
4 *Peccata occulta non inducunt irregularitatem: & num. seq.*
5 *Dispensatio requiritur in peccato occulto.*
6 *Dispensatio cum fure à quo concedatur.*
7 *Verbum, non dubites, dicitur stare excitatione, & relatione ad potentiam, & voluntatem excitati.*
8 *Fur ad hoc, vt promoueri possit, an requiratur præter dispensationē etiā, & absolutio pœnæ legalis.*
9 *Et quid in foro conscientiæ.*
10 *Eleemosina an sit facienda de furto.*
Et de eo sit recipienda decima.
11 *Creditor si aliquo pacto non potest consequi creditum suum à debitore, an possit furari tantum de bonis suis, vt satisfiat ei.*
12 *Furari an liceat propter necessitatem.*

De Furtis.

FVR est irregularis, intelligendo
1 de fure manifesto, † ita quòd pro
moueri non potest ad sacros ordi
nes sine dispensatione, vt videtur
probare tex. in c. fi. de furt. & ibi
Io. de Ana. in iiij. col. post medium dicens idē
2 esse in quolibet notorio peccato, vt not. in c. fi.
de tempo. ordi. & idem sentit Abb. Sicul. ibidem à contrario sensu, qui dicit, quòd quinq;
3 requiruntur, † vt fur possit promoueri per illum tex.

Primum, quòd fur spontè fuerit confessus furtum.

Secundo, quòd satisfecerit læso.

Tertio, ꝙ infamia non surrexerit ex furto.

Quarto, quòd peregerit pœnitentiam, vel eius partem.

Quinto, quòd aliàs sit idoneus.

His itaq; cessantibus nō potest promoueri.

Tamen glo. fin. d. c. fi. videtur tenere contra text. cum immo sufficiat, quòd furtum, & sic peccatum sit occultum.

4 Cum peccata occulta, † non inducant irregularitatem, vt sæpius supra dixi, & not. Inno. in c. tanta, de simo. in fi. & gl. in c. de his, in verbo seruando. L. di. & gl. in c. ex pœnitentibus. ea. dist. in verbo non perdidit, & in c. non erubescant. xxxij. dist. & ij. q. v. c. consuluisti. & faciunt notata in c. ex tenore, de tem po. ordin. vbi dicit tex. quòd quidam clericus adeo deliquerat, quòd si eius peccatum esset publicum degradaretur ab ordine, quem susceperat, & non posset ad superiores ordines promoueri, mandatur tamen prælato suo, vt, quia eius peccatum occultum est, ei condignā pœnitentiam imponat, & suadeat, vt ipsius pœnitentiæ parte peracta ordine suscepto vtens ad superiores non ascendat.

Tamen, quia peccatum occultum est, si promoueri voluerit, non debet eum aliqua ratione prohibere, pro quo optime faciunt, quæ notantur in c. ij. de apostat. bene facit ratio. c. si sacerdos. de offic. ordin. tamen dict. gloss. fin. dicit, quòd dict. cap. fin. loquitur de dispensatione, & sic destruit sensum Abbas, & quòd, licet quinq; dicta requisita concurrant, non poterit tamen fur promoueri sine dispensatione secundum alios, qui dicunt, ꝙ de iure

commu-

communi fur est irregularis, etiam si furtum,
5 & sic peccatum sit occultum; † & in occulto
etiam requiratur dispensatio, & cum hoc sen-
su transiuit do. Cardinalis Zaba. in d. capit.
fina. in fin. qui dicit, quòd Melendus, & Host.
tenuerunt peccatum occultum inducere irre-
gularitatem; sicut & notorium, seu publicũ,
de hoc satis copiosè dixi supra in j. parte huius
operis sub rubrica, de irregularitate in iiij. col.
versi. sed tex. & glo. ibi vide, dixi etiam supra,
de homic.

Sed, quia in fure manifesto omnes consen-
tiunt irregularitatem præter Molēdum, & Ho
sti. vt refert Cardinalis in d. c. fin. cuius con-
6 trarium tenuit Abb. vt supra diximus, † quę-
ro quis cum fure poterit dispensare, vt promo
ueatur ad ordines: videtur posse dici, quòd
Episcopus ordinarius propter verbum, nõ du
7 bites, appositum in fi. d. c. fin. † Quod verbum
non dubites, videtur stare excitatiue, & relati-
ue ad potentiam, & voluntatem excitati, ita
quòd per semetipsum id possit, in quo exci-
tatur absque alterius adminiculo, seu suffra-
gio: & ex hoc etiam infertur, quòd concurren
tibus quoque qualitatibus in fure, de quibus
supra non sit necessaria dispensatio, quibus ces
santibus sit omnino necessaria à contrario sen-
su, vt supra dixi: & tunc, quia huiusmodi di-
spensatio non videtur esse de maioribus, dici
potest, quòd Episcopus possit dispensare, arg.
eo. quæ not. in dic. sæpe alleg. c. at si clerici. in
§. de adulteriis, & aliis criminibus, quæ sunt
minora.

Sed contra hoc videtur facere text. decalogi arguendo ab ordine litteræ, quod argum. est ualidum in iure, vt no. Bal. in j. constitu. C. in §. quibus. in ij. col. in versi. & ex hoc colligo, & in l. quotiens. ff. de vsur. & idem Bald. in l. conuenticula, in iiij. col. de epis. & cler. ibi, item est argumētum ab ordine litteræ: bene faciunt no. institut. de tutel. §. j. & sequenti. & Bald. in l. idē Labeo. & in fin. ff. rerum amot. & in l. j. versic. sed contra videtur, in fi. ff. de confir. tuto. & in l. ij. versi. ij. no. ff. si certum pet. & in l. j. in j. no. ff. de sta. hom. & in rubrica, de eo, quòd cum eo fac. est, vbi signatur, quòd valet argumentum ab ordine titulorum.

Sed amplectendo vtrunque modum ordo litteræ decalogi præponit furtum mœcho, & adulterio; ergo furtũ est maius delictum adulterio: in adulterio autem, & minoribus dispensat Episcopus, de maioribus autem adulterio non: ergo Episcopus non poterit dispensare.

Sed possumus dicere, quòd licet text. d. c. §. de adulterijs dicat, de adulterijs vero, & alijs criminibus, quæ sunt minora potest Episcopus cum clericis post peractã pęnitentiã dispẽsare.

Non tamen sequitur, quin etiam Episcopus possit in alijs criminibus dispensare, licet sint maiora, dummodo ei non sit specialiter prohibita dispensatio per ea, quæ dixit Inno. in cap. nisi cum pridē, de renūc. in iij. col. post mediū, vbi dixit, quòd generaliter Episcopi possunt cum omnibus dispensare, nisi eis specialiter prohibeatur: alleg. de temp. ord. c. dilectus.

Papa autem in omnibus irregularitatibus dispensat, quia ipse irregularitates sunt de iure positiuo: hæc Innoc. ibi, quem etiam supra per discursum retulimus in diuersis locis: & sic Episcopus poterit cum fure dispensare.

Sed, quia supra in principio dixi, quòd inter cætera requisita in fure, vt possit promoueri, est restitutio.
8 † Quæro, vtrum sufficiat restituere rem fu-
ratam, An vero requiratur etiam solutio pœ-
næ legalis, quæ est in quadruplum in re eccle-
siæ, & duplũ in alia, vt in c. pecuniæ. xvij. q. iiij.
9 Dicas, † quòd in foro conscientiæ satis est
satisfacere, de delicto sine pœna: sic tenet glo.
in c. fraternitas. xij. q. ij. in verbo, cum augmen
to, in fi. & idem tenet Abb. in c. quia ingredien-
tibus, de testa. in fi.

Sed quæro, nunquid de furto sit facienda,
10 † eleemosyna, vel recipienda decima. vide gl.
not. in c. decimæ tributa sunt. xvj. q. j. in verbo,
negocio, in versi. sed nunquid de furto: quæ tā-
dem tenet, quòd sic: ibi vide.

Sed quæro: sum creditor ex iusta causa, sed
11 propter † potentiam debitoris non possum
consequi iustitiæ meæ complementum. Nun-
quid possum furari tantundem de bonis suis?
Videtur dicendum, quòd sic, si creditum est iu
dicatum, secus si non: vide in terminis S.
Tho. ij. ij. q. 66. artic. v.

12 Vlterius quæro, vtrum liceat furari † pro-
pter necessitatem: tex. est, quod sic. in c. si quis
propter necessitatem, hoc eo. ti. sed vide Beatũ
Tho. ij. ij. q. lxvj. art. vij.

SVMMAE.

1 *Vsurariorum pœna de iure canonico est triplex, sed verius quadruplex, vt nu. 9.*
2 *Et an imponantur ipso iure, vel potius imponantur.*
Admittentes vsurarios quomodo puniantur.
3 *Vsurarij publici, an incurrãt aliquã irregularitatē.*
4 *Dispensatio à quo concedatur publicis vsurarijs.*
5 *Pœnæ quæ apponuntur publicis vsurarijs, an debeant publicari.*
6 *Publicum quod est non indiget publicatione.*
7 *Gesta, & facta per excommunicatum, vel suspensum, licet de iure non valeat, secus tamen est si tolerantur.*
8 *Participes cum excommunicatis, an sint excommunicati.*

Verbum publicè verificatur in eo contra quem lata eſt ſententia, licet denunciatum non ſit.

9 *Irregularitas dicitur reſultare ex infamia Canonica.*

10 *Clerici conuicti de vſura, deponi debent.*

11 *Vſurarius an per uiam diſpenſationis poſſit promoueri, vel ſi ex tali crimine eſſet deiectus, reponi poſſit.*

12 *Peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum.*

13 *Epiſcopus tollit infamiam, & reſtituit fama in omnibus caſibus in quibus poteſt diſpenſare.*

De Vſurariis.

1 CANONICA vſurariorumpœna
triplex eſt. Prima enim eſt, quòd
vſurarij manifeſti ad communio-
nemaltaris non admittuntur. Se-
cunda, ſi in tali peccato decednor, eccleſiaſtica
ſepultura eis denegatur. Tertia, eorum oblario
nes nó admittũtur, hæc ſtatuuntur, in c. quia de
vſur. Er fuir cõſtitutio Alex. iij. cócilij Lateran.
2 † Quærit do. Cardioalis, an huiuſmodi tres
pœnæ imponantur vſurarijs ipſo iure, an veniát
imponendæ: & dicit Inno. dixiſſe, ꝙ ipſo iure
ſi ſunt publici, quod dicit eſſe verum per d.
c. quia.
Quærit etiam de pœna clericorum admit-
tentium vſurarios contra dictam conſtitutio-
niem dicens, quòd iocurrit pœnam dic. cooſti-
tut. ipſo iure ſecundùm Innoc. quod Cardina-
lis putat verum propter verbum, maneat ſuſpẽ
ſus, in tex. appoſitum: putat tamen requiri ad-
monitionem, cum poſſit euitari pœna redden-
do acceptum, vel ſatisfaciendo, vt etiam idem
dixit in c. excommunicationi, de rapto. io ter-
tio not. vbi dixit eſſe notandum ex illo tex. iun-
cta glo. quòd, quádo pœna imponitur ipſo iure
reſeruato aliquo, quod ſi fiat, pœna oon incur-
ritur, debet ſemper intelligi monitione præce-
dente: Hoſti. autem intelligit opus eſſe ſenten-
tia per c. cum tu, in glo. ij. hoc eo. ti. quia dicit
decretalem d. c. quia in omnibus, quoad vſura-
rium eſſe canonem ferendæ ſententiæ: ergo di-
cit fortius in ſepelientibus: ſed reſpondet do.
Cardinalis. Ibidem, ꝙ immo & quo ad vſura-
rium eſt canon latæ ſententiæ, ſi eſt publicus,
vt ſupra dixi. Sepelientibus autem hodie eſt ali
ter prouiſum per Clementem Quintum io cõ-
cil. Vieneñ. de quo in clem. j. de ſepul.
3 Sed quæro vtrum † publici vſurarij iocurrát
aliquam irregularitatem? dico, quòd cum ſint
ipſo iure excommunicati, ſi ſe ingerũt diuiois,
irregularitatem, quá quilibet excõmunicatus
ſe ingerendo incurrunt, de iure incurruot ſiue
in contemptum, ſiue non, ex quo ſunt in cano-
ne latæ ſententiæ.
4 Sed quis cum eis in hoc caſu diſpẽſabit, dic,
quòd ſolus Papa: quia ſolus ſupra irregularita-
tibus diſpenſare poteſt, aut alius de eius ſpecia
li mandato, vt ſummus pœnitentiarius, aut alij
de eius mandato, ex mandato ſibi ſpecialiter fa
cto per Papam viuæ vocis oraculo, vt etiam ho
die ſeruat officium pœnitentiariæ.
Et quia proximè dixi, quòd ſolus Papa ſupra
irregularitate, & cum irregularibus diſpen-
ſat: vide ad hoc Iooo. io ſua glo. io c. cum æter
ni. de re iudi. in vj. in verbo irregularitas, qui
etiam dicit, quòd ita ſeruat eccleſia Ro. dixi e-
tiam ſupra io tit. de diſpenſatione Papæ in iij.
col. in fi.
Sed quia ſupra vidimus, quòd publici vſura
rij ſunt ipſo iure excommunicati. Quæro vtrũ
ad incurſum pœnarum, de quibus ſupra requi-
5 ratur publicatio de iuris oeceſſitate, † & canon
latæ ſententiæ indigeat declaratiooe iudiciali,
vel publicatione epiſcopi, vel alterius ordina-
rij? Doc. in d. c. quia in omoibus ſpecificè non
tangunt hoc, ſed Abb. ibi extra glo. in ij. col. vi
detur ſentire, ꝙ oon, propter verbum non ad-
mittantur quo ad vſurarios, & verbũ maneant
ſuſpeoſi quoad clericos: Sed ex hoc non ſolui-
tur. q. quia non iuficior hoc. Sed dubitatur, an
declaratio ſit neceſſaria firma exiſtente excom-
muoicatione, & ſuſpenſiooe, ſicut dicimus de
incidente in canooem, ſi quis ſuadeote diabo-
lo. xvij. q. iiij. ita quòd oon teneat euitare excõ-
municatum à canone ante publicationẽ: & cer
te videtur dicendum, ꝙ ſic: quia tex. in d. c. quia
in omnibus loquitur de publico vſurario & nõ
6 de occulto: † quod autem eſt publicum non
indiget publicatione. Ideo credo, quòd publi-
cus vſurarius ſatis ſit publicè excommunica-
tus, ita quòd non indigebat alia publicatione,
vel declaratiooe: licet ſecus dicerem de inci-
dente in canonẽ d. c. ſi quis ſuadente. quia tunc
crederem, quòd ad hoc, vt omnes eum euitare
tenerentur, eſſet neceſſaria declaratio, & publi
catio, ſeu denunciatio ordinarij: pro quo addu
co, quod voluit Inno. in c. cum dilectus, de con
ſuet. in ij. col. in glo. in verbo ſuſpenſus io verſ.
Item dicunt quidam, vbi dicit, quòd quidam
7 dicunt, quòd † quicquid facit excommunica-
tus, vel ſuſpenſus, valet, & tenet, quamdiu tole
ratur ex ignorantia, ponens exẽplum, quia for-
te ſuot excommunicati à iure, & non per ſen-
tentiam: ideo omnia eorum facta tenent: arg.
viij. q. iij. c. non ne: dicit tamen illud eſſe ve-
rum io his, quæ faciunt ratiooe publici officij.
arg. l. Barbarius. ff. de offi. præto. aliàs dicit ſe-
cus, vt ibi. Sed hæc noo tollunt obſtaculũ vni-
uerſalis ignorantiæ excommunicati, cum ne-
mo præſumatur excommunicatus, niſi de ex-
commu-

communicatione constet, de qua cum constat, semper præsumitur excommunicatus, nisi de absolutione constet, vt dicit Inno. in c. proposuit. de cler. exco. mini. & in c. super his. de accus. Et idem Inno. facit differentiam vt etiam omnes inter nominatim excommunicatum in genere, vel generaliter excommunicatum, quia nominatim excommunicati, uel interdicti dicuntur quicunque, de quibus certum est, quòd sunt excommunicati, uel interdicti.

Non nominatim autem excommunicati, vel interdicti dicuntur, quando sic fertur sententia: Excommunico talem cum suis fautoribus, uel participibus.

8 †Participes. n. non sunt nominatim excom-
municati vel interdicti, ideo non tenetur quis
euitare eos: allegat. vj. q. ij. c. ij. & iij. Nisi for-
te esset notoria eorum participatio, ita quòd
non esset locus inficiationi, vt not. in c. tua de
cohab. cler. & mul. Sed in casu manifesti vsu-
rarij hæc uerificantur; ergo uidetur, quòd de-
claratio, seu denunciatio non sit necessaria: fa-
cit ad hoc decisio cle. j. de sepul. supra alleg. vbi
in tex. dicitur: qui excommunicatos publicè,
aut nominatim interdictos, uel usurarios ma-
nifestos scienter sepelire præsumunt, decerni-
mus ipso facto excommunicationis sententiæ
subiacere.

Ex quibus uerbis vnumquodq; ponderando deciditur quæsitum: Nam verbum excommunicatos intelligitur tam à iure, quàm ab homine: dicit ibi glo. in d. verbo excommunicatos, & uerbum publicè uerificatur in eo, contra quem lata est sententia, licet denunciatus non sit. Et ibi glo. exemplificat de excommunicato per iudicem in loco, in quo consueuit iudicare præsentibus officialibus suis, ut ibi, & publicatio non auget, nec minuit sententiam excommunicationis.

Sensus tamen dic. glo. rectè ponderanti uidetur esse, quòd ubi uerisimiliter præsumitur scientia excommunicationis, quòd tunc teneamur euitare excommunicatum, uel saltem sit casus, in quo sit participandum ignorantibus, si ignorauerunt, quod publice sciebatur. xij. q. ij. c. qui in humanis, & dicit ibi Io. An. quòd ad hoc mouet mens; & ratio iuris præponenda est uerbis: ex quibus possumus concludere, quòd ubi, & quando quia est excommunicatus siue ab homine, siue à iure, & talis excommunicatio uerisimiliter est, uel esse potest notoria, seu publica; quòd tunc teneamur euitare excommunicatum, & non est necessaria denunciatio, seu declaratio, secus, ubi non esset, nec esse potuisset notoria: dicam plenius infra de sent. excô. sub rubricella quis dicatur publicè excommunicatus, ubi latè.

Et quia supra dixi in principio, canonicam
vsurariorum pœnam esse triplicem, inuenio in
9 iure esse quadruplicem: quia † quarta est in-
famia canonica, propter quam resultat irregu-
laritas, & talis, quę prohibet vsurarium promo
ueri, vt est tex. in c. maritum. xxxiij. dist. Immo
iam promoti deijciuntur, & repelluntur à di-
gnitatibus, ut not. in c. inter dilectos. de excess.
10 prælat. & † tales conuicti de usura deponi de-
bét, ut in c. quoniam multi. & c. de Petro. xlvij.
dist. & glo. in c. ij. de vit. & hon. cler. in verbo
vsurarij.

Sed modo quæro, vtrum cum vsurario di-
11 spensari possit, † vt promoueatur, & quòd iam
promotus, & deiectus propter crimen vsurarũ
reponatur? Dico, quòd ipso perseuerante in cri
12 mine vsurarum nemo secum dispensat, † quia
nõ dimittitur peccatũ, nisi restituatur ablatũ.

Si verò ipsum pœniteat post peractam pœnitentiam (& integram satisfactionem) potest episcopus dispensare: ita tenet Hosti. in c. præterea, de vsuris.

13 Et ex hoc infertur, quòd † episcopus tollit in-
famiam, & restituit famæ in omnibus casibus
in quibus potest dispensare, vt ij. q. iij. c. Eupho
mium in §. hinc colligitur, & ibi glo. dicit: vnde
benè dico, quòd episcopus potest tollere infa-
miam in omni crimine, in quo potest dispensa
re: dicâ infra in fine quæstionis sub rubrica de
infamibus, & sententiam passis.

In quibus autem casibus, & quomodo committatur vsura, nostrum non est hic quęrere, cũ non conueniat subiecto nostro, & materia sit satis superq; per scribentes deducta vsq; ad vmbilicum, & præcipue per Hosti. in summa, & Laurentium de Rodulphis de Florentia in repeti. c. consuluit. & per Io. Cal. in repeti. c. nauigauti, & in c. in ciui. de vsur. & per Beatũ Tho. ij. ij. q. lxxviij. per totum, & per eũdem in sum. q. lxxviij. art. j. & ij. & vj. & xlvj. dist. per totum. & xiiij. q. iiij. & v. & vj. per totum, & Fribur. in sua sum. eo. ti. vbi examinat lxxij. q. Et per Ray. in sua sum. eo. tit. vbi examinat materiam, ponendo x. rubricas sub x. speciebus vsurarum.

S V M M AE.

1 *Falsificatio multiplex describitur.*
2 *De ponderibus & mensuris scriptum est in sacra pagina.*
3 *Falsum multipliciter committitur in scripturis, sigillis siue bullis papalibus, & instrumentis.*
4 *Scribentes & fabricantes litteras apostolicas falsè quomodo puniantur.*
5 *Quid de alijs principum litteris.*
6 *Falsarij quomodo puniantur. & nu. 8.*
Clericus fabricans falsam scripturam debet deponi.

7 *Falsificans*

7 *Falsificans priuatam scripturam an ita puniatur, ac si falsificasset publicam.*
8 *Falsificans acta causæ debet amittere causam.*
9 *Moneta non potest cudi sine permissu Principis.*
Et quibus casibus non habeat locum.
10 *Redimens terras & loca è manibus inimicorum suorum infide lium, non subest Imperatori.*
11 *Moneta multis modis falsificari potest. & sub num. 13.*
12 *Moneta tantum debet ualere in forma quantum in materia, deductis tamen expensis.*
13 *Princeps potest minuere suam monetam de consensu populi.*
Et quando hoc sit verum.
14 *Emens pecuniam in vno loco, in quo minus ualet, quàm in alio, causa vendendi in alio loco in quo plus ualet, an sit peccatum.*
15 *Expendens pecuniam falsam scienter an peccet.*
Falsificatio in partu quomodo committatur.
16 *Spurius siue adulterinus an sine dispensatione promoueri possit.*
17 *Falsitas multipliciter lingua committitur.*
Iudex, testis, aduocatus, siue procurator, & similes ex falso iudicio, pro testimonio, siue procuratione tenentur ad astimationē litis, si victor non sit soluendo, vel nolit restituere, & sunt infames.
18 *Actor in agendo tripliciter potest committere fraudem, & falsitatem.*
19 *Reus etiam tripliciter committit falsum.*
20 *Damnatus ad mortem, si potest aufugere & euitare pœna executionem, an in carcere debeat manere, uel aufugere, stante regula quòd impediens executionem peccet.*
Et quid si iniustè sit condemnatus.
21 *Aduocatus, procurator, seu iurisconsultus multipliciter falsitatem committere possunt.*
22 *Testis in iudicio tripliciter peccat.*
23 *Testis quando iurat dicere ueritatem, an teneatur respondere ad interrogata tantum, uel etiam super tota causa, licèt non interrogetur.*
24 *Testis deponens id quod ei est dubium peccat.*
25 *Et quid si deponeret falsum credens verum & firmum esse.*
Et an teneatur restitutionem damnum passo.
26 *Testis an possit licitè recipere expensas si conducatur de loco ad locum ad examinandum, vel operas suas, cum solitum lucrum dimittat.*
27 *Testis recipiens pecuniam à parte, an incurrat aliquam irregularitatem.*
28 *Iudicans iniustè ex quadam ignorantia, quomodo peccare dicatur.*
29 *Iudex ecclesiasticus quis esse non potest, nisi habeat mediocrem scientiam.*
Et quid de layco, & quomodo procedant prædicta.
30 *Comittens delicta in capit. l. ut falsum debet deponi, si est promotus.*
31 *Periurij maxima est vis, & quanta sit.*
32 *Iuramentum aliud est assertorium aliud promissorium, & qualia sint singula.*
Et iurans falsum quomodo, & quando infamis intelligatur.
33 *Iuramentum temerarium vel de re illicita an inducat depositionem uel infamiam.*
34 *Dispensatio periuris à quo concedatur.*
35 *Pœna periurij quomodo euitetur.*
36 *Conditiones speciales non subintelliguntur nisi exprimantur.*

De crimine falsi & falsariis.

1 FALSIFICATIO † multipliciter describitur, videlicet in ponderibus, in mensuris, in scripturis, in sigillis siue bullis, in instrumentis, in monetis, in partu filiorum, & in lingua: & hoc multipliciter, videlicet testificando, aduocando, procurando, iudicando, & omittendo.

2 † In ponderibus & in mensuris scriptum est Deutero. xxv. Non habebis in sacculo diuersa pōdera, maius, & minus: nec erit in domo tua modius maior, & minor, pondus habebis iustum, & verū, & modius æqualis, & verus erit tibi, vt multo viuas tempore super terram, quā dominus Deus tuus dederat tibi: abominatur enim dominus eum, qui facit hæc, & aduersatur omnem iniustitiam. Et in concilio Maguntino, de quo in c. ij. de emp. & vend. statuitur, vt mensuræ & pondera iusta fiant, cōtrafaciētibus pœnam statuendo, & idem repetitur in c. j. ne cler. vel mona. ibi pondera iniusta, vel mensuras habere. §. prohibemus. & Hier. ait, non afferamus stateras dolosas, de quo xxiiij. q. j. c. non afferamus. & Psal. lxj. Mendaces filij hominum in stateris. de quo dicemus etiam infra in vltima descriptione, videlicet in iudicando.

3 † In scripturis, sigillis, siue bullis, etiam Papalibus, & instrumētis multipliciter describitur, & committitur falsum, tam videlicet fabricando, quàm vtendo, vel impetrando per falsi suggestionem: hi tamen vt falsarij nō puniuntur, sed carent quomodo impetratis, de quo not. in c. super literis, de rescrip.

4 Fabricantes † autem literas apostolicas quoquomodo, aut in scriptura, aut bulla, aut alio quocunq; modo, & falsis sic literis vtentes sciēter, puniuntur pœna canonica. c. ad falsariorū. & c. quàm graui. de crimi. fal.

Falsificantes autem literas, vel sigilla aliorū principum supremorū, puta Imperatoris, vel Regum, puniuntur pęna. c. ad audientiam, hoc eo. ti. videlicet degradantur, bullantur, & perpetuo de prouincia eijciuntur, quam abiurare coguntur,

coguntur,& sic est casus,in quo ecclesia imponit pœnam corporis afflictiuam, & duos alios etiã habemus, vnum videlicet in c.ij. de adult. alterum in c. in archiepiscopatu, de rapto. vt etiam dixi supra de adult.Et de hac materia plenè etiam habetur in c. in memoriam.xix. dist. & ibi Arch.& d.Præpos.post eum.

6 Pœna † autem falsariorum, sed leges est depositio,& omnium bonorum confiscatio in homine libero,in seruo vero mors est pœna, vt in l.j.ff.de fal.

Et hoc uerum in falsante per se rescriptum principis,falsantes autem aliàs literas ecclesiasticas inferiorum prælatorum excommunicantur.Clerici autem,qui instrumentum, vel chartam falsauerit, debet deponi, & perpetuis carceribus mancipari. I. dist.c.si episcopus, & sic falsarius non traditur semper curiæ sæculari vt not.io c.nouimus.de uerbo.signifi.tamen in l.pen.C.de fal.dicitur,quòd falsans priuatã scripturam punitur,sicut falsans publicam.

8 † Falsans autẽ acta causæ debet perdere causam,dicit gl.in.l.in fraudem.§.neq;,& §.quod. ff.de iure fis.& in c.olim,de rescrip.

Tenetur autem in foro conscientiæ falsarius vltra graue peccatum commissum,siue sit in testamento, siue in instrumento quocunque, vel scriptura, aut libris mercatorum, & scienter vtens talibus ad omne damnum,quod inde alicui sequitur, siue sit notarius, vel testis,vel socius, aut quicunq; alius participãs de falsitate, vt not.in c.si culpa, de iniur.& damn.da.quod est c.fi.& omne emolumentum, quod inde recipit tenetur restituere,quia furẽ, & latro.xiiij. q.6.c.si res. Qui autẽ scienter vtitur falsis bullis, incidit in canonem.c.quàm graui,ad falsariorum, vt supra dixi, & tenetur ad restitutionem,& ad emendam.

In monetis:nam non licet sine cõsensu prin-

9 cipis † cudere monetam.l.ij.& iij. de fal. monæ. secundùm Bar. & alios ibi. Et hoc verum, nisi ciuitas, vel princeps inferior præscripsisset tanto tempore,& per tantum tempus,de cuius initio memoria non extaret, vt not.in c. super quibusdam, de verbo. signi. vel nisi esset talis, qui præscripsisset iura Imperij, vt dicit glo. in c. Adrianus,el secondo.lxiij.dist. de Rege Hispaniæ, quòd non subsit Imperio, quia de hostium faucibus eruit regnum,& ex illa glo. eli-

10 citur argum. † quòd quicunque eruit terras, aut loca de manibus hostium, quod intelligo de infidelibus, & inimicis Christiani nominis, non subsunt Imperatori,nec alteri principi,sed ab omnibus sunt immunes, & in illo loco eripto habent iura Imperialia.

11 Falsatur autem moneta multipliciter, vt dicit glo. in c. quanto. de iur. iu. vbi omnes ponunt,& tractant hanc materiam falsæ monetę, & sicut diuersimode falsatur, sic diuersimode falsans punitur.

Vno itaq; mõ falsatur moneta principis de nouo cudendo, & huiusmodi cudentes secundùm leges debent comburi. vt in d.l.ij. de fal. mone.Et idem dico de cudente monetam ciuitatis,vel cuiuscunq; inferioris à principe,per l.j.C.eo.ti.

Secundo,cum quis nõ fabricat de nouo monetam,sed fabricatam minuendo cudit, vel tingit, vt ærea, vel argentea appareat aurea, vel ærea, argentea, & tales etiam vltimo supplicio puniuntur, vel dãtur ad bestias secundùm personæ qualitatem, vt in d.l.j.& l. quicunque.C. de fal.mo.

Habentes autem ius cudendi monetam,possunt & ipsi ipsam fraudare tribus modis. Primo quando certũ pondus à principio pro quolibet denario dimittitur de mandato principis, & illam sic diminutã mandat recipi in suo dominio,ac si esset primi põderis. Ita dicit Inno. in d.c.quanto.

Secundo modo,quãdo cuditur moneta minoris ponderis, vel valoris vilioris, quàm esset antiqua & solita moneta, deductis tamen expẽsis factis pro ea cudenda. Quia Inno. vbi supra

12 dicit,quòd tãtum debet valere moneta † in forma, quantum in sola materia,deductis tamen expensis, quas de suo facere nõ tenetur; immo si princeps indigeat, poterit habere inde aliquod lucrum,vt sic minus valeat, quam materia deductis etiam expensis. Et hoc credo verum,si pecuniæ non exirent regnum, vel territorium regis,vel principis cudentis. Aliàs sequeretur damnum subditis, quia non reciperentur monetæ ab exteris: Inno. enim vbi su-

13 pra tenet,quòd princeps † possit minuere suam monetam de consensu populi; quia quilibet potest renunciate suo iuri, & suo damno consentire,vt in c.quàm periculosum.vij.q.j.& dicit in hoc sufficere consensum magnatum regni,vel prouinciæ,seu ciuitatis,quia ad eos spectant negocia vniuersitatis. Sed Inno. vbi supra demum dicit, quòd quando monea esset spargenda, vel expendenda extra regnum, vel dominium cudentis, quòd tunc non sufficit consensus populi, vel magnatum propter interesse vniuersale, sed hoc non videtur obstare quoad suos subditos; quia exteri non tenentur admittere tales monetas, nisi quantum valent.

Tertio modo fraudatur moneta secundum Hosti. quando princeps reprobat bonam monetam,vt inde illam emat,& de nouo aliam minus bonam cudat.

Sed scitote, quòd tribus modis falsatur moneta

vbi ſupra.quòd tunc iniungatur mulieri, quòd de ſponſalitio ſuo, & alijs rebus, quas habet, vel in futurum habere poterit, ſatisfaciat iuxta poſſe ſuum, addens etiam de peccato, quòd ſi non poteſt plenè ſatisfacere, proponat firmiter in animo, quòd ſatisfaciet, cum citius poterit, & ſic erit in bono ſtatu. Hæc dicit ille ſanctus pater. & allegat xxij. q. v. videtur & d.c. officij. de pœn. & re. vbi hæc materia ſuppoſitionis partus tractatur.

Sed forte quæres, quomodo fiet hæc ſatisfactio ſine ſcandalo? Dicit idem ſanctus, quòd fiet mediante perſona diſcreta, ſecretè, & cautè ſub huiuſmodi verborum ſubſtantia, videlicet: quidam perſona tenetur vobis in hoc Accipite. Et Hoſti. dicit, quòd hæc ſatisfactio, etiam fies hæredibus ab inteſtato, vel etiam in ſcriptis, vel teſtato, & Inno. plus dicit in d.c. officij, quod hæc reſtitutio fiet illis, quibus veriſimiliter credetur, quòd ſua reliquiſſet: vel ſi hoc neſcitur, detur pauperibus.

Sed ſi mulier non habet, quid det: dic ſecundùm Inno. quòd mulier per teſtes, ſi habet, vt ſupra dixi, debet reuelare ſucceſſores prędictos à damno, quod habent ſua culpa, niſi graue ſcãdalum veriſimiliter eſſet proventurum. Tunc enim debet abſtinere, quia minus malum eſt damnum in rebus, quàm in corporibus, & animabus: ſi verò non habet probationes, tunc ſileat, vt ij. q. vij. c. plerunq;. Addens ille ſanctus, quòd filius ille ſpurius, vel ſuppoſitus nõ tenetur credere ſoli mulieri, pręcipuè cum multę ſint malitiæ, & fallatiæ mulierum. vnde ſi in ſuam conſcientia perſeuerat, credit, quòd in toto excuſetur per ignorantiam inuincibilem factæ deceptionis. Si verò honeſtas fœminæ, & aliæ probabiles circunſtantiæ faciunt ei probabilem cõſcientiam de veritate facti, etiam vult tutiorem viam tenere, nil vlterius percipiat. de perceptis autem, & iam conſumptis, quamdiu habuit bonam fidem, Ray. conſuluit, quòd reſtituat, vel cõponat, vel remiſſionem petat per aliquam aliam perſonam tacito negocio. Dicit tamen talem non eſſe agendum, ſed hortandum, vt inducatur ad hoc, ſed de iam conſumptis dicit non teneri. Et idem Beatus Anto. dicit, quòd Ioannes de Neapoli dicit in quodam ſuo quolibeto, quòd non ſolùm ſi periculum perſonæ immineret, ſed etiam amiſſionis famæ, & ſine periculo vitæ, non videtur, quòd teneatur manifeſtare hoc, ſi probari non poſſet.

16 Sed iuxta præmiſſa quæro de duobus. primò, vtrum talis ſpurius, vel adulterinus, ſiue ſuppoſitus poſſit ſine diſpenſatione promoueri, cum ſciuit ſe talem. Secundo poſtquam ſciuit, an ſi vult promoueri, teneatur reuelare inhabilitatem ſuam, ſi eſt ſecreta.

Sæpius ſupra dixi in diſcurſu, quòd occultum peccatum non inducit irregularitatem, etiam in atrocibus, vt dixi ſupra de irregularitate, in prima parte huius operis, vbi latè examinaui in homicidio voluntario ſecreto. vbi retuli opiniones dicentium, quòd occultum peccatum nõ inducit irregularitatem præter reos homicidij, quorum contrarium tenuiſſe videtur Inno. in ſæpe alleg. c. tanta. de ſimo. in fi. & glo. in c. ex literis, de furt. & glo. in c. de his. in verbo, ſeruato. l. diſt. & xxxij. diſt. erubeſcant. quia eccleſia non iudicat de occultis. & in c. ex tenore, de temp. ordi. vbi hoc quaſi expreſſum videtur, cuius cõtrarium tenuit. Goffr. in ſum. de tempo. ordi. in iij. & iiij. col. in fi. Sed communis opinio eſt, quòd non in occultis. Et ſic videtur in caſu noſtro, quòd non teneatur reuelare impedimentum ſecretum, ſed benè credo, quòd ſecum debeat ſecretè diſpenſari in foro conſcientiæ, & potius talis debeat abſtinere, quam ſine diſpenſatione promoueri, quia nihil Deo ſecretum, ſed omnia palam habet diuina potentia. & licet quis dicatur, quòd taliter naſci non eſt peccatum naſcentis, nec ſuppoſiti, ſed concipientis, & generantis, & ſupponentis, vt in c. naſci de adulterio. & c. nunquam. de vitijs parentum. xlvj. diſt. & quaſi per totam illã diſt. & ſic non ſit peccatum: ſed nota tamen, quia ſic eccleſia prohibuit, debemus parere mãdatis eccleſiæ. Alij tamen dicunt, quòd ſic geniti, vel ſuppoſiti ſunt hortandi, non cogendi, vt petant ſecum diſpenſari: ſecretè tamen, & ſic in facto ego ſeruaui in perſonã cuiuſdam preſbyteri Sebaſtiani Rigeti de Cauelerio Leone Taurinenſis diœceſis, cui mater dixerat, quòd erat genitus ex adulterio, cui credidit. Et fuerunt ſibi per pœnitentiariã conceſſæ literæ clauſæ in forma diſcreto viro confeſſori ſuper diſpenſatione.

Poſtremò lingua committitur falſitas mul-
17 tipliciter, videlicet in actore agendo, in reo ſe tuendo, in teſte deponendo, in aduocato aduocando, & conſulendo: & pro malo conſilio aduocatus punitur, dicit glo. in c. ſi quis Epiſcopus. xxvj. q. v. in procuratore procurando, & in iudice iudicando.

De ſingulis Beatus Anto. in ij. parte, tit. j. c. xix. in §. iiij. Vſq; ad fi. capituli plenè tractauit, concludens, quòd iudex, teſtis, aduocatus, ſiue procurator, omnes ex falſo iudicio, falſo teſtimonio, & falſa defenſione tenentur ad extimationem litis, ſi victor non ſit ſoluendo, vel nolit reſtituere, & ſunt infames, vt de primo eſt glo. in c. hoc etiam placet. ij. q. vj. pro eo habetur in l. ij. C. de pœn. iudi. qui malè iudi. addens, quòd quamuis in foro iudiciali non cogantur ad reſtitutionem, uel alias pœnas, niſi conuictus,

ctus, vel confessus: tamen in foro pœnitentiali, seu conscientiæ absq; conuictione tenetur ad restitutionem omnis damni læso secundum Ray. Hosti. Vincen. & omnes, addens etiam, quòd talibus debet imponi grauis pœnitentia tanquam pro grauissimo crimine, vt in c.quicunque.ix.q.iij.

18 In actore agendo, tripliciter committitur falsitas. primò calumniosè agendo, & ex malitia, vt not. in c. sed si culpa. de iniur. & dam. dat. & xiiij. q. v. c. non sanè. in fi. & q. vj. c. si res. Secundò peccat, si falsò desistit à prosecutione iustæ causæ reum adiuuando, in criminali præcipuè, & in quacunq; causa, vbi agitur de interesse tertij. Et dicitur tunc præuaricator, & collusor, de quo vide Beatum Tho. ij. ij. q. lxvij. per totum: & xxij. q. ij. faciat. Tertio modo actor offendit reum, vtendo falsis instrumentis vel testibus, aut probationibus, vel mendacijs, vt in iuribus proximè alleg.

19 Reus quoque tripliciter committit falsum, primo dicendo falsitatem, vel occultando veritatem iudice quærête, etiam in articulo mortis, etiam in criminali. & est ratio secundùm Beatum Tho. ij. ij. q. lxix. quia facit contra debitum iustitiæ. Et hoc est mortale: pertinet autem ad debitum iustitiæ, vt quis obediat suo superiori in his, ad quæ ius suæ prælaturæ, siue superioritatis se extendit.

Secundò reus peccat mortaliter, & committit falsum, calumniosè se defendêdo. Nam isto modo, etiam si iustam causam foueret, peieraret, quod semper est mortale. Nam in causa etiam criminali iuramentum de calumnia præstandum est, vt in c. inhærentes. de iuramento cal. pro cuius declaratione dicit Beatus Tho. ij. ij. q. lxix. art. ij. quòd aliud est veritatem tacere, & aliud falsitatem proponere, vbi plenè videbis.

Tertiò peccat reus per appellationem iniustam, videlicet cum quis appellat à sententia interlocutoria; vt negocium principale differatur, & à diffinitiua, vt executio impediatur, quod est calumniosè se defendere. talis enim agit contra iustitiam, quia officium iudicis impedit, vnde ei iniuriam facit, & etiam aduersario suo, cuius iustitiam, quantum potest, perturbat: & ideo sicut dicitur ij. q. vj. omnino puniendus est, cuius iniusta appellatio pronunciatur: & tenetur etiam ad satisfactionem in damnis, & expensis. Sed secus si appellat ex confidentia iustæ causæ, quia scilicet credit se fouere iustam causam. Hæc Beatus Tho. vbi supra.

Sed iuxta prædicta quæro, quia ex supradictis patet, quòd non licet appellare à sententia iusta, etiam vt executio retardetur. vtrum iustè damnatus ad mortem, si potest aufugere, & euitare pœnæ, seu sententiæ executionem: vt puta, quia inuenit carcerem apertum, teneatur manere in carcere, & expectare sententiæ executionem? Dicit Beatus Tho. vbi supra art. iiij. quòd non debet fugere.

Sed quid si est iniustè condemnatus? dicito, quòd ei licet resistere iudici, sicut & latroni, quòd in telo, etiam vi, & armis, prout latroni, cui non nisi vi, & armis resistere possumus. fallit hoc propter imminens scandalum euitandum, cum ex hoc aliqua grauis turbatio timeretur, secundum Beatum Tho. ij. ij. q. prædicta lxix. art. iiij.

21 † Aduocatus, & procurator, ac iurisconsultus multipliciter peccare possunt. & primò aduocatus, si scienter defendit causam, quam nouit iniustam, secundum Beatum Tho. ij. ij. lxxj. per totam illam q. & est ratio secundum eum, quia illicitum est cooperari alicui ad malum, consulendo, adiuuando, vel aliter cósentiendo. vnde dicitur ad Ro. j. Digni sunt morte non solum, qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. vnde canon, seu decretalis Alex. iij. de qua in c. j. de offi. deleg. dicit, quòd agentes, & consentientes pari pœna puniuntur. & ibi. glo. in verbo, pari allegat concordantias. Quæ etiam dicit, quòd magis puniuntur cósentientes, quàm agentes, quæ demum ponit, quòd quadruplex est consensus, ibi vide.

Similiter etiam cum à principio credit causam iustam, & in deductione causæ, siue processu cognoscit eam iniustam, quia tunc grauiter peccat eam defendendo, non tamen debet eam prodere, vt s. iuuet aliam partem, vel secreta causæ alteri parti pandet, seu reuelet: quia esset contra fidelitaté. sed debet eam deserere, dicendo clienti, non foues iustitiam, & eum ad credendum inducere, vel concordandũ, seu cóponendum cum aduersario, aliàs procurator, aduocatus, & consultor tenetur ad omne damnum, arg. not. in l. rem. C. de iudi. & idem Beatus Tho. vbi supra. & sic statuit Gregorius X. in sua constitutione.

22 † Testis in iudicio tripliciter potest peccare, & falsum cómittere. primò dicendo falsitatem, scienter, & talis peccat mortaliter secundũ Beatum Tho. ij. ij. q. lxx. tũ quia facit contra iustitiá: lædens bonum cóe, vel proximum: tũ quia facit cõtra octauá legem decalogi dicenté expressè, non loquens contra proximó tuũ falsom testimoniũ, vt Exo. xx. tũ quia peierat, nam testis iurat, aliàs non crederetur sibi, quantũcunq; religiosus sit, vt dicit. c. nuper. de testi. licet Philip. Corneus in suo consi. dixerit, q etiá vni digno testi, puta bono Carthusiési, credi potest: quod non credo verũ in arduis, in quibus rigor iuris seruan-

seruandus est, cum in ore duorum &c.

In summarijs autem, & leuis præiudicij cũ iuramento in supplementũ fortè illud dictum procederet, etiã si esset plus quàm summaria, non tamen ardua, vel quando ageretur de nullius præiudicio, vt dixi supra de sepult. alias esset destruere verbum euangelicum, nec sufficeret dicere, ꝙ verba euangelij non stant exclusiuè, sed affirmatiuè, videlicet, ꝙ licet in ore duorum, vel triũ stet omne verbũ veritatis, non ĩn excludit, ꝙ etiam in vno teste non possit esse veritas, quia fateor contrariũ, videlicet ꝙ vnus tãtum testis potest scire, & dicere veritatem, non tamen illi soli iudex credere tenetur, nisi alijs probationibus concurrentibus, ex quibus causetur plena probatio, vel plus, quàm semiplena, cum supplemẽto iuramẽti in causis, in quibus deferri potest, alias non, inx. materiã auth. nisi breuiores, & in quibus non datur libellus, vt C. de sent. ex peric. recit. & l. si quis oleum. ff. de dolo. in fi. in verbo illustrium. de re iudi. in vj. & in l. nec quidam. §. de plano. ff. de offi. procons. & in l. j. ff. de constit. princ. & qnis ordo in bon. poss. ser. l. j. §. dies. & l. iiij. §. pen. de dam. infec. alias euangelica veritas offenderetur.

Et quia dixi, ꝙ testis debet iurare dicere veritatem, hoc intellige non tantũ super articulis, & cõmentis in eis ac interrogatorijs partis, sed etiam super tota causa, etiam si non interroge-
23 tur, quia † non debet celare veritatem, vt supra dixi per dictum beati Thom. sed hoc est expressum per docto. & præcipuè Inn. in cap. j. de testi. cogen. vbi bene limitat. & idem Innoc. in cap. per tuas. de testi. in ij. glo. in verbo, capitulis, alias tacens, seu supprimens veritatem, tenetur ad emendam læso. xiiij. q. vj. c. si res. & ij. q. j. c. notum.

24 Secundò † peccat testis, si id, quod est sibi dubium, & incertum, dicit sibi esse certum. iiij. q. iiij. §. sola. & in auth. de testi. & licet. & beatus Th. ij. ij. q. lxx. per totum.

25 Sed ponamus, quòd testis † ex debilitate memoriæ humanæ, vt contingit, quòd quia reputat se, quandoque certum de eo, quod falsum est: ideo si quis cum debita sollicitudine recogitans, existimat se esse certum de eo, quod falsum est, non peccat mortaliter: hoc asserens, quia non dicit falsum testimonium per se, nec ex intentione, sed per accidens contra id, quod intendit, vt dixit beatus Tho. vbi supra.

Sed quæro, vtrum talis teneatur ad restitutionem damnum passo? dic, ꝙ non, per not. in c. de occidendis. xxiij. q. v.

Tertiò peccat testis pecuniam acceptando, etiam pro veritate dicenda, quia expresse facit contra iura, quæ hoc prohibent, & valde iustè, ad euitandum corruptionem veritatis pecunia. vnde dicit Aug. & transumptiuè in c. non sanè. xxiij. q. v. ꝙ non licet testi vendere verum testimonium.

Et multò magis peccat testis, dum recipit pecuniam, vt dicat falsum testimonium, vel veritatem occultet. Potest tamen testis accipere expensas ab eo, qui eum conducit de loco ad locum, puta de partibus ad Rom. curiam.

Item potest exigere operas suas, cum solitũ lucrum dimittat, vt iij. quæstio. iij. testes in §. venturis.

Quartò peccat in omissione testimonij, cũ ferri debet in vtilitatem proximi, si requiritur, de quo vide per beatum Thom. ij. ij. q. lxx. ar. j. vbi pulchrè.

Modò circa præmissas falsitates, & peccata,
27 quæro an homo sic† peccãdo incurrat aliquod vitium irregularitatis, siue notam?

Et primo à iudice inchoando dicas, ꝙ si iudex est ecclesiasticus, vltra præmissas pœnas incurrit & pœnam suspensionis ab executione officij per annum. Sed hodie de hoc habemus tex. in c. cum æterni. de re iudi. in vj. & si interim se ingerit in diuinis, incurrit irregularitatem, à qua non nisi per Ro. Pontificem absoluitur, vt ibidem, & dixi supra de dispen. Pa
28 pæ, & prædicta intellige de iudicante† per sordes, quia si per ignorantiam iniustè iudicat, distinguit idem beatus Ant. quia, aut ex se iudicat sine assessore, aut de consilio assessoris: primo casu si ignorantia fuit crassa, & supina, quia per se ignorabat, quod scire debebat, nec ab alijs curauit instrui: tunc secundum omnes tenetur læso arbitrio boni iudicis, vt C. de var. & extra ordi. cogn. l. fi. In iudicio autem animæ dicit Rayn. credidisse, quòd teneatur ad restitutionẽ, sicut in primo casu, & ratio huius dicti est, quia in culpa fuit; cum sciuit, vel scire debuit se insufficientem, & tamen iudicare præsumpsit, argum. not. in cap. si culpa. de iniur. & damn. dat. Si autem fuisset ignorantia probabilis in eo, vt quia facta debita diligentia ad inuestigandum à peritis de consilio eorum tulit sententiam iniustam pro iusta, siue scienter mala, & iniustè consulentibus, siue quia erat materia variarum opinionum inter doct. scribentes, & illi secundum suam opinionem, quam rectam putabant, consuluerunt, excusatus est iudex præcipuè delegatus, & etiam ordinarius nil omittendo de contingentibus ad inuestigandam veritatem. Si. n. iudex hoc fecerit de concilio assessoris, qui asserebat talem sententiam iustam, excusatur, quia in eo fuit ignorantia probabilis, quæ excusat, vt xxxvij. dist. c. si. & §. fi. dantur enim assessores iudici-

BB bus

bus propter eorum scientiam, vt consulatur,
quid iuris in causis iudicibus ignorantibus. &
de hoc satis dixi supra de iudicijs, & iudicib.
29 m Sed oppones, quòd non potest † esse iudex
ecclesiasticus, nisi habens saltem mediocrem
scientiam, per ea, quæ not. in c. cum nobis. de
elec. & ibi bona glo. in verbo litteratura. & in c.
j. xx. dist. & ibi glo. in verbo exempla, & in ver-
bo à pluribus. Sed dicas, quòd si in sæculari
iudicio iudex habet consuetudinem causarum
siue peritiam iudicandi, causæ possunt com-
mitti ignoranti iura, si alias sit qualificatus, iu
xta formam c. statutum. de rescr. in vj. Et po-
test talis ignorans esse iudex ordinarius, vt l.
certi. C. de iudi. vbi dicitur, quòd milites pos-
sunt esse iudices, & videmus in Rom. cu. quòd
vt in pluribus procuratores non sunt gradua-
ti: & multi eorum nunquam viderunt ius scri-
ptum, sed tantum habent experientiam causa-
rum, & stilum Rom. curiæ, & Rotæ: & tamen
excellunt, & eorum iudicium firmius est in
causis præcipuè beneficialibus, quàm pluri-
morum doctorum, etiam excellentissimorum
extra curiam.

r In aduocato, & procuratore, qui non iu-
rant, nisi in animam sui principalis, dico, quòd
talem incurrunt irregularitatem, qualem quis
peccando post baptismum incurreret. Dixi-
mus supra in secũda parte huius operis, in prin
cipio. per c. quemadmodum. xlviij. dist. & xxv.
dist. c. primum. & l. dist. c. illud. & j. q. vij. c. si
quis crimen. Et licet illa regula secundum no-
stra tempora videatur dura, & hodie non am-
plectatur, teneas, quòd tales, licet non incurrãt
irregularitatis notam, cum iure cautum non
reperiatur, & maximè, quia hoc delictum sem
per in aduocato est occultum, tum propter iu-
ra partium, tum iuris communis ambiguita-
tem, grauiter tamen peccant, & tenentur ad e-
mendam extimationis litis, vt supra dixi. Et
sic licet hinc non oriatur irregularitas, oritur
tamen impedimentum, retardans promotio-
nem vsque ad integram satisfactionem, & hoc
facit ad secundam partem primæ rubricæ, seu
tituli huius operis. ibi, de irregularitatibus, &
impedimentis ecclesiasticis &c.

De actore, reo, & testibus, qui iurant tam de
credulitate, puta ad positiones, quàm de verita
te dicẽda super articulis, & tota causa, vt supra
30 dixi: facito regulam, ꝙ committens † crimen ca
pitale, vt est crimen falsi, si est promotus, venit
deponẽdus, vt in c. si Episcopus. l. dist. & in c.
ad audientiam. hoc eo. ti. de crim. fal. & in c. no
uimus. de sent. excom. & in c. de his verò. l. di.
Periurium. n. voluntarium, & assertorium in-
ducit irregularitatem, nedum promotionem
impedientem, sed iam promotum repellẽtem,
vt in c. querelam. de iureiu. & c. tua eo. ti. tales
enim infames sunt, vt xxij. q. v. c. si quis conui-
ctus. & c. infames. vj. q. j. Nec potest Papa di-
spensare, vt si quis iurauit dicere veritatem, ꝙ
illam taceat vel falsum dicat, aut cõtra propriũ
iuramentũ licitũ veniat, vt not. Inn. in c. vene-
rabilem, de elec. & in c. quanto. de iureiu. licet
aliqui tenuerint contrarium ibidem, sed ple-
nius vide per glo. in c. authoritatem. xv. q. vj.

Sed clarius dicito, ꝙ tanta est vis periurij, ꝙ
31 † promouẽdũ repellit, & iam promotũ deijcit,
vt supra dixi, & not. in c. fi. de temp. ord.

n An autem infamet ipso iure, vel per senten-
tiam, videtur, ꝙ per sententiam, vt not. in l. si
quis maior. C. de transa. sed alij contra, ꝙ non
ipso iure, per l. Lucius. ff. de his, qui not. infa.
Et aliquid per d. Card. Zabar. consi. suo xxxv. in
ca. Quidam habens vnum filium. in iiij. col. in
versi. sed certum est de iure. Sed distinguendũ
32 est, ꝙ aut fuit † iuramentum assertorium, aut
conditionale, siue promissorium.

Assertorium autem dicitur, quando quis iu
rauit de præsenti sic esse, puta rem tuam, vel
meam esse, vel fuisse, & tunc non est infamis,
vt not. in l. ij. & ti. ff. de eum. stellio. Sed tamen
aliqui notant contrarium in auth. vt liceat ma-
tri, & auiæ. §. quod autem nobis. & arg. in auth.
vt litigantes iurẽt, in §. si quis autem litigantiũ.

b Si autem fuit iuramẽtum promissorium, &
de futuro non est infamis, nisi & contra iura-
mentũ, & contra pactionem veniat, puta iura-
uit se quid dicturum, vel facturum, vt in d. l. si
quis maior. C. de transac. Si autem veniat con
tra iuramentum tantum, & non contra pactio
nem, non est infamis, vt puta si iurat, ꝙ hodie,
& cras ieiunabit, vel non comedet carnes, ta-
men videtur, ꝙ secundũ canones non sit dicen
dum, ꝙ periurus in iuramento assertorio non
sit infamis, non tamen ipso iure, sed per senten
tiam: Nam si alicui probatur in modum exce-
ptionis periurium, nisi directè de hoc actũ fue-
rit cõtra eum, & pronũciatũ, non est inter infa
mes habendus, vt not. in c. cum dilectus. de or
di. cogn. in fi. & in c. j. de except. Periurus autẽ
iuramento promissorio licito, & cum solemni
tate facto, ipso iure infamis est, & secundũ bea-
tum Th. in sum. ar. iiij. quem refert, & sequitur
Fribur. lib. j. tit. ix. de iuramento, & periurio.
xxv. q. licet autem non omnis periurus infamis
sit, vt dictum est, tamẽ repellitur à testimonio
quia præsumitur, ꝙ alias facilè peieraret. l. Cas
sius. ff. de senato. & in c. si cui. in §. idem. de ac-
cusa. & ij. q. vij. non potest. vj. q. j. c. quicunque.
& xx. q. v. c. si quis conuictus. & in regula semel
malus. in vj.

Illud ẽt non omitto, ꝙ etiã si aliqñ sm quod
distinximus periurus non sit infamis, si tñ eius

opiniu

opinio apud bonos, & graues grauata sit, licet non deijciatur iam promotus, tamen repelli debet à promotione, quia hic est vnus effectus infamiæ facti, vt latius dicam infra de infamibus, & sententiam passis.

De temerario autem iuramento, & re illici-
33 ta, quæro† an infamiam, vel despositionem in ducat? videtur primo dicendum, quòd sic, per ea, quæ habentur in c. quicunque sciens. vj. q. j. & c. infames. & xxij. q. v. c. si quis conuictus. & dicto c. querelam. de iureiur. sed contrarium signat in c. sicut. eo. tit. Io. glo. ibi non credit ta le iuramentum infamare, vel impedire electio nem iam factam, & fiendam, & idem tenet Barth. Brix. in c. Archidiaconum Florétinum. lxxxv. dist. & in c. diffinitio. xxij. q. iij.

34 Sed † modo quæro, quis cum huiusmodi periuris dispésare poterit? dic, quòd proprius Episcopus post peractam pœnitentiam, cum ei non inueniatur iure prohibitum secundum regulam, quam posui supra de dispensatione Episcopi, in principio, & ita tenuisse reperio Petrum de Tarant. hoc eo. tit.

35 Non† prætermittam ad euitandum pœnam periurij notandum esse, quòd plerunque in iuramentis promissorijs intelliguntur conditiones, videlicet, si placebit papæ, vt in cap. venientis. de iureiur. c. si Deo placuerit. xxij. q. ij. beatus.

Item si res in eodem statu permansit. xxij. q. ij. nequis. & l. cum quis. ff. de solut.

Item si mihi fidem seruabis, vt in c. peruenit. de iureiur. & l. quæro. ff. locati.

Item si mihi solues in casu fiendæ solutionis. l. indubitati. C. de non numerata pecu.

Item si nuptiæ fuerint secutæ in eo casu, in quo quis stipulauerit pecuniam, dotis causa. l. stipulationem. ff. de iure dot.

Item si quid non immoderatum, præcipietur eo casu, quo quis iurauerit alterius mandato parere, vt in dicto c. veniens. & c. quia tuallis.

Item intelligitur códitio honesta, vt si quis iurauerit mulieri tempore contractus cum illa, quòd eam semper pro legitima vxore teneret, nam si adulteretur, postea nihilominus eã accusare poterit, quia subintelligenda erat con ditio, videlicet si illa legem coniugij seruaret, vt in c. quemadmodum. in princ.

Item subintelligitur facultas, vt in c. breui. eo. tit. nam difficultas à periurio excusat. c. ego. ff. eo. tit. tamen ibi iuramentum fit conditionaliter, videlicet nisi præpeditus fuero canonica præpeditione. Sed dicunt doct. quòd tamẽ subintelligitur, sed ibi habet emphasim.

Item necessitas subintelligitur, vt in c. querelam. eo. tit. & in l. si. ff. qui satisdare cogan.

Item commoditas, vt in l. j. §. quæ honorandæ. ff. quarum rerum actio. non dat.

36 Speciales autem conditiones, non† subintelliguntur, nisi exprimantur, licet mente concipiantur, vt in c. si. in si. xxiij. q. si. & in l. si repetendi. C. de conditio. ob causam. & l. quicquid. ff. de verbo. obligat. fallit, nisi vbi lex exprimit aliquid tacité agi inter contrahentes, quia tunc illud pro expresso habetur, vt præmisi de stipulatione dotis. & l. cum quid. ff. si certum pet. Et hæc vera sunt in promissorijs iuramentis. In assertorijs autem nulla conditio intelligitur. l. similiter. de iure dot.

Illud tamen sciendum est, quòd si aliqua istarum conditionum, vel etiam omnes in iuramento intelligantur, non tamen propter ea dicendum est iuramentum esse conditionale, vt in l. conditiones. ff. de condit. & demonstrat. Sed quia supra in tit. de iuramento, & periurio satis dixi, hic vlterius non prosequar.

SVMMAE.

1 *Diuinatores, & præscientes futura sortilegijs, quomodo puniantur.*
2 *Sortilegium, an sit peccatum punibile.*
3 *Sors quid sit.*
4 *Sortilegi, qua pœna puniuntur.*
5 *Diuinator vltore gladio feriri debet de iure ciuili, & quid de iure canonico.*
Et quid in clericis.
6 *Et quid de illis, ad eum currentibus pro diuinationibus.*
Qui non admittuntur ad accusandum.
7 *Infamis est irregularis irregularitate, impediente promotionem.*
8 *Diuinatores, vel ad eos accedentes sunt infames, adeò vt essent damnati per sententiam, etiam post peractam pœnitentiam remanerent infames.*
9 *Sortilegus, & in circo sortilegij positus est irregularis, & à promotione prohibetur.*
10 *Et quis cum eis dispensare poterit.*
11 *Dispensare quòd non deponatur, concernit iurisdictionem potentiæ, & non clauium.*
Qui potest absoluere, non potest dispensare in foro conscientiæ.
12 *Episcopus, in quibus casibus possit dispensare.*
13 *Malefici, quomodo puniantur, & quid de auguris.*

De Sortilegiis, & diuinationibus, & maleficijs.

1 VIR, siue mulier, in quibus phitonicus, vel diuinationis fuerit spiritus† morte moriatur, lapidibus obruent eos, sanguis eorum sit super illos, Leuit.xx.in fi.qd intelligendum est, si id fuerit per procurationem directè, vel indirectè, non autem de arreptitijs à dæmonibus in eis loquentibus absque eorum procuratione, in quibus sunt tales spiritus: quia tunc tale quid, est pœnale, non culpabile, dixit Nicol.de Lyra ibidem, vnde phitonissa, de qua legitur Regum primo.xxviij.c. dixit Saul. sibi ignoto; ecce tu nosti, quanta fecerit Saul, & quomodo erasit magos, & ariolos de terra, quare ergo insidiatis animæ meæ? Ex quibus patet, quod proprie dixi de culpabili. Et ibi etiam Nicolaus, & omnes interpretes ponunt quæstionem, vtrum in tali suscitatione apparuerit Samuel, an malignus spiritus, & ibi multa ponunt facientia ad hanc materiam, & beatus Thom. secunda secundæ. q.xcv. artic. iiij. ponit materiam de diuinationibus per habentes phitonem, & per totam illam quæstionem, per viij. articulos ponit octo species diuinationum, quas hic non repetam. Joan.de Friburg. in sua summa posuit hunc titulum in libro j.titu.xj. per xxv. quæstio. quas extraxit ex dictis Rayn. Goff. & Host.

Et beatus Ant. in sua sum. parte secunda. titu.xij.cap. j. per totum, & in §.iij. vsque ad §. xv. posuit de superstitionibus.

De nicromantia.

De innocatione dæmonum pro consilio, & auxilio.

De astronomia, seu mathematica.

De diuinatione per somnia, de augurijs, de sortibus.

De obseruantia, & arte notoria.

De obseruantia per incantationes.

De obseruantia per breuia, & abiurationes.

De obseruantia temporum, vel dierum.

De mulieribus, & alijs credentibus se cum Diana, vel Herodiade nocturnis horis equitare, vel se in alias creaturas transmutari, de quibus in c. Episcopi.xxvj.q.v.& copiosius per Aug.de ciuitate Dei, lib. xviij.cap.xvij.& xviij. vbi omnino videto, vt miranda legas. Sed hodie duo fratres, Ordinis Prædicatorum, de partibus Germaniæ ediderunt tractatum, qui malleus maleficarum inscribitur, in quo latè, abundeque posuerunt hanc materiam per tres libros, seu tres partes.

In prima ponendo theologicè de potentia diabolica.

In secunda exempla, & casus secutos.

In tertia, modum contra tales procedendi, & puniendi.

Cum itaque his in locis per hos sanctos patres materia hæc lucidè tractetur, sufficiat nobis ipsa loca significasse, vlita titulum nostrum ordinarium, in corpore iuris clausum, & dicta per Docto. nostros, tam legistas, quàm canonistas, cum etiam leges, sortilegia, & diuinationes prohibeant, & puniant. vt C.de malefi.& mathemat. per totum. & tantum descendere ad videndum de tribus, videlicet,

Primum quærere, an sortilegium sit peccatum punibile.

Secundò, posito quòd in aliquibus casibus prohibitis sit punibile.

Quæ sit pœna sortilegorum, & diuinatinm.

Tertiò, quis cum talibus dispensare possit.

2 Ad primum videtur dicendum, quòd† non sit punibile, immo permissum vtraque lege. Exemplis, & authoritate probatur; Cum enim Achor de anathemate furti surripuisset, & ob eius peccatum populus cæsus. Apud Hayn hostibus terga dedisset, præcepit dominus Iosue, vt sortibus exquireret, quo peccante populus in manibus hostium cadere meruerat, Iosue præceptum accipiens misit sortes, & sors cecidit super Achor.

Saul quoque cum pugnaret contra Philisteos, & iurasset se interfecturum quandocunque, qui ante solis occasum comederet, sorte deprehendit Ionatam filium suum mel comedisse.

Ionas quoque, cum à facie domini fugeret, à nautis diuino iussu sorte deprehensus, in mari deiectus à cete, est absorptus.

De Zacharia etiam legitur, quòd sorte exijt, vt incensum poneret. Matthias etiam ab Apostolis sorte in Apostolatum, & Iudæ successorem eligitur.

Quod autem tantorum exemplis probatur, patet malum non esse, vnde Aug. in libro
3 Psalmorum ait, Sors † non est aliquid mali, sed res in humana dubietate diuinam iudicans voluntatem: hæc leguntur xxvj. quæst. j. ij. iij. iiij. & v.

4 Sortilegorum †. pœna, secundum leges est pœna capitalis, & confiscationis.

5 Diuinator, n. vltore † gladio feriri debet. C. de malef. & mathe. l. nullus. l. nemo, & l. culpa. Secundum verò canones imponitur pœnitentia xl. dierum, vt in c. j. hoc eo. titu. & hæc pœna habet locum in occultis.

Si autem peccatum notorium sit, priuatur à cõione sacramenti Eucharistie, vt in c. pro dilectione.

ctione.de consecr.dist.ij.& hoc in laicis.

In clericis verò est pœna depositionis,& detrusionis in monasterio,quę vera esse Host.dicit,si sortilegus pœnitentiam prædictam xl.dierum agere renuerit.

Item si criminaliter accusetur, & sic dicit esse intelligendum tex.c.oportet.xxvj.q.v.& c.si quis Episcopus,aor presbyter.& c.aliquāti.ea.ca.q.vij.& c.admoneat.

Addens,quòd si pœnitentiam renuit,ab excommunicatione est inchoandum.

Sed crescente contumacia, augeri debet & pœna etiam in laicos.

Si verò serui sint, verberibus castigentur.

Si liberi, carcerentur, vt io c.cootra idolorum.xxvj.q.v.

Episcopus etiam tales turpiter dehonestatos de parrochia sua eijcere debet, vt in c.Episcopi.xxvj.q.v.quia decaluare eos potest, idest vestes, & capillos ante, & retro incidere, sicut dicit in quibusdam locis seruari ex consuetudine, de quo not.in c.de benedicto.xxxij.q.j. Tales etiam infames sunt, vt not.in c.quisquis.ij.

6 q.viij.& non solum ipsi, sed † etiam qui ad eos currunt pro diuinationibus.

Et tales ad accusandum non admittuntur,

7 vt ibi dicitur, Omnis † autem infamis est irregularis irrigularitate impediente promotionem, vt not.in c. accedens. de accus. & c. Episcopus.& in c accusatum.de simo. & io cap.j. xxvj.dist.

Quinimmo plus dicēdum est,quòd si hi per

8 sentētiam damnati sunt,etiam † post peractam pœnitentiam remanēt infames, vt io c.si.xxv. dist.& j.q.vij.c.j.& c.si quis omnem.

De his latius dicam infra de infamibus, & sententiam passis, vbi ponemus lx. casus, in quibus quis efficitur infamis.

9 Et non solum sortilegus, sed † etiam à sortilegis in circo positus est irregularis, & à promotione prohibetur, vt in c.præcipimus, xxxiiij. dist.& lxvj.dist.per totum.

10 Cum † sortilegis autem Episcopus dispensat, vt est gl.in terminis.in c.ex tuarum.in verbo liberum.hoc eo.ti. & idem videtur tenuisse glo. in c.si Episcopus. in verbo reseruantur.de pœnit.& remiss.in vj.

Sed rectè intuenti nec tex.nec gloss. in dicto cap.ex tuarum. videntur hoc probare, cum sacerdos ille, de quo in tex. consuluerit sortilegos ex simplicitate, & bono zelo, & intuitu ecclesiæ. Ergo pœna in dicto cap. apposita, non est ordinaria, quinimmo rectè ponderanti finem dictæ gloss. potest inferri, quòd sacerdos consulens sortilegos, potest priuari officio, & beneficio, sed iste sacerdos dignus fuit misericordia, quia ex simplicitate fecit, vt dixi. Cessante ergo simplicitate, & voluntate præcedente, erit locus dictæ pœnæ. Et sic ille textus continet casum specialem, videlicet simplicitatis. In alijs ergo erit locus prædictæ pœnæ priuationis officij, & beneficij, quam sententiam expresse sensit Abb. in dicto cap.ex tuarum. super glo.j.

Sed pro solutione idem Abb. dicit ex illo text.& gloss. colligi, quòd in pœna imponenda sortilegis, vel eos consulentibus, debet animaduerti ad qualitatem, & quantitatem delicti, & ad animum delinquentis, & secundum hoc pœna imponi debet, quandoque acerrima, quandoque grauis, quandoque leuis. Allegat ad hoc not. in l. hodie. & in l. aut facta. ff.de pœn.& l.quid ergo. in §. pœna grauior. ff.de his, qui not.infam. facit text.in c.non afferamus.xxiiij.q.j.

Addens postremo ex fi. dictæ glo. Episcopum posse cum sortilego dispensare, scilicet, vt non deponatur, sed vt sibi alia pœna imponatur, & sic dispensat circa pœnam.

Sed quid modo, vt promoueatur, vel ordinetur, idem credo pari ratione, seu verius à maioritate, quia, qui potest absoluere, potest dispensare, quod intelligo extra forum conscientiæ, per ea, quæ supra dixi per discur-

11 sum, quia † dispensare, quòd non deponatur, concernit iurisdictionem potentiæ, & non clauium. In foro autem conscientiæ, qui potest absoluere, non potest semper dispensare, vt supra dixi de dispensatione rectorum parrochialium, cum suis parrochianis, & supra de dispensatione simplicium sacerdotum, quia absolutio est debita, dispensatio autem est permissa, vt supra.

Et ad quæsitum dicas, quòd quicunque sit, qui dispensat, vt non deponatur, siue Episcopus, siue superior (Papa excepto) si solemnis pœnitentia fuerit delinquenti imposita, non potest dispensare, vt promoueatur. Quinimmo & promouens, & promotus depoenendus est, vt io d.c.ex pœnitentibus.l.distin.nec cum his postmodum dispensatur, non propter defectum sacramenti, quia omnino talis recipit characterem, sed decoloraretur status ecclesiæ. Quod esse non debet, vt in cap. & si illa. j. quæst. ij. de quo copiosius dicemus infra de solemniter pœnitentibus, in principio, & aliquid etiam infra de infamibus, & sententiam passis. Et dixi aliquid supra de raptoribus, incendiarijs, violatoribus, in §. dicit, quòd, qui potest punire, & in §. sequenti.

12 Circa huiusmodi dispēsationem variæ † sunt opiniones doctorū, quia Benedictus XI.in sua extrauaganti, quæ incipit, Inter cunctas sollici

tudines, & habet rubricam de priuil. declarauit quatuor casus Episcopales de iure.

Primus, peccatum clerici, propter quod potuisset incurrere irregularitatem.

Secundus, de incendiarijs.

Tertius, de peccato, propter quod esset inducenda solemnis pœnitentia, si peccatum esset notorium.

Quartus, de excommunicatis maiori excommunicatione.

Sed & ponuntur alij quinque casus reseruati Episcopo ex approbata consuetudine.

Primus, homicidium voluntarium.

Secundus, falsarij.

Tertius, violatores libertatis ecclesiasticæ.

Quartus, violatores immunitatis ecclesiæ.

Quintus, sortilegij, & diuinatores.

Et beatus Ant. Floren. in sua sum. iij. parte, tit. xvij. c. iij. dicit, quòd hi casus sunt reseruati Episcopo in foro conscientiæ circa absolutionē, & nihil dicit de dispensatione, addens, ꝙ illa extrauagās fuerit reuocata per Cle. Quintum. in cle. dudum. de sepult. Tamen quo ad dictos casus nihil fuit immutatum, & sic illa adhuc remanent, & ibi successiuè ponit plures casus Episcopo reseruatos, quos excerpsit ex Hosti. dicens non legisse aliquod peccatum præcisè ita enorme, à quo non possit absoluere Episcopus sibi subditum, dummodo non habeat sententiam annexam.

Casus autem Episcopo reseruatos copiosius posuit Spec. in suo aureo repertorio post titulū de pœnitentijs, & remiss. in aureo memoriale sacerdotum, vbi formauit rubricam, scilicet, quòd quibus culpis pœnitens ad Episcopum remittatur, vbi posuit lvj. casus: dixi plenè supra de dispen. Epis.

Sed circa dispensationem cum sortilegis, & diuinatoribus teneas, quod supra dixi in d. tit. de dispensatione Episcopi, tenendo illam regulam, tanquam magis communem, & approbatam, videlicet, quòd Episcopi dispensant in omnibus casibus, in quibus eis à iure dispensare non sit prohibitum.

Item teneas, quod etiam supra dixi, quòd in occultis non est necessaria dispensatio: Occulta enim peccata in hoc sæculo non habent vltorem, sed solius Dei indicio reseruantur, quia hæc ecclesia non iudicat de occultis.

Sed si sortilegus, & diuinator in foro conscientiæ confiteatur Episcopo, ad quem, vt supra dixi, de hoc crimine fit remissio, credo, ꝙ absoluet, & dispensabit, ex quo non reperitur à iure ei prohibitum.

13 De maleficijs autem† scriptum est: Maleficos non patieris viuere, vt Exod. xxij. vbi Nicolaus de Lyra dicit, quod in Ebraico habetur, Sortilegam non patieris viuere, & licet exprimat mulierem tantum, tamen intelligitur de homine sortilego, sicut exprimit translatio nostra, sed scriptura exprimit illud, quòd frequētius accidit, scilicet, quòd mulieres fiunt sortilegæ. Ex hoc etiam patet, quòd cum dicitur maleficorum &c. intelligitur specialiter de maleficio, quod consistit in sortilegijs: ponitur autem ista lex inter eas, quæ reprimunt concupiscentiam carnalem: quia sortilegia frequenter fiunt in ijs, quæ pertinent ad actum carnis: hæc idem Nicolaus vbi supra, ideò teneas, quòd omnia iura loquentia, vt sortilegia habent locum in maleficis: quid autem de angarijs dicas, quod scriptum est Leuit. xix. Non augurabimini, nec obseruabitis somnia.

SVMMAE.

1 *Puerilis ætas, quicquid vidit ignorat.*

2 *Peccatum non cadit in pueris, nisi malitia suppleret ætatem.*

3 *Peccatum non dicitur, vbi non est voluntas. Quid in homicidio casuali.*

4 *Puer committens homicidium, etiam casuale efficitur irregularis.*

5 *Et qua ratione. Intentio, seu voluntas in lege promotionis non attenditur, sed factum, vel opus.*

6 *Occidens aliquem, semper in culpa fuisse dicitur.*

7 *Dispensatio cum pueris, à quo concedatur.*

De delictis puerorum.

1 Puerilis† ætas, quicquid videt ignorat, vt in l. j. C. de fal. mone. Ideò in pueris non cadit peccatum, cum careant vsu rationis;

2 fallit† nisi malitia suppleret ætatem, vt legitur in dialogo Gregorij, de puero decem annorum, qui nutricem prægnantem reddidit.

3 Et dicimus, quòd non est voluntas† peccandi, ibi non est peccatum, quia vsq; adeo peccatum voluntarium est, quòd vbi non est voluntas peccandi, ibi non est peccatum, vt xv. q. j. c. j. §. quòd autē. & in c. sic enim. xxxij. q. v. Fallit etiam hoc in homicidio etiam casu, vbi omnino deficit voluntas peccandi, vt plenè dixi supra de homic. in §. circa homicidium casuale, & tamen homicida casualis est irregularis.

4 Ideò puer† committens homicidium, etiam casuale, efficitur irregularis, dicit glo. in c. ij. hoc eo. tit. in verbo, inultum. in fi. ibi, irregularis tamen fuit effectus.

Hic itaque videbimus duo.

Primum, quare puerī homicidium cōmittentes

teutes incurrant irregularitatem stante regula d.l.j.cum ignorent quicquid videant.

Secundum, qui cum puero homicida dispen sabit.

5 Ad primum dicito, † quòd in lege promotionis non voluntas, vel intentio, sed factum siue opus attenditur, vt in c.si quis non iratus. xv.q.j.cui cõcordat tex.in c.ille auté.xxxij. q.v. Et semper in culpa fuisse videtur, qui alium occidit, vt in l.scientiã.in fi.ff. ad legem Aquil. & in l.sed & si.eo.tit.& not.in c.ad audientiã. de homicidio, & dixi supra, de homic. in §. sed vlterius quæro dans operam propriæ defensioni, vbi plenius vide.

7 Ad secundum dicito, quòd † qui dispensat cum adultis in homicidio casuali, multo magis dispensabit cum pueris, vbi autem malitia suppleret ætatem, ita quòd in homicidio etiã per puerum perpetrato adesset malitia, tunc dicito, quòd idem ius erit, & seruabitur in puero, quod in adulto seruabitur, de quo plenè dixi in d.tit.de homic.& idem dicito in omnibus irregularitatibus per puerum dolosè vel malitiosè perpetratis, & incursis pari ratione cum adultis.

SVMMAE.

1 *Dictio, maxime, quid importet.*
2 *Percussor si est incorrigibilis punitur pœna depositionis, si non corrigibilis arbitrio iudicis.*
3 *Clericus & maxime Episcopus proprijs manibus nõ debet percutere: quia hoc est alienũ à sacerdotio.*
4 *Percutiens Clericum vel personam Ecclesiasticam est separatus à sacramentorum participatione, neque ingreditur Ecclesiam, & limitatur pluribus modis. vt num. sequenti.*
5 *Excommunicatus propter percussiones datas clericis, non potest absolui ab inferioribus Papa.*
6 *Et limitatur sex casibus.*
Percutiens clericũ ignorãter, quomodo probabitur.
7 *Recusans iurare, habetur pro conuicto, & præsumitur contra eum.*
8 *Percutiens clericum in habitu, non credens tamen quòd sit clericus, an sit excommunicatus.*
9 *Quid si volens percutere clericum percussit laicum.*
10 *Voluntas & propositum distinguunt maleficia.*
11 *Actio iniuriarum an detur illi quem verbero, vel illi quem verberare intendo.*
12 *Percutiens clericum volens percutere laicum, an excommunicatus sit.*
Percutiens clericum repertum cum vxore vel sponsa de præsenti, vel de futuro, vel cum sorore, an excommunicatus sit.
13 *Percussus à clerico ludendo; si eum repercutit, an sit excommunicatus.*
14 *Coertio corporalis licita est omnibus potestatem habentibus in subditos suos. fallit tamen in Episcopo, quia neminem suis manibus percutere debet.*
15 *Episcopus cum non possit proprijs manibus aliquem verberare, an si per alium verberaret aliquem efficiatur irregularis.*
16 *Fallit hoc vno casu.*
17 *Clerici quales, & quomodo possint verberari.*
18 *Laicus potest capere clericum occasione falsæ administrationis.*
19 *Laicus non debet clericos auocare à diuinis officijs.*
20 *Ecclesia tenetur tueri clericos oppressos ab oppressione laicorum.*
21 *Percutiens clericum excommunicatum, an incidat in excommunicationem.*
22 *Priuilegium conceditur ordini non personæ.*
23 *Verberans seu percutiens clericum depositum, non tamen adhuc traditum curiæ sæculari, an excommunicatus sit.*
24 *Percutiens clericum, an indigeat absolutione, vel dispensatione.*
25 *Episcopus potest dispensare in casibus reseruatis Pontifici, cum scribit Episcopo vt dispenset.*

De Clerico percussore.

IN CONCILIO Agathense cauetur, quòd si quis in aliquo gradu sacro percussor extiterit, corripiatur à crimine, & , si nõ emendauerit, depouatur, de quo in c. j.hoc eo. tit. Et ex verbis in gradu sacro potest inferri, quòd simplex clericus non comprehẽdatur, quod est contra rubricam, sed Doct.dicunt hic, & Host.in sum.de tempo.ordi.in §.& cui sub §.x.regula, quòd subintelligitur maxime, quæ dictio ex sui natura stat implicatiuè, vt est tex.in c.ad hæc.el primo.de appel. Et omnes, & præcipuè do.Præpositus. Philip. & dominus meus Fely.

Hæc tamen dictio, maxime, quãdo ponitur propriè, ponit idem in casibus contrarijs, quãdo vero ponitur pro tantum, stat impropriè, vt dicit Abb.post glo.in c.auditis.in iij. col. de elec.& per eundem in c.damnamus.in iij. col. de sum.Trin.glo.& Doct.in c. ad abolendam. de fil.presbyt.& Ioã. And.in c.j.de renunci.in vj.Inno.& Host.in c. quoniam frequenter. in §.si vero, vt lite non contest. & ibi copiosè per And.Barb.& per Abb.in c.charissimus. de cõuers.coniug.& per Albericum de Rosa.in suo Dictionario, in verbo maxime. & per Bart. & alios in l.illud.ff.ad legem Aquil. Et sic dictum Concilium comprehendit vniuersum ordinẽ clericalem, quod aperte probat tex. in c.continentia, hoc eo.tit.ibi cum P.acolitus.

2 †Pœna autem percussoris incorrigibilis est depositio, vt supra. Si autem sit corrigibilis, videtur ex illo tex.ꝙ aliter non sit puniendus,

sed

sed ponderando verbum corripiatur, in tex. ap positum, videtur, quòd hoc relinquatur arbitrio sui ordinarij. Et ita videtur sensisse Abb. ibi in primo not. qui videtur tenere, ꝙ text. ille vendicet sibi locum, nisi in clerico assumente percussionem in consuetudinem: quia tunc tã quam inhumanus, & ferus non debet in mansuetudine clericali permanere. Immo vult, ꝙ tex. ille intelligatur in his, qui sunt multum faciles in percutiendo, vt qui pro minimis verbis procedunt ad verbera, in eo autem, qui semel percussit non est locus huic pœnæ, secundum Innoc. in d. c. j. per tex. in c. euangelica. lv. dist. Et idem Abb. ibi in suo summario intelligit ipsum tex. habere locum monitione præcedente, alias quòd non sit deponendus.

Dominus Cardinalis quærit, quid de episco-
3 po, dicens, ꝙ † episcopus quenquam proprijs manibus non debet percutere, quia hoc est alienum à sacerdotio, nec clericũ per laicum, nec crudeliter, vt per eundem in c. ij. eo. titu. & latius dicam infra post sextum casum. in §. illud autem quod dixi.

Postremo idem Cardinalis in c. fi. eo. tit. dicit dispensationes esse arbitrarias, & in casu. c. j. & fi. continetur dispensatio. Sed glo. fi. d. c. fi. adhuc clarius loquitur, sed vere recte intuenti, videtur, quòd illud c. fi. potius faciat ad titulũ de homici. quàm ad hunc titulum.

Sed quia simpliciter satis hæc materia hic deducitur per scribentes, plura videnda sunt, circa simplices pcussores, ideo hic annectemus nonnullas q. ad materiam facientes.

Et primo circa percussionem clerici, vel religiosæ personæ duæ regulæ sunt notandæ.

4 Prima † quòd percutiens clericum, vel personam ecclesiasticam est separatus à participatione sacramentorum, & ab ingressu ecclesiæ.

5 Secunda regula est † quòd excommunicatus propter huiusmodi percussionem non potest absolui. Et consequenter nec dispensari ab inferiori à Papa.

Prima tamen regula fallit multipliciter. Et ad eius expositionem Gratianus videtur sensisse, quòd qui percutit clericum, non sit separatus à sacramentis, & ab ingressu Ecclesiæ. Nec quòd obstet canon ille, si quis suadente diabolo. xvij. q. iiij. ibi anathema sit, quia anathema idem est quod separatio, sed ecclesia hoc nõ tenet de anathemate, & de hoc do tex. in c. peruenit. de appel. sed Io. Fauentinus dixit talem esse excommunicatum, sed non euitandum, antequam denuncietur. Sed contra eum videtur tex. in c. cum non ab homine. de iudi. in primo responso. Et sic hodie seruatur, nisi delictum, & percussio esset notoria.

6 Secunda regula fallit in xvj. casibus infra singulariter notandis.

Primus ergo est, cum quis ignorat eum esse clericum, vt in c. si vero. de sentẽ. excom. el secundo. hoc tamen sanè intelligendum est, cum ignorantia fuit probabilis, alias non excusat, vt in c. j. & ij. de ord. ab epis. qui renun. episcopat. & in c. apostolicæ. de cler. excom. ministr.

Sed quæres, quomodo hoc probabitur? Dicas, quòd in foro poli stabitur confessioni sacramentali confitentis. In foro vero fori si dubium fuerit, an ignorauerit propria manu duntaxat, videlicet proprio iuraméto probabitur, quòd eum esse clericum ignorauit: Quod si præstare noluerit, quia violentas manus cõstat eum in clericum iniecisse. Ab ipso sicut excõmunicato, donec fuerit absolutus, conuenit abstinere, vt in d. c. si vero. de senten. excom. Nam
7 eo ipso † quòd iurare noluit, præsumitur contra eum, vt in c. excommunicamus. §. qui vero de hæret. Et sic pro conuicto habetur, qui se nõ purgat, vt de simo. de hoc, & de purg. can. cũ P.

Et hic est specialis casus, in quo quis probat ignorantiam, cum alias, qui scientiam allegat, illam probare tenetur, vt instit. de lega. §. quòd autem. & in l. verius. ff. de probationibus.

Circa tamen hanc ignorantiam multa quæri possunt, quæ quotidie occurrunt in facto: ideo seriosius ponam.

8 Pone enim, quòd vidit † tonsuram & habitum clericales, & tamen eum clericum nõ credidit, nunquid erit excommunicatus. Respondeo quòd sic, dummodo talis clericus in veritate sit.

Si autem in veritate non erat clericus, licet tonsuram deferret, & habitum clericalem, & eum percussit credens esse clericum, & verberauit, seu percussit vt clericũ, tenetur propter conscientiam, nisi postea certus effectus: quia tunc deponet conscientiam. arg. xj. quæst. iij. c. quoniam multos, secundum vnum casum.

9 Sed pone, quòd † percutiens errauit in persona, quia intendebat percutere clericum, & percussit laicum: nunquid incidit in canonem. Dicit Petr. de Pal. quòd licet de maleficijs regulariter attendatur intentio, cum, vt sæpius dixi, ad esse peccati requiratur voluntas, alias
10 non sit peccatum, † quoniam voluntas, & propositum distinguunt maleficia, vt in c. cum voluntate. de sent. excom. tamen iste non est excõmunicatus, quia litera illius canonis tria copulatiuè requirit, videlicet intentio sine voluntas ibi suadente diabolo, secundo violentiam, ibi, manus violentas. Tertio requirit ordinem, ibi, in clericũ vel monachum. Item quia dicit lex, quòd si credens verberare Titium verbero Se-
11 ium † non illi, quem verberare intendo, sed illi quem verbero teneor iniuriarum, vt ff. de iniur.

iur.l.eum qui.§.si iniuriarũ. & l.si cum seruo, & l.præcedenti.in fi.& in l.j.§.diuus. ibi enim iudicatur quod fit,& non quod faciens intendit.ff.ad leg.Cor.de Sicar.

Sed contra videtur in c.nuper.de biga. & c.si.Sed non videtur contra, quia licet teneatur ad iniuriam laico verberato,non tamen est excommunicatus, vt in d. l.eum qui. ff. de iniur. & in c. in audientia. de sent. excom. & potest esse ratio,quia priuilegium canonis est concessum ordini clericali,& non personæ.

12 Sed quid dices in casu conuerso. Credens verberare Titium laicum, verberò Martinum clericum: Alanus dicit, q incidit in canonem, quia mens erat iniuriandi.arg. d. l.eum qui.§. iniuriarum.& in c.si.de iniur.

Tancre.tamen tenuit contrarium, quòd nõ incidat,q probat per tex. in c.si vero. de sentẽ. excom.el secondo. vbi dicitur de eo, qui percutit clericum,quem credebat laicum, quòd non est excommunicatus. Sola enim temeritas, & violentia in hoc consideratur, arg. c.j. de sent. excom.& c.veniens,& dictum Tancredi approbat Ber.in c.si vero.de sent.excom.el secondo.

Secundus casus est,in quo non incidit in canonem clericum verberans,est,dum reperit eũ turpiter agentem cum matre, vel vxore, vel sorore,aut filia, vt in c.si vero. de sent. excom. el primo.Ex hoc ideo canon hunc excipit: quia tam iustum dolorem compescere non potest, vt in l.Gracchus.ff.ad leg. Iul. de adult. Et lex permittit illum sic in fragranti crimine inuentum occidi.l.quod ait lex. §. quod ait lex. ff. de adult.Ex interuallo autem non licet: sed quod dixi de vxore, intellige etiam de sponsa de præsenti,quia lex illam accusari permittit iure mariti.l.si vxor.§ j.ff.de adult. Et idem dicendum esse videtur de sponsa de futuro. Nam id,quod de vxore dicitur prorogatur ad sponsam. l. si sponsa.ff.de iure doti. & l.Iulia. de fundo dot. & l.nõ fine.in fi.C.de bonis quæ lib.& c.quem admodum.de iur.iu.& l.fi. qui poti. in pigno. habeantur,& in c.inter corporalia.de translat. prælat: quod dicitur de episcopis prorogatur ad electos confirmatos. Similiter ecclesia non consecrata eodem immunitatis priuilegio gaudet cum consecrata,vt in c.si ecclesia. de consecra.ecclesiæ vel alta.& in c. ecclesiæ,de immunita.ecclesiarum.

Tertius casus est, cum quis inuenit apostatantem post trinam monitionem sibi ab episcopo,vel hodie suo Abbate, vel prælato factam, vt se corrigat,& reuertatur ad claustra, vt in c. in audientia.de apost.& in c. contingit, & c.si. Et idem etiam dicas sine monitione, si cum armis habitu clericali omisso,seditionem facit, vel se guerræ applicat,aut tyrannidi,& sæuibus vel enormitatibus se immisceat.c.cum non ab homine.de sent.excom.& c.perpendimus. Aliqui tamen tenent etiam in hoc quoque casu monitionem prælati esse necessariam: sed hoc hodie non seruat, vt vidi sæpius in Roma.curia seruari.

Quartus casus est proximus præcedẽtibus, videlicet cũ clericus transfert se ad actum prorsus contrarium clericatui, vt quia facit se militem,vel contrahit bigamiam, vel quid simile, vt in c.quisquis.lxxxiij.dist.

Quintus casus est cum iocosa leuitate percutitur,vt in c.j.de sent.excom.§.j.

Sed hic quæro de frequenter occurrenti ca-
13 su,videlicet quid de illo, qui iocosè percussus à clerico, sed grauiter, repercutit eum etiam grauiter,& cum ira eadem tamen leuitate iocosa? Petrus de Tarantas. in suo tractatu, de sent.excom. Dicit quòd licet in hoc casu interuenerit ira, ex quo tamen secundum conditionem ludi repercutit sine dolo malo, non incidit in canonem: quia ea videtur conditio ludẽtium, q grauiter percussus percussorem grauiter repercutiat, ne videatur inferior ipso in ludo, aut minus strenuus, nec propterea dicetur manus violenta,nec suasio diabolica. Si autem fuerit percussus à clerico grauiter,& propterea non irato, & vindicando repercutit grauiter: Idem Petrus dixit,quòd ex quo libidine vindictæ, & non iocosa leuitate fecit,non potest dici hoc fecisse sine deliberatione,ideo incidit in canonem.

Sextus casus est,cum correctionis causa magister percutit discipulum, prælatus subditũ, pater filium, dominus famulum, propinquus propinquum, Officiales & clerici seniores pueros, vel adolescẽtes correctionis causa, vt quia turbant officiũ in choro, vel alijs diuinis actis, vel seruitijs ecclesiasticis, vt not. in c. veniens. & c.vniuersitatis.c.cum voluntate. §. si vero: quæ omnia intelligo cum leuiter percutiunt, & percussi sunt in minoribus ordinibus constituti, vt expressè dicitur in illa decretali cum voluntate,& c.consultationibus. cum ab huiusmodi iniectionibus arceat manus suas,nedum propter munera priuata,tunc occasione vel excessus, vel corruptæ intentionis in culpam,vel sententiam incidant, & quod prouisum est ad concordiam tendat ad noxam. A prædictis ergo personis, nec minores grauiter, nec maiores in sacris ordinibus constituti, etiam leuiter verberari debẽt: honorabiliora enim membra exceptis grauioribus culpis verberibus subijci non debent.xlv.di.c.cum beatus.Puniantur ergo alijs admonitionibus,& tunc, si se nõ correxerint, possunt suspendi, arg. c. dolentes. de celebrat. missa.

Illud

Illud autem, quòd dixi de prælato verberã-
te subditum non est leuiter prætereundum, &
quia supra dixi in §.do.Cardinalis, qui est §.ij.
quòd episcopus non debet quenquam suis ma
nibus percutere, quia hoc à sacerdotio alienũ
14 est. Debes ergo notare, † ꝙ omnibus potestatẽ
habentibus licita est in suos subditos corpora-
lis coertio, vt in c.ante omnia.xxxv.dist. & xlv.
dist.cum beatus, supra alleg.

Fallit autem hoc in episcopo, vt supra dixi,
qui neminem suis manibus percutere debet, vt
in c.non liceat episcopo.lxxxvj. dist. potest ta-
men peccãtes subijcere verberibus per alium.
v.q.v.c.illi qui, non tamen per laicum, sed per
clericum, si clericus est verberandus, si enim p
15 laicum verberaret clericum † ambo & episco-
pus, & laicus inciderent in canonem latæ sen-
tentiæ, vt in d.c.vniuersitatis.de sent. excom.
16 Fallit tamen hoc, si clericus verberandus † es-
set incorrigibilis, quia tunc posset per laicum,
vt in c.vt famæ.§.fi.de sent.excom.& xvij.di.c.
non licuit.

Caueat tamen laicus sic percutiens, ne am-
plius sua violentia se extendat, quàm rebellio,
& delicta exigunt clericorum, iuxta no. in d.
c. vt famæ.

Et quia sæpe in clericos nostri temporis oc-
currit castigatio, Ideo ponam hic circa subdi-
tos, & crimina talem distinctionem. Nam
pueri & in minoribus ordinibus constituti li-
citè verberantur, etiam pro minoribus cul-
17 pis. † Maiores vero, & positi in sacris ordi-
nibus non debent verberari, nisi pro maio-
ribus criminibus, vt in capit. ante omnia.
xxxv.distinct.& xlv.distinct. c. cum beatus su-
pra alleg.& in §.Salomon.nisi in casibus, quos
prædixi, & inferius dicam: hæc autem distin-
ctio locum habet in clericis sæcularibus tantũ
quia regulares secundũ suas regulas subijciun-
tur verberibus, etiam pro leuibus culpis frater-
li more, vt not.in c.reprehensibilis.in fi.de ap-
pel.& de accus. c. qualiter & quando. el secun-
do.in fi.vbi de hoc, & in c.per tuas. de simo. in
fi.hoc tamen vigilanter caueant prælati regula
res, ꝙ ex charitate, & causa regularis discipli-
næ verberẽt subditos fratres, vel conuersos, &
non canina rabie vindictæ causa, & hoc per se-
ipsos, vel alios regulares, vel clericos: nam si
per laicum, nisi in casu incorrigibilitatis supra
not. vel etiam per clericum, vel regularem, sed
non ex charitate regularis disciplinæ, seu cor-
rectionis. Et ipse mandans, & verberans inci-
derent in canonem latæ sententiæ: & iste est ca
sus illius Decretalis vniuersitatis. de sen.excõ.

Septimus casus est, cum quis incontinenti
vim vi repellit, vt in c.si vero. in §. si vero. de
sent.excom.& c.calumniam.de pœn.vim enim
vi repellere omnes leges, omniaq; iura permit
tunt: quia talis repulsio est de lege naturæ, quę
tolli non potest, vt j.dist.c.ius naturale.in fi. &
in c.significasti.de homici.& l.vt vim. ff.de iu-
sti.& iu.& l.scientiam.§.qui cum aliter.ff. ad le
gem Aquil.& contra l.j.§.vim vi.de vi & vi ar.

Signatur tamen contrarium in c.seditiona-
rios.xlvj.dist.& xxiij.q.j. c.j. & ij. & q.iiij. c.j.
& c.inter querelas. de homic.& c.suscepimus.
& in l.si quis in hoc' genus. C.de episc. & cler.
Sed soluunt doc. ꝙ vim vi repellere licet, vt pri
ma iura dicunt, tamen quædam sunt in repul- 21
sione tali, de quibus solet dici de moderamine
inculpatæ tutelæ, quod si defuerit, non licet sic
vim vi culpatæ tutelæ repellere, & sic intelli-
guntur iura in contrarium allegata.

Octauus casus est in eo, qui de mandato ec-
clesiæ, vel prælati verberat, vt s̃. dixi, pro quo
allego.c.ex tenore. de sent. excom. hoc tamen
intellige, si mandatum sit iustum, vel saltem
dubitetur, vt in c.quid culpatur.xxiij.q.j.in fi.
si autem sit iniustum, non est obediendum, vt
in c.Iulianus.xj.quæst.iiij.

Nonus casus est secundum Goffr. quem re-
fert Pet.de Pal.& Tarantas. vbi supra in clerico
qui gerit administrationẽ psonę sæcularis, vel
est æris procurator generalis, & gerit æris ne-
gocia, vt in c.sacerdotibus, ne cler. vel mon. cu
ius canonis authoritate Bart.Brix:Io. & Gual.
doc.antiqui dixerunt, quòd laicus sine metu ca
18 nonis, si quis suadente, † possit clericum cape-
re occasione administrationis, quia indignum
est eis ab ecclesia subueniri, per quos constat in
ecclesia scãdalum generari; vt ibidem dicitur.

Tamen dic. Doctores hoc non admittunt,
19 quorum ratio est, quia laicis † non licet cleri-
cos auocare à diuinis officijs, vt xj.q.iij.c.Cy-
prianus, & in c.fi.lxxxviij.di.vnde si contrafe-
cerint non debent ex delicto proprio commo-
dum reportare, vt not. in l.iij.§.j. de donat. in-
ter vir.& vxo.& in l.non fraudetur.§.nemo. ff.
de reg.iur.& in l.itaque fullo. ff.de furt.& in §.
sed nemo, & in c.legi.xvj.q.j. & vnde sunt pu-
niendi, priuilegium habere non debent, vt in
c.didicimus.xxiiij.q.j. Intellige ergo quod di-
cit d.c.sacerdotibus, vt tali clerico non subue-
niatur ab ecclesia, postquã legitimè monitus
est, vt ibidem dicitur in principio, & in c. in au
dientia, eo. tit. Cum pro hoc delicto tertio ad-
monitus ab ecclesia sit alienus, si non desistat,
vel uerius non deberet ei ecclesia subuenire in
fraude commissa in administratione, nec pecu
20 nia, nec alio auxilio, licet alias ecclesia † tenea-
tur defendere clericos oppressos ab oppressio-
ne laicorum. Et ita tenuit Ber. ut refert Taran-
ta. ubi supra in uersi. nonus casus, circa fin. qui
addendo dicit se magis credere quod proxime
dictum

dictum est, scilicet si clericus monitus nō desistat, quòd non gaudeat subuentione ecclesiæ. Et dicit sic sensisse Guil. Naso. Nec putat idem Tarantas. necessariam esse in hoc casu specialē monitionem, sed sufficere synodalem, & in synodo factam, & sic iudicaui Venetijs.

Decimus casus est in eo, qui mittit manus in clericum percutiendo in articulo angustię necessitatis, vt qui fugit inimicos persequentes volentes fugientem interficere, qui obuiando clericum equestrem petit equum, vt fugiat, quē negantem equum accommodare, proiecit de equo, & in equo sedēs fugit, & in tuto positus reddit equū: hic nō incidit in canonem. Et hāc quæstionē posuit Barth. Brix. in q. dominical. q. lxxxij. quę incipit quidam cum fugeret inimicos suos, quam etiam posuit Archid. in d. c. si quis suadente. in princ. vbi refert Tancredum tenuisse contrarium, & hunc esse excommunicatum, sed tamen nullam esse ei pœnam imponendam, quem etiam refert, & sequitur idē Bart. Brix. Sed Archid. ibi tenet contrarium. & idem tenuit Pet. de Tarantas. vbi supra, cuius verba sunt hęc. Ego sine tantorum virorum præiudicio primam sententiam veriorem puto: voluntate enim, & proposito maleficia distinguuntur, vt in c. cum voluntate. de sent. excom. & vbi deficit voluntas peccandi, ibi non est peccatum. xv. q. j. c. j. & xxij. q. v. c. sic enim. Quia vsque adeo peccatum voluntarium est, vt nisi voluntarium sit, peccatum non sit, vt ibi dicitur. Præterea cum excommunicatio in hoc casu sit pœna, non debet succedere, vbi nō processit culpa, quam in casu isto non video: item non credo aliquem sapientem dicturum talem mortaliter peccasse, ergo necesse habebit credere non esse excommunicatum. Nam cum excommunicatio sit æternæ mortis damnatio, vt xj. quæst. iij. nemo non infligitur nisi pro mortali peccato.

21 Quæsiuit etiā idem Pet. de Tarant. vtrū percutiens clericum excommunicatum incidat in canonem, & primo dicit videri, quòd non, per tex. in c. excommunicatorum. xxiij. q. v. vbi modica pœna dicitur iniungenda interfectoribus excommunicatorum, sed pœna excommunicationis est maxima pœnarum in ecclesia, ergo non est excommunicatus. Et multo minus hoc videtur, si erat excommunicatus ob iniectionē manuum, quia frustra auxilium legis inuocat, qui committit in legem, vnde vsurarius, nisi prius vsuras restituat, vsuras repetens non auditur. vt c. quia frustra. de vsur.

Præterea quomodo potest quis expelli de ecclesia pro eo, qui est extra ecclesiam. Et demum soluendo dicit saluo meliori iudicio, credo, ꝙ talis sit excommunicatus. Et ad illud c. excommunicatorum, dico quòd loquitur de penitus incorrigibili, arg. c. in audientia. de sent. excommu. & c. contingit, & c. si. Et ad illud c. quia frustra, dico quòd non est ibi magnum periculū, si interim vsurarius nō auditur: ibi enim ei differt repetitio, non tamen aufertur: hic autem, si non statim excōmunicatio incurreretur, non penitus auferetur. Nusquā enim inuenisse me mini effectum excommunicationis à iure inflictæ in pendenti esse, licet inueniatur secus in excommunicatione hominis. Ad vltimum dico, ꝙ licet talis sit extra ecclesiam quo ad communionem, non tamen quo ad intentionem, quia agnoscit ecclesia etiā in talibus signa sua, vt dicere possit vas vacuum, sed signatum. hęc ille. Sed Inno. in c. si verè. de sent. excom. ponit hanc quæstionem, & concludit ꝙ talis percutiens sit excommunicatus: quia vt dixi priuilegium est concessum ordini, & non personę, ibi vide.

22 Vndecimus casus est in eo, qui percutit clericum depositum, degradatum, & curiæ sæculari traditum, vt not. in c. cum nō ab homine. de iudi. & xvij. q. iiij. c. si quis deinceps.

23 Sed quod dicendum de deposito, non tamē curiæ sæculari tradito, idem Tarantas. ibidem dicit, quòd videtur, quòd non incurrat: quia talis non perdidit gradum clericalem, vt in c. dictum. lxxxj. di. & ibi glo. in verbo gradu amisso: quę tamen hoc nō firmat, sed dicit arg. pro illis, qui dicunt exauctoratum posse verberari: ibi vide cum glo. seq. & degradatus à sacerdotio dicitur ex presbyteratus, vt in c. accedens. l. dist. ergo non retinet ordinem arg. liiij. dist. ex antiquis, nec tenetur viuere clericaliter, vt xxxij. di. si qui veto. & lxxxj. di. c. dictum est nobis. in fi. ibi, si autem amisso gradu sæculariter viuere voluerint, & ix. q. iij. eos. dicas tamen, ꝙ nisi sit incorrigibilis, ecclesia debet eum tueri, vt in d. c. cum nō ab homine. de iudi. quod Io. cōsentit hac ratione, & alia, videlicet, quia characterem retinet, per id quod habetur. j. q. j. c. quòd quidam. & xxij. q. vij. c. licite.

Præterea in memoriam pristinæ dignitatis retinet priuilegium, vt in l. fin. ff. de decurio. & in c. ostenditur. de consecr. dist. iiij.

Sed Barth. Brix. tenuit contrarium, quando degradatus exauctoratus est, & omni priuilegio nudatus, neq; credit, quòd conficiat, quia omnem potestatem amisit, vt in d. c. dictum est nobis. lxxxj. dist. hæc ille.

De verberante clericum bigamum, satis dixi supra, de biga. & corruptarum maritis.

In omnibus autem supradictis casibus vidē
24 dum est, an tales percutientes † indigeant absolutione, an vero dispensatione: dicito breuiter, quòd clerici percussores indigent vtroq; secundum

dum distinctionem supra deductam per c. primum, & c. præsentium, & c.continentia,quę secundum do.Cardinalem continent dispensationem,& præcipuè c.præsentium. & c.continentia.& episcopus dispensabit, cui Papa scri-
25 bit,& sic in his casibus episcopis †permissa est dispensatio per illos tex.

Percutientes autem clericos gaudentes priuilegio canonis,& incurrentes pœnam ipsius canonis debet seruare formam ipsius canonis, & pro enormi lęsione accedere ad sedē Apostolicam, vt ibi dicitur, siue sint clerici verberantes, siue laici : quia huiusmodi absolutio, & omnis dispensatio in huiusmodi casibus soli Romano Pontifici reseruata est, vt ibi.

S V M M AE.

1 *Sanctitas loci ordinatur ad sanctitatem hominis.*
2 *Sacrilegium est quoddam peccatum speciale & distinctum, & est species irregularitatis.*
3 *Sacrilegium definitur.*
4 *Et quomodo committatur.*
5 *Committens publica officia iudæis committit sacrilegium.*
6 *Sacrilegus multipliciter punitur.& nu.8.& 10.*
7 *Depradantes ecclesias tempore nocturno, quomodo puniantur.*
8 *Pœna qualibet quæ imponitur à iure statutario pro furto,habet locum etiam pro sacrilegio.*
9 *Sacrilegus est ipso iure excommunicatus.*
10 *Sacrilegium impedit promotionem ad dignitatem secularem, etiam ad Imperium.*
11 *Sacrilegium an sit crimen mere ecclesiasticum vel mixti fori.*
12 *Sacrilegus à quo possit recipere dispensationem.*
13 *Episcopus pro quo sacrilegio dispensare possit.*
14 *Et quid in hæresi,& in magnis delictis occultis.*

De sacrilegis, & sacrilegiis.

QVIA ex percussionibus, & præcipuè in personas ecclesiasticas cōmittitur sacrilegium. Quod grauius est commissum in personā, quàm in locum sacrum, †cum san-
1 ctitas loci ordinetur ad sanctitatem hominis, vt dixit beatus Anto.in sua sum.parte ij.titu.j. c.xvj.§.j.de quo habetur in c. si quis suadente. xvij.q.iiij.ibi in hoc genus sacrilegij,hic subne-
2 ctam rubricam de sacrilegijs,& sacrilegis.†cū sacrilegium sit peccatum speciale, & distinctū, & sit species irreligiositatis, vt dicit B. Thom. ij.ij. quæst.clxiij. art.x.

Hæc rubrica non fuit in corpore iuris posita per compilatorem,nec summistæ posuerunt eam,tanquam satis examinata sub suis titulis competentibus, in quibus delinquentes sacrilegium incurrunt, vt de immunit. ecclesiarū. de hæret. de sent.excom.de rapto.de adulte. & stup. & similibus.

Ego autem ponam aliquos casus, in quibus sacrilegium committitur, & successiuè quærā de pœnis eorum,& dispensatione cum eis sub hoc ordine,quærens primo.

Quid sit sacrilegium.
Vnde dicatur.
Quot modis committatur.
Qua pœna puniatur.
Et quis cum sacrilegio dispensare possit.

3 Sacrilegium secundum Ray. † est sacræ rei violatio,vel vsurpatio, & dicitur sacrilegium quasi sacra lædens, sm eundem etiam omnes.
4 Committitur autem sacrilegium auferēdo sacrum de sacro:non sacrum de sacro, sacrum de non sacro. vt in c.quisquis.xvij. q.iiij. committitur etiam per violentam manum in clericum,vt in d.c. si quis suadente diabolo.

Committitur etiam,si quis, quod venerabilibus locis datur, sibi studet retinere, vt in c.sacrilegium.xvij.quæst.iiij.

Sed dic clarius secundum Ray.quòd sacrilegium committitur

Quandoque ratione personæ.
Quandoque ratione loci.
Quandoque rei.

Ratione personæ, vt cum quis verberat clericum, vel personam religiosam, vt supra.

Ratione loci, vt cum ecclesiæ, vel cimiterij, emunitas violatur.

Ratione rei, vt cum res consecrata, vel vsui sacro deputata vsurpatur: vnde circa hoc membrum distinguitur sic.vt supra distinxi, videlicet sacrum de sacro &c. Large tamen dicitur committere sacrilegium, iuris publici trāsgressor, quod consistit in sacris, sacerdotibus,& magistratibus, de quo in c. ius publicum.j. dist.

Item qui articulos fidei,& pręcepta,vel prohibitiones Dei negligendo, vel nesciendo violat, vel offendit secundum beatū Tho. in sum. tit. ij. ar.j. quod intelligendum est, quando legem Dei impugnat, sicut hæreticus.

Et quando blasphemus, ex hoc, quòd Deo non credit, incurrit infidelitatis peccatum, ex eo quòd diuinæ legis verba peruertit, sacrilegium committit.

Item committit sacrilegium, qui disputat de iudicio Principis,& præcipuè Papæ, de quo vide consil.do. Cardinalis Zaba. consil. cxliij. incip. statuit ciuitas Viterbien. nisi euidenter constaret illud esse contra Deum.

5 †Item qui publica officia committit iudæis, vt xvij.q.iiij.c.qui autem.& c.nemini. & c.cōstituit.& xij.q.ij.c.nulli. Et idem dixit beatus Tho.vbi supra. art.j.

Com-

Committitur etiam sacrilegium pauperes
in eleemosynis defraudando, vt in c. multi ædi
ficant. xij. quæst. ij.

Qui etiam mentitur, dicitur committere
sacrilegium, vt in cap. serpens decepit. de pœ
nit. dist. j. Et sacrilegium est occidere quenquã
in loco sacro, & furari vel aliquem arripere
de loco sacro, & de mandato iudicis sæcula-
ris, vt latè per beatum Thomam, secunda se-
cundæ, quæst. xcix. art. ij.

Et cognoscens carnaliter monialem, etiam
concorditer committit sacrilegium, vt dicit
glo. in cap. fin. xxvij. dist. Sed est melior tex. &
glo. in c. virginibus sacris. xxvij. q. j.

Committitur quoque sacrilegium imponẽ
do collectam non debitam, etiam secundum
leges, vt not. in l. pen. C. de sacrosanct. eccles.
Pluribus quoque modis committitur sacrile-
gium, vt not. Inno. in c. cum pro causa. de sent.
excom. & per Abb. in c. cæterum. in v. col. de
iudi. & per Lap. allega. clxvj. & per eundem
Abb. in cap. conquestus. de foro compet. & in
c. ad hæc. de relig. domi. & c. de Xenodochijs.
eo. ti. & in l. omnia. C. de episc. & cler. & c. cum
sit generale. de for. comp. & ibi Abb. circa prin
cipium. Et Io. de Ana. in rubrica de furt. & in
c. ex literis. eo. tit. & in c. j. de maled. in princ.
& Petrus de Anchar. consil. suo xv. mihi, alias
xiiij. incipi. spiritualis iudex. & idem in repet.
regulæ ea quæ. de reg. iur. in vj. Et Ægid. Bel-
lam. suo consil. xl. incipi. factum tale est, anno
Domini M. CCC. LXXXIII. §. ad ter-
tium in allegationibus domini Viuiani Tho-
mæ. committit quoque sacrilegium suscipiẽs
sacra de manu laici, vel etiam ecclesiastica, vt
dicit Card. Zaba. in c. dudũ. de deci. in iiij. col.
6 Sacrilegij autem pœna † multiplex est. Et
secundum Raynu. si personæ ecclesiasticæ fit
atrox iniuria, pœna est decapitatio secundum
leges, vt in l. si quis in hoc genus. C. de epi-
scopis, & cleric. alias iudicis arbitrio reser-
uatur pro qualitate personæ, rei, temporis, &
loci, moderanda, vt in l. lege. §. j. & l. sacrile-
gij. ff. ad legem Iul. pecul.
7 † De pœna sacrilegorum nocturno tempo-
re ecclesias deprædantium. vide per Ioan. de
Ana. in c. significasti. de homici. & in rubrica
8 de furt. dixit, quòd † omnis pœna, quæ per le-
gem municipalem imponitur pro furto, habet
locum in sacrilegio, etiam si sit pœna furcarũ.

Secundum vero canones pœna sacrilegij du
plex est, alia spiritualis, vt excommunicatio,
alia pecuniaria. Excommunicatio propter pœ-
nitentiam cum distinctione tamen, quia pro
sacrilegio in personam ecclesiasticam commis-
so est minor, quàm pro fractura ecclesiæ, de
quo est tex. in c. si quis in atrio. xvij. quæst. iiij.
& c. si quis contumax, & c. quisquis inuentus
est. & cap. si quis deinceps. Et beatus Thom.
in sum. arti. iiij. & vlt. in fi. in quibus canoni-
bus diuersæ pœnę sacrilegis imponuntur. nam
in cap. si quis in atrio, dicitur, quòd pœna fra
ctæ emunitatis ecclesiæ est pecuniaria, & sol-
uenda ecclesiæ, in c. vero si quis contumax di-
citur, quòd pœna violatæ ecclesiæ debet esse
octuaginta solidorum, cum publica pœniten-
tia. & in c. quisquis inuentus dicitur, quòd pœ
næ debent esse triginta librarum examinati ar
genti soluendarum Episcopis, vel Abbatibus,
aut alijs personis, quibus, vel ad quas sacrile-
gij quærimonia iustè pertinet. Et c. si quis de-
inceps dicit, quòd bona illius, qui percussit
Episcopum, in manus ecclesiæ tradantur, & si
presbyterum, vel clericum, pœnitentiæ, &
depositioni subiaceat, & si contumax fuerit,
excommunicetur.

Ad solutionem huius contrarietatis, & va-
rietatis. Dic, quòd diuersæ sunt pœnæ, secun-
dum diuersas cõsuetudines ecclesiarum. Ideo
Ioan. de Fribur. in fi. huius tit. de mente Vlde-
rici dicit hoc esse arbitrarium iudici. pro quo
allego tex. in terminis. in cap. si quis presbyter.
L. distinct.

Sed specialius ad pœnas sacrilegorum, de-
scendendo dicito, quòd sacrilegus est ipso iu-
9 re excommunicatus, † si est incendiarius, vel
violator ecclesiæ, secus in alijs, vt in cap. tua.
de sent. excom. & cap. conquesti, & cap. om-
nes, & ibi glo. xvij. quæst. iiij. dixi supra, de
incendiarijs: vide Ioan. de Ana. in c. ex literis.
in v. col. de furt. vbi idem tenet, quòd sacrile-
gus non sit ipso iure excommunicatus.
10 † Sacrilegium quoque impedit promotio-
nem ad dignitatem sæcularem etiam ad Impe-
rium, vt in c. venerabilem. de elec. & in aliqui-
bus casibus inducit depositionem, vt lxxx. dist.
cap. Apostolus.

Itẽ impedit promotionẽ ad ecclesiasticã, vt
ibidem, & est etiam glo. in c. nõ in perpetuum.
xxiiij. q. ij. Itẽ impedit promotos in minoribus
ordinibus ad altiores promoueri, vt in cap. si
quis presbyter. L. dist.

Quæ autẽ sit pœna sacrilegij secundũ leges,
vide in l. sacrilegij capite. & ibi glo. & Bal. ff. ad
leg. Iul. pecul. & l. diuus Seuerus, & ibi Bar. eo.
tit. vbi ponuntur ea, quæ requiruntur, vt secun
dum leges fiat sacrilegium.

Sed iuxta proximè dicta quæro, an sacrile-
11 gium † sit crimen merè ecclesiasticum, an mi-
xti fori? Hostien. in cap. cùm sit generale, de
foro compe. & alij post eum dixerunt esse de
sui natura ecclesiasticũ. fallit vbi agitur ad pœ-
nã corporis afflictiuam: ideo dicunt esse mixti
fori. de quo vide per Abb. in c. si clericus laicũ.

de for.compet.& in c.cæterum. de iudi. in vj. col. & in d. c.cum sit generale. & in cap. quisquis. xvij.quæst. iiij. vbi bon.text. Domini de parlamento Delphinati in decisionibus suis, decisi. clxxviij. incip.si iudex laicus tenuerunt iudicem sæcularem inter laicos posse de hoc crimine cognoscere tanquam de crimine communi, & mixti fori.

12 De vltimo autem, videlicet quis cum sacrilego † dispensare possit, dicito, quòd sicut plures sunt species sacrilegiorum, ita & dispensationum circa eas: nam in aliquibus casibus solus Papa dispensat, vt in casu c.fœlicis, in vj. Et cle. si quis suadente diabolo. de pœnit. primo responso. & idem in enormi, graui, & violenta manus iniectione in clericum, vel monachum d.c.si quis suadente. xvij. quæst.iiij. Et idem in incendiario ecclesiæ, vel loci sacri, si est denunciatus, vt supra dixi de incendiarijs. Idem in fractore ecclesiæ, similiter postquàm est denunciatus, fallunt hi omnes casus in articulo mortis constituto, cum quoquilibet sacerdos absoluit, & dispensat, etiam super irregularitate, & idem dicito in omnibus alijs casibus, in quibus solus Papa absoluit.

In alijs autem specialiter sedi Apostolicę nō reseruatis episcopus dispensat, vt cum incendiarijs non publicatis, seu denunciatis.

Pro simplici autem sacrilegio, videlicet nō qualificato, puta furto de ecclesia, vel in ecclesia, de re sacra vel non sacra episcopus dispensat, vt dicit tex. in terminis in d.c.si quis presbyter. L. dist. ibi in iudicio, tamen episcopi dimittendus est, & ibi glo. dicit, quòd episcopo permittitur dispensare in sacrilegio, & in hæresi, & etiam in magnis delictis occultis: allegat, c.de his.ea.dist. fallit nisi sit magnum sacrilegium, & enorme, vt xij.quæst.ij. c.de viro, & quia dixit de occultis, intellige de non publicis, vel intellige in foro conscientiæ, propter ea quæ sæpius supra diximus, videlicet quòd occulta delicta non indigent dispensatione, quia non irrogant irregularitatem, vt in c.erubescant.xxxij.dist.& Innoc.in c.tanta.de simo. in fi. & glo. in c.fi.de furt.& ibi Io. de Ana. & glo.in c.ex pœnitentibus. L. dist. in verbo non procedit.

SVMMAE.

1 *Qui maledixerit Deo suo, portabit peccatum suū.*
2 *Qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur.*
3 *Absenti non detrahes.*
4 *Blasphemans nolens pœnitere, priuatur Ecclesiastica sepultura.*
5 *Blasphemia, & maledictio aliquando etiam est in spiritum sanctum.*
Aliquando tamen est meritorium.
6 *Maledicorum duo sunt genera.*
7 *Maledicus dicitur etiam ille qui blasphemat.*
8 *Dispensatio an admittatur cum maledicis, & blasphemis.*
9 *Blasphemare publicè, qui dicatur.*
10 *Confessio facta cum impedimento vini non praeiudicat.*
11 *Ebrij æquiparantur sepultis.*
12 *Dormiens furioso æquiparatur.*
13 *Peccata, quæ absque deliberatione committuntur, non sunt mortalia.*
14 *Peccata, quæ fiunt mente alienata, non sunt imputanda, quia ex voluntate proueniunt.*
15 *Primi motus non sunt in potestate hominis.*
16 *Lex indeterminata, seu pœna imposita, non potest tolli ab inferiore legislatoris.*
17 *Episcopus non potest dispensare contra canones, cum dispensatio sit contra ius.*
18 *Episcopus potest dispensare in casibus nouiter emergentibus & necessarijs, in quibus alias non posset dispensare.*
Et ex magna causa potest quem famæ restituere.

De maledicis, & blasphemis.

1 HOMO †qui maledixerit Deo suo, portabit peccatum suum, & qui blasphemauerit nomen domini, morte moriatur. Lapidibus opprimat eum omnis multitudo populi, siue ille ciuis, siue peregrinus fuerit.

2 † Qui blasphemauerit nomen domini, morte moriatur. Leuit.xxiiij. & Leuit.xix.

3 Surdo non maledices. i. † absenti non detrahes. & xj. quæst.iij. c.cum in tantis, vbi bo. tex. Gregorij, hodie vero secundum Canones

4 blasphemus Dei † nolens pœnitere priuatur ecclesiastica sepultura, vt est tex.c.statuimus. de maled.in fi.& dixi supra de sepult.

5 † Blasphemia enim & maledictio interdum etiam est peccatum in spiritum sanctum, vt copiosè per beatum Thom.secunda secundæ, q.

6 xiij. & xiiij. per totum. † Interdum etiam est meritorium, iuxta illud Gregor. in Moral.lib. iij. dicentis, quòd sancti viri non ex voto vltionis, sed amore iustitiæ aliqua maledixerunt, de quo transumptiuè in cap. cum sancti.xxiij. quæst.iij. Ideo glo. fin.in cap.in nomine domini. xxiij.dist.dixit, quòd maledicere interdum nō est peccatum, quia maledicorum duo sunt genera allegans d.c.cum sancti.

Et attende, q̃ licet rubrica decretalium dicat, de maledicis, tamē in ea includitur blasphemia & etiā maledicto facta Deo, vel sanctis eius, vt patet in diuersis capitulis sub hac rub. in q bus ponitur

ponitur de blasphemis, vt patet in cap. statuimus, vbi maledicus appellatur blasphemus: pro quo etiam facit, quia ibi dicitur maledicus non solum imprecator mali, sed etiam mali enunciator, vt est detractor, vt patet ibi in

7 glo. in c. j. eod. tit. † & sic maledicus assumitur pro quocunque maledicente: & consequenter etiam ibi sumitur blasphemus pro quocunq; dicente mala de Deo, vel sanctis eius enunciatiuè.

Vt proprie est blasphemus, & imprecator mali, vel detestator loquens detestatiuè, siue deprecatiuè. Et dicitur esse proprie maledicus: sumitur etiam blasphemus iuxta vulgarē vsum loquendi pro ipsa blasphemia probata, quæ cō uertitur cum iuridica, vt intelligamus, quòd legislator collusit locutioni vulgari, quæ locutio descendit à iuridica, dixi de maledicis, & blasphemis, attētis his, quæ dixit Host. in summa huius tituli, in principio primi §. & beatus Thom. secunda secundæ, quæst. lxxvj. arti. j. dicit, quòd maledicere idem est, quod malum dicere, & de hoc, & tota materia vide copiosius per beatum Anto. Flor. in sua sum. parte ij. tit. vij. c. v. & c. vj. per totum.

Summistæ, vt Goffr. Ray. Friburgo, & antiquiores ponunt quis dicatur maledicus.

Quot sunt genera maledicorum.

Qui admittantur ad accusationē cuiuslibet.

Et qualiter quodlibet genus maledicorum puniatur. De quibus etiam copiosius theologicè per beatum Tho. vbi supra. & secunda secundæ. quæst. lxxvj. per totum, non tangentes tamen qualiter cum eis dispensetur, & per quē vel quos, excepto Hosti. vt infra dicemus. Et illis dimissis, quæ per eos dicta sunt, hic deducemus ea, quæ ad materiam nostram dispensationum conueniunt, vnice quærentes,

8 † Vtrum cum maledicis, & blasphemis sit locus dispensationi. Et videtur dicendum, quòd non, propter tex. in c. statuimus. eo. tit. in fi. ibi nullam in hoc misericordiam habituros.

Sed distinguendum est, quòd maledicus, siue blasphemans, aut est clericus, aut est laicus.

Item, an blasphemia fuit publica, an secreta, & occulta.

Item an calore iracundiæ, furore, vel ebrietate sit prolata blasphemia, vel maledictio.

Aut deliberate, & pensate.

Primo casu tex. in d. c. statuimus, non habet locum, quia clericus non agit publicam pœnitentiam, vt not. in c. j. de biga. & tex. in c. ex poenitentibus. l. dist. & tex. in d. c. statuimus. in versi. temporalem. dicit, quòd debet puniri per iudicem temporalem pœna pecuniaria, sed cōtra clericos non recurritur ad iudicē sæcularē.

Punitur ergo clericus in casu maledicentię, vel blasphemiæ, pœna arbitraria, & sic pœna criminis stellionatus. Posset tamen blasphemia, & maledictio esse adeò atrox, quòd induceret etiam depositionem, vt videtur innuere tex. in c. si quis per capillum. xxij. quæst. j. ita dixit Sicul. in d. cap. statuimus. sed fuit originale dictum Hostien. in lectura, quæ refert & sequitur etiam do. Cardinalis ibidem, quem Sicul. in hoc non refert, nec allegat.

Si vero laicus erit locus d. constitutioni. c. statuimus.

Secundo casu, si blasphemia fuit publica, punietur pœna dicti canonis: si secreta, & occulta, poterit per presbyterum absolui, vt de pœnit. & remiss. c. omnis vtriusque sexus. secundum omnes, & præcipuè do. Cardinalem in d. cap. statuimus. in ij. col. in princ. qui dicit, quòd potest etiam intelligi in foro non pœnitentiali, vnde putat per cap. Deus qui. de pœnit. di. prima. quòd si maledicus vel blasphemus etiā publicus recuset subire pœnitentiam, de quā in d. c. statuimus. debebit in aliam pœnam cōmutari. sed in foro iudiciali indistinctè stari oportet illi textui. Ideo, ne erres, intelligas de publico maledico, vel blasphemo non delato, vel accusato episcopo, vel iudici sæculari in vim statuti, de quo in d. tex. alias esset cōtra tex.

Et quis dicatur publicè blasphemare, vide do. Cardinalem in d. c. statuimus. in ij. col. in j. quæst. qui refert Hostien. dixisse, quòd publicè blasphemare dicitur, qui in platea, vel camera multis audientibus blasphemat, per quos refertur episcopo.

Vel secundum eundem Hosti. dicitur publicus blasphemator, quando est vulgarissimus, & ex hoc peccato multi scandalizantur.

Tertio casu, si calore iracundiæ, furore, vel ebrietate, do. Cardinalis dicit Abb. antiquum, quem etiam refert Sicul. in d. c. statuimus. tenuisse pœnam dicti canonis non habere locum licet grauiter peccauerit, pro quo dicit facere tex. illum ibi, relaxare præsumpserit; quod sonat calorem, & iracundiam, vel vino nescir,

10 quid agat. † Cum confessio etiam tunc facta non præiudicet, vt dixit glo. singularis, in c. ex literis. de diuor.

Et dicit idem Sicul. quòd hoc dictum satis sibi placet, arg. l. omne delictum. ff. de re milit. vbi dicit esse tex. not.

Sed in accenso calore iracundiæ forte non procederet secundum eum, nisi maximus esset calor iracundiæ: & ex iusta causa prouocatus, argu. l. si adulterium. §. imperatoris. ff. de adulteriis.

Secus autem, si ex iniusta causa erat prouocatus, vt puta ex amissione facta in ludo, quia tunc dabat operam rei illicitæ, vt notatur

in cap. inebriauerunt filiæ Loth. xv. quæst. j.
hæc Sicul.ibi.

Sed contra hoc videtur cótrarium determi-
natum Leuit.v.in fi. vbi dr̃ aĩa quæ peccauerit
per ignorantiam, feceritq́; vnum ex his, quæ le
ge domini prohibentur, & peccati rea intelle-
xerit iniquitatem suam, offeret arietem imma
culatum de gregibus sacerdoti iuxta mensurã,
extimationemq́; peccati, qui orabit pro ea,
quia nesciens fecerit, & dimittetur ei, quia per
errorem deliquit in dominum.

Ebrius autem æquiparatur ignoranti: Igno
rans autem puero, qui quicquid videt, ignorat.
11 †Quinimmo ebrij æquiparãtur sepultis, & sic
mortuis. Mortui autem non possunt peccare.
12 Sicut dicimus de dormiente, †qui furioso cõ-
paratur: vt not. in l.j.§.adipiscuntur. ff. de acq.
poss. Ideo non peccant, & idem dixit glo. sum
mæ.vj.dist. quæ bene declarat hunc casum, pro
primo, & vltimo est tex. Ambrosij in lib. de Pa
triarchis. & transumptiuè in c. sanè diximus.
xv. q.j. Sane diximus vitandam ebrietatem,
per quam crimina cauere non possumus: nam,
quæ sobrij cauemus, per ebrietatem ignoran-
tes committimus. Nesciunt quid loquantur,
quinimmo qui vino indulgent, iacent sepulti,
Ideoq́; siqui per vinum deliquerint apud sapiẽ
tes iudices venia quidam facta donantur, sed
leuitatis damnantur authores.

Pro secundo est tex. in l.j. C. de fal. mon. vbi
dicitur, quòd quicquid videt talis ætas, ignorat.
13 † Præterea peccata, quæ absque deliberatiõ
nẽ committuntur, non sunt mortalia. Quia
vsque adeo peccatum voluntarium est, vt nisi
voluntarium sit, peccatum non est: dicit tex. in
c.j. in princ. xv. quæst.j. vbi dicitur quòd secun
dum Augustinum, in libro primo Retracta-
tionum, quòd voluntas est animi motus ad ali
quid imitandum, vel non imitandum, vel adi-
piscendum: & Gratianus ibi dicit, ꝙ hoc pro-
pterea dictum est, vt hac definitione volens à
nolente discerneretur. Sed quæ mente aliena-
14 ta fiunt, non sunt imputanda, †quia ex volun-
tate peccata procedunt, quæ voluntario, & vo
luntatis mentis arbitrio, & delinquendi pro-
posito committuntur. vnde glo. in c. cum ergo,
in verbo distinguendum, dicit, quòd qui ex
pertinacia maledicit, punitur, qui ex temerita
te, vel leuitate, meretur veniam, quia veniali-
ter peccat, qui ex insania, miseratione dignus
15 est: quam vide. Propter quod dicimus, †quòd
primi motus non sunt in potestate hominis,
nec sunt peccata mortalia, quia deliberationẽ
rationis præcedunt: sed blasphemia quandoq́;
absque deliberatione procedit, ergo non sem-
per est peccatum mortale, quia dupliciter po-
test absque deliberatione procedere ex surre-
ptione vno modo, quòd aliquis non aduertat,
hoc quod dicit esse blasphemiam, quod potest
contingere, cum aliquis subito ex aliqua pas-
sione in verba imaginata prorumpit, quorum
significationem non considerat, & tunc est pec
catum veniale, & non habet proprie nomen,
nec rationem blasphemiæ. Alio quando aduer
tit hoc esse blasphemiam consideras significa-
ta verborum, & tunc non excusatur à peccato
mortali, sicut nec ille, qui subito motu iræ ali
quem occidit iuxta se sedentem: hæc omnia
beatus Tho. ij.ij.q.xiij. articulo ij. per totum.
Ex quibus videtur posse inferri contra Sicu. ꝙ
siue in ludo dolore amissionis, siue ebrietate,
siue alio calore iracundiæ, si non ex proposito,
quòd semper sic peccans sit excusabilis, tan-
quam ignorans, quid faciat, & sic non incidat
in pœnam dicti canonis statuimus, nec indi-
geat dispensatione, sed absolutione tantum à
suo sacerdote, quia leuitate ad instar ebrij iux
ta d. tex. c. sanè. in fi. ibi, sed leuitatis damnan-
tur authores.

In illis autem, qui ex proposito blasphemãt,
vel maledicunt, extenditur ille canon statui-
mus propter verbum præsumpserit, vt supra.

Et inquantum Host. quem referunt, & cum
eo trãseunt do. Cardinalis, & Sicul. dixit, quòd
si blasphemans esset persona nobilis, vel hono
rabilis, quam non decet sic publicè pœnitere,
& vult pœnam huius canonis eleemosynis re-
dimere, quòd eo casu poterit adhiberi miseri-
cordia cum eo.

Sed dici posset hoc dictum Hosti. non pro-
bari iure pluribus rationibus: prima, quia im-
mo qualitas personæ peccantis aggrauat pecca
tum, vel potius peccantem, quia quantitas
peccati pensatur secundum qualitatem peccan
tis, dicit tex. in c. quisquis. xxiiij. quæst.j. & in
c. gloria. xij. quæst. ij. & c. mouet. xxij. quæst. j.
16 & c. nuptiarum. xxvij. quæst.j. † Quia vbi à le-
ge, vel canone imponitur certa, & determina-
ta pœna indistinctè, vt in casu d. c. statuimus,
in quo pro eodem delicto imponuntur duæ
pœnæ copulatiuè, videlicet publicæ pœniten-
tiæ, & pecuniaria. Inferior legislatoris illam
non tollit, nisi sibi specialiter concedatur, vt
not. in l. j. §. primo. ff. ad Turpil. & glo. cum
tex. in c. si quem pœnituerit. ij. quæst. iij. in ver
bo voluntati, & ibi in tex. pœnæ vero persecu-
tio non eius voluntati mandatur, sed legis au
thoritati reseruatur. Et copiosè per do. meum
Fel. in cap. qualiter & quando. el secondo, in
§. ad corrigendos. in v. col. ante finem, de ac-
cusa. post omnes. Nam si Papa voluisset tem-
perare talem pœnam respectu nobilium, &
honorabilium personarum, bene sciuisset di-
cere, iuxta illud c. de multa. de præbend. in fin.

ibi,

ibi, circa sublimes vero, & literatas personas, vbi Papa expressit respectu personarum. Sed ex eo quod in d.c. statuimus. non dixit, nec nos dicere debemus per c. si Romanorum. xix. dist. l. de precio. de publici. cum simil.

Nec sufficit dicere, ꝙ ex quo Papa in tex. cōmittit executionem episcopo, & sibi non reseruauit dispensationem, ꝙ sit permissa episcopo, quia non sequitur, ꝙ cōmittendo executionē concedat dispensationem, ex quo expressit pœnam determinatè in canone, & sic est pœna legis, quæ per inferiorem legislatoris tolli nō potest, vt supra dixi. Dictum tamen ipsius Hosti. est æquum, & continet æquitatem.

Et pro confirmatione præmissorum Andr. Sicul. in c. at si clerici. in §. de adult. in xvj. col. circa medium dixit, ꝙ quando lex imponitur episcopis, dispensatio per episcopos fieri non potest, sed in casu d.c. statuimus, propriè imponitur lex episcopo loci, vt in tex. ibi per episcopum suum, & ibi coactione episcopi, ergo epš non poterit dispensare, sed solus legislator.

Et Bal. in eo. c. at si clerici dicit, ꝙ vbi lex aut statutum iubet certam pœnam imponi pro delicto, non potest dispensari, & allegat, quod habetur in auth. de iudi. in §. oportet.

Si vero non arctat iudicem ad imponendū certam pœnam, & tunc iudex siue ordinarius, siue delegatus dispensare potest, antequàm pœna ordinaria sit imposita, sed post definitionē nō potest: allegat. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his, qui not. infa.

Præterea dixit tex. in c. ꝙ super, de maior. &
17 obed. † ꝙ contra canones non potest episcopus dispensare, quia dispensatio est contra ius, vt sæpius diximus, & Inno. in d.c. dilectus. de tēpo. ord. luculenter posuit in quibus casibus episcopi possint dispensare, ad quem omnes se remittunt.

Do. Cardinalis simpliciter trāsit cum Host. Et idem And. Sic. in d. §. de adult. in xvj. col. circa mediū dicens, per hæc verba, videlicet. Plus videtur mihi dicendum, ꝙ etiam si esset casus reseruatus, de quibus habetur per glo. in c. ij. de pœni. & rem. in vj. tamē ex causa necessaria de nouo insurgente posset episcopus dispēsare, arg. l. si hominem. ff. mandati. & arg. eius quod dixit Bal. in l. omnes populi. de insti. & iur. vbi voluit, quòd episcopus facere possit constitutionem contra ius canonicum in tali casu, multo fortius dicemus, ꝙ poterit dispensare in foro pœnitentiæ sacerdos: hæc ille ad literam.

Sed videtur variare valde in conclusione respectu primi dicti, in quo locutus est de episcopis, & in fi. dicit de sacerdotibus, & in foro pœnitentiæ, sed Abb. Sic. in d.c. at si clerici. tenet
18 ꝙ † ex causa nouiter emergenti, & necessario potest episcopus dispensare in casibus alias sibi non permissis. Et Bal. in c. cum te, de re iud. dixit, quòd episcopus ex causa potest aliquem ex magna causa restituere famæ, pro quo faciūt not. in c. suggestum. de deci. & in c. ad hæc. de cler. non resi. & in l. ex facto. de vulg. & pupil. Sed pro his omnibus allego tex. Isidori in cap. sciendum est. xxix. dist. vbi dicitur, quòd sciendum est, quòd pleraq; capitula ex causa, ex persona, ex loco, ex tempore consideranda sunt. nā non debet reprehensibile reputari, si secundū varietatem temporum statuta variantur humana, dicit tex. in c. non debet. de consang. & affi. in princ. præsertim cum vrgens necessitas, vel euidens vtilitas id exposcit, vt ibi, Cum maledicis ergo publicis ex magna causa episcopus dispensabit. De hac materia tractatur xlvj. dist. per totum, & j. q. vij. c. si quis omne. prope fin. & in c. vniuersitas. de sent. excom. & lxxxvj. di. c. non liceat. & xxxv. dist. c. ante omnia.

SVMMAE.

1 *Suspenditur persona quandoque ab officio, quandoque à beneficio, & quandoq; ab vtroq; & q̃uo.*
2 *Depositio dicitur perpetua suspensio ab officio.*
3 *Ordinatus qui est in maiori excommunicatione, an sit suspēsus ab illo tantum ordine quem in excommunicatione suscepit, an vero ab omnibus alijs quos prius susceperat.*
4 *Et quid in suscipientem ordinem in minori excommunicatione.*
5 *Excommunicatus an semper celebrans efficiatur excommunicatus.*
6 *Quid si constitutus in minoribus legat epistolam nō solenniter in missa non solenni.*
7 *Excommunicatus tenetur dicere horas, cum hoc sit onus & seruitus.*
8 *Pœna non habet immunitatem.*
Neq; delictum quicquam habet commune cū uenia.
9 *Monitio pœnæ imponendæ excommunicato celebranti an præcedere debeat.*
10 *Celebrans ignorans se esse excommunicatum, an efficiatur irregularis.*
11 *Et quid in his qui credunt se excommunicatos cum non sint, distinguitur.*
12 *Veritas prœualet opinioni.*
13 *Lex peccati, & lex promotionis differunt.*
14 *Committens se periculo peccati mortalis, peccat mortaliter.*
15 *Factum, & voluntas requiritur in lege promotionis non opinio.*
16 *Excommunicatus qui prætendit iniustè se esse excōmunicatum, an celebrans efficiatur irregularis.*
17 *Excommunicatus iniustè dicitur excommunicatus, sicut etiam dicimus, quòd.*
Absolutus iniustè est absolutus.

18 *Probans sententiam excommunicationis iniustam, non est cogendus ad aliquam satisfactionem.*

19 *Sententia pastoris nostri siue iusta siue iniusta tenenda est.*

20 *Excommunicatus, suspensus, interdictus, vel depositus, an benedicendo mensam vel legendo ad illam efficiatur irregularis.*

Et an in necessitate solenniter possit baptizare.

21 *Excommunicatus an in diuinis possit se immisceri, nouem casus figurantur ad videndum an se immiscens irregularis efficiatur.*

22 *Sciens secrete te esse excommunicatum, te hoc ignorante, vel etiam sciente, si sim in Ecclesia vbi diuina celebrantur, et possum exire te nõ vidente vel sciente, sed ignorãte quòd propter ipsum exeo, an exire tenear.*

23 *Celebrans videns excommunicatum an teneatur cessare à celebratione.*

24 *Interdictus celebrans an efficiatur irregularis.*

25 *Quid de suspenso, & declara vt num. seq.*

26 *Quid de fornicatore notorio vel simoniaco.*

27 *Quid de deposito. & num. 29.*

28 *Episcopus in omni casu potest dispensare quando est multitudo delinquentium.*

29 *Degradatus an celebrans efficiatur irregularis.*

30 *Episcopus an possit dispensare cum deposito ab omnibus ordinibus, vel ab vno tantum.*

31 *Et an cum suspenso à iudice.*

32 *Dispensatio cum deposito à quo concedatur vel ab Episcopo, vel à solo Pontifice.*

33 *Præses prouinciæ nõ potest restituere quẽ dãnauit.*

34 *Episcopus quomodo cum deposito dispenset.*

35 *Depositus ex iusto crimine non potest restitui nisi à solo Pontifice, vel à Synodo de mandato ipsius legitime congregato.*

De Clerico excommunicato, deposito, interdicto, vel suspenso ministrante.

IN PRIMIS notanda est differẽtia inter ista nomina: Nam proprie excommunicatur persona, vt in c. engeltrudam. xj. q. iij. & in c. ex parte, de verbo. sign.

1 † Suspenditur persona quandoque ab officio, quandoque à beneficio, quandoq; ab vtroque, vt in c. presbyter. ij. q. v. & in c. inter sollicitudines. de purg. cano. de quo latius dicemus infra de sen. suspensionis.

Interdicitur locus, vt prouincia, diocesis, ciuitas, castrum, ecclesia, regnum, vt in c. cum in partibus. de verbo. signif. Interdum tamen vnum pro alio ponit, quia & persona dicitur interdicta, & ciuitas excommunicata. vt in c. cum & plantare. de priuil. Et in c. responso nostro. de sent. excom. vt dicemus latius infra, de sententia interdicti.

2 Depositio autem dicitur perpetua suspensio ab officio, vel beneficio, vt not. in c. j. hoc eo. tit. Et de his omnibus seriosius dicam infra de sent. excom. vbi melius cadet materia, cum in hoc tit. agatur de impedimentis personæ celebratoris.

Sciendum est itaq; de excommunicato, quod aut recepit ordinem in excommunicatione cõstitutus, aut celebrat.

Si ordinem, distingue, aut in maiori, vel minori excommunicatione, si in maiori, etiam distingue secundum Innoc. in c. cum illorum. de sent. excom. vbi dixit, quod tales aut scienter, aut ignoranter se excommunicatos ordines suscipiunt, vel factum scientes, sed iuris ignari nesciunt exinde se teneri primi, si fuerint sæcolares, sunt perpetuò deponendi à susceptis ordinibus, pro quo facit tex. in c. latores. hoc eo. tit. Et idem dicito de iure in beneficijs in excõmunicatione obtentis, vt in c. postulastis. in princ. eo. titu.

In reliquis autem casibus solus Papa dispensat, ita quod tam Archiepiscopi, quàm episcopi absque speciali mandato sed. Apost. non possunt dispensare, sm Petr. de Pal. & Tarant. hoc eo. titu. in princ. Si autem sunt claustrales ab executione ordinis, & officij sic suscepti sunt suspẽsi.

In alijs autem duobus casibus pensata monasteriorum vtilitate. Et post iniunctã, & peractam regularem pœnitentiam Abbas poterit dispensare, nisi graue, & enorme fuerit, siue notabile factum, aut is, qui fecit sit adultus, & discretus, vt sit violenta præsumptio contra eum de obliuione, vel ignorantia, vt in d. c. pro illorum. de sent. excom. Et in eo, quod dictum est, quòd obliuione, vel ignorantia præsumitur, dicit Gul. quod debet intelligi, quando agitur in forma iudicij contra eum, quem dicit ignorasse, vel non meminisse ad impediendam dispensationem faciendam, vel factam, dicit non valere, si autem in secreto confiteatur in foro pœnitentiali, & sacramentali dicens obliuionem, vel ignorantiam, debet ei credi; cum in facto suo in tali foro cuilibet credatur: poterit tunc Abbas dispensare, si tamen talis sit confitens, de quo non sit suspicio, vt in confessione mentiatur.

Sed quid dicemus de alijs claustralibus, qui non habent Abbatem, sed priorem, vel alium prælatum. Idem dicito, si sit prælatus conuentualis; quia secus in non conuentualibus, vt in prioribus, qui ponuntur per Abbates in prioratibus non conuentualibus.

Et quia supra dixi in beneficijs acqsitis in excõmunicatione locũ esse huic pœnæ, attẽde, quod

hodie

hodie cancellaria apostolica apponit in om̃bus literis gratiarum,& prouisionibus, vel mandatis de prouidendo clausulã absolutionis ad effectũ, & idẽ fit in supplicationibus,& primus baculus in eis est sẽp clausula absolutionis ad effectũ, quã cãcellaria postea ponit extẽsiuè à iure, vel ab hõie, q̃uis causa, vel occasione latis sub hac verborum formalitate, videlicet ipsumq; P.quibuscunq; excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq; ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis causa, vel occasione latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dũtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutũ fore censentes, ex qua clausula hodie hæc quæstio cessat, quam clausulam cancellaria non ponebat vsq; ad Pontificatum Pauli Secundi inclusiuè; vt vidi: à tempore aũt Sixti citra semper indifferenter ponitur.

Sed retentis primis terminis, quia illa decretalis per illorũ loquitur de illis, qui inciderant in canonem propter violentam manuum iniectionẽ in personam ecclesiasticam ordinandis, vel non, quæro, an idem sit de iam ordinatis sub alia excommunicatione maiori citra iniectionem manuum? credo, quòd sic per tex. in c. postulastis. hoc eo. tit. in princ. vbi videtur expressum, quòd sic.

3 Modo quæro nunquid, qui† ordinatus est in excommunicatione erit suspensus ab illo tantum ordine, quem in excommunicatione suscepit, an vero ab omnibus alijs, quos prius legitimè susceperat? Et videtur dicendum, ꝙ ab omnibus, quia reus vnus est reus omnium peccatorum. Nam qui in vno ordine suspensus celebrat excommunicatus, vel suspensus, in omnibus irregularis efficitur.

Sed solui potest, ꝙ cũ hęc iuris positiui sint, in quibus pœnæ sunt restringendæ, non extendendæ. In illo solo ordinè erit suspensus, & irregularis, quem excommunicatus suscepit, & hoc videtur dicere illa decretalis pro illorum, ibi, ab executione suscepti ordinis, & officij decernimus manere suspensos. per quæ verba innuitur, quòd ab executione aliorum non sit suspensus: non. n. dicit ordinum, & officiorum in plurali, sed ordinis, & officij in singulari. Et hoc confirmat verbum suscepti sequens supplendo sic, suscepti in excommunicatione, & hoc videtur planum. de hac quæstione dixi supra de simonia in ordine.

Sed continuando quæro, nunquid, quod hic dicitur habeat locum in ordinibus sacris tantum, an verò ẽt in minoribus ordinibus in excõicatione maiori susceptis? credo indistinctè, ꝙ sic, nec sit distinguendũ inter sacros, & minores quantum ad irregularitatem contrahendam, & dispensationem sedis Apostolicæ, quia dic. decretalis cum illorum, nõ distinguit, nec nos distinguere debemus. xix. dist. c. si Romanorum. l. de pretio de publici. Nam Papa si secus intellexisset, facilè dixisset, & distinxisset.

Et quia dixi supra in excõmunicatione maiori, quæro† quid de recipiente ordinem in minori excommunicatione constitutus an idem 4 sit, quod in maiori? credo, ꝙ non, per tex. in c. si celebrat. hoc eo. ti. Nec obstat, ꝙ ibidẽ videatur. arg. contra. in eo, ꝙ dicit, ꝙ à perceptione sacramẽtorum à sanctis patribus est remotus: ordo. n. sacramentum est, sed potest dici, ꝙ ibi loquitur de sacramentis altaris, vt Eucharistię, non autem de sacramentis ecclesiæ, vt est confirmatio, pœnitentia, ordo, & extrema vnctio.

Credo tamen, ꝙ siue irregularis sit, siue nõ, ꝙ in hoc casu Episcopus potest cum tali dispẽsare, cum non inueniatur prohibitum.

5 Vlterius† quæro, an indistinctè quilibet excommunicatus celebrans, efficiatur irregularis? credo esse distinguendum, vtrum in minoribus ordinibus erat constitutus, an in maioribus: si in minoribus, dici potest, ꝙ siue celebret cum solẽnitate, siue nõ, ꝙ sit irregularis, quia tex. in c. si quis Episcopus. el j. & ij. xj. q. iij. vbi de hoc loquitur de diacono, & supra, & nõ de minoribus, & idem dicendum est de subdiacono, cum hodie sit sacer ordo, licet non tunc, cũ hodie in multis parificentur, vt in c. erubescãt. xxxij. dist. & in c. à multis. de æta. & qual.

6 Sed† quid si in minoribus constitutus legat epistolam non solemniter, sed in missa priuata sine solemnitate? Cum etiam laicis de consuetudine permittatur sic legere, ac etiam lectiones legere in choro: Credo idem, vt supra. Et idem etiam videtur posse dici, si sacerdos, vel diaconus taliter absq; solemnitate legeret epistolam, quod expresse tenuit Pet. de Taran. hoc eo. ti. de mente cuiusdam fratris Guil. de Rhemis, Doct. antiqui, quem refert ita tenuisse in summa de sent. excom. addens, ꝙ etiam si dicatur, ꝙ tam in hoc casu, quàm in præmissis incurratur irregolaritas, credit tamen, ꝙ Episcopus possit cum talibus dispensare, cum non inueniatur prohibitũ, vt supra dixi, sed non supra irregularitate, quia solus Papa hoc potest; de hoc plenius dicam infra de sent. minor. excõ.

Si autem in maioribus ordinibus constitutus quis excommunicatus celebrat, distinguẽdum puto, vtrum maiori excommunicatione, an minori fuerat innodatus: si maiori, subdistinguitur, vtrum in modum priuati suffragij dicat horas suas extra ecclesiam, aut officiãdo in ecclesia, primo casu nec peccat, imo potius ad illud tenetur: legendo. n. non cantando, & sic submissa voce, vt a nemine audiatur, potest

&

7 & debet† dicere horas ad quas excõmunicatus
teneiur, cũ hoc sit onus, & seruitus, vt in c.j.
de celeb. miss, ideò hoc onus non tollitur, alias
ei excommunicatio prodesset, quod esset ini-
quum, vt ei prosit sententia, contra quem lata
est, vt in l. euidenter. ff. de excep. rei iudi.
8 Et† pœna non habet immunitatem. l. relega
torum. §. fi. ff. de interdic. & releg. Nec aliquid
commune habet delictum cum venia. l. Papi-
nianus. ff. de minor.

In secundo vero casu. s. quando solemniter
celebrat, iuxta solitã consuetudinẽ, & vt prius;
debet deponi, vt in c. si quis Episcopus damna
tur. xj. q. iij. vbi gl. dicit, q Episcopi nõ possunt
dispensare cum talibus, qui post excõmunica-
tionem celebrant, cum nec concilium hoc pos
sit: tamen signat ibi contrarium de concilio, &
in c. illud. & c. fraternitati. hoc eo. tit.

Distinguitur tamen, verum regulares sint,
an sæculares, quia alia pœna imponitur sæcula
ribus, & alia regularibus: nam sæculares eccle-
siasticis beneficijs sunt priuandi, regulares ve-
ro vtriusq; sexus in arctioribus monasterijs ad
pœnitentiam peragendam detrudendi sunt, vt
in d. c. postulastis. & c. fi.

9 Sed† quæro, an monitio huius pœnæ impo
sitionẽ debeat præcedere, & videtur dicẽdum,
q sic, per tex. in c. clerici. hoc eo. ti. ibi, nisi mo-
niti, sed illud intelligi debet quantum ad dispẽ
sationem, non quantum ad depositionem. s. q
qui post monitionem talia facere præsumpse-
rint, absq; vlla spe dispensationis perpetuo de
positi maneant, crescentem cõtumacia, cresce
re debet & pœna. Auth. quoniam frequenter.
vt lit. non contest. in §. fi. & similis pœnæ cum ex-
communicatis celebrantibus subiacẽt illi, qui
excõicati diuinis se ingerũt, vt in c. illud. eo. tit.

10 Sed† videndum est, an hæc vendicent sibi lo
cum in his, qui ignorant se esse excommunica-
tos, & dicẽdum est, q non, quia ignorantia pro
babilis eos excusatos reddit, vt est tex. in c. apo
stolicæ. hoc eo. ti. Nam & Apost. ait, Misericor
diam merui, quia ignorans feci. & idem viij. di
stin. c. consuetudo.

11 Quæro autem, quid in his, qui se credunt ex
communicatos, cum non sint, an incurrãt hãc
pœnam celebrando, vel se diuinis miscẽdo. Re
spondeo, q aut in contemptũ ecclesiæ, aut sub
spe veniæ celebrant, & tunc grauiter peccant,
quia ex contemptu, vel sub spe veniæ credunt
peccare, vt in c. illud. §. licet. hoc eo. titu. credo,
tamen nullam incurrere irregularitatem,
per ea, quæ dixi supra in discursu huius operis,
12 quia† in hoc casu veritas præualet opinioni, pro
quo facit tex. in c. nuper. de biga. & c. referente.
qui fil. sint legit. & instit. de lega. §. si quis rem
suam. & in l. j. in princ. ff. de leg. iij. Ideò distin-
13 guitur† inter legẽ peccati, & lege promotionis.
In lege. n. peccati opinio præiudicat veritati, vt
in c. cum voluntate. de sent. excom.

14 Ideò† est regula theologica, q quicunq; com
mittit se periculo peccati mortalis peccat mor
taliter, licet in veritate id, quod agit nõ sit alias
peccatũ mortale, vt expuere in ecclesia, vel pa-
leam de ecclesia eas portare, vel aliquid de so-
lio ecclesiæ eleuare.

15 In lege vero promotionis† factũ requiritur,
& voluntas, & non opinio, vt in c. ille autem.
xxvij. q. v. & c. fi. xv. q. j. Dic itaq; q illi, de qui-
bus quærimus, licet grauiter peccent, vt dixi,
non tamen fiunt irregulares.

16 Vlterius quæro, de q. quotidiana † Titius
sacerdos iurisperitus excommunicatur, & tam
suo, quàm aliorum iurisperitorum iudicio, di
cit se iniustè excommunicatus, ideò celebrat,
non tamen in cõtemptum clauiũ, seu ecclesiæ,
sed fretus sola nullitate, vel iniustitia sententiæ,
puta quia contraxit debitum in Ro. cur. & obli
gauit se in forma cameræ nũmulario, seu theo-
lenario, seu barcherio ad xx. vel xxx. pro cente-
nario, vt quotidie Romæ fit. Ita q contractus
est omnino fœneratitius, & à sacris canonibus
reprobus, vt no. in c. significauerunt. de appel.
& bo. gl. in arg. in c. non debet. xj. q. iij. quæ mo
uit hanc q. & in fi. soluit: nũquid incidat in pœ
nam irregularitatis? hæc q. indigeret altiori iu
dicio nostro. Tamen salua semper maiorũ meo
rum sententia dicerem semper sentẽtiam esse
seruandam in foro fori. Adeò q excommunica
tus, & declaratus etiam iniustissimè apparẽter
à suo iudice. i. ab habente iurisdictionem, puta
ab auditore cameræ in Ro. cur. tenetur parere,
17 quia† iniustè excommunicatus est excõmunica
tus, sicut iniustè absolutus in tali foro, est abso
lutus, quia in hoc versatur potestas clauium iu
risdictionis, & potentiæ, licet deficiat clauis di
scretionis: quia sicut materialiter depingi vide
mus, q ecclesia habet duas claues. Et Christus
dixit Petro, Tibi dabo claues in plurali, & non
dixit clauem in singulari, vt Matth. xvj. tamen
ex quo non deficit iurisdictio, nec intentio iu-
dicantis, tenet sententia in ipso foro fori, quan
tumcunq; esset lata contra ius litigatoris, & ab
ea postea appellatum.

In foro vero poli. i. coram Deo, cuius iudi-
cium non fallit, nec fallitur modo in secretis ce
lebret, & sine scandalo secus forsan dici posset.

Ad sic sentiẽdum monet me tex. in c. cui est
illata. xj. q. iij. vbi Gelasius de damnatione Dio
schori ait, cui illata est sententia deponat erro-
rem, & vacua est, sed si iniusta est, tanto eam cu
rare non debet, quanto apud Deum, & eius ec
clesiam neminem potest grauare iniqua senten
tia. Ita ergo se non absolui desideret, qua se nul

latenus

latenus perspicit obligatũ, ita Aug. de summo bono,& transumptiuè in c. secundum catholicam fidem.xj.q.iij. ait, Secundum catholicam fidem,nec Dei naturę nocere quisquam potest, nec natura Dei iniustè nocere cuiquam potest: nec nocere iniustè patitur quemquam. Qui.n. nocet(vt ait Apostolus)recipiet hoc,quod nocuit,& idem Aug.in sermone, & transumptiuè in c.temerarium.ea.ca.& q. ait: Temerariũ iudicium plerunq; nihil nocet ei,de quo temerè iudicatur,& Greg. in registro, de quo transumptiuè,ea.causa.& q. Non debet de his pœnam sustinere canonicam, in cuius dãnatione non est canonica prolata sentẽtia,quibus addo bo.gl.xxiiij.q.j.c. in themate.ĩ verbo qui vero, quam omnino vide.Nec obstant not.in c. si Episcopus forte iratus. quia ibi loquitur in foro fori,& contentioso, vt ibi glo.nos in foro poli: præmissa tamen intelligo vera secundũ exempla supra posita, si capitale esset solutum,& vsuræ non. licet dicatur ꝙ qui iurauit non repetere vsuras,prius debet absolui à iuramento ante quam petat, vel ipsas soluere, & postea repetere, de quo est elegans consilium Federici de Senis,consi.suo ccc.inci.Debitor promisit.Prętе
18 rea † qui probat sententiam excommunicationis iniustam, non est cogendus ad aliquam satisfactionem, vt in c.ad reprimendam. de offi. ordi. Sed pro opinione mea vr̃ tex. expres.in c. ad præsentiam.de appel.ibi, licet R. presbyter non esset excommunicatus de iure, nec constat ꝙ R. ibi appellauerat ante excõmunicationẽ, quinimmo firmant opi.meam, quæ est, ꝙ sufficit,ꝙ constet de nullitate, vel iniquitate sententiæ per iura supra allegata, nec obstat, quod voluerunt antiqui Doc.dicentes,ꝙ pœna non seruantis iniustã excõmunicationem est,quia propter contemptũ incipit esse excõmunicatus. Et sic de iniusta sententia facit iustam quoad se.Et
19 † sententia pastoris siue iusta, siue iniusta timẽda est.xj.q.iij.sent.quia ad primũ respondetur, ꝙ loquitur de eo, qui celebrat in cõtemptum, non autem loquimur de celebrante non in contemptũ,sed deuotionis causa,& secretè,& sine scandalo. Ad secundum respondetur, ꝙ tex.ille dicit timenda, non tamen seruanda,si iniusta: & similiter loquitur de contemnentibus propriè, vel in contemptum clauiũ. Et reperio Petrum de Tarant.in tit. de sent.exc.in versi.quæ sit pœna non seruantis excommunicationem, dixisse hæc formalia verba, videlicet, si sentẽtia excõmunicationis esset ipso iure nulla, nõ esset irregularis quis in ea celebrãdo,& ibi loquitur in foro contentioso. Multo magis autẽ in foro pœnitentiali, in quo attenditur veritas, & non fictio:& his addo,quod supra dixi, videlicet,ꝙ in lege promotionis, veritas,& voluntas requiritur,& non opinio,& in hoc casu deficit veritas excõmunicationis,& voluntas peccãdi,pro quo allegaui tex.in c.fi.xv.q.j.& xxvij.q.v. c.ille autem: Dico ergo, ꝙ ille, de quo quæritur, nõ efficitur irregularis, immo nec peccat,& sic sentio in foro conscientiæ: secus autem in foro contentioso, saluo tamẽ maiorum meorum saniori iudicio, & sensu,cui me subijcio.

20 Quęro† modo, vtrum excõmunicatus suspẽsus, interdictus, vel depositus benedicẽdo mẽsam,vel legẽdo ad illã efficiatur irregularis? videtur posse dici, ꝙ sic,quia talia ex officio sacerdotali incumbũt: vt in c.pro reuerentia. xliiij. dist.& c.non liceat,& in c.in omnibus. de consec.di.v.Goff.tenet,ꝙ non,quia constitutiones pœnales ad illa non debent extendi.

Sed nũquid excõmunicatus possit in necessitate cũ solemnitate baptizare?& videtur dicẽdũ, ꝙ sic.arg.c.si diaconus.lxxxj.dis. nã & laico conceditur baptizare in necessitate, vt j.q.j. c. ꝙ quidem.& de consec. dist. iiij. sanctũ est baptisma.Immo & hæreticus baptizat, qui est omnino separatus ab ecclesia, & excommunicatus loquendo de vera hæresi, & non interpretatiua, vt in c.firmissimè.de hære. & dicitur corpus abscissum, vt in c.quẽadmodũ.xxiij. q. vij. & in c.conuenientibus.vers. item Io.j.q.vij.& xxiij.q.v.c.vas.& xxiiij.q.v.c.hæretici.& c.alienus.& c.omnis qui.& c.quicunq; : quod intellige in casu necessitatis, vt de cõsec.dist.iiij.c.à quodã.& dũmodo in forma ecclesiæ, vt in c.si quẽ freto.xxiiij.q.j.& in c.j.§. sacrum. de sum. trin.& gl.in c.j.de cler.excom.minist.

Pro conclusione autem quæsiti, vide in c.fraternitatis. de hæret. & ibi omnes.

Et licet supra in secunda parte huius operis posuerim casus in iure, in quibus incurritur irregularitas: hic tamen ad facilius inueniendas irregularitates circa excõmunicationem inci-
21 dentes, distinguam nouem †casus, quorum sex recipiunt auditionem, & interessentiam diuinorum, tres vero celebrationes eorum.

Primi.n.sex hi sunt, videlicet, aliquando excõmunicatus audit, vel recipit à non excõmunicatis diuina. Aliquãdo excõmunicatus cum excõmunicatis à non excõmunicato, aliquãdo excõmunicatus ab excõmunicatis, aliquando, vt omnia mala concurrant excõmunicatus cũ excommunicatis ab excommunicato, aliquando non excommunicatus cũ excommunicatis & non excommunicato, aliquando non excommunicatus ab excommunicato.

Primi quatuor casus sunt de excõmunicato, duo vltimi sunt de non excõmunicato, sed tamen participante cum excommunicato.

In primis quatuor videtur inesse irregularitas, quia in quolibet illorũ excõmunicatus celo-

celebrationi ingerit diuinorum, quare videtur esse irregularis, vt in d.c.illud. hoc eo.ti.in fi.vbi dicitur, cum eo misericordiã faciẽtes pœnam, quam canon his, qui post excommunicationem diuina præsumpserint officia celebrare, vel se celebrationi ingesserint diuinorũ ei non duximus infligendam, de quo aũt canone loquatur tex.ille, dicit gl.ibi, ꝙ de canone.c.si quis Episcopus damnatur cum sequẽti. xvj.q.iij.vel de c.fraternitati, eo.tit.quæ etiã videtur sentire, ꝙ d.c. illud contineat meram dispensationem, dum dicit hãc misericordiam solus Papa potest facere, sed Pet.de Tarã.dicit, ꝙ loquitur de tex.c.placuit.xj.q.iij.& puto etiã, ꝙ grauius peccatur, & difficilius dispensatur in secũdo casu, quàm in primo, & in tertio, quàm in secundo, & in quarto, quàm in tertio.

In quinto antem casu nõ inueni in iure irregularitatẽ, credo tamen, ꝙ sit peccatum si sciẽter, quia debet potius exire ecclesiã, si sine scandalo potest, alias non; & hoc intelligo, qñ excõmunicatio est secreta, & tunc consilium est, ꝙ talis excõmunicatus moneatur secretè, vt exeat saltem rubore perfusus latenti excessũ satisfacere compellatur; hæc probantur in c.si tãtum Episcopus.vj.q.ij.vbi est bo. textus, & bona glo. faciunt notata in c. cum non ab homine.de sent. excom.

22 Sed iuxta prædicta † quæro de quotidiana q. scio secretè te esse excõmunicatum, vt quia interfui excõmunicationi, & declarationi, tu autem ignoras me scire, neq; ego tibi dico, ꝙ sciã, vel forte etiam scis me scire, & sum in ecclesia, vbi diuina celebrantur, & in tali loco ecclesiæ, ꝙ si voluero exire, ipse excõmunicatus nõ videbit, vel si videat, nõ intelliget, ꝙ propter ipsum exeã, nunquid teneor exire? videtur, ꝙ nõ, quia hæc euitatio medicinalis est. Medicina autem non debet adhiberi, vbi non est spes curę, & sanitatis: hic autem non potest esse spes, ꝙ propter me erubescat stare, & quòd exeat & curetur. Ideò saluo saniori iudicio satis crederem, quòd in his casibus nõ debeat exire, vel potest dici, quòd si mihi oportunum sit, secretò debeam ei dicere, monendo fraternè, amice vade foras, quia scio te excommunicatũ, & deinde procedere, vt proximè supra dictum est.

23 Et continuando iuxta præmissa, quæro retẽtis proximis terminis † sum ad altare, & celebro, & ipsum, de quo proximè dixi, video, nunquid debeam cessare à celebratione: tex.in c.nihil.vij.q.j.dicit. Nullus absq; pronuntu patentia molestiæ minister, vel sacerdos, cũ cœperit in perfecta officia præsumat omnino relinquere, si quis autẽ temerariè hoc præsumpserit excommunicationis sentẽtiam sustinebit. Dicas, hoc verum est, vbi est occultũ. Si verò est manifestum, debeo ipsum publicè mouere, vt exeat, quòd si noluerit, si ecclesia habet iurisdictionẽ temporalem, potest ipsum violẽter excludere, si verò non habet, nec vult exire, si se pertinaciter ingerit, & proterue, brachiũ sæculare inuocari poterit: hæc probantur in d. c. si quis Episcopus.xj.q.iij.el ij.& c.quidam monachi.xvj.q.j. Si verò nec sic pertinaciter exit, statim debent omnes exire, & clerici officio demisso, vt xj.q.iij.c.sicut Apostoli. & ibi gl.in verbo, vel orauerit, quæ nõ vult, quòd sacerdos exeat per d.c.nihil.vij.q.j.quod verum intelligo, si iã canonem inceperat, alias debet exire, vt in c. omnis q.xxiij.q.j. Si vero canonẽ inchoauerat, & viderit postea excõmunicatũ, quẽ prius nõ viderat, licet esset in ecclesia, procedat ad sacrificium, & terminet, eo tamen prius admonito. Suscepto autem sacramẽto corporis, & sanguinis Iesu Xp̃i amplius in missa non procedat, eo præsente.arg.c.relatum.de conse.dist.ij. Ratio est, ne excommunicatum salutet dicens, Dominus vobiscum, cum alijs astãtibus missæ, & sic videatur admissus ab eccl̃a, cũ sit extra, vt s̃.dixi.

In vj. verò casu dicit Pet. de Pal.non meminisse aliquid determinatum super eo legisse putat, tamẽ ibi irregularitatem esse. Sed securius esset, quòd super eo sum̃. Pontifex cõsuleretur tanq̃ de non determinato, & dubitabili in iure.

Tres alij casus, qui respiciunt celebrationẽ, sunt isti, aliquãdo non excõmunicatus celebrat excommunicatis, aliquãdo excommunicatus nõ excõmunicatis, aliq̃ñ excõicatus excõicatis.

Primo casu incurri videtur irregularitas, per tex.quasi expressũ in c.qui & humanis.xij.q.ij.ibi.Cœlestinus vero.

In secundo verò sine dubio incurritur irregularitas, vt in d.c.illud.hoc eo.tit.

In tertio quoq; casu similiter incurritur irregularitas, & hoc dupliciter, tũ videlicet ex parte celebrantis, vt in d.c.illud, tũ ex parte illius, cui celebratur secundum Io. de Deo: hic est tñ differẽtia similiter in istis, vt in præmissis. Pet. tamen de Pal.putat eum grauius peccare, & difficilius secum dispensari in hoc tertio, quàm in secundo, & primo.

Si vero minori excõmunicatione ligatus celebrat, licet grauiter peccet, nullam tamen irregularitatis notam incurrit, nec eligere prohibetur, nec eã, quæ sibi iurisdictionis ratione competunt exercere si inscienter talis effectus fuerit, talis electio erit irritanda. Et est ratio, quia, ad susceptionem eorũ eligitur, à quorum participatione à sanctis patribus est priuatus: Peccat tamen conferendo ecclesiastica sacramẽta. Collata tamen non carẽt virtutis effectu, cum non videatur à collatione, sed à participatione sacramentorũ, quæ in sola cõsistit perceptione remo-

remotus: dũmodo non in cõtemptum clauiũ, & nerui ecclesiasticæ disciplinæ, videlicet ꝙ pro hibitionẽ superioris cõmunioni excõicatorum pertinaciter se ingesserit, quo casu etiã anathematizãdus est, vt in c. si celebrat. de sen. exc.

24 Modo quærendũ est, quid de interdicto † celebrante? Refert vtrum sciat se interdictũ, quia probabiliter ignorans non tenetur, quia ignorãtia probabilis eum reddit excusatũ, crassa autem, & supina, vel erronea, non vt est tex. in c. Apostolicæ. hoc eo. ti. & ibi gl. ordinaria in verbo probabilis, quã omnino vide ad materiam, & tunc indiget dispensatione, vt ibidem.

25 Quid † autem de suspenso? Idẽ vt supra dicito hodie, alias autẽ distinguebatur inter suspensum ab officio, & beneficio, & inter suspensum ab homine, vel à canone, per d. decretalẽ, si celebrat. Sed hodie est in vtroq;, vt in c. cum æterni. de re iudi. in vj. & in c. cum medicinalis. de sent. exc. eo. lib. Nam secundum ius antiquum suspensus ab homine nõ poterat eligere. Et ita loquitur c. cum dilectus. de consue. Suspensus verò à canone sic, vt in d. c. si celebrat. quod est c. fi. hoc eo. ti. Et fecerunt antiqui hanc differẽtiã ea ratione, quia mitius agitur cũ lege, quàm cũ ministro legis. l. celsus. ff. de arbi. sed hodie non est differẽtia, vt supra. Nã sicut irregularis est suspensus ab homine, si celebrat; ita & suspẽsus à canone, vt in d. decretalibus, quæ infligũt irregularitatẽ suspensis ab eis, si celebrãt, vnde idẽ intelligo in omnibus alijs effectibus suspensionis. Nullus. n. tam grauis est effectus eius, ꝙ irregularitas. Si ergo hanc efficit suspẽsio canonis, multo fortius alios.

Sed quæri posset, quare non similiter distinguitur inter excõmnicatum maiori excõmunicatione ab homine, & excõmunicatũ à canone, vt alios effectus habeat ab homine, quã à canone: hoc nunquã legi, nec vidi in iure. Inuenio tamẽ vnum casum, qui est de minori excõicatione, vt taliter suspensus differat ab alijs suspẽsis, siue ab homine, siue à canone, quia inuenio expressum in d. c. si. hoc eo. ti. Potest aũt esse ratio, quia licet excõicatio minor dicat suspensionẽ, licet nõ è cõuerso, tamen non explicitè dicit suspensionẽ, sed implicitè, & secundariò, & non principaliter: primus. n. & principalis actus ipsius est remotio à participatione sacramẽtorũ, vt in c. à nobis. de excep. & in c. si quem. de sen. exc. Implicitus verò, & secũdarius actus eius è suspẽsio, siue exclusio à celebratione sacrorũ, vt patet in clerico minori excõicatiõe ligato, ꝙ nõ solũ nõ debet sacr̃m percipe, vt quilibet laicus, sed ẽt peccat celebrãdo, vt i d. c. si celebrat.

Suspensio verò ab officio expresse dicit, & principaliter exclusionem à celebratione sacramentorũ. Expressa ergo, & principalia, si plus nocent, quã implicita, & secũdaria, non est mirum, quia plus timeri debet, quod spãliter pcl licetur, ꝙ quod gñali sponsione cõcluditur, vt in c. quãquã. xxiij. dist. Quod aũt suspensus à canone sit irregularis, si celebrat, tenuit expresse Inn. in d. c. cũ medicinalis. & est decretalis eiusdem in verbo à diuinis. in fi. per d. c. Apostolicæ. hoc eo. tit. Notorius † aũt fornicator, & etiã

26 simoniacus, si celebrant, sunt irregulares, quia ipsi à canone sunt suspẽsi, licet nõ ab homine: dixi de simo. & de vita, & hone. cle. Illud tamen teneas, quòd dixi suspensum, si celebrat irregularem esse, intelligitur, si similiter est suspensus ab executione ordinum.

Si aũt specialiter ab executione vnius ordinis, vt sacerdotalis, vel diaconalis, non erit irregularis in alijs celebrando, siue ministrando.

27 De deposito aũt dicẽdũ est, ꝙ si celebrat diuina, debet anathematizari, & si anathematizatus nõ cessauerit, regali iudicio ad requisitionẽ ecclesiæ exilio deponatur, vt i c. ij. hoc eo. ti.

Illud aũt non prætermitto ad prædictas pœnas euitandũ, ꝙ si illi, qui excõicati, vel interdicti celebrãt, i numero nõ effrenato, puta xl. vel pauciores, oẽs sunt in perpetuũ deponendi, si aũt amplior sit multitudo, & effrenata illi, qui causam magis delicto dederint, sunt perpetuo deponendi. Reliqui verò ab officio ad tempus sunt suspendendi de alia pœna arbitrio Episcopi est eis imponenda, vt in c. latores. hoc eo. ti. Dicam infra de sententia interdicti.

28 Non prætermitto, an per d. c. latores Papa concedat Episcopis † cũ talibus dispensare, vel non, videlicet, ꝙ vbi est multitudo delinquentiũ Episcopus dispẽset, dicit gl. in c. clerici. hoc eo. tit. in verbo mouiti, quæ est glo. j. ꝙ nec Episcopus, nec Legatus, nec synodus, sed solus Papa. & in c. latores Papa commisit specialiter dispensationem Archiepiscopo Toletano.

29 Quæro de deposito, & degradado, † an celebrando conficiat corpus Christi? & videtur dicẽdũ ꝙ sic, quia nec ordinẽ, nec characterẽ amittit, vt j. q. j. ꝙ quidam. & xxj. q. iij. c. eos. & xxiij. q. vij. c. licitè. & de conse. di. iiij. oũditur.

Sed contrariũ videtur signari in c. accedẽs, L. dist. & liiij. dist. ex antiquis. & lxxxj. dist. c. dictum. & xj. q. iij. Episcopus. & xxij. q. viij. clericis. Goff. in sum. tenet ipsum non conficere, vt in sua sum. hoc eo. ti. in fi. ea rõne, quia potpir ecclesia ei auferre potestatẽ conferẽdi, quã contulit ordinando, quãuis character, qui in aiam impressus est, auferri non possit. Et idem tenet Bart. Brix. in c. accedens super alleg. in fi. gl. ij. cuius totũ oppositũ ibidẽ tenet Io. in j. par. gl. & idẽ tenet gl. j. in fi. c. si quis presbyter. hoc eo. ti. quã omnino vide Pet. de Tar. hoc eo. ti. dicit, interrogasse fratrẽ Raymũdũ, qui sibi respõdit, totum

totum contrariũ in deposito, vt dixi etiam su-
pra de hæret. In degradato autem dicit scire ip
sum sibi respondisse distinguendu, videlicet, ꝙ
aut ecclesia intendit degradandu eum exautho
rare, siue auferre ei potestatẽ conficiẽdi, & abla
ta est, & postea non conficit, alias conficit. Et
pro primo inducit, seu allegat ad hoc, quod di-
xit Guil. Epis. Parisi. in sua sum. in tit. de sacra-
mentis sic ait, Exauthoratio autem, & deposi-
tio sicut sacerdotes omnino à clero, & priuile-
gio clericali, ita ab officio sacerdotali amouet,
& deponit. Et ꝑpter hoc illi de cætero, nisi fal-
so, & fallaciter ingerere se nõ possunt. Necesse
igitur est, quicquid de sacerdotali officio acce-
ptauerunt sic amoti à sacerdotio penitus, &
abiecti irritum esse, & hoc indicat forma exau
thorationis, qua vestimentis sacerdotalibus si-
gillatim inuersis exuuntur, per quod indicat
ecclesia, nihil eis officij sacerdotalis relinqui:
hoc autem dicimus, si ecclesia intendat sic, si-
cut forma exauthorationis, & degradationis
ostendit. hæc ille.

De hac autem forma hodie habemus tex. in
c. degradatio. de pœn. in vj.

Dixi supra, quòd solus Papa cum his dispẽ-
sat, vt dicit d. glo. c. clerici. hoc eo. ti. & c. acce-
dens. L. dist. cum concordantijs, quas ibi glo.
allegat. Et Innoc. in c. cum æterni. in verbo, ir-
regularitas, dicit, quòd cum irregularibus so-
lus Papa dispensat. & in c. ex tuæ. de cleri. non
resid. dicit, quòd solus Princeps dispensat cum
deposito, quod dictum Hostien. in sum. huius
tituli intelligit, quando ab omnibus ordinibus
31 est depositus, secus † si ab vno, quia tunc Epi-
scopus potest secum dispensare, vt supra dixi.

Modo quæro, quid de suspenso à iudice. Pe
trus Taran. dicit credere, quòd Episcopus pos-
31 sit † cum eo dispensare, eo quòd non reperitur
ei prohibitum, sed quia iura videntur contra-
ria, dicendum est ea loqui de suspenso à iudi-
ce, & non à iure: Cum iura soleant benignius
agere, quàm homo, & mitius agatur cum le-
ge, quàm cum ministro legis, vt supra: sed con
tra eum videtur expresse dic. c. cum æterni. &
cum medicinalis: in illis enim casibus incur-
ritur suspensio à iure, & tamen nullus præter
Romanum Pontificem dispensat, vnde idem
videtur in omni à iure suspenso.

Posset tamen dici secundum eundem Taran
ta. ibidem, quòd cum suspenso à iure celebran
te, possit in omni casu Episcopus dispensare,
exceptis illis duobus casibus. c. cum medicina
lis, & c. cum æterni. quos Papa sibi specialiter
reseruauit: quare videtur alios cõcessisse, quod
non credo verum per illud dictum Innoc. in d.
c. cum æterni, cuius verba sunt hæc, videlicet:
Hic colligitur, quod cum irregularibus solus
Papa dispensat, & idem videtur de corpore vi-
tiatis, & illegitimè natis, de publicè pœniten-
tibus, & bigamis, & idem seruat ecclesia Ro-
mana: hæc ille.

Hostien. autem in sum. huius tituli. §. fi. di-
cit. dic, quòd cum illo, qui monitus desistit,
potest Episcopus (si voluerit) dispensare, quo
ad hoc, quòd non deponatur, non tamen
quo ad irregularitatem contractam, sicut te-
net consuetudo.

32 De deposito quæritur, vtrum cum eo † pos-
sit Episcopus dispensare, an verò solus Papa?
Videtur dicendum, quòd Episcopus, per tex.
in cap. contumaces. L. distin. quia Episcopus
pœnitentiam pro tali reatu iniungere potest.
Item, quia senatus restituit, vt in l. j. §. de qua
autem. ff. deposi. & princeps æquiparatur se-
natui. & contra l. quòd principis. ff. de aqua
pluu. arcen. & ecclesia habet senatum. xvj. quæ
stio. prima. c. ecclesia. faciunt not. in l. placet.
C. de epis. & cleri. & in cap. clericus maledi-
cens. xliiij. dist.

Sed contra, quòd immo solus Papa, vt in
c. si quis presbyter. vij. q. j. & ij. q. vj. cap. ideo.
el primo, & secundo. & in c. ex tuæ. de cleric.
non resid.

33 Et præses prouinciæ † non potest restitue-
re, quem damnauit, vt in l. j. ff. de quæsti. Sol-
uendo Hugu. dixit, quòd solus Papa potest per
d. c. si quis presbyter. vij. q. j. & c. si quis pre-
sbyter. hoc eod. titu. & ibi glo. j. Distinguen-
do tamen, vt si Episcopus ipsum deposuit cum
34 alijs Episcopis à sacerdotio, potest † eum resti-
tuere alijs ordinibus inferioribus. argum. cap.
qui admiserit. xv. quęst. viij. & in dicto c. si quis
presbyter.

Si verò depositus est ab omni ordine, solus
Papa tunc ipsum restituit, & reponit.

Sed contra hoc facit tex. in c. episcopus, pre
sbyter, vel diaconus. aj. q. iij. vbi dicitur, ꝙ si in
secunda synodo innocens inueniatur, non põt
esse, quod fuerat, nisi gradus amissos recipiat
de manu Episcoporum, ergo Episcopi dispen-
sant sed non obstat, quia ibi constabat eum in-
iustè depositum, puta per falsos testes, vel falsa
instrumẽta, ideò dr ibi, si innocens inueniatur.
35 Sed vbi † iustè pro crimine depositus est, so-
lus Papa eũ restituit, vel synodus de mãdato ip
sius legitimè congregato, vt in d. c. Episcopus,
presbyter. xj. q. iij. Io. ibi tamen distinguit, ꝙ si
sit solemniter degradatus, solus Papa dispẽsat,
vt in c. j. in fi. de pęnit. dist. ij. Si verò depositus
per episcopũ, ipse episcopus poterit reponere:
quod ita intelligo citra irregularitatẽ celebran
do cõtractã, vt supra dixi. De hoc dicam latius
infra de sententia depositionis, quæ erit sub
rubrica de sententia excommunicationis.

SVM-

SVMMAE.

1 *Non ordinatus ministrans sacra officia deponitur si habet ordines, & si non habet non potest promoueri.*

2 *Episcopus cum clerico dispensare potest circa beneficium, & cum eo qui ministrauit non ordinat in ordine in quo ministrauit.*

3 *Episcopus quasi semper potest dispensare in beneficijs, fallit tamen cum homicida.*

4 *Dispensatio an concedatur non ordinatis celebrantibus, quo ad ordines, & quo ad dignitates.*

5 *Episcopus an possit dispensare cum constituto in sacris ordinibus vnum ad simplex, ita quòd nullam habeat curam animarum.*

6 *Episcopus potest dispensare post peractam pœnitentiam cum ordinato consecrante, vt ad sacerdotium promoueatur.*

De non ordinato ministrante.

OMNIA vnctionis oleo consecrabis, vt sint sancta sanctorum, applicabisque Aaron, & filios eius ad fores tabernaculi testimonij, & lotos aqua indues sanctis vestibus, vt ministrent mihi, & vnctio eorum in sacerdotium sempiternum proficiat, Exodi xl.& est c. vltimum: & ex hoc loco propter verbum sempiternum, assumitur illa conclusio, quòd sacerdos mortuus, si resurgit, semp est sacerdos: quia hæc vnctio, & character imprimitur i ani mam, vt not. . . . . . Tunica linea vestietur fœminalibus lineis, vereda celabit, accingetur zona linea. Cydarin lineâ appones capiti: Hæc enim vestimenta sunt sancta, quibus cunctis cũ lotus fuerit induetur, Leuit.xvj.& transumptiuè in c.j.de cõsecra. dist.j.in §. Tabernaculum enim moses.

Ex his quidam authoritatibus allegoricè ordo ecclesiasticus demonstratur.

Et propterea statuit ecclesia, vt non ordinati non ministrent. Et idẽ ordinati non loti, vt infames, pœna etiam apposita, vt in duobus capitulis huius tit.seu rubricæ, quæ non placuit Ray. nec Petro de Tarant. cum dicat de clerico non ordinato: cum etiam reperiantur multi, qui nõ clerici ministrant. Ideo, vt omnes cõprehenderentur, dixerunt de non ordinato ministrante.

Et totus iste titulus tria facit.

Primo prohibet, ne quis non ordinatus ministret in eo ordine, in quo non est ordinatus.

Secundo apponit pœnam contrafacienti.

Tertio limitat dispẽsationem cũ prædictis.

Et dixit cum lotus fuerit inferens, quòd vnctio, consecratio, & applicatio ad tabernaculum non sufficiat.

Nisi Aaron, & filij eius, in quibus figuratur vniuersalis status ordinis clericalis, seu ecclesiastici inchoando ab Aaron vsq; ad filios eius, videlicet à summo sacerdote, quem hodie summũ Põtificem appellamus, vsq; ad vltimum gradum ordinis ecclesiastici fuerit lotus: dicẽs primo, & lotos aqua indues sanctis vestibus, vt ministrent mihi: & repetendo secũdo dixit, cũ lotus fuerit induetur: ex quibus verificantur ea, quæ supra in proœmio huius operis dixi, qui maculã habuerit non offerat, & per totum: & ibi, cũ lotus fuerit, facit, parentesim. & ad præmissa faciunt, quæ dixi supra tit. proximo, & quæ dicã in tribus titulis proximè sequẽtibus.

Pœna autem non ordinati ministrantis est depositio, ita quòd vlterius non ordinetur, vt in c.j. Et hoc intelligo de ordinato in aliquo ordine inferiori, quòd ad superiores non promo-
1 ueatur, & à minoribus eijciatur. † Si verò haberet, idem dicitur, quòd ad nullum ordinem pro mouebitur, nec secũ etiam ad vnum simplex ecclesiasticũ beneficium dispensabitur, quia cessaret ratio dispẽsationis, de qua in c.ij.eo.ti. Quæ est, vt misericorditer agatur cum eo, ne substentatione priuatus ad sæculi negocia reuertatur.

2 Et episcopus potest dispensare cũ clerico circa beneficium, & cum eo, qui ministrauit non ordinatus in ordine in quo ministrauit.

Et dixit Innoc. in d.c.ij, quòd episcopo quasi
3 semper licet dispensare in beneficijs, † fallit tamẽ cum homicida, vt not. in c.ij. de cler. pugn. in duel. & in c. studeat. L. dist. vt satis dixi.

Et quia dixi, quòd episcopus potest dispensare cũ eo, qui ministrauit in ordine, quẽ non susceperat, intellige in minoribus, non autem in sacerdotio celebrando propter idolatriã, quia tales degradantur, & traduntur curiæ sæculari, vt vidi Romæ in vno fratre Hispano ordinis Eremitarum, qui iussu Alexandri Papæ VI. fuit incineratus. vide, quæ dicam infra titulo proximo.

4 † Sed quæro vtrum cum istis etiam quo ad ordines, & dignitates possit dispensari: Hosti. in sum, hoc eo.ti.§.fi. dicit, quòd sic, sed solus Papa, quẽ sequitur Lapus allegat. xxxix. incipi. an dispenset episcopus, & se credere, quòd episcopus cum talibus dispensare possit, vt in ordine suscepto remaneat, ipso tamen primitus iuxta arbitrium biennio, vel triennio, vel secundum quòd placuerit, suspenso: & sic beneficium poterit retinere: Et tamen sibi discreta pœnitentia imponatur, ita quòd in sæculo securus remanere valeat: quamuis eidem religionem intrare tutius sit ad salutem, vt dicit finis dicto capit. secundo huius tituli: Goffredus tamen dicit, quòd episcopus dispensare non potest in hoc, vt suum officium

exequatur, sed circa beneficium obtinēdū sic, ne vt supra dixi ad sęculum reuertatur, & quòd sic plerunq; dispensatur in beneficio, & non in officio, vt in c. studeat. l. dist. & xxviij. dist. c. presbyterorum, & c. diaconi xciij. dist. vbi dicitur Mendicat infęlix in plateis clericus, & seruili operi mancipatus publicam à quolibet poscit eleemosynam, qui ex eo magis despicitur à cunctis, quo miser, & desolatus iustè putatur ad hanc ignominiam deuenisse.

Petrus de Tarantasia hic dicit credere epi-
5 scopum posse † dispensare cum constituto in sacris ordinibus ad vnum simplex, ita quòd nullam habeat curam animarum, ne, vt scilicet mendicare cogatur, qui dicit hoc probari per tex. in c. ij. hoc eo. ti. vbi glo. fi. expressè dicit, quòd episcopus potest dispensare post peractam pœnitentiam, vt ad sacerdotium promoueatur, cum Papa expressè hoc non prohibuerit, nec sibi reseruauerit, vt sæpe dixi.

SVMMAE.

1 *Non ordinatus si promoueatur ad sacerdotium uel alium ordinem sacrum, an recipiat characterem.*
2 *Episcopalem dignitatem nemo recipere potest, nisi sit in sacris constitutus.*
Apostoli omnes fuerunt sacerdotes, & postea Episcopi.
3 *Episcopus ordinatus prætermisso diaconatu vel sub diaconatu, an Episcopus dicatur.*
Minor xiiij. an. si promoueatur ad sacros ordines, an teneatur continere dum peruenit ad legitimam eius ætatem.
4 *Promotus ex certa scientia per saltum, quomodo puniatur.*
5 *Quid si ignorauerit ignorantia probabili.*
6 *Episcopus quomodo dispenset cum promoto per saltum, sed non administrante.*
7 *Et quid si credens rite se esse promotū ministrauerit.*
8 *Papa vnica die potest omnes ordines conferre tamquàm vicarius Christi.*

De Clerico per saltum promoto.

PROMOTIO per saltum est transpositio, vel anticipatio ordinum in suscipiendo: Hosti. in sum. in hoc tit. posuit quatuor §. in primo ponit materiam glo. fi. c. j. hu-
1 ius tit. quærentis † an nullum ordinem habens si promoueatur ad sacerdotium, vel alium ordinē sacrum recipiat characterem, & refert Hugo tenuisse, quòd non, quia si laicus ordinetur in sacrum ordinem, nihil recipit, arg. c. sicut. xl. dist. vbi dicitur: sicut viri, & mulieris coniunctio vnum facit corpus, ita clericatus, & sacerdotium vnum faciunt episcopum. Sed si aliquē de minoribus habeat, recipit sacrum. Dicit tamen glo. Vincen. tenuisse contrarium, videlicet quòd benè recipit quis ordinem sacrū, etiā si nullū habeat de minoribus, præter epalē, quem
2 † nemo recipere pōt, nisi sit sacerdos, vt in c. ex literis. de excess. prælat. ibi, cum igitur pontificale officium, sine altaris ministerio non valeat adimpleri &c. Et istud verius esse videtur dicit ibi glo.

Præterea omnes Apostoli fuerunt sacerdotes, & postea episcopi sacerdotes, dum dixit Iesus discipulis, hoc quotiescunq; feceritis, &c. Epi autem effecti sunt, dum post resurrectionē dixit. Accipite spiritum sanctum, & quorum remiseritis peccata, vt Matthęi xviij. Et ite, & docete, & ite, & prædicate euangelium hoc omni creaturæ, vt Marci vlt.

Et vlterius quęrit ibi Hosti. etiam secūdum
3 eandem glo. † quid si ordinatur in epm prætermisso diaconatu, vel subdiaconatu, dicit, ꝙ eps est, dū tamen fuerit sacerdos etiam per saltum.

Ordinem tamen quem non habet, alteri conferre non poterit, arg. c. gratia. j. q. j. & c. ventū, & j. q. vij. c. daibertum, & de consecr. dist. iiij. c. quando, & c. ꝙ autem, de iur. pat. vbi habetur, ꝙ nemo dat, quod nō habet, & pro nō dato habetur, qđ datur ab illo, qui de iure dare nō pōt.

Dicit vlterius idē Hosti. sibi videri secundū Beltrandū, ꝙ qualiscunq; ordo conferatur siue gradatim, siue per saltum, quòd character cōferatur, nō tamen executio, dūmodo cui confertur Christianus sit, aliàs non, cum baptismus sit fundamentum, & ianua omnium sacramentorum; vt in c. veniens, de presbytero nō bapti, vbi ēt de hoc dixi copiosè: vnde fundamento deficiente superædificari nō pōt, ergo à contrario postea potest. s. quoad characterē, non tamē quo ad executionē, vt supra. & ideo quod omissum est incautè, cautè suppleri potest, & dispensari, vt in c. sollicitudo. lij. dist. & in c. vnico, hoc eo. ti. & c. quòd translationem, & c. consultationi, & c. literas, & c. electus de tempo. ordi. & in c. j. & ij. de sacra. non iter. dummodo in forma ecclesiæ conferatur, nec obstat quod not. in c. sicut. xl. dist. Nam quòd ibi dicitur, clericatus, & sacerdotium faciunt sacerdotem, verum est: sed intellige, ritè ordinatum cum alijs ordinibus gradatim, & canonicæ receptis: hæc Hosti. qui vlterius quærit.

Quid si minor xiiij. promouetur ad sacros ordines, an teneatur continere: dum peruenit ad legitimā ætatem: refert duas opiniones, remittens se vt ibi. Sed de hoc copiosè dixi supra in principio huius sextæ partis huius operis, sub rubrica de tempor. ordinan. & æta.

&

& qual. in §.ij. conclusio. gl. in c. j. hoc eo. tit. in verbo discretionis arguit ad partes, & demum concludit, ꝙ non: si cõtradicat ante xiiij. annũ.

4 Sed quæro, quid si quis ex certa sciẽtia† promotus fuerit per saltum? Petrus Tarant. hic dicit se non inuenisse determinatum in eo. pœnam c. j. & ij. tituli præcedentis habere locum, de qua satis supra proximè dixi in §. pœna autẽ est depositio, sed tenere totum contrarium per tex. Siliterij Papæ, de quo xxv. q. ij. si deceat fidẽ sanctorũ patrũ in ecclesia catholica, vt qui habuit amittat, qui improbabili temeritate, quod non accepit, assumpserit, & sic punietur pœna dic. proximi præcedentis tituli, cum non sit recte ordinatus, vt supra vidimus.

5 Si autem ignoranter: ignorantia † probabilis eum excusat, vt dicit tex. in d. c. j. hoc eo. ti. & in hoc etiam credi debet honestis personis: hæc Hosti.

Dispensatur autẽ, si scienter promoueatur per saltum, si non ministret, iniungetur pœnitẽ-
6 tia, † & supplebitur cautè, quod incautè omissum est, & sic per episcopum dispensabitur, vt in c. sollicitudo. lij. dist. & c. j. de sacr. non iter.

Et idem dicito, si ministrauit, sed credebat se rite promotum, licet vicini contrarium asse-
7 rerent, † & ordo omissus supplebitur, & discreta pœnitentia iniũgetur, & id quòd factum nesciunt, non videbitur reiterari, secundũ Host. in sum. hoc eo. ti. in §. à quo dispensetur. alleg. c. vnicum, hoc eo. ti. & de consecr. di. j. c. solẽnitatis ecclesiarum. & in c. nulla, de consecr. di. iiij.

Sed contra hoc videntur obstare ea, quæ supra dixi in rubrica, de sacra. non iter. in §. sed quæro quid de infantibus, vbi in casu ignorantiæ baptismi baptizatur, & si successiuè apparet quis bis baptizatus, nihilominus promouetur sine aliqua dispensatione, licet aliqui dixerint tutius esse, quòd cum talibus dispensetur, quorum opinio multis, nec mihi placet per rationem, quam etiam supra in di. rubrica de sacra. nõ iter. dixi in §. de secũdo vero dubio. cum §. sequẽti. quia omnino secundus baptismus nihil est, & non imprimitur, & est quædam iniuria primi, vt ibi dixi.

Sed quia ecclesia seruat, quòd baptismus cõferatur in casu dubio, an sit baptizatus, an nõ, posset probabiliter dici cætera sacramenta posse conferri, vbi dubitatur non esse collata, quia cum sint collata sacramẽta, iterata nihil operatur, & non potest dici, ꝙ iniuria inferatur per secundum, vbi ignoratur primum, & abundãs cautela nõ noceat, ideo, nisi obstaret text. d. c. j. tenerem contrarium ea ratione, qua de baptismo dicitur: Nec obstat, quòd hoc ideo sit in baptismo, quia illud sacramẽtum est ianua, & fundamentum omnium sacramentorum, sine quo ad alia non patet aditus, quia potest responderi, quòd ex quo non constat, quòd sit iteratum, tutius est, quòd ordinetur in eo, in quo non apparet ordinatus. Tamen acquiescendum est illi capitulo vnico.

Lapus alleg. sua xxix. incipi. an dispenset episcopus, dicit, quòd cum ignoranter promoto post peractam pœnitentiam episcopus dispensat, dummodo scienter non celebrauerit, alias autem solus Papa dispensat, vbi vide. Ratio autem est, quia sic celebrando scienter efficitur irregularis: cum irregularibus autem solus Papa dispensat, vt dixit Inn. in sæpe alleg. c. cum æterni. de re iudi. in vj. in verbo irregularitas, qui dixit, ꝙ cum irregularibus solus Papa dispensat, & idem dicit videri de corpore vitiatis, de illegitime natis, de publicè pœnitentibus. de bigamis, & dicit ecclesiam Romanam sic seruare, vt supra sæpius dixi, & verè loquitur, quia officium pœnitentiariæ hodie in his casibus dispẽsat, & intellige de bigamis ad vnum simplex, & in minoribus ordinibus, & sic practicari in facto, in maioribus aũt ordinibus pęnitentiaria non dispẽset, & de hoc satis supra dixi de big.

Sed retentis omnibus conclusionibus prędictis ab ecclesia ordinatis, à quibus non est recedendum, inuestigationis causa, in quantum supra dictum est. ꝙ nullum habẽs ordinem ecclesiasticum si ordinatur ad sacerdotium non recipit characterẽ, videtur obstare promotio Domini nostri Iesu Christi in Apostolos, quos in vltima cœna oẽs ordinauit sacerdotes, nullis alijs ordinibus prius collatis, sed tãtum dicendo, hoc facite in meam commemorationẽ, vt Luc. xxij. Nec obstat de Stephano, quòd fuerit ordinatus in diaconum, quia nõ à Christo, sed ab Apostolis, fuit tamen repletus spiritu sancto, sicut & cæteri Apostoli.

8 Dicito, quòd sicut Papa potest vnica die omnes ordines conferre tanquam Vicarius Christi, multo magis & ipse Christus, cum maior sit dominus, quàm minister, siue Vicarius: & Christus eo tunc contulit Apostolis omnes ordines, quòd omnes Apostoli simul facere non potuerunt, ideo ordinauerunt Stephanum, & socios in diaconos, & quòd Christus eos ordinauerit post cœnam stat demonstratiuè consummationis legis veteris, & initij nouæ.

SVMMAE.

1 *Ordinis quot modis furtiue suscipiantur.*
2 *Ordinatus ab alieno Episcopo sine literis dimissorijs, & sine licentia sui Episcopi, de iure deponi debet, nisi multitudo, vel alia causa inducat dispensationem, vel tolerantiam.*
3 *Episcopus qui ordinat subditum, potest etiam il-*

lum confirmare.

4 *Et etiam dispensare.*

5 *Ordinatus non quis est à suo Episcopo sine examine, an rite sit ordinatus.*

6 *Ordinatus vno eodemque die duobus ordinibus, de iure debet suspendere executionem.*

De eo, qui furtiuè ordinem suscepit.

FVRTIVA ordinum susceptio cum peccato impedimentum ad officium, & beneficium inducit.

1 Videamus itaq; quot † modis furtiuè ordines suscipiantur, & quidem tribus modis.

Et primo, si sine scientia sui episcopi ab alieno episcopo ordinatur, & sine literis sui episcopi, quas dimissorias hodie appellamus, & de quibus habetur in c. sanctissimo. lxxiij. dist.

Secundo, si etiam à suo episcopo ordinatur sine examine de vita, moribus, literatura, & cantu. xxiiij. dist. c. quando eps, & c. si quis presbyter. & est c. fi. illius tit. & arg. c. extra conscientiam. lxxiij. dist.

Tertio, si duos sacros ordines eodem die recipit; vel minores, & vnum sacrum, vt in capit. cum H. hoc eo. tit.

2 Circa primum sciendum est, † quòd ordinatus ab alieno episcopo sine literis dimissorijs, & sine licentia sui epi debet de iure deponi, nisi multitudo, vel alia causa inducat dispẽsationẽ, vel tolerantiã, vt habetur in c. eps. vij. q. j. & in c. in dioecesi. & ix. q. ij. c. episcopum.

Immo non recipiunt executionem, vt dixi supra in rubrica de tempo. ordin. per c. quòd translationem, eo. tit.

In hoc tamen casu duo cõpetunt remedia: vnum est, quia si eps ordinans non suũ subditũ habet spẽ ratihabitionis epi, cuius subditũ or-
3 dinat, † poterit ipse proprius eps confirmare, quod factũ est per suam ratihabitionem, arg. l. si quis offerenti. ff. de soluti.

Et Pet. de Ancha. in repeti. regulæ ratihabi-
4 tio: aliud remedium est, † q etiam præter ratihabitionem potest eps cũ talibus sibi subditis dispensare, vt in c. Lugdunensis. ix. q. ij.

Aliqui tamen intelligunt de ratihabitione, vt videtur ibi sentire glo. in verbo, q sanctus, facit. c. salonitane. lxiij. dist. & xvj. q. j. c. fi.

5 In secundo vero articulo, † cum quis ordinatur à suo episcopo sine examine, distinguitur: quoniam si ab Episcopo, vel Archidiacono nõ fuit prohibitus sub interminatione anathematis, ne quis furtiuè promoueatur, post condignam satisfactionem, poterit cum eo etiam in sęculo remanẽte suus episcopus tã in susceptis, quàm suscipiendis ordinibus dispensare.

Si autem sub interminatione prohibitum fuerit, adhuc similiter subdistinguitur; quia si vult in sæculo remanere non poterit cum eo suus episcopus dispensare in suscipiendis, per tex. c. j. hoc eo. ti. per quem tex. videtur innui, quòd in iam susceptis possit dispensare. Si autem religionem intrauerit, poterit episcopus dispensare, vt in d. c. j. & fi. eo. ti.

6 In tertio autem casu scilicet cum duos † sacros ordines eodem die quis suscepit, debet eorum executione carere, & hoc de rigore iuris.

Tamen, si ad religionem se transtulerit post peractam pœnitentiam, poterit episcopus cum eo dispẽsare in executione ordinum iam susceptorum, vt in c. fi. hoc eo. ti.

Quidam tamen intelligunt illum tex. quòd episcopus hoc non possit suo ordinario iure, sed de licentia Papæ propter verbum in tex. appositum ibi, de nostra licentia: per hoc autem, quòd dicitur de susceptorum ordinum &c. datur intelligi, quòd non poterit in hoc casu episcopus dispensare in suscipiendis.

Cum vero quis minores ordines, & vnum sacrum eodem die suscepit, poterit etiam si in sæculo remanserit ex dispensatione episcopi sui in minoribus ordinibus ministrare.

Si vero religionem intrauerit, vel laudabiliter vixerit, poterit cum eo non solũ episcopus, sed & Abbas vel alius eius superior claustralis in executione aliorum sic susceptorum ordinum dispensare, vt in c. ij. hoc eo. ti.

S V M M AE.

1 *Argumentum ab ordine littera licitè sumi potest.*

2 *Ordo intellectus arguitur ex ordine scripturæ.*

3 *Excommunicationis pœna est vltima & grauior cæteris.*

4 *Incohandum est à leuioribus, non autem à difficilioribus.*

5 *Interdictum inter quas pœnas sit connumerandum.*

6 *Ecclesia cum interdicitur censentur interdicta & cætera eius sacramenta.*

7 *Interdictus quilibet dicitur suspensus non è contra.*

8 *Interdictum & grauior pœna suspensione.*

9 *Interdictũ, & suspensio quomodo inter se cõueniant.*

10 *Suspensio ab officio est grauis pœna homini spirituali.*

A beneficio verò homini carnali.

11 *Suspensio ab officio an sit grauior suspensione à beneficio.*

12 *Clericus contumax quinq; pœnis punitur.*

13 *Censura Ecclesiastica est triplex.*

14 *Superbus nolens sacerdotis imperio obedire & decreto iudicis, morte moriatur.*

De

De ſententia excommunicationis, ſupenſionis, interdicti, depoſitionis, degradationis, & alijs cenſuris eccleſiaſticis, & diſpenſatione cum eis.

QVAERENTI quid per cenſuras ec
cleſiaſticas debeat intelligi. Inno-
centius Tertius reſpondit, ꝙ per
eas non ſolum interdicti, ſed ſu-
ſpenſionis, & excommunicationis ſententia va
1 lei intelligi, † vt diſcretus iudex rerum, & per-
ſonarum circunſtantijs indagatis ferat, quam
magis viderit expedire, ex qua quidem reſpon-
ſione argnendo ab ordine litteræ, quòd à iure
permiſſum eſt, vt C. de nouo co. compo. in §.
quibus, & ibi Bal. in ij. col. verſi. & ex hoc col-
lige; & l. quotiens. ff. de vſuris. & idem Baldus
in l. conuenticulam, in iiij. col. in verſi. Item
2 eſt argumentum ab ordine, † ex ordine enim
ſcripturæ arguitur ordo iotellectus, vt in d. l.
quotiens, & ibi glo. ij. doct. ff. de vſufruc. & Bal
dus in l. aduerſus. C. de furt. Videtur quòd hæc
rubrica ita malè concepta, cum prius minor,
ſecundo maior, tertio maxima pœna infligen-
da ſit, vt creſcente contumacia creſcat & pœ-
na. Auth. vt lit. non conte. §. quoniam, in fi. de-
beret dicere de interdicti, ſuſpenſionis, depo-
ſitionis, degradationis, & excommunicatio-
3 nis ſententia, quæ † videtur, quòd debeat eſ-
ſe vltima pœna tanquàm grauior, pro quo do
tex. in terminis, in c. ij. qui incipit, ego presby
ter. de clerico excom. miniſt. vbi poſt degrada
tionem, & ſuſpenſionem excommunicatur, vt
etiam dicit gloſſ. in c. cum non ab homine. de
iudi. in verbo poſtmodum, gl. in c. honoratus.
lxxiiij. diſt. in verbo adhuc, & in l. relegatorum.
ff. de interdic. & relegat. Et per Specul. in ti-
tu. de ſenten. §. vj. verſi. verum, & in titu. de
4 contumacia. §. iiij. † à leuioribus, non autem
grauioribus inchoandum eſt etiam in cenſuris
eccleſiaſticis, pro quo do tex. in terminis in c.
ij. de teſti. cogen. ibi. ſi vero non veneritis, ſcia-
tis vos ab officio, & beneficio eccleſiaſtico apo
ſtolica auctoritate ſuſpenſos, & ſi, nec ſic vene-
ritis, excommunicationis, & depoſitionis ſen-
tentiam poteritis formidare, & glo. in d. c. ho-
noratus in verbo adhuc, dicit, quòd iſte ordo
eſt ſeruandus, quum aliquis punitur pro contu
macia, vt poſt monitionem ſuſpendatur, ſecun
do excommunicetur, tertio deponatur, quar-
to, curiæ ſæculari tradatur: ſi autem pro cri-
mine quis puniatur, primo deponitur, poſtea
excommunicatur, vt in d. c. cum non ab homi-
ne. de iudi. & lxxxj. diſt. j. dictum.

Pet. de Taran. de ordine iſtarum pœnarum
infligendarum dicit eſſe diſtinguendum ſic, vi
delicet quòd, aut incipit culpa à contumacia,
aut à crimine, ſi à contumacia, diſtinguit in-
ter clericum, & laicum, quia laicus primo eſt
ab ingreſſu eccleſiæ arcendus, ſecundo excom-
municandus, clericus autem primo eſt ſuſpen-
dendus ab officio, ſecundo à beneficio, tertio
excommunicandus, quarto deponendus, vel
degradandus: nihil allegat, ſed eſt text. in d.
c. ij. de cler. exco. in quo iſte ordo continetur.
& melius per Inno. in c. qualiter, & quando, de
accuſat. el ſecundo, & ibidem per Io. de Anan.
in verbo diminutionem capitis, & per Spec. in
tertia parte in princ. in titu. de accuſatore, in §.
ij. loco, in princip. in verſi. ſed degradatio, de-
poſitio, & verſi. qualiter pœnæ ſuccedant, ſeu
comparentur.

Sed quia in præmiſſis non ſit mentio de in-
5 terdicto: quæro, in quo ordine collocabitur
interdictum? poteſt probabiliter dici, quòd in
tertio ordine, quia, vt ſupra dixi à leuioribus,
ſeu minoribus pœnis inchoandum eſt. Minor
aut pœna eſt ſuſpenſionis ab officio, vel bene-
ficio, quàm ſententia interdicti, ratio eſt in
promptu, quia omnis interdictus, eſt ab offi-
cio ſupenſus, & ſic per conſequens à benefi-
6 cio: † quoniam, quum interdicitur eccleſia,
interdicta ſunt & ipſius eccleſiæ ſacramenta,
vt v. q. ij. c. præſenti, & ibi gloſſ. in verbo com-
munione, quæ expreſſe dicit, quòd cui eccleſia
interdicitur, interdicta eſt ſacramentorũ per-
ceptio, multo magis & confectio, vel celebra-
tio, & hæc eſt proprie ſuſpenſio ſecundum Ta
rantaſienſem.

7 Sequitur ergo concluſio, † quòd omnis
interdictus eſt ſuſpenſus, ſed non eſt conuer-
ſo, quia nulli ſuſpenſo ab officio interdicitur
eccleſia, vel eccleſiaſtica ſacramenta, quantum
8 eſt ex ui ſuſpenſionis, † & ex ijs videtur, quòd
pœna grauior ſit interdictum, quàm ſuſpẽſio,
& quòd adinuicem ſe habeant, vt maius, & mi
9 nus, ſeu ſuperius, & inferius, † Conueniunt
tamen inter ſe ſuſpenſio, & interdictum in tan
tum, ſicut dicunt aliqui quantum ad perſoná.
nam interdictum idem eſt, quod ſuſpenſio, vn
de ſi dicat prælatus interdico talem, hoc eſt
dicere, ſuſpendo talem: ſed de hoc dicemus in-
fra, vbi tractabimus de differentijs ſuſpenſio-
nis, & interdicti.

Sed quia impugnamus huius rubricæ for-
mam, & ſupra dixi, quia à leuioribus ſit incho
andum, videtur poſſe dici, quòd quis prius
debet ſuſpendi à beneficio, quàm ab officio,
quia omnis ſuſpenſus ab officio, eſt ſuſpenſus
à beneficio, ſed non econtra, grauior eſt ergo
ſuſpenſio ab officio.

Pro ſolutione dicas, quòd quatuor modis

hoc potest esse. Primo modo, quia homini
10 spirituali † grauior est suspensio ab officio, car
nali vero à beneficio.

Secũdo, quia dupliciter dicitur aliquid grauius. S. Re. vel reputatione, quantum ad veritatem igitur grauior est suspensio ab officio, vt ostensum est, si tamen esset, qui iura exequeretur, vt suspensum ab officio statim de facto suspẽderet à beneficio: sed quia pauci ad hoc ius aduertunt, vel exequi curant, ideo habita consideratione ad qualitates clericorum nostri tẽporis suspẽsio à beneficio, quum expresse profertur, est grauior pœna, quàm ab officio, cum libenter vacent ab officijs, sed non à beneficijs, & eorum fructibus. Tertio potest dici quòd d.c.ij. de testi. cogen. non imponit pœnam suspensionis à beneficio post suspensionem ab officio, quia sit grauior: sed quia per eius additionem fiat accumulatio pœnæ. hæc sunt verba Tarantasien.

11 Quarto potest dici, † quòd in veritate grauior est suspensio ab officio, quàm à beneficio, quando infligitur à canone, & non ab homine, quia tunc suspensio à beneficio eam sequitur, vt supra dixi, ideoque est, quòd si ab homine simpliciter non excepta suspensione à beneficio, sed quia, vel ius, vel homo potest vnam sine altera infligere, si hoc exprimat, reputatione clericorum grauior est secunda.

12 Erunt ergo in clerico contumace † quinq; pœnæ, videlicet suspensio ab officio, suspensio à beneficio, interdictum, excommunicatio, postremo depositio, potest & addi curiæ sæculari traditio secundum delicti atrocitatem: de quibus singulis, infra singulariter dicam.

Et ex istis verificantur opposita contra ipsam rubricam, cum appareat in iure, quòd à leuioribus pœnis sit inchoandum, & successiuè crescente contumacia crescat & pœna, & excommunicatio vltimo loco reseruatur tanquàm grauior, quia depositio est potius executio actualis excommunicationis verbalis data incorrigibilitate. Ergo rubrica videtur peccare, cum excommunicatio debuisset postponi non anteponi, pro quo do tex. in terminis, in c. presbyter, vel diaconus. lxxxj. di. ibi deponatur, non tamen communione priuetur.

Ex cõtinuatione huius rubricę ad duas proximas pręcedentes elicitur solutio quæstionis, cum in ea omnes dixerint, quòd ista rubrica ponitur post rubricas de pœnis, & de pœnit. & remissionibus, ex eo quia in dictis duabus pręcedentibus rubricis visum est de pęnis, quę imponuntur tam in foro contentioso, quàm pœnitentiali, veruntamen, quia excommunicatio est pœna delicti, quum fertur à iure, quũ vero ab homine est pœna contumaciæ, merito post dictas rubricas præcedẽtes subiicitur ista, & sic patet, quòd author, seu compilator in formatione huius rubricæ non habuit respectum ad ordinem pœnæ infligendæ, sed iam inflictæ à iure: & quum inter iam inflictas minor sit excommunicatio, ideo ab ea inchoauit, tanquàm à magis vigenti, & potiori medela indigenti, quum sit maius vulnus.

Summistæ, & præcipuè Hosti. post Raymundum, & Goffre. examinat luculenter hanc materiam, & similiter Friburgo, qui in ea formauit ccxviij. quæstiones, deducendo totum hunc titulum per quæstiones.

Tarantasiensis quoque in sua summa, parte iij. tit. xxv. exclusiuè examinat hunc titulum, quorum dicta non referam, sed ad illa me remittam procedendo per quæstiones nouas, vel non ita tactas per eos.

13 Dicemus itaque primo, † quòd triplex est ecclesiastica censura diuini cultus amica iustitię ecclesiasticæ gladius: sordium spiritualium expurgatrix: quæ tanto est ab omnibus charius amplectenda, & reuerentius obseruanda, quanto per eam saluti animarum, & nequitiæ contra spiritualia noscitur prouideri in cęlestibus, sed sunt quidam, qui eius virtutem ignorantes, nec libenter eam in se suscipiunt, nec salubriter aliis imponunt: hac enim censura iudices nostri temporis, vt in pluribus miserabiliter, immo & damnabiliter abutuntur, qui de gremio matris ecclesiæ indiscrete, & præcipitanter per eam euellunt innocentes, & eis interdum magis catholice credentes, etiam ad nefandorum vsurariorum, & simoniacorũ publicorum instantiam, vt sæpius vidi tam in Ro. Cu. (in qua est excommunicationis prodigalitas) quàm extra: in illorum igitur ore censura hæc est, sicut gladius in manibus furiosi, qui cum gladio suo semetipsum interficit: ex ea enim illicitè vocatus, siue innodatus non læditur, sed arcus, & spicula instar dolosi conuertuntur in damnantem, iuxta illud prophetæ Psal. lxiij. Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum, & infirmatæ sunt contra eos linguę eorum, conturbati sunt omnes, qui videbant eos.

14 † Econuerso autem, qui superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, & decreto iudicis, morte moriatur homo ille, vt Deut. xviij. & in cap. ij. de maioritate, & obedi. quomodo autem hic intelligatur, dicam infra, de iniusta, vel nulla excommunicatione, & ibi tractabo, quomodo iniustè excõicato sit consulendum.

Ne igitur præmissa censura incautè contempta feriat innocentem, vel incautè iaculata redeat in iactantem, cum vtroque casu irregularitates contrahantur, vt not. in capit. cum

æterni

æterni de ro.iudi.in vj.in §.sciturі, & in c.cum medicinalis,de sent.exco.eo.lib.quod etiam in telligo in vtroq; foro,hanc materiam tanto stu diosius examinabimus, quanto periculosius hodie practicatur,& frequentatur.

In hac igitur materia sequentem ordinem seruabo: nam primo tractabimus de excommunicatione.

Secundo de suspensione.

Tertio de interdicto,quum sint hæ tres partes principales nostræ rubricæ.

Sed primam diuidam in septem partes,siue distinctiones excommunicationis.

Et in prima distinctione ponam in geuere de maiori excommunicatione.

In secunda ponam de excommuuicatione iuris.

In tertia de excommunicatione hominis.

In quarta de excommunicatione iniusta.

In quinta de excommunicatione per participationem excommunicatorum.

In sexta de absolutione à maiori excommunicatione.

In septima & vltima tractabo de excommunicatione minori, & sub vnaquaque ponā suos §.vt quod quæritur facilius inueniatur.

SVMMAE.

1 *Excommunicatio vnde habuerit originem.*

2 *Immundi non ingrediebantur tabernaculum ante purificationem.*

3 *Maria soror Mosis, & Aaron lepra percussa, quia murmurauit contra Mosem, iussu Domini stetit septem diebus extra castra, quibus mundata est.*

4 *Fornicator, incestuosus, & blasphemus pro pœna peccati debent excommunicari.*

5 *Episcopi & cæteri religiosi possunt intrare balnea lauandi causa, bodie tamen prælatis scandalosum esset.*

Vnde habuit ortum excommunicatio.

Nteqvam vlterius progrediar, quæro de tribus.

Primo vnde habuit ortum excommunicatio.

Secundo quid sit.

Tertio propter quid fiat, siue pro quibus peccatis.

Ortum habuit excommunicatio, & auctoritatem excommuuicandi assumpsit ecclesia ex his, quæ iussa, vel facta sunt à Deo vel sanctis suis in tribus suis statibus.

1 Videlicet † in primo, ante legem enim dominus emisit Adam propter peccatum de paradiso deliciarum, vt Gen.iij. in signum eiectionis peccantium ab ecclesia,vt legitur in c.in capite.L. dist. Deus quoque proiecit Caym à se propter fratricidium, vnde dixit ipsemet, Maior est iniquitas mea,quàm vt veniam merear: ecce eiicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar, & ero vagus, & profugus in terra, omnis qui inuenerit me occidet me, vt Genesis iiij.

2 In secundo,scilicet sub lege,† immūdi enim non ingrediebantur tabernaculum ante purificationem, vt Numer.xix. Leprosi quoque ex-

3 tra castra manere iussi sunt, vt Nume.v. † vnde & Maria soror Mosis,& Aaron lepra percussa, quia murmurauit contra Mosem iussu domini, stetit septem diebus extra castra,quibus mūdata est,vt Num.xij.quod est hodie extra ecclesiam sanctam, quæ terribilis est dęmonibus, vt castrorum acies ordinata, vt Cantic. vj. Orias etiam rex Iuda, quando voluit adolere incensum domino,quod non erat officij sui,lepra in frōte percussus est, & statim de templo eiectus est ab Azaria pontifice,& cęteris sacerdotibus, vt legitur Paralipomen.ij.xxvj.c.

In tertio autem statu, scilicet legis euangelicæ,dixit Iesus de eo, qui corripi non vult, si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus, qui non participant fidelibus in sacramentis, vt Math. xviij. & statim subiunxit tradens apostolis potestatem excommunicandi per clauium traditionem dicens, Amen dico vobis, quæcunq; ligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo,& quæcunq; solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo. Paulus quoque excommunicauit Corinthium quendam incestuosum, tradens ipsum Sathanæ in interitum carnis,vt ipse saluus sit in die domini,vt ad Corin. prima.c.v.& transumptiuè in c.audi deniq;.xj.q.iij. Addens generale præceptum de ahjs peccatoribus subiunxit dicens, scripsi vobis non commisceri,siquis frater nominatur fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus: cum eiusmodi nec cibum sumere, vt legitur ad Corinth.prima c.v.proximè allegato. Item in epistola ad Gal.primo cap.si quis vero euangelizauerit, præter id, quod accepistis, anathema sit, quod est dicere separatus; idem dixit in secunda epistola ad Thessalon.c.iij.ibi,denunciamus vobis in nomine domini nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate. Et in epistola ad Titum iij. c.hæreticum hominem,post vnam,& secundā correctionem deuita sciens,quia demersus est, qui eiusmodi est. Excommunicauit quoq; angelos,

gelos, vt in epistola ad Gal. prima dicens, Licet
nos, aut angeli de cœlo euangelizarent vobis,
præterquam quod euangelizamus vobis, ana-
thema sit, sicut prędixi, & nunc iterum dico, Si
quis vobis euangelizauerit præter id, quod ac-
cepistis, anathema sit: excommunicauit quo-
que Hymeneum, & Alexandrũ tradens eos sa-
thanæ, vt discant non blasphemare, vt in prima
epistola ad Thimot. j. c. Et ex his datur intelli-
4 gi, quòd † fornicator, incestuosus, & blasphe-
mus pro pœna peccati debent excommunica-
ri, & sic habemus tres casus vltra alios, in qui-
bus excommunicatio infligitur citra contuma
ciam, sed in pœnam.

Beatus quoq; Ioannes in tertia epistola ca-
nonica sic ait. Si quis venerit ad vos, & hanc
doctrinam scilicet Christi non affert, nolite
eum recipere in domum, nec ei dixeritis aue;
qui enim dixerit ei aue, participat operibus il-
lius malignis. ex quibus verbis videtur etiam
ipse hæreticos excommunicare: vnde venera-
bilis Beda super illo passu dixit, hic Ioannes de
scismaticis siue hęreticis deuitandis, quæ verbis
docuit, etiam factis exhibuit: Narrat quoque
idem Beda de Policarpo Smyrneorum antisti-
te eiusdem Ioannis discipulo, & martyre, quia
tépore quodam, quum apud Ephesum balnea
fuisset ingressus, & vidisset ibidẽ Cherinrum;
exiuit continuo, & discessit non lotus dicens,
fugiamus hinc, ne & balnea ipsa corruant, in
quibus Cherintus lauatur veritatis inimicus:
hæc omnia transumptiuè habentur in c. om-
nis, qui recedit. xxiiij. q. j. & ex supradictis po-
5 tes per accidens notare, quòd † episcopi, & cæ-
teri religiosi possunt intrare balnea lauandi
causa: credo tamen, quòd hodie esset scandalo
suis prælatis, qui in die timent vitulos, in no-
cte autem & vitulos, & vaccas vorant, vel fu-
rantur. Sed glo. in dic. cap. omnis qui, in verbo
ingressus, lo primo, dicit licere in necessitate,
quam vide.

S V M M AE.

1 *Excommunicatio multipliciter diffinitur.*
2 *Communicare est commune aliquid cum alio vel*
alijs habere.

Quid sit excommunicatio.

DE secundo quęsito: quid sit excom
municatio Hosti. in summa po-
suit tres diffinitiones, quarum
tertia placuit Tarãtasiensi, quam
1 clarius posui t dicens. † Excõmu-
nicatio est censura ecclesiastica à qualibet licita
communione, vel actu legitimo separans, vn-
de & Adam dicitur ab esu ligni vitæ excommu
nicatus dicente domino ad angelos, videte ne
forte sumat de ligno vitæ, vt Gen. iij. & tran-
sumptiue. xj. q. iij. c. ad mensam, in §. euidenter.
& dicitur excommunicatio extra communio-
nem positio, secundum Isydorum, lib. primo
2 etymologiarum: † communicare enim est com
mune aliquid cum alio, vel alijs habere, vnde,
qui ab eo, quod alij possunt separatur, recte no
minatur extra communionem, atq; ideo dici-
tur excommunicatus, & hanc diffinitionem
posuit etiam dominus Cardinalis in c. si cele-
brat, de sent. excom. in princi.

S V M M AE.

1 *Excommunicatio propter quas causas soleat fieri.*
2 *Communicare possum excommunicato correctionis*
causa.

Propter quas causas fiat excommunicatio.

DE tertio, videlicet propter quas
causas fit. Possunt autem multæ
1 † causæ assignati, propter quas fit
hæc separatio à peccatoribus,
prima est propter eorum indigni
tatem. immundi enim sunt, vt supra dixi de
leprosis à castris, & sanctuario explosis, vt de
Maria, & Oria rege Iuda dixi supra in secundo
statu. Ideo non digni habitare cum mundis.
vnde Esai. Lij. c. ait. Recedite recedite. exite.
inde pollutum nolite tangere, exite de medio
eius.

Secunda est propter sanctorum conserua-
tionem, ne ex conuersatione trahant ad se eo-
rum mores, quoniam, qui tetigerit picem, in-
quinabitur ab ea, & qui communicauerit su-
perbo, induet superbiam, vt Ecclesiast. xiij. vn-
de Ioannes, Putridæ carnes resecandæ sunt. &
scabiosa ouis à caulis arcenda est, ne tota do-
mus corruat, & pecora ardeat, & corrumpa-
tur, putrescat, & intereat: iuxta illud vulgare,
Morbida sola pecus totum corrumpit ouile.
in Alexandria vna scintilla fuit, sed quoniam
non statim fuit compressa, per totum orbem
eius flamma populata est, vt dicit Hierony. &
transumptiuè in c. resecandæ. xxiiij. q. iij.

Tertia ratio est propter incutiendum rubo-
rem excommunicato, & hanc Paulus reddit in
epistola secunda ad Thessalonic. c. iij. dicens,
si quis non obediuerit verbo nostro, per episto-
lam hunc notate, & ne commisceamini cum il
lo, vt confundatur.

Et nolite quasi inimicum existimare, sed cor
ripite vt fratrem, & ex hoc dicto Apostoli assu-
2 mitur argumentum, quòd † possumus commu-
nicare excommunicato correctionis causa, &

hinc assumptum est illud hodiernum, & vulgare dictum dicentium, excommunicato loquor in conuertendo, & glo. in supradicto verbo dicit conuertatur, & erubescat abiectus ab omnibus, vt sic se subijciat apostolo, & ecclesiæ præceptis.

Quarta ratio est propter timorem incutiendum excommunicato, vt qui se videt ad tēpus ab ouibus Christi remotū, timeat se perpetuo ab eis, nisi resipuerit separandum, & inter hœdos fętidos damnatorum collocandum: hæc Tarantasiensis. & hæc expresse faciunt contra HERESIM lutherianam dicentem, ecclesiam aliquem excommunicare non posse, neq; debere, cum nec Christus, nec Apostolus quenquā excommunicauerit: quod est falsum, & malè dictum.

S V M M AE.

1 *Excommunicatur quis tantum pro peccato mortali non veniali. & declaratur nu. sequentibus.*
2 *Excommunicatio est æternæ mortis damnatio.*
3 *Et quomodo erit medicinalis.*
Et an pro contumacia & quomodo. nu. 6.
4 *Excommunicari quis debet pro tribus criminibus.*
5 *Anathema est æternæ mortis damnatio, & non nisi pro mortali crimine debet imponi, & illis qui aliter non potuerunt corrigi.*
7 *Contumacia cuiuscumque conditionis digna est excommunicatione.*
8 *Et tanto magis quando agitur de causa minori, & minima re.*
9 *Canon latæ sententiæ reperitur in corpore iuris sub discursu lxxiiij. casuum.*
10 *Faciens contra canones latæ sententiæ iam contumax est.*
11 *Non venisse quis non dicitur ex eo quòd casu oppressus non venit.*
12 *Citatus si compareat, & iudex absit, si amplius non comparet, non incurrit pœnam.*

Pro quo peccato debeat ferri excommunicatio.

De quarto quæsito, videlicet pro quo peccato debeat fieri excommunicatio. nam ex præcedentibus dictis apparet, quòd peccatores excommunicari possunt, † sed pro peccatis mortalibus tantum, non autem pro venialibus: pro quo do tex. in c. episcopi si sacerdotali. xj. q. iij. ibi, aut minimis causis, & vide ibi bo. glo. quæ bene declarat, pro quibus culpis quis excōmunicatur. & tex. in c. nemo, & in c. nullus sacerdotum. ea. ca. & q. & est ratio, quia † excommunicatio est æternæ mortis damnatio, vt dicit tex. in d. c. nemo, & non nisi

1 (margin beside "res excommunicari possunt, † sed")
2 (margin beside "tio, quia † excommunicatio")

pro mortali debet imponi crimine, & illis, qui aliter non potuerunt corrigi. Et ibi glo. in verbo mortis quærit, cum sit perpetua damnatio, quomodo dicatur medicinalis: & soluit, 3 quòd † cum contemnitur, est damnatio: dum obseruatur, & timetur, est medicina.

Sed quòd dixi pro peccato mortali posse aliquem excommunicari, intelligo pro præsenti, nō autem pro præteritis, aut futuris. vt est tex. in c. Romana. in §. caueant. de sent. excō. in vj.

Sed videtur, quòd non pro omni mortali, sed tantum pro contumacia, sed nec pro omni contumacia, sed pro ea tantum, quæ circa iudicia consistit, vt not. xj. q. iij. in summa. sed certū 4 est pro peccato in † tribus casibus seu criminibus aliquem excommunicari debere, videlicet cum ad synodum canonicè vocatus venire cōtempsit, aut si postquam illuc venerit, sacerdotalibus respuit obedire præceptis, aut ante examinationis causæ suæ finem à synodo abire præsumit.

Sed immo videtur contrarium, & q. qs pro omni mortali possit excommunicari per dictū Apost. ad Corinth. j. c. v. supra alleg. si quis frater nominatur fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut raptor, aut ebriosus, cum eiusmodi nec cibum sumere debes: solus Tarantasien. dicit, quòd pro sola contumacia debet quis excommunicari, vt expresè probatur in d. c. nemo. xj. q. iij. & ibi glo. su5 pra alleg. vbi dicitur, quòd † anathema est æternæ mortis damnatio, & non nisi pro mortali crimine debet imponi & illis, qui aliter nō potuerūt corrigi, arg. xlv. dist. c. sed illud, & xxiij. q. iij. c. tam sacerdotes, sed hoc melius probatur ex forma fraternæ admonitionis euangelicæ, quam ponit Christus Matth. xviij. vbi prius præmittit monitiones, quàm dicat, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. & ad illud Apostoli dico, quòd intelligitur de incorrigibilibus, & contumacibus in illis, vel alijs mortalibus peccatis, ad illud vero certum est, per quod videbatur probari, quòd pro contumacia tantum circa iudicia quis sit excommunicandum, dico, quòd si benè ponderetur, nō apponitur aliqua dictio exclusiua, videlicet tantum, vel solū pro his tribus criminibus, & ideo non sequitur, quod etiam pro contumacia aliorum criminū ferri possit excommunicatio. sed de illis tunc agebatur, vbi relata fuit quæstio facti de episcopis, qui talia committunt, vnde dico, quòd sub illis tribus comprehenditur omnis criminis contumacia, pro quo quis dignus est excommunicari: nam cuiuslibet criminis contumacia deprehenditur ab aliquo istorum modorū in quolibet statu causæ seu iudicij, scilicet in principio causæ, cum vocatus ad causam venire

re contempsit, vel in medio causæ, cum ante tẽ
pus non licentiatus recedit, vel in fi. causæ; cũ
latæ sententiæ parere contemnit, vnde verus
sensus est pro his tribus criminibus, & pro con
tumacia aliquorum istorum trium modorum
præcedente: sic ergo his tribus modis apparet
contumacia in iudicio, extra iudicium vero, cũ
post admonitionem legitimam non corrigitur
quis: sequitur illud, vnde apud hæreticom ho-
minem post vnam, & secundam correctionem
deuita.

Sed adhuc quæro, quomodo sit verum, ꝙ
6 † nullus sit excommunicandus nisi pro cõtuma
cia? cum tex. in c. ex parte, el primo, de verbo. si
gnifi. dicat, quòd potest quis excommunicari
pro manifesta offensa: sed soluunt doc. dicen-
tes, quòd tunc demum potest excommunicari
pro offensa, cum est incorrigibilis.

Sciendum quoq; est, quòd licet pro mini-
mia causis non sit quis excommunicandus, cu-
ius contrarium hodiè fit Romæ, vt in d. c. epi-
7 scopi. xj. q. iij. tamen quælibet † contumacia di-
gna est excommunicatione, quinimmo tanto
maior videtur, quanto ex re vel causa minori
8 consurgit, † & hęc est excusatio iudicum nostri
temporis, & præcipue Ro. curiæ: qui passim ex
communicant contumaces pro quacunq; mi-
nima re, vel causa, ét quinq; duc. & sic breuio-
ri, iusta Auth. nisi breuiores.

Sed si sic est, quòd pro sola contumacia quis
excommunicatur, videtur ergo, quòd nullus sit
canon latæ sententiæ, sed ferendæ: cum tamen
9 reperiantur † lxxiiij. casus in corpore iuris, in
quibus est canon latæ sententiæ, quos seriatim
posuit Spec. ĩ suo aureo repertorio sub hoc eo.
t. Hosti. in summa, in §. quis possit excommuni
care, cum in illis nulla præcesserit citatio, vel
monitio, vel si sunt canones latæ sententiæ pos
sunt dici iniusti, cum monitio semper præcede
re debeat pœnam, vel vindictam, vt dicit tex. in
c. indigne. xij. q. ij. in princ. ibi, de quibus debet
esse tanta prouisio, vt vindictam admonitio prę
cedat, & ibi bo. glo. in verbo admonitio.

Sed dico, quòd qui facit contra canones latæ
10 sententiæ † iam contumax est, cum prohibitio
sit expressa in iure, cuius ignorantia non excu-
sat, iuxta regulam, ignorantia facti non iuris ex
cusat: admonitio enim præmissa est ab ipsa le-
ge, vel canone, seu à legis vel canonis latore,
quæ etiam hodie durat, & perseuerat.

Vel dic secundum quosdam, quòd ab homi-
ne non est excommunicatus, nisi pro contuma
cia, sed à canone bene, vt dicitur xvij. q. iiij. c. si
quis suadente diabolo, & in alijs canonibus,
de quibus supra dixi esse latæ sententiæ: quia
conditores canonum, & iuris, & quilibet, qui
potest ædere canonem latæ sententiæ non inci
dit in pœnam excommunicantium sine moni-
tione præcedente, per tex. & not. in c. reprehen
sib lis, & ibi per Abb. in secunda col. & copio-
sius per Phil. & dominum Præpositum post
alios, de appell.

Circa autem hanc contumaciam quæro po-
nens, quòd iudex citet partem dicens, si non
comparueris, vel veniens die tali, sis excommũ
nicatus, & non venit die illa, quia iusto impedi
mento detentus venire non potuit, nunquid e-
rit excommunicatus? videtur quòd nõ, per tex.
in c. quisquis episcoporum. iiij. q. v. vbi allegans
causam absentiæ auditur, sed non absoluitur,
sed remanet excommunicatus quo ad vsq; pro
babit iustum impedimentum, vbi dicit glo. pri
11 ma, tamen non exeat conditio, † quia non di-
citur non venisse, ex eo quòd casu oppressus nõ
venit, vt not. in l. ij. ff. de condi. & demonstra.
nec iudex tamen proposuit excommunicare ip
sum in omni causa contumaciæ, ar. l. si seruus
decem, in fi. & cum non fuit contumax, pœnas
contumacis non patitur. l. contumacia. ff. de
re iudi.

Hanc. q. Io. insolutam dimisit, Barthol. au-
tem Brix. dicit, quòd excommunicatus est, sed
absoluitur sine expensis, quia excommunicatio
tenet, nisi in duobus casibus, vt in c. per tuas,
de sent. exco. Taranta. tenet, quòd non sit excõ
municatus per iura superius alleg. credit tamẽ
talem esse euitandum tanquàm excommunica
tus, donec impossibilitatis causam iustam &
suæ absentiæ cõprobauerit, vt in d. c. quisquis
episcoporum. iiij. q. v. & in c. ij. de testib. cogẽ.
12 † Sed quid si die illa iudex absens fuit, & ta-
men monitus non comparuit iusto impedimẽ-
to detentus, vel etiam iniusto, ex quo non ha-
buisset copiam iudicis, etiam si comparuisset;
Barth. Brix. posuit quasi similem. q. in venera-
bilibus. q. xix. & per iura ibi allegata possumus
dicere, quòd citatus non comparens, ex quo iu
dex non aderat, nullam incurrat pœnam: vide
tamen iura ibi alleg.

Redeo seu venio ad primam partem ru-
bricæ, scilicet.

SVMMAE.

1 *Excommunicatio quare dicatur sententia, & quot modis capiatur.*
2 *Sententia est nomen æquiuocum, quia multipliciter capitur.*
3 *Iudicium quod plurimorum sententia comprobatur, firmius est.*

De

De maiori excommunicatione in genere.

1 PRIMO † quæro, quare excommunicatio dicatur sententia, & quot modis accipiatur hoc nomen sententia.

Excommunicatio dicitur sententia, quia sicut sententia, siue interlocutoria, siue diffinitiua ligat enm, contra quem fertur, ad aliquid faciendnm, vel non faciendum, dicendum, vel non dicendum, sic & excommunicatio. Archidia. & Io. An. post eum in c. j. quòd metus causa, in vj. in nouella, dixerũt, quòd excommunicatio, suspensio, vel interdictum non sunt propriæ sententiæ, quia puniunt, & non definiunt: sed soluendo Io. An. ibidem dicit, quòd hoc potest intelligi, qnòd sit sententia, si purè, vel in diem, vel sub conditione lata sit.

Hoc autem nomen sententiæ multipliciter
2 † accipitur: aliqnando enim sententia dicitur
cuiuscũq; orationis significatio; vnde dicimus
hæc est lectionis sententia, & sensus, & intelle-
ctus. Dicitur etiam interdum profunda rerum
significatio, vel determinatio, vt accipitur in
lib. Iob xxxviij. in princi. c. cum dixit dominus
ad Iob, loqnẽs de Heliu, Quis est iste innoluẽs
sententiam sermonibus imperitis, & hoc mo-
do dicitur liber sententiarum. Sententia etiam
dicitur opinio, vnde dicimus hæc est opinio
Augustini, Hieronymi, & aliorum, & tunc dici
3 tur à sentio sentis, & dicimus, quòd † firmius
est iudicium, quod plurimorum sententia com
probatur, vt dicit rex. in c. de rescrip. & hoc mo
do dicitur liber sententiarum, quia in eo conti
nentur plurimorum sententiæ & opiniones.
Sententia etiam assumitur pro deportatione,
vt in l. fi. de sent. pas. & restitutis: assumitur quo
que hoc nomen sententia pro libito voluntatis
cuiuscunq; in re sua, vt in l. hac consultissima.
C. qui testamen. fac. poss. in §. ac cum humana
natura. Assumitur etiam sententia pro præce
pto cuiuscũq; superioris, iuxta illud Daniel. ij.
c. præcepit rex, vt perirent omnes sapientes Ba
bylonij, & egressa est sententia, sapientes inter
ficiebantur. Dicitur etiam sapientis præceptũ
non naturæ, non bonis moribus, non iuri con-
trarium, & tunc diuiditur in diffinitiuam, & in
terlocutoriam, & conuentionalẽ, & amicabilẽ
cõpositionem, & sic accipitur Daniel. iiij. c. in
sententia vigilũ decretũ hoc est: dicitur etiã ali
quãdo spiritualiter aliqua de tribus cẽsuris ec-
clesiasticis: vnde hodie increbuit, vt de excõmu
nicato, suspenso, vel interdicto dicatur iste est
innodatus sententiæ, vel subiacet sententiæ, &
de hac est intentio nostra videre curiosè.

SVMMAE.

1 *Sententia excommunicationis quid differat ab alijs sententijs. & nu. seq.*

2 *Sententia excommunicationis præstita cautione de parendo reuocatur.*

3 *Et an possit reuocari per appellationem, & an præcedere debeat vel sequi.*

4 *Sententia excommunicationis interdum extenditur ad futura.*

5 *Et qua ratione trahat secum executionem.*

In quo differat sententia excommunicationis, ab alijs sententijs.

VIDENDVM est itaque primo,
1 quid differat † hæc sententia ab
alijs sententijs. Dicas, quòd in pri
mis tribus modis supra positus,
quibus hoc nomen sententia acci
pitur, non ligat, nec à communione separat, si-
cut quartus deportationis, quintus quoque,
sicut sextus ligat, sed non separat: nam testator
hæredem arctat, & similiter prælatus, siuè iu-
dex in sententia.

Septimus modus differt in distinctione supra facta, quia prætermisso iuris ordine non tenet. ij. q. vj. §. diffinitiua. hæc tamen secundum aliqnos tenet. xj. q. iij. c. sententia pastoris: de hoc tamen latius dicam infra vbi tractabimus, quot modis dicatur sententia excommunicationis iniusta.

Item illę transeunt in rem iudicatam, nec re
uocari possunt, vt in c. cum ęterni, de re iudi. in
2 vj. & hæc † non transit, sed præstita cautione de
parẽdo reuocatur, vt in c. Pisanis. de resti. spol.
& de iure iur. c. ad nostram, el primo, de consti
tu. ex literis.

3 † Item illę reuocantur per appellationẽ sub-
sequentem; hæc non, nisi per præcedentem, vt
in c. cum inter vos, & c. pastoralis, de appel. nisi
lata sit sub conditione, vt de appel.

Præterea Archidi. in c. nemo. xj. q. iij. ponit
quatuor differentias, seu discordantias inter
sent. excommunicationis, & aliàs sententias:
4 prima est, qnia hæc sententia interdum extendi
tur ad futura: secũda, quia trahit secum sui exe
cutionẽ, vt dixi hic: tertia, quia super hac sent.
specificatur causa, quare qois excõmunicatur.
quarta, differt hæc sent. siue iusta, siue iniu-
sta tenet, vt latius dicam infra, vbi ponam in-
tellectum Gregorij dicentis, sententia pasto-
ris siue iusta, siue iniusta timenda est, & ibi ante
hanc q. ponam etiam quæstionem, quæ sit ra-
5 tio, † quare hæc sententia trahat secum execu-
tionem: vide Arcbidi. vbi supra, qui allegat iu
ra ad prædicta, quæ breuitatis causa omitto.

Sed quare per appellationem subsequentẽ, sicut per præcedentom non reuelatur sententia excommunicationis, dicam infra, vbi de hoc principaliter tractabimus.

Sed hic tantum dicimus, quòd aliæ sententiæ non debent ferri sub conditione, vt in §. biduum.ij.q.vj. hæc autem potest, vt supra dixi: cõditionalis seu amicabilis compositionis sententia, licet liget, non separat tamen à communione: & aliter ligat illa, & aliter ista, quia illa ligat ex voluntate propriæ subiectionis, hæc vero ex necessaria iurisdictione, plurimæ quoq; differentiæ possent assignari à curiosis, & subtilioribus: sed hæc pro nunc sufficiant.

Sed modo videamus de differentijs, & conuentionibus, seu communiationibus sententiarum, quæ pertinent ad censurã ecclesiasticã, videlicet in quo, vel quibus inter se conueniant, & inter se differant, & de alijs complutibus vtilibus ad materiã censurarum ecclesiasticarũ, & impedimentorum ecclesiasticorũ ad officia, & beneficia ecclesiastica, ac dispensationes facientibus.

S V M M Æ.

1 *Excommunicationis duæ sunt species, & de earum effectu.*
2 *Excommunicatio maior, & minor, quæ sit.*

De diuersis speciebus excommunicationis.

Dixi supra in §. in hac igitur materia, duas esse species excõmunicationis, videlicet maioris, & minoris, vt de minori infra dicam specialius: sed potius videtur dicendum, quòd excommunicatio sit genus generalissimũ, quod diuiditur sub diuersis speciebus: ideo possumus dicere, quòd excommunicatio
1 nis infinitæ sint species: tot enim sunt, † vel esse
possint, quot sunt species cõmunionis, sed de
duabus frequentius tractat ecclesia, de quibus
hic agemus, quarum vna separat à sacramento
rum participatione, & ingressu ecclesiæ, non ta
men orandi causa certis temporibus (de quo
infra dicemus) & à fidelium communione, &
2 hæc est illa, quã † maiorẽ appellamus, alia est,
quæ separat à participatione sacramentorũ tan
tũ: & hæc illa est, quam minorẽ appellamus, vt
not. in c. si celebrat, de cler. excom. minist. & de
vtraq; tractatur in c. Engeltrudam, iij. q. iiij. &
in c. à nobis, de excepti.

S V M M Æ.

1 *Excommunicationis maioris duæ sunt species.*
2 *Item & minoris duæ aliæ.*
3 *Anathema quandoq; dicitur simplex excommunicatio.*

Duæ sunt species excommunicationis maioris, & duæ minoris.

1 Excommunicationis autẽ maioris duæ sunt species, vna, quæ imponitur sine vlla solemnitate, & tamen dicitur excommunicatio: altera, quæ imponitur cũ solennitate, & dicitur anathematizatio, de qua dicemus infra sub suo §. speciali.

2 † Excommunicationis etiam minoris duæ
sunt species, de quibus etiam infra dicam, vbi
signantur per §. specialem, tractabimus ipsarũ
materiam. Hic autẽ primo tractabimus de ex-
communicatione maiori, & anathemate, quæ
se habẽt, vt totum, & pars, vt genus, & species:
nam omnis anathematizatus est excommuni-
catus, sed non ex aduerso: nam neq; minor ex-
communicato est anathema, neq; quælibet ma
ior, quandoq; etiam anathema largè sumitur:
itaq; parificatur excommunicationi, vnde ana-
3 thema † dicitur quandoq; simplex excõmunica
tio, vt in c. reperiuntur. j. q. j. & de consecr. dist.
j. c. nemo per ignorantiã. quandoq; econtra cõ
uertitur excommunicato, & restringitur, & op
ponitur anathemati, & accipitur pro simplici
excommunicatione, & tunc nulla excommuni
catio est anathema, vel econtra, sed determina
tur ex adiuncto, quia hæc dicitur simplex ex-
communicatio, illa vero solemnis, sed propriè
habent se (vt dixi) vt genus, & species.

S V M M Æ.

1 *Excommunicatio & Anathema inter se differunt.*
2 *Anathematizationis forma qualis sit.*
3 *Et quomodo conueniat excommunicationi.*

De differentia & conuenientia, seu communitate excommunicationis, & anathematis.

Sed sumpta excommunicatione, & anathemate in suis veris significatibus, quæro quid commune habẽt inter se excõmunicatio, & anathema, & in quo differant.

Differunt quidẽ vt dixi, quia alia est excõicatio, & aliud est anathema, ꝙ pro quo est tex. in d. c. Engeltrudam. iij. q. iiij. vbi dicitur, ꝙ illa non solum percussa erat excommunicatione, sed etiam anathemate, & in c. cum non ab homine, de iudi. de incorrigibili dicitur, quòd primo sit excõicãdus, deinde anathematizandus.

Hoc ẽt rõne probatur: nã si idẽ esset, & non differret diuersa vocabula nõ sortirentur, sicut dicimus de codicillis, qui effectualiter cõtinẽt volun-

voluntatem testatoris, & tamen diuersum nomen sortiuntur à testamento, vt in l. ij. C. de codicillis. Differunt etiã in forma proferendi, quia excõmunicatio, vt supra dixi, sine solemnitate profertur, sed solo verbo, anathema verò cum quadam solemnitate, de quo infra dicemus, sic itaq; differunt quo ad nomen, & solẽnitatem.

1 Item differunt secundũ quosdam† quantum ad personam proferentis: volunt. n. aliqui, ꝙ inferior episcopo non possit anathematizare, quia propriè dicitur mucro episcopalis, vt est tex. in c. visis. xvj. q. ij. in fi. Alij tamen dicunt, ꝙ etiã inferiores hoc possunt, per c. primum. de eo, qui fur. ord. suscep. vbi dicit, si fuerit vel ab aliquo archidiaconorum, vel prelatorum tantum sub anathematis interminatione prohibitum, tñ Doc. antiqui, vt Taran. tenent primam opi. & dicunt facere pro ea literã canonis, in quo ponitur forma anathematizationis, de qua habet in c. debent. xj. q. iij. vbi dicitur; debẽt xij. sacer

2 dotes episcopum circunstare, & lucernas ardẽtes in manibus tenere, quas in conclusione anathematis, vel excõicationis proijcere debent in terram, & pedibus cõculcare. Et sic videtur, ꝙ episcopo competat, & ad illam deer. c. j. de eo, qui fur. ord. susce. R ñdetur, ꝙ ibi ponitur anathema pro excõmunicatione, quod plerunq; in iure reperitur, & alterum pro altero ponitur.

3 Conueniũt autem in effectu, ab omnibus. n. à quibus separat vnum, & reliquuũ quoque. Et ideo omnes differentiæ, quæ adsignabuntur infra in proxima quæstione inter excommunicationem, & alias ecclesiasticas cẽsuras, possunt assignari inter anathema, & illas.

SVMMAE.

1 *Excommunicatio maior separat ab omnibus sacramentis à communione hominum, & ab ingressu ecclesiæ.*

2 *Minor vero à sacramentis tantum.*

De differentiis, & communitatibus maioris excommunicationis, & minoris.

EST similiter differentia inter maiorem excõmunicationem, & minorem. Nã maior separat ab omnibus †sacramentis à cõmunione hominum, & ab ingressu ecclesię, & sic ab omnibus legitimis actibus tam tempo

2 ralibus, quã spũalibus. Minor †verò à sacramẽtis tantum, vt in c. si quem. de sent. exc. & in c. à nobis. de excep. item excommunicatus maiori excommunicatione, si celebrat, est irregularis, vt in c. si quis Episcopus. xj. q. iij. minori verò non. c. si celebrat. de cler. exc. minist.

SVMMAE.

1 *Excommunicatio maior, in quo conueniat cum minori.*

2 *Electio excommunicati excommunicatione minori non valet neque actiua, neque passiua.*

In quo conueniant excommunicatio maior, & minor.

1 CONVENIVNT autem, & cõmunicant inter se, ꝙ vtraq; separant à sacramentis. Item cõicant, quia sicut excõmunicatus maiori excõmunicatione non potest eligi, sic minori. Et ex hac cõione sequitur, ꝙ cum excommunicatus minori sit à sacramẽtis separatus; ideò non valet eius electio neq; actiua, ne-

2 que† passiua. Ratio est, quia ad ea eligit, à quorum participatione à sanctis patribus est remotus, vt in d. c. si celebrat.

1 *Excommunicatio maior, in quibus differat, seu conueniat cum suspensione. & num. seq.*

2 *Suspensio dicitur quandoque à multis, quandoque à re certa.*

3 *Excommunicatio non infligitur, nisi pro contumacia, quid autem de suspensione.*

4 *Excommunicatio tenet post appellationem, ita quoque & suspensio.*

In quo differant inter se excommunicatio maior, & suspensio, & in quo conueniant, siue communicent.

ALTERIVS quæro, in quo differant inter se, & in quo communicent, seu participent excommunicatio maior, & suspensio? Dicas,

1 quòd differunt inter se, quia vt supra† excommunicatio priuat à communione hominum. Suspensio verò ligat, sed non separat à tali communione, licet separet à quibusdam alijs. Item excommunicatio separat ab omnibus, & non distinctè à† re certa, vt dicam infra, vbi tractabimus de effectu excommunicationis. Suspensio verò quandoque à multis, quan-

2 doque† à re certa, vt infra dicam, vbi tractabimus de suspensione. Item excommunicatio non infligitur, nisi

3 pro† contumacia, vt supra dixi, & xj. q. iij. c. nemo. Suspensio verò irrogatur etiam volenti satisfacere, & de cuius crimine non constat, vt ij. q. v. c. presbyter, & c. si à plebe. & c. si mala fama.

Cõueniunt aũt in hoc, quia sicut excõicatio nõ tenet post appellationẽ, vt in c. per tuas. de

 scat.

4 ſent.excommunicationis,ita &† ſuſpẽſio,vt in c.cum venerabilis.de ſent.exc.& in c. Apoſtolicæ.de excep. & c. adhæc qm̃. de appel. & c.dilectis filijs. de cano.& c.dilecti. de relig. dom.

Idéq; eſt ex aduerſo, vt appellatio poſt hæc, non valeat,niſi feratur ſub conditione, vt d.c. ad hæc qm̃. de appell. & c.præterea quæſiuiſti.

Item conueniunt in ſolemnitate pronunciãdi,quam ſolemnitatem habemus in c. cum medicinalis.hoc eo.tit.in vj. Sed attende, quia in excommunicatione requiritur ordo,& ſcriptura,vt in d.c. cum medicinalis, in ſuſpẽſione autem nõ requiritur ordo , vt latè dicam infra de ſent.ſuſpenſionis.in §. ſed quæro nunquid ſine ordine iudiciario, vbi diſtinguitur inter ſuſpenſionem ad tempus,& perpetuam .

Conueniunt ẽt,ſicut excõmunicatus non poteſt eligi, vt dixi ſupra,ita nec ſuſpẽſus,vt ẽ tex. in c.cum dilectus.de conſuet.& d.c.ſi celebrat.

Item conueniunt,quia ſicut excommunicatus non poteſt diuina celebrare,ſic nec ſuſpenſus,vt in c.ij.& c.poſtulaſti.de cler.exc.miniſt. & ibi dixi.& c.poſtulaſti.e. ti. ſed hoc intellige de ſuſpenſo ab officio,quia ſecus de ſuſpenſo à bñficio, vt ibi latius,vel iuriſdictione,vel adminiſtratiõe,& dicã aliqd infra,vbi & dũ tractabimus de ſuſpẽſiõe,ponem⁹ de effectu ſuſpẽſiõis.

Item communicant, & conueniunt in hoc, quòd ſicut excõmunicatus non abſoluitur ſine iuramento de parendo mandatis eccleſiæ , vt not.in c.ex tenore.de ſent.exc.ſic nec ſuſpẽſus, vt in c.venerabili.de ſent. excommu.

S V M M AE.

1 *Excommunicatio maior, & interdictum , in quibus differant .*

2 *Excommunicatio propriè fertur in perſonam , non in locum .*

De differentiis, & communitatibus inter maiorem excommunicationem, & interdictum.

Nec prætermitto ſucceſſiuè quærere,in quo differant,& communicent, ſeu participent inter ſe excõmunicatio maior , & interdictũ. Dicas,ꝙ differunt,quia excom-
1 municatio †ligat, & ſeparat à cõione hominũ. interdictum verò ligat,ſed non ſeparat à tali cõmunione,licet ſeparet à quibuſdam alijs, vt dicam infra, vbi tractabimus de effectibus interdicti perſonæ. Itẽ excõmunicatio propriè fer-
2 tur† in perſonam, & non in locũ, & hoc eſt verum,dixi aliquid ſupra in princ. huius titu.

Interdũ tamen ſecundum quoſdam propriè fertur in locũ,& non perſonã, vnde impropriè dicitur perſona interdicta, videtur tñ poſſe dici, ꝙ licet interdictũ dicatur de loco,non tamẽ impropriè dicatur de perſona:quòd.u.ad perſonam ſe extendat interdictũ, patet in c.reſpõſo noſtro.de ſent.exc.ibi excõicationis,& interdicti ſententijs ſint ligati . Aliqui tñ dicunt, ꝙ verbum interdicti refertur ad ciuitatẽ propter verba poſita in §.prȩterea.ibi:cum M.Ferrariẽſis ciuitas ſit interdicto ſuppoſita . Sed non eſt bona ſolutio: quia tex.in c. cũ & plantare. in §. excõicatos verò . & nominatim interdictos. & ibi gl.expreſſe dicunt de interdicto perſonæ,& idem dicit tex.in c.ꝙ nõnullis.eo.ti.& tex.in c. ꝙ in te.de pœnit.& remiſſ.& tex.in c. ex parte. el j.de verb.ſig.& latius dicemus infra,vbi tractabimus de differentijs, & cõitatibus ſuſpenſionis,& interdicti. Item excõicatur homo ſua culpa, locus autẽ non interdicitur propter ſuã culpam , ſed culpa hominum : homines enim delinquunt,& non res, vt in authen. de mand. & præcep.§.oportet.col. iij.

S V M M AE.

1 *Excommunicatio maior , & interdictum , in quibus conueniant .*

2 *Interdictus celebrans , eſt irregularis .*

In quo conueniant excommunicatio maior, & interdictum .

Conueniunt autem,quia ſicut excommunicatus non poteſt celebrare diuina, ſic nec interdictus: cum eccleſiam intrare nõ debeat, quæ propriè diuinorum locus eſt .

1 Item† ſicut ille non poteſt eligere,neq; eligi, ita nec iſte : quia vt ſupra dixi, cũ ſit remotus à diuinis,ad ea non poteſt eligi , à quorũ celebratione eſt à ſanctis patribus remotus , vt in c. ſi celebrat.de ſent. excom. & dicam latius infra, vbi tractabimus de effectu interdicti perſonæ.

Item ſicut excõicatio poſt appellationẽ non tenet, vt in c.per tuas.hoc eo.ti.ſupra allegato, ita & interdictũ, vt in d.c.ad hæc.de appel. niſi ſub conditione feratur, vt not.in c.præterea.& c.requiſiſti.eo.ti.& ẽt ſupra dixi.Item ſicut excõicatus maiori, ſi celebrat, eſt irregularis, ſic
2 &† interdictus, vt in c.cũ medicinalis.hoc e. ti. in vj.Itẽ cõueniũt in ſolẽnitate pronũciãdi,quã hẽmus in d.c.cũ medicinalis.& dicã infra, vbi tractabimus, quo ordine , & quib. obſeruãtijs qs ecclẽo interdicto ſupponatᷣ, vbi copioſius .

S V M M AE.

1 *In diuinis , & circa ea dantur quatuor actus , & quales ſint .*

2 *Diaconus in caſu neceſſitatis confert ſacramenta .*

3 *Suspensus si celebrat efficitur irregularis.*

De differentia maioris excommunicationis ad suspensionem, & interdictum.

EXPEDIT quoq; videre differentiã
maioris excõmunicationis ad su-
spensionem,& interdictum,cum
iam diximus differentiã eius ad
maiorem excommunicationem.
1 Sciendum est itaque, ꝙ in† diuinis, & circa
ea dantur quatuor actus.s.celebratio, siue con
fectio,sacramenti collatio,& perceptio:& hæc
sunt correlatiua necessaria,& auditio. tres pri-
mi actus bene distinguuntur in d.c. si celebrat.
de cler.exc.minist.celebratio, vel confectio, cũ
dicit,si celebrat:collatio.n.subdit, peccat autẽ
conferendo,& infra, cum non videatur à colla
tione perceptio.Ideò tex.subiungit, sed à parti
cipatione sacramentorum,quę cõsistit in facta
perceptione. Puto igitur posse distingui sic,vi-
delicet maior excõmunicatio prohibet ab om
nibus generaliter, & nescio à quo magis.
Minor excõmunicatio licet ab omnibus sa-
cramentis separet, proprie tamẽ,& specialiter
à participatione sacramentorum, vt videntur
innuere tres tex.primus in c.si quẽ. hoc eo. tit.
scd's est in c.à nobis. de excep.tertius est in d.c.
si celebrat.licet autẽ dixerim,ꝙ ab omnibus se
parat,credo tamen,ꝙ minus peccat excõmuni
catus maiori excõmunicatione audiendo, quã
conferendo,& conferendo, quã participando,
& participando,q̃ celebrando, vel conficiẽdo.
Suspensio verò licet non impediat ab audi-
tione,vel perceptione,tamen à celebratione,&
collatione impedit.
Et si quęras à quo horum magis propriè pu
to, ꝙ principaliter à celebratione, secundario
verò à collatione. nam cuicunq; habenti popu
lum,licet conferre,siue celebrare, licet & con-
ferre,non tamen sequitur, vt cuicũq; liceat cõ-
2 ferre,& celebrare. † nã diaconus in casu neces
sitatis cõfert sacramẽta, vt in c.diacones. xciij.
dist.& c.præsente,& de consec.dist.iiij.c. con-
stat.qui tamen in nullo casu conficit, vt in d.c.
diacones.& c.non oportet.ea. dist.
Interdictum verò licet (vt puto) prohibeat
ab omnibus,ẽt à participatione, de qua minus
videretur, cum posset fieri extra ecclesiam, vt
tempore infirmitatis, vt dicam infra, vbi tracta
bimus de effectu interdicti personę, puto tamẽ
ꝙ primo, & principaliter separet ab auditione
& ingressu ecclesiæ, vt ibi dicam.
Secundo autem ab alijs.
3 Item suspensus† si celebrat, puto ꝙ incurrat
irregularitatem per tex.expressum in d.c. cum.
medicinalis.& idem dico de interdicto, vt ibi-
dem, sed non sic in excommunicato maiori ex
communicatione, si in illa celebrat, per d.c. si
celebrat. Hæc Tarantas.

SVMMAE.

1 *Interdicitur tam clericus, quàm laicus.*
2 *Suspensio in laicum, an in iure reperiatur.*
3 *Suspensus potest ingredi ecclesiam, & officio audi-
re, sacramentaque percipere, celebrare autem
nequaquam, non sic interdictus.*
4 *Interdictus est suspensus, non è contra.*
5 *Perceptio sacramẽtorum si interdicatur, multo ma
gis censetur interdicta confectio, seu celebratio.*
6 *Ecclesia si alicui suspenso ab officio est interdicta, an
ecclesiastica sacramenta interdicta censeantur.*
7 *Interdicti pœna est grauior pœna suspensionis.*

De differentiis,& communitatibus suspensionis interdicti inter se.

SICVT autem differentias,& com
muniones habet excõmunicatio
ad suspẽsionem, & interdictum,
sic & ipsa inter se. Differunt.n.in
1 † his. Nam interdicitur tam cle-
ricus,quàm laicus. Suspenditur autem solus
2 clericus. Suspensionem.n.in † laicum nũquam
memini me legisse, & sicubi inueneris, dic ver
bum suspensio impropriè sumi, vel nimis lar-
gè, vt sumitur in d.c. cum medicinalis, vbi ac-
cipitur etiam pro interdicto.
Item suspenditur proprie persona, & non di
cas ad furcas tantum, sed à diuinis, vel ingressu
ecclesiæ. Interdicitur verò non solum perso-
na, sed locus.
Item vbi persona interdicta est, non licet ei
3 intrare in ecclesiam, vbi† verò suspensa est, po
test intrare, & officium audire, & sacramenta
percipere, sed non celebrare, nec cõficere sacra
menta, nec ea conferre, nec officium dicere
publicè.
4 Item omnis clericus interdictus est † etiam
suspensus, sed non contra,& ꝙ omnis interdi-
ctus sit suspensus, patet: cui interdicitur eccle-
sia interdicta sunt,& ei ecclesiastica sacramen-
ta, vt v.q.ij.c.præsenti. & ibi gl. in verbo com-
munione, quæ allegat concordantias.
Cui autem interdicta est sacramentorum
5 perceptio† multo magis & confectio, vel cele-
bratio, & hæc est suspensio. Omnis ergo in-
terdictus est suspẽsus, non tamen conuertitur.
Nulli enim suspenso ab officio interdicitur
6 † ecclesia, vel etiam ecclesiastica sacramenta,
quantum ex vi suspensionis.

Et de hoc copiosius dicam infra, vbi tractabimus de effectibus interdicti personæ. in versi. tertius effectus. cum sequenti.

Ex his autem videtur, quod sequatur alia differentia, videlicet, quod grauior sit pœna interdicti,
6 † quàm suspensionis, & quod habent se, vt maius, & minus, seu superius, & inferius: cum illam totam, & amplius complectatur, quod expedit scire propter ordinem istarum infligendarum, de quo ordine statim quæram in sequenti quæstione.

S V M M AE.

1 *Interdictus, an sit suspensus, & suspẽsus interdictus.*
2 *Interdictum, & suspensio, in quibus conueniant.*
3 *Lutherij opinio praua, quòd male ecclesia excommunicet, reprobatur.*
Excommunicationis pœna, an infligenda sit delinquenti, & num. seq.
4 *Malum pro malo, ab ecclesia reddi non debet.*
5 *Pœna homini infligitur, vt ab errore reuocetur.*
Ecclesia debet iuuare hominem contra diabolum, & non illi relinquere.
6 *Christianus nihil debet sic formidare, quàm separari à corpore Christi.*
Excommunicatio maior est pœna in ecclesia Dei.
7 *Excommunicationis pœna non est comparanda temporali, seu corporali.*
8 *Thesaurus ecclesiæ non consistit in meritis sanctorum, nec in meritis passionis Christi.*
9 *Excommunicatio non solet infligi, nisi pro delicto in spiritualibus commisso, secus in temporalibus.*
10 *Inobedientia est peccatum, & species superbiæ, & an maius sit peccatum quocunq; alio spirituali.*
Contumax quomodo puniatur in spiritualibus.
11 *Pœna vnius est metus multorum.*
13 *Pœna dat intellectum auditui, & qui stultus est in culpa, sapiens fit in pœna.*
13 *Homo, quòd in vita non desperet, semper præsumendum est.*
14 *Peccator, qui per se non potest discedere à peccato, debet procurare excommunicari, vt demum parere possit ecclesiæ.*

In quo conueniant suspensio, & interdictum.

CONVENIVNT autem suspensio, & interdictum in tantum, quod sicut dicunt aliqui quantum ad personam, idem est suspensio, & interdictum, vnde si dicat prælatus interdico talem, hoc est suspendo talem secundum aliquos, sed
1 hoc non credo. immo puto, quod etiam † propriè, & strictè persona dicatur interdicta, quæ non est suspensa, vt supra dixi, & similiter è contra. aliquando. n. persona est suspensa, & tamen nõ est interdicta, vt patet in clerico, cui aliquãdo prohibetur celebratio diuinorum, sed nõ auditio, nec ingressus ecclesiæ, concedo tamen, quod aliqñ interdictũ vocatur suspensio, sed hoc fit extensiuè, siue extẽso nomine, vt infra latius dicã, vbi, & dũ tractabo de forma suspensionis.

2 Conueniunt etiam † suspensio, & interdictũ in omnibus, in quibus dixi suspensionem conuenire cum excommunicatione, & interdictũ similiter conuenire cum eadem, hoc tamen excepto, quòd licet locus dicatur interdictus, non tamen dicitur suspensus. Item sicut interdictus rediens, non recipitur ab ecclesia sine iuramento de parendo mandatis ecclesiæ, sic & excõicatus, vt not. in c. venerabili. hoc eo. tit.

Sed quia peruersum dogma damnati nomi-
3 nis Lutherij † reprehendit ecclesiam catholicam, quod malefaciat excommunicando, quia punit in spirituali, qui peccauit in temporali, sed spiritualia multo digniora, & meliora sunt omni temporali, & sic punit hominem plus quàm mereatur, quod est contra illud Deut. xxv. Sæpius supra allegatum, vt iuxta mensuram delicti erit & plagarum modus, sed hic maior est pœna, quàm peccatum, ergo ecclesia iniustè facit excommunicando, sed iniustè excommunicatus non est excommunicatus quo ad Deum, vt supra dixi, & dicam infra, vbi tractabimus de iniusta excommunicatione.

Item cum ecclesia excõmunicat, reddit ma-
4 lum † pro malo, ergo facit contra mandatum Apostoli ad Rom. vij. dicentis, non reddentes malum pro malo, & contra euangelium dicente domino, Diligite inimicos vestros, & benefacite his, qui oderunt vos. Matth. v. & illud Luc. xx. dixit, Dilige proximum tuum sicut teipsum. & contra illud Deutero. xxxij. mihi vindictam, & ego retribuam dicit dominus. & Iudas Apostolus in epistola sua canonica dicit, quòd cum Michael Archangelus disputaret cum diabolo, & altercaretur de corpore Mosis, non est ausus inferre blasphemiæ, sed dixit imperet tibi dominus: præterea per hanc pœnam homo traditur diabolo, vt supra dixi in §. vnde habuit ortum excommunicatio, sed quãto magis homo est in potestate diaboli, tanto minus potest ei resistere, sed nulli per ecclesiã debet auferri potestas resistendi diabolo, maxime cum per baptismum, & confirmationẽ ecclesia talem potestatem conferat, ergo pro quocunq; peccato non debet quis excõicari in hoc sæculo, quia peccatorum pœnæ sunt Deo in alio sæculo reseruatæ.

5 Præterea pœna † homini infligitur, vt ab errore reuocetur, & dum reuocatur, magis est cõtra diabolum, sed cum sit in potestate diaboli, non potest illi resistere, & sic excommunicatio

est

est causa æternæ damnationis, cum tamen ecclesia debeat iuuare hominem contra diabolum, & non illi relinquere.

Præterea dicit August. super Iob, nihil debet 6 † sic formidare Christianus, quàm separari à corpore Christi. si. n. ab eius corpore separatus fuerit, nõ est membrum eius, sed abscissum. xj. q. iij. c. nihil. nec vegetatur spiritu eius, vt ibidem, cum ergo hæc sit maxima pœna, immo talis, ꝙ nulla maior sit in ecclesia Dei, vt dicit gl. in c. corripiātur. xxiiij. q. iij. videtur, quòd nulli sit infligenda.

Præterea regula est, quod tibi nec feceris, alijs fecisse caueto, vt legitur Thobiæ iiij.

Præterea videtur, ꝙ ecclesia potius deberet peccatum corporaliter punire, vel etiam trade re peccantem curiæ sæculari, vel mutilare, & aliam quamcunq; pœnam infligere temporalem peccatori, quàm excõmunicare, cum nulla 7 pœna † temporalis, aut corporalis sit comparā da spirituali, aut pœnæ animę, iuxta dictū Apostoli ad Ro. viij. existimo. n. ꝙ non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ renouabitur in nobis. Ideò Theolo-8 gi dicunt, ꝙ thesaurus † ecclesiæ non consistit in meritis sanctorum, nec in meritis passionis Christi. Ideò eorū gloria non est de condigno, sed de congruo: quia amissio vitæ humanæ nil habet congrui cū vita æterna: cum de finito ad infinitum nõ sit proportio, de passione aūt Xp̄i dicunt Theologi, ꝙ gloriæ Christi filio Dei nõ potest addi, quia perfectio perfecto. Immo verius perfectissimo addi nõ potest, sicut dicimus de vase pleno, cui superaddi non potest. has hæreses tenuerūt etiam Ioannes Gus, & Io. Alef. & Hieron. de Plaga in Concilio Basil. Qui Ioānes ambo postea fuerūt, vt hæretici incinerati. Hieron. antē aufugit. Pessimus. n. error est iste, quem hodie multi sequūtur, spernentes propterea censuras ecclesiasticas, tenentes in eis clauē ecclesiæ errare, nisi pro maxima, & euidēti causa fulminentur exemplificantes in hęresi manifesta, aut in decolorante vniuersalem statum ecclesiæ, vel in vtente aperta tyrannide contra ecclesiam, & his similibus casibus.

Fateor solutionem huius contrarij, nõ meo, sed altiori ingenio, & doctrinæ competere, cui me subijcio: pro tenuitate tamen mea dicā ecclesiam excommunicationis mucrone in merentes vti posse, respondendo ad contraria allegata, & primo ad primum, ꝙ ecclesia nõ punit illum, quem excõmunicat plus quàm meretur, & hoc ostendo duplici ratione, prima ratio est, quia est falsum, ꝙ ecclesia puniat cum spiritualiter, qui peccauit temporaliter, immo ecclesia 9 quem † non excõmunicat, nisi peccet in spirituali, vt dixi supra in §. pro quo peccato debeat ferri excommunicatio, vbi dixi, ꝙ excõmunicatio non debetur ferri, nisi pro inobedientia: contumacia autem nihil est aliud, quàm inobediētia aduersus prælatum, vel iudicem, quod est idē.

10 Inobediētia autē est † peccatum, & est species superbiæ, vt dicit beatus Th. ij. ij. q. . . articu. quæ inter peccata spiritualia obtinent principatum: ergo excommunicatio est pœna spiritualis pro peccato spirituali, & sic non plus, quàm mereatur peccatum.

Secunda ratio est, quia cõtumax meruit pœnam æternam, quæ in infinitum maior est, quā pœna excõmunicationis, nec ecclesia auferi ei bona spiritualia, sed omnino dat ei, quia est indignus eis. Ideò etiam non dat, vt melius postea possit dare, cum conuersus redierit ad vnitatem ecclesiæ.

Ad secundum oppositū dico, ꝙ ecclesia non reddit malum pro malo, quia nõ excõmunicat liuore vindictæ, sed zelo iustitiæ, sicut nec magr̄ verberans discipulū, nec medicus secās mēbrū inutile, & putridū, ne totū corpus pimat.

Ad tertium dico, ꝙ Angelus sciebat diabolum obstinatū, & incorrigibilem in malo, & iō non maledixit ei, quia nihil prodesset maledictio, nec etiam alijs: & idem faceret ecclesia, si sciret, ꝙ excommunicatio sua nulli prodesset. Sed sæpe si non prodest illi, in quē fertur, pro-11 dest tamen alijs, qui ex ea terrentur. † Pœna. n. vnius metus est multorum, & Salomõ ait pesti lente flagellato, stultus sapientior erit.

Ad quartum dicimus, ꝙ ecclesia excõmunicādo non relinquit, sed adiuuat hominem, pec catū. n. excæcat, pœna verò illuminat, sicut do-12 minus per Esayam dicit, Vexatio † dabit intelle ctum auditui, & qui stultus est in culpa, sapiēs sit in pœna. Cum ergo semper pręsumendū sit, 13 ꝙ homo † in vita non desperet, vt ait Leo in c. ancillam. xxxij. q. ij. ferre potest ecclesia sententiam, vt quis erubescat, & conuertatur, si autē non erubescit, nec cõuertitur, non credit in ecclesiam, ergo incidit in casum, quē dicti hæretici fatentur esse legitimā causam excõicationis.

Ad quintum, quod tibi ne feceris &c. dico, quòd illud retorquetur ad ius naturale, & exponitur sic, quòd tibi non vis fieri. i. nolle, debes, & intelligitur de homine bene disposito, & absq; peccato: hic autem de existente in peccato, primus autem nec vult, nec velle debet sibi peccatum: & sic nec pœnam necessario consequetur, nec peccatum.

Secundus verò, scilicet ille, qui est in peccato, si ei videretur, quòd aliter non liberaretur, nisi per pœnam huius vinculi, bene posset velle, immo & deberet procurare, vt excommunicaretur, vt infra dicam in proxima sequenti 14 quæstione, & sic vidi quendam † nobilem,

manentem in concubinatu publico, dum non posset per se à peccato recedere, procurauit excommunicari, vt demum pareret ecclesiæ: hęc Tarantasien.

SVMMÆ.

1 *Excommunicatio, an ab aliquo sit petenda, & optanda.*
2 *Excommunicatio est medicinalis, non mortalis, disciplinans, non eradicans, dum tamen ijs, in quem lata fuerit, non contemnat.*
3 *Fur anathema est.*
4 *Excommunicationis pœna potestas data fuit Apostolis à Domino nostro.*
5 *Blasphemantes tradendi sunt sathanæ, vt discant blasphemare.*
6 *Omnis Christi actio, est instructio nostra.*

An excommunicatio sit ab aliquo petenda, siue optanda, aut procuranda.

ET consequenter hic quęro, an ex-
1 communicatio† sit ab aliquo petenda, aut optanda, siue procuranda? Et videtur, quòd non, quia multa mala, & incommoda affert homini, ideò debet formidari.

Sed in oppositum videtur, quia vt supra di-
2 xi, excommunicatio† est medicinalis, non mortalis, disciplinans, non eradicans, dum tamen ijs, in quem lata fuerit, non contemnat, vt ij. q. j. c. multi. & xxiij. q. iij. c. notandum. & in c. cũ medicinalis. hoc eod. tit. in vj. dico ergo, quòd potest ab aliquo appeti, si cognoscit se aliter nõ posse tolerari.

Ad cætera contraria deducta respondeo, ꝙ si excommunicatio nõ fuisset bona, aut fuisset
3 prohibita. Acor propter furtum † non incurrisset anathema, vt Iosue vij. c. & transumptiuè. c. ecclesiæ. j. q. iiij. & Iesus Christus nõ dixisset in euangelio, si ecclesiam non audierit, sit tibi, vt ethnicus, & publicanus, qui non participabant fidelibus in sacramentis, Matth. xviij. subdens,
4 & tradens † Apostolis potestatem excommunicandi per traditionem clauium, dicens, Amen dico vobis, quęcunq; ligaueritis super terram, erunt ligata in cœlo, & quæcunq; solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo. nec Paulus excõmunicasset Corinthium incestuosum tradens ipsum sathanæ in interitum carnis, vt ipse saluus sit in die domini, vt in prima epistola ad Cor. c. v. & transumptiuè in c. audi denique. xj. q. iij. & idẽ in epistola ad Gal. j. c. ait, Si quis euangelizauerit præter id, quod accepistis, anathema sit, quod est dicere separatus, & idem in epistola ad Titum iij. c. hæreticum hominem post vnam, & secundam correctionem deuita: Excommunicauit quoq; Angelos, vt ad Gala. prima dicens, Licet nos, aut Angelus de cœlo euangelizaret vobis præterquàm, quod euangelizauimus vobis, anathema sit. Excommunicauit quoq; Hymeneum, & Alexandrũ tradens
5 † eos sathanæ, vt discant non blasphemare, vt in prima ad Timo. j. c. de quibus omnibus transumptiuè, vide bonum tex. in c. cum ergo. in singulis. xxiiij. q. iij. & ex his catholicè apparet ipsorum hæreticorum peruersum dogma damna
6 tum, cum omnis † Christi actio nostra sit instructio, & præcepta Apostoli, tam iussiua, quàm permissiua faciant legem in ecclesia Dei, de primo habetur in c. de secundo & de his satis diximus supra hoc eo. titu. in §. in tertio autem statu.

SVMMÆ.

1 *Excommunicatio non debet ferri, nisi eos, qui aliter non possunt corrigi.*

An aliqui possint excommunicari, & aliqui non.

SED quia vidimus, quòd excommunicatio est tam à lege Mosis, quã à lege euangelica permissa ecclesiæ, non obstante peruerso hæreticorum dogmate contratio. Quęro an quilibet ex causa supra dicta possit, & debeat excommunicari? an verò aliqui non debeant excommunicari, & qui non? Dixi supra, ꝙ excommunicatio nunquam sit inferẽda, nisi pro contumacia, non tamen semper, vbi est cõtumacia est inferenda, puta cum timetur scandalum, vel scisma, aut vbi multitudo est in causa, vel vbi potens est persona delinquentis, quæ, sacrã habet multitudinẽ, vt xxiij. q. iiij. c. cum quisquis. & in c. Romana. item in vniuersitatem. hoc eo. tit.

Sed pro solutione huius quęsiti, dicat, & seruet practica, & obseruãtia Ro. cu. quicquid ve
1 lit, dico ꝙ non debet ferri excõmunicatio † nisi in eos, qui aliter non possunt corrigi, pro quo do tex. in c. sed illud. xlv. dist. & xj. q. iij. c. nemo. & xxiiij. q. iij. c. tam sacerdos. Ideò tex. in c. tuæ fraternitatis. vt lite non contest. dicit, quòd vbi talis est causa, vt actor in possessionẽ non valeat remitti, non est per censuram ecclesiasticam contumax compellendus, secus autem, si esset talis, in quo non posset fieri missio in possessionem, vt si esset criminalis, siue ciuiliter, siue criminaliter interpretaretur, vel etiã matrimonialiter, vt in c. j. in fi. vt lite non contest. & xj. q. iij. rursus. & c. quicunque.

SVM-

SVMMAE.

1 *Episcopi, an possint excommunicari, & qua pœna puniantur.*
Et quid de alijs Prælatis inferioribus.
Et quid obseruetur in Rom. cur. num. seq.
2 *Episcopalis dignitas longè maior est quàm Regalis.*

An excommunicatio ex causa indifferenter infligi debeat in quoscunque.

IN EPISCOPOS quoque excõmunicatio, suspensio, aut interdictum non facilè inferenda est, & hoc propter executionem pontificalis officij, quod frequenter exercent, vt est tex. in c. quia periculosum, hoc eo. tit. sed hæc ratio non militaret contra Episcopos, & prælatos existentes in Rom. cur. & alias extra eorum ecclesias, ideo dicerem, quòd cessante † etiam dicta ratione, & causa, quòd
1 propter eorum dignitatem, & dignitatis excellentiam, cum Apostolorum locum teneant, vt latè dixi supra in tertia parte huius operis, sub rubrica de dispensatione episcoporum in principio, non sunt de facili excommunicandi, interdicendi, aut suspendendi: & idem dico de alijs venerabilibus prælatis etiã inferioribus, sed contra episcopos procedendum est ad alias collationes ecclesiasticas, & ad interdictum ecclesiarum, & locorum, & ciuitatum, & huiusmodi: pro quo allego tex. in terminis, in c. non est votis. de spons. vbi Papa non excommunicat Regem Angliæ, sed interdicit loca propter excellentiam regiæ dignitatis, sed longè maior
2 est dignitas † Episcopalis, quàm Regalis. c. solite. de maior. & obed. in §. fecit Deus. Auditor autem cameræ Apostolicæ, & tota curia indifferenter suspendit, interdicit, & excommunicat episcopos, sicut & cæteros simplices homunculos, etiam pro minima re se tuentes, ꝙ propter contumaciã & inobedientiam faciunt, non aduertentes interdum.

SVMMAE.

1 *Principalis excommunicari potest ob contumaciam procuratoris.*
2 *Et quid si Dominus ignoraret contumaciam procuratoris, neque ipsam ratificaret, & tamen esset excommunicatus. Et de veritate, num. 4.*
3 *Fieri id posse dicitur, quod de iure fieri potest.*
4 *Excommunicatus ob contumaciam procuratoris licet hoc ignoraret, tamen dicitur excommunicatus, & qua ratione.*
5 *Familia an pro atrocissimo delicto domini excommunicari possit.*
6 *Pœna est triplex, æterna, corporalis, & spiritualis.*
7 *Pœna corporalis est duplex, circa corpus, & circa statum rei.*
8 *Pœna spiritualis quadruplex, excommunicatio, interdictum, remotio ab oblatione, & remotio ordinis.*

An vnus pro alio possit excommunicari.

HIc non prætermittam quærere, an vnus pro alio possit excommunicari: quod est pulchrum quærere, & dico, quòd non solum propter suam, sed etiam alterius contumaciam potest quis excommunicari, vt est
1 in principali † ob contumaciam procuratoris, si eam dominus sciens non purgauit eandem, vt est tex. in cap. j. in fi. vt lite non contest.

Sed quæro, quid si propter contumaciam procuratoris dominus tantum excommunica-
2 tur à iudice ipso domino † ignorante contumaciam procuratoris, nec eam ratam habente (vt sæpe contingit) an erit excommunicatus. Et videtur, quòd non, per tex. in d. c. j. §. fi. quia ibi dicitur, quòd potuit excommunicari propter suã contumaciam, vel procuratoris, si sciens non purgauit eandem: ergo ignorans eam non po-
3 test excommunicari, quia id fieri † posse dicitur, quod de iure fieri potest, vt in c. faciat homo. xxij. quæst. ij.

Sed contrarium verius videtur, & quòd immo sit excommunicatus, cum in eum per iudicem sit lata sententia, cum sit suus iudex, siue iustè, siue iniustè lata sit. xj. q. iij. c. sententia pa
4 storis: nam in culpa † etiam videtur, qui talem procuratorem constituit, qui iuri, & iudicis mandato non paruit, ideo tenendum est, ꝙ sit excommunicatus, vt tenuit Ber. in glo. c. sacro. de sent. excom. in verbo probabilis, licet non deberet excommunicari, sed debet absolui sine vlla difficultate, aut satisfactione, aut grauamine: credit etiam, quòd iudex ei teneatur ad interesse, qui illum excommunicauerit sine citatione, ideo iniustè.

5 Videtur etiam, quòd familia † propter delictum domini possit excõmunicari: quod doctores cõcedunt propter atrocitatem delicti domini, vt xxiiij. q. iij. c. si habes. ibi glo. in verbo commonere propè verbum, nisi grauissime commoueret, ibi in tex. adpositum, & facit etiam ad hoc tex. in c. mirror. xxiiij. q. iij. vbi tota familia Bonifacij fuit excommunicata propter ipsum, nec oblationes eorum recipiebantur.

Sed in veritate dicẽdum est, quòd alius pro alio non est excommunicandus, quia peccata tenent suos auctores, & anima nostra in manibus nostris, iuxta illud Propheticũ Psal. cxviij.

Anima

Anima mea in manibus meis semper. Ad illud nisi grauissimè commouerer dicit Tatantas. ꝙ est modus loquendi, vt etiam dicere hoc non facerem, nisi fatuus essem, non ergo innuit, ꝙ deberet fieri, sed quòd posset contingere quòd fieret, solent quippe motus animorum recentioribus factis turbulentius excitari, vt xj. q. iij. c. cum ad Thessalonicam.

Ad illud autem Bonifacij dicendum est, ꝙ ad confusionem domini non recipiebantur oblationes familiæ, sicut nō recipiebantur oblationes raptorum, & discordantium, & pœnitẽtium, licet non essent excommunicati, vt xx. dist. c. oblationes: posset tamen familiæ prohiberi, ne domino communicaret propter atrocitatem delicti, vt in c. inter alia, hoc eo. tit. in fi.

Sed, vt hæc materia clarius pateat, sic distinguendum est secundum Ioannem Theutonicũ in sua glo. sum. j. q. iiij. videlicet, quia triplex est

6 pœna † videlicet æterna, corporalis, & spiritualis: æterna pęna nunquã vnus pro alio punitur.

7 Corporalis † autem pœna duplex est, quædã circa corpus ipsum, & illa sæpe punitur vnus pro alio.

Quædam circa statum rei, vt est seruitus, vel infamia, & illa etiã punitur filius pro patre.

8 Spiritualis † autem quadruplex est: nam quædam est excommunicationis, & illa nunquam punitur vnus pro alio.

Alia est interdictum, & illa punitur vnus pro alio

Alia est remotio ab oblatione, & illa similiter vnus pro alio punitur.

Alia est ordinis, & illa similiter vnus pro alio punitur, vt in marito, qui propter adulterium vxoris efficitur bigamus, & repellitur à promotione.

Item si pater nesciente filio emerit ei ecclesiam, ille pro peccato non remouetur à promotione, sed perdit ecclesiam. hæc glo. illa.

S V M M Æ.

1 *Excommunicatio an sit facienda certa, præcisa, & determinata forma verborum obseruata.*

2 *Verba hæc, scias, teneas, vel habeas te excommunicatum, an inducant excommunicationem.*

3 *Excommunicatus si celebrat, sed non in contemptũ, an efficiatur irregularis. & num. seq.*

Interpretatio benignior sumitur in pœnalibus.

4 *Vbi maius periculum ibi cautius agendum.*

5 *Sententia pastoris siue iusta, siue iniusta obseruanda est.*

6 *Conscientia sectãda est dum durat, licet erronica sit.*

7 *Episcopus qui excommunicauit illum, qui furtum commisit, an cum plures sint etiam alij censeãtur excommunicati, & an celebrantes irregulares efficiantur.*

8 *Excommunicatio in genere potest ferri.*

9 *Sententia, quæ non continet quantitatem, non habet auctoritatem rei iudicatæ.*

10 *Excommunicans Titium, cum ei sit prohibitum talem excommunicare sub pœna excommunicationis, an ipse sit excommunicatus & Titius, vel excommunicans tantum.*

11 *Excommunicare incipiens hoc modo, excommu, & non finiat nico, an excommunicasse dicatur.*

12 *Appellare prohibitus à sententia contra eum lata ab eodemmet iudice prohibente, an si appellauerit, incurrat pœnam excommunicationis ei impositam.*

13 *Excommunicans conditionaliter si decedat antequam adueniat conditio, an veniente postea conditione excommunicatus dicatur.*

An in excommunicatione, vel anathemate requiratur certa, & determinata forma verborum.

CVM autem § dixerimus de multiplici specie excommunicationis: cõsequenter an in actu excommunicationis, vel anathematis requiratur certa, & determinata forma verborum? Et dicendum est, ꝙ cum sit duplex excommunicatio, vt supra dixi in §. de diuersis speciebus excommunicationis, videlicet simplex, & anathema, sic diuersas habent formas.

1 FORMA † autem simplicis excommunicationis est hæc, videlicet, Excommunico Titium, vt in c. si quem, hoc eo. tit. & in c. excõmunicamus. de hæret. & SIMILITER de anathemate: Anathema sit illi, vt xxx. di. per totũ, & Apost. in prima Epistola ad Corinth. c. fin. Siquis non amat dominum nostrum IESVM Christum, sit anathema. Ideo dico, quòd tam in maiori, quàm in minori sufficit dicere excommunico Titium, vel te; & ioc semper intelligitur de maiori excommunicatione, nisi aliter exprimatur, non autem de minori, vt in d. c. si quem, hoc eo. tit.

Circa autem hanc formam verborum, & aliorum modorum per quam, & quos ecclesiasticæ censuræ fulminantur, multa quærenda sunt, quæ quotidie occurrunt in practica, & obseruantur in iudicijs, tam in Rom. cur. quàm extra.

2 Quæro primo † an per hæc verba, videlicet fiat excommunicatio, vel scias, vel cognoscas, vel reputes, vel teneas, vel geras, vel habeas te excommunicatum, vel pro excõmunicato, sit quis excommunicatus. & videtur dicendum, quòd sic, per textum in c. ij. de testi. cogen. vbi Papa dicit, si non veneritis, sciatis vos ab officio,

ctio, & beneficio Apostolica auctoritate suspensos. Item expressè facit ad hoc text. in c. prætcrea requisiti, de appell. vbi est casus, quod nisi appellatio suspendisset, ille esset excommunicatus, vel suspensus, vel interdictus: Goff. in summa, in §. qualiter proferatur: tenet, quod non, quia talia verba habent vim denunciandi, & non ligandi, & stant enunciatiuè, nó dispositiuè: sed denunciatio non ligat, vt in c. pastoralis, in fin., de appella. cum concordantijs ibi per eum allegatis, sed Host. & Petr. de Tarant. tenent contrarium, vt per Host. in summa. in d. §. qualiter proferatur, latè disputat hunc articulum: ibi, videto, quia faciunt satis ad materiam irregularitatis, & dispensationis. sed vide hodie Fely. in c. Rodulphus, in §. vlt. quia tex. in vij. col. in princ. de rescrip. post Butrig. in c. j. de iudi. in versi. oppono, quòd per hæc verba.

Et ideo quæro retentis terminis proxime præcedentis quæstionis, an si talis sit, vt præ-
3 mittitur prouunciatus celebrat, † non tamen in contemptum efficiatur irregularis? & retenta opin. Goffr. dicendum esset, quòd sic: retenta vero Hostien. & etiam Tarantas. dicendum esset, quòd non: sed quid in casu dubio? videtur posse dici, quòd non: quia in dubijs pœnalibus benignior est interpretatio facienda, vt, in regula in dubijs. in vj. sed videtur contra:
4 quia vbi maius † est periculum, ibi cautius est agendum. c. vbi periculum. de elec. in vj. bene faciunt, quæ dixit Abb. in c. ad audientiam. de homici. quem etiam retuli supra de irregularitate. in principio, qui tenet contra Innoc. dicens, quòd in dubio semper quis debet potius reputari irregularis; ideo dicerem sic, videlicet, quòd aut talis celebrat in contemptú, & tunc esset, si non esset excommunicatus, credens se excommunicatum, & in contemptum celebrat, incipit peccare non parendo senten-
5 tiæ sui pastoris, cui † siue iustæ, siue iniustæ parendum est, c. sententia pastoris. xvij. quæst. iiij. & copiosè dixi supra. de cleri. excom. ministr. vbi posui hanc quæstionem & conclusi distinguendo inter legem peccati, & legem promotionis, quòd in lege peccati opinio præualet veritati, in lege vero promotionis factum requiratur, non opinio: hic autem agitur de peccato, ergo &c. ibi vide.

Secundo vero casu si celebrat, sed non in contemptum, quia probabiliter poterat credere ipse excommunicatum, propter variam doctorum opin. & tunc posset adduci illa regula theologica, de qua etiam supra dixi, supra tit. de cleri. excom. ministr. vbi dixi esse regulam theologicam, quod quicunq; committit se periculo peccati mortalis, peccat mortaliter, licet in veritatem id, quod agit non sit peccatum mortale, vt expuere in ecclesia, vel ventris crepitum facere in ea, quare similiter videtur, quod, qui committat se periculo irregularitatis, efficiatur ir-
6 regularis, quia sectanda est conscientia † dum durat: licet erronica sit, vt in decretali per tuas, el secundo. de simo. videtur itaq;, quod in hoc casu prævalere debeat opin. veritati. ar. c. j. de preaby. nó bapti. & c. consulit, & c. cum iuter. qui si. sint legit. & l. Barbarius. de offi. præto.

Sed hæc nó tollunt dubium, quia iura locantur in habente conscientiá timoratam, hic autem loquimur, quádo in celebrante cessat omnis timor, & omnino credit se non teneri monitorio, seu pronunciationi, de qua in themate quæstionis, & tunc distinguo, quod aut superueniéte cognitione seu declaratione cóstat hunc fuisse excommunicatú, aut non fuisse, aut adhuc sub iudice lis sit, primo casu indiget & absolutione, & dispensatione simul, & hoc est indubitabile, & similiter per oppositú, in secundo casu, in tertio vero erit impendenda absolutio ad cautelá sine difficultate, vt dixi supra in §. pro quo peccato debeat ferri excommunicatio, de cótumacia procuratoris, propter quam dominus fuit excommunicatus, & idem tenet Host. in sum. hoc eo. tit. in §. qualiter proferatur. ver si. ideo consulo tibi, vbicunq; dubitas, sed latius dicam infra, vbi tractabimus de absolutione ad cautelam: ibi videro.

7 Vlterius quæro: episcopus † excómunicat illum, qui tale furtum fecit iuxta formá c. si sacerdos. de offi. ordi. & plures sunt qui factum fecerunt, nunquid eorum aliquis erit excommunicatus, an omnes, & si quilibet eorum habet cóscientiam læsam ex hac excommunicatione celebrando efficiatur irregularis?

Ad primum quæsitum videtur dicendum, quod saltem vnus illorum sit excommunicatus, qa
8 in genere † potest ferri excommunicatio, vt est tex. in c. si sacerdos. de offi. ord. vbi videtur etiá casus præsentis quæstionis, ar. ad hoc in l. iij. §. ex duobus. ff. de adim. leg. & l. qui duos. ff. de rebus dub.

Sed in contrarium videtur, quod immo nullus sit excommunicatus, quia, cum ex pluribus seruis eiusdem nominis vnus liber esse iussus est, neuter erit liber, vt est casus in l. cum ex pluribus. ff. de manumis. testa. & l. duo sunt Titij. ff. de testamen. tutel. & nominatim quis est excómunicandum, vt in c. saue. xxviij. q. ij.

Solutio. dicunt quidam, quod vnus illorum est excommunicatus, sed à nullo sit abstinendum, donec appareat, de quo episcopus excommunicans intellexerit, sed Ber. dixit, quod nullus est excóicatus, quia senténtia incerta est, & ideo rei iudicatæ auctoritatem non continet, sicut sen-
9 tentia, † quæ sine quantitate prolata est, vt in l. pen.

pen. & vlt. C. de ſent. quæ ſine certa quantitate refer. & xj. quæſt. iij. c. audi denique, in §. cum ergo, & ſic celebrando nullam incurret irregularitatem, tutius tamen, & ſanctius erit abſtinere, quia fur ſemper eſt in peccato mortali, donec furtum reſtituat, & à reatu furti abſoluatur: quia fur manifeſtus eſt irregularis ſecundum vnam opinionem quam poſui ſupra, de furt. in principiu. EXCOMMVNICO TE, SI TITIVM EXCOMMVNICABIS, ET EXCOMMVNICAT, an ambo, an alter ſit excommunicatus, an nullus?

10 Subſequenter quæro: epiſcopus mãdat † prælato ſibi ſubdito habenti auctoritatem excommunicandi, quod Titium non excommunicet, & ſi excõmunicas, excõico te, & prælatus non obſtante mandato excõicat, an Titius ſit excõmunicatus, & videtur, quod non: quia cũ primus prelatus incipit excũmunicare, ligatur ſententia epiſcopi, ideo non poteſt excũicare, vt latius infra dicam, vbi tractabimus, an excõicatus poſſit excummunicare, & xxiiij. q. j. c. audiuimus. ſed contra: quia, ſi non poteſt Titium excommunicare, quia ipſe eſt excõicatus, ergo Titius non eſt excõmunicatus, & ſi non eſt excõmunicatus, nec ſubditus prælatus eſt excommunicatus, & ſic neuter erit excõmunicatus: quia conditionalis fuit ſententia epiſcopi, nec extat conditio: ergo, ſi nũ eſt excõicatus, poteſt ipſe aliũ excommunicare, & ſic Titius ligabitur ſententia prælati, ſi ipſum excõmunicat, quod eſt contra præmiſſa: hanc quæſtionem aliqui dicunt inſolubilem, mihi autem videtur, quod vterq; ſit excõmunicatus ſimul, & ſemel, quia tempore ponderato naturaliter intelligenda eſt excõicatio Titij præceſſiſſe, & ſic excõicatur ab eo, qui nõdum erat excommunicatus, hanc ſolutionem elicio ex dictis per Pet. de Tarantaſ. hoc eo. tit. vbi tractat de pœna indiſcretè excõicantis, & infra dicemus, vbi tractabimus quot modis puniatur, qui non ſeruato iuris ordine, vel alias iniuſtè aliquem excommunicat: nec eſt verum, quod ſ. dixi. ſ. quod quàm citius incipit excõicare, ligatur ſentẽtia epiſcupi: quia, immo poſtquàm excõicationem cõſummauit, exemplũ pone, quod
11 incipiẽs † excõicare dixit Titium excõmu, & intentione mutata nõ profert nico, & ſic nõ dixit excõicu, & certe nõ erit excũicatus, nec dicendũ eſt ipſum proferentem ex mutata intẽtione pœnitentem incidiſſe in ſuiam ſui ſuperioris propter hanc inchoationem, & non perfectionem: clarum eſt igitur, quod non, niſi poſtq̃ conſummauit excõmunicationem, erit ipſe excommunicatus, & ſic oportet, quod prius Titius ſit excommunicatus: ipſe vero ſubditus poſtea erit.

Excõmunico te, ſi APPELLAS A SENTENTIA MEA, & ille appellat, an ſit excõicatus.

Conſequenter quæro de quæſtione quã de facto vidi coram fatuo, & ignorante iudice dicente: excõmunico te trina canonica monitione præmiſſa, ſi appellas ab hac ſententia mea:
12 an talis † ſit excommunicatus, ſi appellet: hæc quoq; quæſtio videtur inſolubilis, ſed mihi vſ ſolubilis ſic diſtinguendo, videlicet, quia aut fatuus iudex intelligit de appellatione fruſtratoria, aut de iuſta: primo caſu credo, quod ſi ille appellauerit fruſtratoriè, extabit conditio, & erit bona excõmunicatio: quia talis appellatio non eximit appellantem à iuriſdictione iudicis, à quo: Si autem de iuſta appellatione intellexit, tunc dico excommunicationem ipſo iure nullam, tanquàm manifeſtum iuris errorem in ſe continentem, vt latius infra dicam, vbi tractabimus, in quibus caſibus excommunicatio ſit ipſo iure nulla.

Et ſi dicas, quod iſte error non fuit expreſſus in ſententia, quia non dixit, Excũmunico te, ſi appellaueris iuſtè, ſed tantum, ſi appellaueris, nõ diſtinguendo iuſtè vel iniuſtè, & tunc dico, quod tenetur hoc exprimere, vel diſtinguere: vel dic ſm Tarantaſ. vbi ſ. videlicet, quia, quando ille intellexit de iuſta excõmunicatione, aut ipſe appellat iuſtè, aut fruſtratoriè, ſi fruſtratoriè, non eſt excõmunicatus, quia intentio excommunicari ex hypotheſi debemus dicere, quod iudex non intellexit excommunicare, ſi autem iuſtè appellat, non eſt ſimiliter excõmunicatus, de hoc tamen vide Inno. in c. præterea. el ſecondo. in prima col. ante medium ibi. Item ſi dicas, excommunico te ſi appellas, de appell.

13 Sed iuxta præmiſſa pone caſum, quod excõmunicans † moriatur, priuſquam extet conditio, nunquid erit excommunicatus adueniente conditione? Io. in c. ſalonitane. xliij. di. dicit, quòd ſic, & eſt caſus ſecundum ipſum, in quo quis excommunicatur à mortuo: vide glo. in d. c. ſaluitane. in verbo ſub cummunis ibi, ſed quid ſi excommunicans moritur, quam omnino vide. De hac autem forma excommunicationis, & anathematis, de qua fit ſupra principalis quęſtio, hodie extat text. in c. cum medicinalis, de ſententia excom. in vj. & ibi, an excommunicatio operetur ſuos effectus, ſi excommunicãs ſub conditione moriatur ante cõditionis euentum: de hoc etiam dicam infra, vbi tractabo de ordine, & obſeruantia ſeruandis in excommunicationis & anathematis inflictione.

S V M M AE.

1 *Excommunicatio quot effectus habeat.*
2 *Orari an poſſit pro excommunicato.*
3 *Eccleſia vniuerſalis errare non poteſt.*
4 *Communicans ſeu participans cum excommunicato,*

to, quomodo sit excommunicatus.
Et an idem sit in participante cum Pagano, vel Iudæo.
5 Excommunicati erubescunt cum euitantur.
6 Excommunicati non debent celebrare diuina officia, & celebrantes deponuntur.
Et quomodo hæc intelligantur.
7 Excommunicati tenentur dicere officium.
8 Pœna non habet immunitatem & delictum, nihil habet commune cum venia.
9 Excommunicati qui Ecclesiæ deseruire nequeunt, amittunt fructus beneficiorum suorum durante excommunicatione.
10 Qui extra ecclesiam est, nihil ecclesiæ nomine possidere potest.
11 Excommunicato cui aufertur vtilitas ecclesiæ vsq; quo adest in excommunicatione, quomodo prouideatur. & num. seq.
12 Excommunicatus comparatur relegato ad tempus, cui bona non subtrahuntur, nisi in sententia exprimatur.
13 Stipendia quando delinquenti nō sint subtrahenda.
14 Stipendia non restituuntur reuerso ab hostibus iure postliminij.
15 Pœna repeti non solent.
16 Excommunicatus iniustè potest repetere fructus, quos non exegit tempore excommunicationis, alias secus.
17 Et quid si iniustè esset excommunicatus, sed fuisset in mora petendi absolutionem.
18 Fructus beneficij, tempore quo canonicus iniustè erat excommunicatus, sed non restituuntur, cui spectent.

Quot sunt effectus excommunicationis.

SED quæro, quot sint effectus excommunicationis, & posset dici, q satis supra in diffinitione excōmunicationis, & supra in §. de diuersis speciebus excōmunicationis maioris, & minoris, & de differentijs earū dictum sit. Sed hanc materiā seriosius hic tra-
1 ctabo: † Dicas, quòd effectus excōmunicationis multiplex est, tam quoad spiritualia, quàm temporalia. Quantum ad spiritualia dicit Altisiodorensis, quem refert Tarantasien. hoc eo. tit. quoniam qui iustè, ac pro suis demeritis excommunicantur, gratia Dei, & illius protectio illis protrahitur, ac sibi ipsis relinquuntur, vt eis liberum sit ruere in interitum peccati, in illos etiā diabolo maior potestas datur sæuiēdi: orationes quoq; ecclesiæ, & benedictionū, ac meritorū suffragia eis nequaquā suffragari putantur, & hæc quatuor his versibus continentur, quos Tarantas. posuit hoc eo. tit. videlicet.

Gratia subtrahitur magis, ac magis obiice rupto,
De vitio ruit in vitium, suffragia perdit
Ecclesiæ traditur sathanæ vexandus & ille,
Quē ligat ex proprijs anathematis vltio culpis.

Tamē pro pleniori materiæ deductione ponam infra sexaginta quinque effectus.

Sed circa hoc, q dictū est, q excōicatus per-
2 dit suffragia ecclesiæ, quæro an † pro eo possit orari? videtur q non, sicut nec pro hæretico. xj. q. iij. c. si quis episcopus, vel abbas, & idem de excōmunic. vt iuj. quæst. j. c. ij. Sed videtur contra, quia ecclesia etiam pro hæreticis, & paganis, ac etiam Iudæis, & etiā scismaticis orat, vt in parasceues dicēs, & pro hæreticis, scismaticis, paganis, & perfidis Iudæis: sed certum est
3 q ecclesia † vniuersalis non errat. Solutio. distinguendum est secundum Ioā. Teu. Inter viuos, & defunctos, quia pro hæreticis viuis, & alijs malis hominibus, de quibus supra, licitū est orare etiam speciali oratione, vt in c. falsas. de pœnit. di. v. & in c. corripiantur. xxxiij. q. iij. pro mortuis vero nō licet speciali oratione, vt in c. pro obeuntibus. xiij. q. ij. sed generali oratione licitum est orare, pro omnibus defunctis ecclesia tamen addit fidelibus, de quo vide tex. in c. non extimemus. xiij. q. ij. eodem ergo modo, quo orari potest pro hæreticis, eodē & pro excōmunicatis, cum hodie omnis hæreticus sit excōmunicatus, vt in c. excommunicamus. de hæret. q autem dixi, q excōmunicatus perdit suffragia ecclesiæ, intelligēdum est quoad alia, quæ prosunt non excommunicatis, nō autem quoad primam gratiam impetrandam.

Alius effectus est, quia quicunque scienter
4 communicat † cum excommunicato, nō tamē in crimine, ipso iure est excommunicatus minori excōmunicatione, est enim quoad hoc canon latæ sententiæ, de quo in c. cum excōicato. xj. q. iij. excipiuntur tamen quædam personæ, de quibus in c. quoniā tam multos. xj. q. iij. & in c. cum desideres. hoc eo. tit. & latius, & copiosius dicam infra, vbi tractabimus, in quibus casibus, & quibus personis licitum sit communicare excommunicato. Sed hic conuenienter quæro, quare prohibemur participare cum excommunicato, & non cum pagano, vel Iudæo: cum ipsi sint extra fidem: excommunicati vero in fide gl. reddita ad tex. in c. cum ad mensam, xj. q. iij. dicit, quòd hoc ideo est vt ipsos lucremur, item quia nō curant, vt eos euitemus, sed
5 excommunicati † erubescunt, cum euitantur, vt dicit tex. in c. audi denique.
6 Tertius quoq; effectus est, q excōicati † diuina officia celebrare non debent, & celebrantes deponūtur, vt in c. latores. de cler. excō. minist. quod sane intelligendum est, vt s̄. solemniter, vt in c. illud. de cler. excō. minist. & xj. q. iij. c. si quis

quis episcopus damnatus, & c. sequenti, quod intellige semper citra altaris ministerium, sed in alijs, vt dicendo horas canonicas secreto, nõ tamen cantando, sed legendo submissa voce, ita ꝙ organa vocis eius non audiantur, quia excõmunicatus ad hoc etiam tenetur, alias com modum reportaret ex sua excommunicatione.
7 Ideo tenetur † dicere officium. vt xxvij. dist. c. presbyterum. & dixi s. de cleri. excom. minist. clericus enim etiam excommunicatus tenetur ad pensum seruitutis suæ, vt in c. j. de celebra. miss. alias sententia esset ei ad commodum, &
8 prodesset, quod esse non debet, cum pęna † non habeat immunitatem. vt ff. de interdict. & rele. relegatorum. §. fi. nec aliquid commune habeat delictum cum venia. l. Papinianus. ff. de maio. & idem dico de suspensis, & interdictis: differunt tamen: nam isti bini, & terni possunt dicere horas canonicas, sed extra ecclesiam excommunicati vero soli, & extra.
9 Quartus effectus est, ꝙ excõmunicatus † qui ecclesiæ deseruire non potest perdit fructus beneficiorum suorum durante excommunicatione, vt in c. præter hoc. xxxij. di. nam in c. pastoralis. de appel. dicitur, ꝙ illi prouentus ecclesiastici merito subtrahuntur, cui ecclesiæ cõmu-
10 nio denegatur: qui † enim extra ecclesiam est, nihil ecclesiæ nomine possidere potest, vt in cap. quo iure. viij. di. & c. eos. & c. præter hoc. xxxij. di. & in c. ij. & iij. xxiij. q. vij. sibi tamen prouidendum est de redditibus ecclesiæ, quia etiam deposito prouidetur, vt l. di. c. studeat: habenda enim ratio est, ne egeat. l. inter eos. ff. de re iudi. in fi. & ne cogatur in opprobrium ordinis clericalis medicare, vt in c. diaconi. xciij. dist. text. tamen in l. bona fides. ff. depositi, dicit, ꝙ dignum est, vt male meriti perpetua egestate laborent.

Sed quia circa subtractionem fructuum beneficiorum excommunicato variæ sunt opiniones, videamus an hoc indistinctè sit verum, stãtibus verbis d. c. pastoralis. in fi. quidam dixerunt, vt Ioã. glossator, quòd excommunicato
11 † prouidendum est ne egeat, & quòd illa decretalis pastoralis potest intelligi in eo casu, quando in sententia exprimitur, vt à beneficio pari-
12 ter sit suspensus, cum excommunicatus † comparetur relegato ad tempus, cui bona non subtrahuntur, nisi in sententia exprimatur, vt C. de pœn. deport. l. j. ergo nec excommunicato debent fructus subtrahi, Imperator in l. stipendia. C. de executione rei iudi. dicit, quòd quandiu potest quis alijs rationibus constringi, nõ
13 sunt ei stipendia † subtrahenda: idem tenuit tex. in c. illud. xvj. quæst. vj. & hæc opinio placuit nonnullis antiquis Doct. Alij tamen dixerunt fructus ei subtrahendos, habita tamen cõsideratione, ne egeat: sed glo. Ber. in d. c. pastoralis in verbo subtrahuntur versus finem expressè tenet, quod excommunicato in nihilo sit succurrendum, cum claues ecclesiæ contempserit non parendo, nisi fame periret, quia adhuc posset resipiscere, & redire in gremium ecclesiæ, & cum hac opin. glo. transeunt omnes: sed hoc vltimum dictum, ne fame periret, posset etiam moderari, videlicet, nisi ex tali confidentia malignaretur, quia tunc vtilius esurienti panis tollitur, si de eo securius negligit, quoniam ex viuenti panis frangitur, vt iustitiæ seductus acquiescat, vt legitur in c. non omnis. v. quæst. v. quinimmo, si reconciliatus fuerit, fructus illius temporis non recuperat, si tamen iniuste fuerit excommunicatus, aliter si iniuste.
14 nihil perdit, sicut regressis † iure postliminij non restituuntur stipendia illius temporis, quo fuerunt apud hostes, vt in l. cum allegatis. C. de
15 re milit. lib. xij. & dicimus, quòd pœnæ † repeti non solent. l. pœnæ. ff. de condit. indebi. & in l. qui proprio. §. vt cæteris. de procurat. alioqui spe restitutionis facilius delinqueretur, vt in c. j. l. dist. quia facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi.
16 Si autem iniuste † fuerit excommunicatus, potest fructus repetere, vt in c. super eam. ij. quæst. v. & in l. penult. ff. de re milit. & in cap. quoniam diuersitatem. de concess. preben. faciunt etiam not. in c. sacro, hoc eo. titu. si vero
17 fuisset iniustè excommunicatus, & fuisset † in mora petendæ absolutionis, dicit Raymundus quòd non fiet restitutiò, vt in d. cap. quia diuersitatem.

Sed hic non prætermitto quærere in casu,
18 in quo non fiet † restitutio, cui applicabuntur dicti fructus Ioan. glossator credit, quòd episcopo simul, & canonicis, si de eorum cõmuni percipiebat, alias canonicis tantum: ar. l. j. & ij. de hæredi. decurionum: Bartho. vero Brix. tenet, quòd debent applicari vni sacerdoti, qui medio tempore excommunicationis celebret, & deseruiat ecclesiæ loco excommunicati, qui hoc facere nequit: & id, ne ecclesia debitis fraudetur obsequijs, allegat not. in cap. peruenit. el secondo. de appell. arg. l. j. C. de secund. nupt. vbi dicitur ne in quibus corruptionem morum induximus, fisci rationem habere videamur: vt xxj. dist. c. cleros.

SVMMAE.

1 *Excommunicatus ab vno episcopo in cuius diœcesi est beneficiatus, an sit priuatus etiam fructibus beneficiorum, quæ in aliena diœcesi obtinet.*
2 *Beneficium an conferri possit excommunicato.*
Beneficium datur propter officium.

Ex-

Excommunicationis effectus.

3 *Excommunicatus an possit excommunicare.*

4 *Episcopus excommunicatus, licèt non ferat ordines, & characterem imprima, tamen executio ordines est suspensa.*

5 *Excommunicatio, an operentur aliquid circa temporalia.*

6 *Excommunicatio irrogat infamiam quãdiu durat, ideo non habet vocem in actibus publicis, vt in electionibus.*

7 *Collegij maior pars, si esset excommunicata: an ceteri non excommunicati possint eligere exclusis excommunicatis.*

Sententia iudicum, quorum vnus erat excommunicatus: an valeat. & num. 17. vbi ponitur quomodo intelligatur.

8 *Excommunicatus non potest in iudicio stare neq; impetrare rescriptum, tam in ciuili, quàm in criminali.*

9 *Excommunicatus non potest reconuenire, nec quo ad defensionem sustinetur, vt ad impugnationis materiam extendatur.*

10 *Excommunicatus non potest dicere compẽsationem, nec de illa excipere, vel opponere, & an regulariter sit verum, num. seq.*

Compensatio cur inuenta.

11 *Compensatio in odium depositarij super re deposita non admittitur.*

12 *Excommunicatus potest soluere quod debet imo cogitur.*

Compensatio est species solutionis.

13 *Excommunicato conceditur omnis legitima exceceptio.*

14 *Actor petendo sibi satisfieri, sed repellendo exceptionem compensationis, non vult alijs satisfacere.*

15 *Actor semper videtur petere quod sibi debetur.*

16 *Compensatio peti potest licet petitio nõ admittatur.*

17 *Excommunicatus non potest esse iudex.*

18 *Diuinare nemo tenetur, hinc est quòd nemo tenetur euitare occultum excommunicatum.*

19 *Opinio communis cum tolerantia dat ius non habenti.*

An excommunicatus ab vno Episcopo perdat fructus beneficij in aliena diœcesi constituti.

SED quæro an excommunicatus
1 † ab vno episcopo, in cuius diœcesi est beneficiatus, sit priuatus fructibus beneficiorum, quæ in aliena diœcesi obtinet: dicas quòd sic, quia vnica est ecclesia Dei, à qua excõmunicatus eijcitur per excommunicationem, ar. vij. q. j. si quis presbyter, & xxxij. q. v. c. præceptum, licet secus sit in suspenso à beneficio, vt latius infra dicã, vbi tractabimus de effectibus suspẽsionis in princ.

2 Successiuè quæro, an beneficium † conferri possit excõmunicato, & dicas, quòd non, de iure communi, vt in c. cum bene, de ætat. & qualit. & est ratio, quia propter officium datur beneficium, sed excommunicatus non potest dicere officium in ecclesia, nec deseruire altaris ministerio, vt supra dixi: cessante ergo causa, cessat effectus. c. cum cessante, de appel. Et si datur, illud retinere non poterit sine dispensatione, vt in c. postulastis, de cle. exco. minist. curia tamẽ, siue cancellaria Apostolica, & camera in collationibus beneficiorum semper, & in mandatis de prouidẽdo apponit clausulam absolutionis ad effectum: & hęc clausula idẽ importat, quod dispensatio: & iste est quintus effectus excommunicationis. & de hoc dicam infra, vbi tractabo de absolutione ad cautelam.

3 Sextus aũt effectus est, ꝙ excõicatus † nõ potest excõicare, vt in c. audiuimus. xxiiij. q. j. & ibi in summa, & in c. ad probãdũ, de re iud. sed de hoc latius dicã infra, vbi signanter de hoc faciã unam regulam, & in c. j. de ordin. ab epo.

4 Septimus effectus est, ꝙ episcopus excõicatus licet cũferat ordines, & characterem imprimat, tñ ordinis executio est suspẽsa: de primo est tex. in c. ordinationes. ix. q. j. de secũdo in c. fi. de ordi. ab epi. qui renunc. episcopatui, ibi supra dixi, an cum talibus dispẽsetur, & per quẽ.

Octauus effectus est, ꝙ excõicatio est interdicta eccl'astica sepultura, de quo plenius dicã infra, vbi tractabo de iterdicto ecclesiasticę sepul.

5 Excõicatio † quoq; circa tẽporalia operatur varios effectus: tollit enim hominum cõionẽ, vt satis supra dixi, vbi tractaui de ortu excõicationis cum sequentibus, & vsq; adeo efficax est hic effectus, vt qui excõicatus est ab vno episcopo, vel plato, est excõicatus quo ad oẽs, vt not. in c. quisquis. iiij. q. v. & in c. ij. xj. q. iij. & not. in c. cũ replantare, in §. excommunicatos, de priuil. & iste est nonus effectus excõmunicationis.

Decimus effectus est, quòd quilibet excommunicatus est suspẽsus ab officio, & beneficio: de beneficio dixi supra in quarto effectu, & seriosius dicam infra, vbi tractabimus de effectu supensionis in principio.

Vndecimus effectus est, quia excommunica-
6 tio † irrogat infamiam, quamdiu durat, vt vj. q. j. c. illi qui.

Duodecimus est, quia remouet excõicatum ab omnibus legitimis actibus, quia excõicatus non habet vocem in actis publicis, aut electionibus neque actiuam, neque passiuam, vt in c. cum dilectus. de consuetu. & in c. cum inter. R. de elec. & in c. illa quotidiana, eo. tit. & in c. constitutis, & ix. q. j. c. nos in hominem.

Sed hic quæro, quid si maior pars collegij
7 esset excommunicata, † an alij possint eligere
exclusis excommunicatis? & Io. in c. quia di-
uersitatem, de concess. præben. arguit, ꝙ non,
& idem dicit, si vnus tantum de collegio sit ex-
communicatus, quòd electio sit nulla, nisi alij
communicet consentiendo, ar. l. j. §. j. ff. quòd
cum falso tut. vbi dicitur, quòd non obest si tu
tor falsus interposuit authoritatem cum vero
tutore, sed contra videntur not. in c. ad probã
dum, de re iud. vbi cassatur sententia iudicum,
ex eo, ꝙ eorum alter erat excommunicatus: fa
ciunt etiam no. in c. cum super, de offi. deleg. &
ix. q. j. c. nos in hominem supra alleg.

Decimustertius effectus est, quòd excõmu-
8 nicatus † non potest stare in iudicio, nec impe-
trare rescriptum, vt in c. intelleximus, de iud.
& in c. j. de rescrip. in vj. nisi forte impetretur
super sua excommunicatione, vt ibi, & hoc in-
telligendum est nedum in ciuili, verum etiam
in criminali actione, vt not. in c. à nobis. de ex-
cep. & in c. j. iiij. q. & vj. q. j. c. illi qui.

Decimusquartus effectus est, quòd excom-
9 municatus † non potest reconuenire, nec quo
ad defensionem sustinetur, vt ad impugnatio-
nis materiam extendatur, vt in c. cum inter, in
§. fin. de except. quandoque tamen admittitur
reconuentio, vbi non admittitur conuentio, vt
in c. cuius in agendo. ij. q. viij. & in l. ij. ff. de iu
di. §. sed si agant.

Decimusquintus secundum Tancre. & Io.
10 glossatores excommunicatus † non potest dice
re compensationem, nec de illa excipere, vel
opponere, quia compensatio est à lege introdu
cta in fauorem coniuncti, quia eius interest re-
tinere, potiusquàm soluere, vt in l. iij. ff. de cõ
pensationibus, & quòd non debetur, venit in-
compensa. ff. de compensa. l. etiam. cum ergo
in fauorem eius sit introducta dispensatio, nõ
est reo excommunicato concedenda. Præte-
rea excommunicato sola legitima defensio est
reseruata, vt in c. cum inter, de except. ergo ei
compensatio non competit, nec concedi po-
11 test: præterea compensatio † in odium deposi-
tarij super re deposita non admittitur, vt in l.
fi. in fi. C. de compensa. ergo multo minus de-
bet admitti in odium excommunicati.

Sed in contrarium facit, quia excommuni-
12 catus † potest soluere, quod debet: immo ad
hoc cogi potest, vt in c. si vere, hoc eo. tit. sed
compensatio est species solutionis, & qui com
pensat soluit: ergo ei permissa est compensa-
13 tio. Item excommunicato † conceditur quælí
bet legitima exceptio, vt in d. c. cum inter, de
excepti. sed exceptio compositionis à iure con
cedit, vt. ff. & C. de compens. per totũ, ergo hæc
exceptio erit excõmunicato concedenda. Præ-
14 terea actor † petendo vult sibi satisfieri, sed re-
pellendo exceptionem compensationis nõ vult
alijs satisfacere, cõtra id, qđ not. dicit in proœ.
decretorum, humanum genus, ibi omnia quę-
cunque vultis, vt faciant vobis homines, & vos
eadem facite illis: hoc enim est lex prophetæ,
vt Matthæi septimo.

Sed Bari. Brix. dicit contrarium, cum actor
15 † videatur petere, quod sibi debetur: si. n. age-
ret excommunicatus, repelleretu per exceptio-
nem, ergo non potest compensare. l. quicunq;.
ff. de compens. immo, & si vellet compensare,
etiam si ab aduersario admitteretur, iudex ex
officio suo ipsum debet repellere, vt in c. exce-
ptionem, de except. in fi. Sed omnino in con-
16 trarium est, quòd licet quis non possit † pete-
re, tamen compensare potest, vt in naturali de-
bito, vt in l. etiam. ff. de compensa. & iiij. q. j. c.
in summa, & in c. fi. §. fi. de excepti. & cum hac
opin. transit Pet. de Tarantas. hoc eo. ti.

Decimussextus: non potest excommunica-
17 tus † esse iudex, vt xiiij. q. j. c. ait Celestinus, nec
valet sententia per ipsum lata, quod adeo bene
est, quoniam si ex pluribus iudicibus vnus e-
rat excommunicatus: omnium sententia cas-
satur, vt in c. ad probandum, de re iudi. qđ in-
tellige verum, si erit publicè excõmunicatus,
secus si occultè, vt in d. c. ad probandum: & est
ratio: quia occultum excommunicatum nemo
18 euitare tenetur, cum nemo † diuinare teneatur,
vt in cap. vt nostrum, vt ecclesia benefic. & l.
si put. ior. ff. ad leg. Aquil. & ff. de mand. in l. si
fideiussor. §. cum debitor: tũc ergo communi
opinione liber, & solutus habetur, & creditur:
quicquid ergo interim facit, valet, vt in l. Bar-
barius. ff de offi. præto. & in c. . . . . §. ve-
rum si serius. iij. q. vj. communis enim opinio
19 † cum tolerantia dat ius non habenti, vt in c.
consultationibus. de iu. pat. de quo vide, quæ
latè dixit Lap. allegat. lxxxix. factũ supra quæ
consilium petitur, in ix. col. in princip. & Pet.
de Ancha. in suo consil. cxj. & Siculus in c. cum
venerabilis, versi. an autem agens, de except. &
Rota in no. decisi. cix. alias sub titulo de rerum
permuta. decisi. x. agenti & petenti, & Aegidi.
Bellam. decisi. xciiij. licet possessio, & doct. in
c. cum inter, qui fil. sint legit. & in c. si quis à si-
moniacis. j. q. j. & per Feder. de Sen. consil.
suo cxxxvij.

S V M M AE.

1 *Excommunicatus publicè, sed ab omnibus reputatus absolutus: an gerere possit iurisdictionem suam, & an gesta, seu sententia valeat.*

2 *Excommunicatus semel, semper excommunicatus præsumitur, donec doceat de absolutione.*

Excom-

3 *Excommunicatio ſolo verbo fieri hodie non poteſt, ſed ſcriptura requiritur. & quid de abſolutione.*

4 *Abſolutio ab excommunicatione, licèt verbis abſque ſcriptura fieri non poſſit, tamen ſi probari per teſtes poteſt, admittitur.*

5 *Intellectus ad l. Barbarius. ff. de offi.*

6 *Excommunicatus non poteſt eſſe procurator, neque procuratorem conſtituere.*

7 *Excommunicatus an poſſit à Pontifice reſcriptum impetrare, & impetratum an teneat.*

8 *Scriptura admitti non debet cuius author dãnatur.*

9 *Excommunicatus non poteſt eſſe teſtis.*

10 *Excommunicatus condere teſtamentum nequit.*

11 *Excommunicatus arbiter non admittitur.*

12 *Repellitur etiam a triplicando.*

13 *Verberans excommunicatum clericum, non incidit in Canonem ſi quis ſuadente. 17. q. 4.*

14 *Excommunicato non eſt danda eleemoſyna.*

15 *Occidens excommunicatum, licet puniatur non tamen ut homicida, quia exbannito æquiparatur, & deportato. nu. 18.*

16 *Excommunicatus non poteſt doctorari, & quid ſi doctoraretur, an valeat.*

17 *Excommunicatus non poteſt fieri monachus, ſi tamen fit, valet monachatus.*

18 *Excommunicatus æquiparatur deportato.*

19 *Excommunicatus non poteſt contrahere matrimonium, cum matrimonium ſit ex ſeptem ſacramentis eccleſiæ.*

20 *Excommunicatus repellitur ab omni legitimo actu.*

21 *Excommunicatus non admittitur ad oblationes, ſed repellitur ab eccleſia.*

22 *Neque poteſt compromittere.*

23 *Brachium ſeculare quando imploretur, cum eccleſia non habeat vltra quid faciat.*

24 *Excommunicatus conſtitutus procurator cum poteſtate ſubſtituendi, non poteſt ſubſtituere.*

25 *Suffragia eccleſiæ non ſuffragantur excommunicato.*

26 *Iuramentum fidelitatis non eſt ſeruandum excommunicato.*

27 *Debitum non eſt ſoluendum excommunicato.*

28 *Excommunicatus non poteſt notarius neque Doctor effici.*

29 *Excommunicatus, an in articulo mortis conſtitutus poſſit à quocunque ſacerdote abſolui, & quid poſtquàm eſt mortuus.*

30 *Excommunicatus, an poſſit aſpirare ad dignitatem ſecularem.*

31 *Bona excommunicati poſſint poſt annum per epiſcopum excommunicantem exponi.*

32 *Excommunicatus durante excommunicatione deſinit eſſe membrum vniuerſitatis.*

33 *Excommunicatus non poteſt petere debitum ab vxore, ſed reddere tenetur.*

34 *Hæres non tenetur præſtare legatum excommunicato durante excommunicatione.*

35 *Excommunicatus ſeruus diaboli dicitur ea iurante.*

36 *Diabolus licite poteſt vexare excommunicatum, in corpore, Deo permittente.*

37 *Excommunicatus non poteſt eſſe executor teſtamenti.*

38 *Excommunicatus an poſſit petere executionem ſententia ad eius fauorem latæ ante excõicationem.*

39 *Et quicquid acquirit, non ſibi ſed pauperibus acquirere dicitur.*

40 *Et an poſſit petere reſtitutionem in integrum.*

41 *Et an poſſit acquirere ius patronatus.*

42 *Et an ſpoliatus poſſit agere ad ſpolium ante abſolutionem.*

43 *Excommunicatio prolata in modum exceptionis, inducit euitationem, ſine alia denuntiatione.*

44 *Excommunicatus ſi cedat alicui actionem ſuam, an ceſſionatus poterit agere durante excommunicatione ceſſionantis.*

45 *Succeſſor cum eo cui ſuccedit, pro eodem reputatur.*

46 *Eleemoſyna ſicut non poteſt excommunicato fieri, ita ab ipſo non eſt recipienda. & nu. 49.*

47 *Eleemoſyna mixta cum ſele non placet Deo.*

48 *Eleemoſyna indigenti videtur eſſe debita.*

49 *Eleemoſyna quo caſu poſſit excommunicato dari.*

50 *Intellectus c. cum voluntate. §. prædicatores, & §. pro quibus. de ſenten. excommu.*

51 *Dictio præſertim quid ſignificet.*

52 *Cum male meritis perpetua egeſtate laborare permittendum eſt.*

53 *Excommunicatus conteſtando litem non rumpit præſcriptionem.*

54 *Et quomodo admittatur ad defenſionem.*

55 *Excommunicatus eſt inter homines, & tamen conſortio hominum caret.*

56 *Et quomodo admittatur ad proponendam iniuriam ſuam.*

57 *Et quomodo poſſit appellare.*

58 *Sententia ex cauſa falſam non valet, fallit tamen in ſententia excommunicationis.*

59 *Et talis ſententia trahit ſecum executionem.*

Iudice excommunicato exiſtente, an currant tempora vtilia partibus.

An qui ſemel ſuit publicè excommunicatus, & poſtea communiter habetur pro abſoluto, poſſit exercere iuriſdictionem, & valeant geſta per eum.

NEc prætermitto quærere de eo, ꝙ
1 quotidie accidit; quidã † fuit aliàs
publicè excõicatus, & pro eo habi
tus, tẽtus, & reputatus, ſed tractu
tẽporis habebatur pro abſoluto,
& ſic tenebatur, & reputabat᷑ ab omnibus: cũ
tamen verò adhuc eſſet excõicatus, nunquid

hæc cõis opinio præualet veritati: ita ꝙ senten
tia ab eo lata teneat: credo, ꝙ nõ, quia semel ex-
2 cõmunicatus † semper præsumitur excõicatus
donec doceat de absolutione, dicit glo. in c. pro
posuit, de cler. exco. minist. in verbo de absolu
tione, ibi, & ita colligitur hic, ꝙ qui fuit excõi-
catus, adhuc præsumitur excõicatus, nec credi
tur asserenti se absolutũ, nisi ostendat literas ab
solutionis, vt no. in c. ex parte, de offi. ordi. vbi
hoc est decisum, & glo. in c. miramur. xxiiij. q. j.
3 præterea hodiè solo verbo quis † excõmunicari
nõ põt, sed in scriptis, vt in c. cum medicinalis,
hoc eo. ti. in vj. ergo nec absolui, vnde est text.
Ambros. in c. verbum de pœnit. dist. j. dicit do-
minus, par ius esse voluit & soluendi, & ligan-
di: qui vtrunq; pari cõditione permisit: nec ob-
stat prædictis glo. in c. cõperimus, in verbo mu
nitus. xxiiij. q. iij. quæ expressè dicit, quòd solo
verbo quis excõmunicatur, & solo verbo absol
uitur, quia dic. glo. in hoc non residet, sed trãsit
ad aliã solutionẽ dicens, quòd ibi sententia nõ
tenuit, quia excoicatus erat hæreticus: ideo ibi
non fuit absolutio, sed potius declaratio, ꝙ nõ
erat ligatus, & vltra præmissa, quòd in absolu-
tione requiratur scriptura, sicut in excõmuni-
catione, videtur tenere dic. glo. in c. proposuit
de cler. exco. minist. sed verè rectè ponderanti
textus ibi videtur innuere, quòd absolutio pos
sit per testes probari, & licet dicatur, quòd de-
4 beat fieri in scriptis, † sicut excõicatio, tamen si
sine scriptis fiat, & per testes probari possit, te-
net, pro quo est tex. in c. pia. §. si quis igitur, &
ibi glo. in verbo documentis, de except. in vj.
Barth. Brix. in c. ad probandum, de re iud. dicit
per illũ tex. ꝙ licet iudex excõicatus haberetur
publicè pro nõ excõicato: ꝙ nõ tamẽ valet eius
sententia, & dicit nõ esse bonũ argumẽtũ de ser
uo ad iudicẽ per d. l. Barbarius. de offi. prę. quia
seruus in multis casibus habet personã stãdi in
iudicio, vt in l. si sine venia. ff. de in ius vocan.
canonizata in c. eps mancipiũ, in §. qui manu-
mittitur. xij. q. ij. sed excõmunicatus in nullo,
5 immo plus idẽ Bar. Brix. dicit d. l. Barbarius,
non esse simpliciter intelligẽdã de seruo pro li-
bero habito, & tento: sed debet intelligi, & il-
la iura de seruo intelliguntur, cum eius senten-
tia fuit à principe cõfirmata, aliàs non valuis-
set secundũ eum, quia sicut cõis opinio habet
iura pro se, sic & contra se, vt not. in c. per tuas.
qui fil. sint legiti. & in c. si. xxiiij. dist. & in c. ve-
ritati. viij. dist. & in c. si quis ingenuus. xxix. q.
ij. & in l. ij. de iudi. ĩ princi. sed hæc dicta Barth.
non placent Tarantasien. propter tex. & glo. in
d. c. pia, vbi tex. expressè dicit in §. si vero. ꝙ ge
sta per excõicatum tenent, donec non constiuit
de excõicatione proposita. & ibi glo. in verbo
duraturis dicit, etiam si cũ publicè excõmuni-
cato actũ fuerit, licet secus sit in iudice, per d. c.
ad probandũ, de re iu. licet olim processus habi
tus cum actore excõicato non validat, per c. ex
ceptionẽ, de except. & dicit non obstare. c. j. de
rescrip. in vj. vbi processus habitus cũ actore ex
cõicato est ipso iure nullus sine ope exceptio-
nis, quia Host. intellexit d. c. pia habere locũ in
occulto excommunicato, ꝙ non placuit Io. An
dreæ: ideo dicit, quòd d. decretalis pia habet
locũ in processu habito corã iudice ordinario,
vel delegato: quando excõicatus fuerat actor
post impetrationẽ: illa aũt, quando actor erat
excommunicatus tempore impetrati rescripti.

Decimus septimus effectus est, quia excõica
6 tus † non potest esse procurator, vt in c. post ces
sionem, de proba. tex. & glo. in c. decernimus,
hoc eodem titulo, in vj.

Decimus octauus effectus est, quòd non
potest constituere procuratorem nec ad agen-
dum, nec ad impetrandum, vt est tex. in c. fi. de
procu. sed secus ad defendendum.

Sed quæro, dixi ad impetrandum, quæro de
quæstione, quam vidi in facto: quidam non ex-
7 communicatus † scribit excommunicato, quẽ
ignorabat excommunicatum, vt impetret à Pa
pa rescriptum nomine suo, nunquid valeat ta-
le rescriptum sic impetratum? & illius vigore
procedi possit? videtur dicendum, quòd sic per
l. vniuersis. C. de precib. Imperatori offer. vbi
dicitur, quòd non refert per quẽcunq; preces
delatæ sint. nam & mulier, quæ in iudicio pro
alio non admittitur, ad impetrandum cum ad-
mittitur, vt in l. j. ff. de reg. iur. & l. alienæ. C. de
procur. quidam dicunt, quòd valent literæ: cõ-
trarium tamẽ verius esse videtur: & hoc teneo,
quia est impetratum ab excommunicato, & ex-
communicatus non potest esse procurator, vt
supra dixi. in xvij. effectu, & indignum est illius
8 scripturam † admitti, cuius author damnatur,
vt in c. fraternitatis, de hæret. Nam si Papa, vel
Imperator, qui concessit rescriptum sciuisset
impetrantem excommunicatum, repulisset eũ:
ergo & iudex, & pars, pro qua impetrauit ip-
sum repellere debet cum suis instrumentis, vt
in c. excommunicamus, de hæret. in §. creden-
tes, versi. tabellio: quia eadem ratio, quę monet
delegantẽ, mouere debet & delegatum, & vbi
delegans suas literas denegaret, delegatus etiã
suæ cognitionis officium nullatenus interpo-
nat, vt in c. super literis, de rescrip. in fi.

Decimus nonus effectus est, quia excõicatus
9 nõ põt esse testis, vt in c. veniens, el ij. de testi. in
fi. vbi hꝰ, ꝙ si cuius testimoniũ desideratur, sed
an sit excommunicatus, dubitatur, absoluen-
dus est ad cautelam, ne veritas pereat, dicit
glo. in c. decernimus, hoc eo. titu. in vj. in ver-
bo testificando, vbi plenè, & sic seruari vidi,

&

& seruami Romæ in auditorio Rotæ.
Vigesimus effectus est, excommunicatus
10 † non potest condere testamentum secundum
Io. An. in c. decernimus, de sent. excommun.
in vj. Archid. in cap. pia, de excepti. in vj. Bar.
io l. si quæramus, in h. ff. de testa. Bal. in l. si is
qui. C. si penden. appell. mors interuene.
11 Vigesimusprimus, excommunicatus † non
potest esse arbiter, sicut supra dixi, nec iudex,
& hoc pari ratione, cum arbitraria reducta sint
ad instar iudiciorum, & eadem sit communi-
catio cum arbitro, sicut & cum iudice. secun-
dum Io. An. in c. ad probandum. de re iudica.
& in regula dolo facit, de regul. iur. in vj. in
Mercur. & Barth. in l. cum pater. §. hæredita-
tem. ff. de leg. ij. & Barth. idem in l. si societa-
tem. §. arbitrorum. ff. pro soc. & doc. in c. Quin
tauallis. de iu. iur. secus est de arbitratore, & a-
micabili compositore, secũdum d. Iasonẽ in l.
Vigesimussecundus effectus excommuni-
12 cationis † est, quia excommunicatus (secundũ
aliquos) repellitur à triplicando, vt per Spec.
in titul. de except. §. j. versic. item quæritur.
13 Vigesimustertius effectus est, † quia verbe-
rans dictum excommunicatum, non incidit in
canonem si quis suadente. xvij. q. iiij. & sic ex-
communicatus perdit beneficium dicti cano-
nis secundum unam opinionem, per tex. in c.
excommunicatorum. xxiij. q. v. cuius contra-
rium tenet gl. in c. si quis deinceps. xvij. q. iiij.
Vigesimusquartus effectus excommunica-
14 tionis est, quia excommunicatio † non est dan
da eleemosyna, nisi in casu, quo fame periret,
iuxta distinctionem gloss. in cap. quiescamus.
xlij. distinct. in verbo postulat, an autem ab
eo possit recipi, dicam infra in liiij. effectu.
15 Vigesimusquintus, quia occidens † excom-
municatum, licet puniendus sit, non tamen
punitur vt homicida, vt in c. excommunica-
torum. xxiij. q. v. tmo Tancre. in sua compen-
diosa, parte vltima, in viij. q. incipiente, quid si
aliquis offendit exbannitum, tenet, quòd ex-
communicatus æquiparetur exbannito, & ni-
si obstaret illud Euangelij, uidelicet, non licet
interficere quenquam teneret, quòd posset im
punè offendi, dicens etiam ibidem, quòd au-
thoritates diuinas, tanquam leges allegare pos
sumus, vt in auth. vt iudi. sine quoquo suffra-
gio. §. est quoque. collat. ij.
16 Vigesimussextus, excommunicatus † non
potest doctorari secundum uerum indictum,
vt dicit do. Car. Zaba. in repet. c. perpendimus.
de sent. excõ. sed Io. de Ana. in rubrica de ma-
gistris in ij. col. in medio, in versi. verum autem
excõicatus, dicit, ꝙ non deberet doctorari excõ
municatus, sed si doctoratur tenet doctoratũ,
& materiã vide doc. in j. constit. C. vbi dicitur,
ꝙ doctoratus non est dignitas, nec actus, qui
competat alicui ratione publici officij, sed
competit iure priuato.
Vigesimusseptimus effectus, excommuni-
17 catus † non potest fieri monachus, si tamen
fit, valet monachatus secundum Innoc. in c. cũ
illorum, de senten. excom. vbi expresse dicit, ꝙ
tenet monachatus excommunicati, sed melius
facit, qui scit, & non recipit, nec in probatio-
ne absoluere potest.
Vigesimusoctauus effectus est, quia excõica
18 tus † æquiparatur deportato, vt per Inn. in c. cũ
contingit, de officio deleg. vbi ẽt dicit, ꝙ æqui-
paratur relegato, facit etiã gl. in c. decernimus.
de sent. exco. in vj. & not. in c. pastoralis. de ap-
pell. & glo. in c. licet. de offi. deleg.
Vigesimusnonus effectus secundum vnam
19 opinionẽ est, ꝙ excõicatus † non põt contrahe-
re matrimoniũ, cũ matrimoniũ sit vnum ex se-
ptẽ sacramentis ecclesiæ, vt not. Feder. de Senis
consi. suo cxj. in c. an diœcesanus, in iij. col. in
medio, rõne sacramẽti, cuius excõicatus est in-
capax, & est actus legitimus, à quo excõicatus
20 repellitur, cum † repellatur ab omnibus legiti-
mis actibus, vt no. in c. decernimus. de sen. exc.
in vj. & in c. pia. de except. eodẽ libro. & doc. in
c. veritatis. de dolo: sed in contrarium videtur
tex. in c. significasti. de eo q duxit in matr. quã
pollu. & no. per do. Cardinalẽ. in d. c. veritatis.
de dolo. per Spec. in ti. de spon. §. j. versi. sed nũ-
quid. & Archid. cxv. dis. c. illud, & xxviij. q. j. c.
non oportet. & idẽ Cardinalis in clem. j. de pri
uilegijs, in xiij. q. & bona gl. in c. nullus, de con
secr. di. iiij. Aliqui dicunt, ꝙ ille tex. in c. signifi
casti, loquitur in iam contracto, & non contra
hendo: crederem posse dici non exprimi iam
contractum, sed impedi contrahendum, sicut
supra dixi, de doctorando, cogita.
21 Trigesimus effectus est, ꝙ excõicatus † nõ ad
mittitur ad oblationes, sed repellit' ab ecclesia,
Inno. in c. super his. de accusat. & ibi omnes.
Trigesimusprimus effectus est, ꝙ excõicatus
22 † nõ põt cõpromittere: Spec. in ti. de arbi. in §.
restat in fi. & §. differt versi. secundum eum.
Trigesimussecundus effectus est, ꝙ contra
23 excõicatũ † in sordescentem in censuris datur
brachiũ sæculare, ẽt sine deuẽtu ad aggrauatio
nẽ, & reaggrauationẽ, vel interdictũ, & hæc est
vna fallentia ad regulam, qua cauetur, ꝙ tũc de
mum imploratur auxilium brachij sæcularis,
cum ecclesia non habeat vltra quid faciat, vt in
c. pen. in gl. fi. de eo qui duxit in matrimoniũ. ꝙ
aũt ecclesia tũc inuocet brachium sæculare, dũ
non habet vltra quid faciat, habetur in c. signi-
ficasti. de offi. deleg. & in c. j. de offi. ordi. & in
c. j. de statu regul. in vj. & in c. vt officium,
de hæret. eodem libro.

FF 3 Tri-

Xxxiij. effectus est, quòd excommunicatus
24 †constitutus procurator cum potestate substi-
tuendi nō potest alium substituere, vt in c. post
cessionem de probationibus, & in cle. religio-
sus de procu. in glo. fi. & per Inno. in c. consul-
ti. eo. ti.
25 Xxxiiij. effectus est, quòd suffragia †ecclesiæ
non suffragantur excommunicato, vt in iiij. sen
tentiarum. dist. xviij.
26 Xxxv. effectus est, quòd excōmunicato†non
est seruandum iuramentum fidelitatis, vt est
tex. in c. iuratus, qui est fi. xv. q. vj. & c. nos san-
ctorum. ea. ca. & q. & xj. q. iij. c. quem multos.
27 Xxxvj. effectus est, quòd debitum † non est
soluendum excommunicato. vt in d. c. nos san-
ctorum. xv. q. vj. & ibi glo. in verbo constricti,
quam omnino vide, quòd etiam si de-
bitor iurasset, soluere non tenetur, sed depo-
net pecuniam.
28 Xxxvij. effectus, quòd excōmunicatus †non
potest effici notarius, sicut nec doctor, sed nun
quam durante excommunicatione potest con-
ficere instrumentū. vt in c. decernimus, de sent.
excom. in vj. & Butri. in c. sicut: ne cler. vel mo
na. & doc. in c. veritatis. de dolo, & cōtu. & Car
dinalis in repeti. c. perpendimus. de sent. excō.
& in cle. j. de excepti. in vij. & viij. q.
Xxxviij. effectus est, quòd licet in articulo
29 mortis quilibet excommunicatus † possit ab-
solui à quocūq; sacerdote exceptis casibus, qui
notantur infra de absolutione, tamen iam mor
tuus non potest absolui nisi à solo Papa, vt in c.
à nobis, el secundo, de sent. excom. & glo. in c. si
aliquis. xxvj. q. vj.
30 Xxxix. effectus est, quòd excōmunicato †re
pellit à dignitate sæculari, sicut ab ecclesiastica,
vt est casus in c. venerabilem. de electi.
31 Xl. effectus est, quòd bona †excommunica-
ti possunt post annum per episcopum excom-
municantem exponi, vt not. in c. pro humani,
de homici. in vj. & in c. excommunicamus, de
hæreti. in §. si vero.
32 Xlj. est, quòd excommunicatus †desinit esse
membrum vniuersitatis durante excommuni-
catione. Inno. in c. illa quotidiana, de electi.
33 Xlij. effectus est, quòd excommunicatus†nō
potest petere debitum ab vxore, sed reddere te-
netur, vt in c. quem multos. xj. q. iij. & Hosti. in
c. inter alia, de sen. excom.
34 Xliij. effectus est, quòd hæres † non tene-
tur præstare legatum excommunicatione du-
rante, Bal. in l. j. C. de his qui pœn. no. & Bal. in
l. nullus. ff. de adult.
35 Xliiij. effectus est, quòd excōmunicatus† du
rante excommunicatione est membrum dia-
boli, & eius seruus, primo quo est glo. in c. dile
ctus. de appell. pro secundo est tex. & glo. in c.
audi, & c. omnis christianus. xj. q. iij.
36 Xlv. effectus est, quòd diabolus †potest lici-
tè vexare excōmunicatus in corpore, Deo per-
mittente, vt in c. absit. xj. q. iij.
37 Xlvj. effectus est, quòd excōmunicatus†non
potest esse executor vltimæ voluntatis ad pias
causas, secus in alijs secūdum Bal. in l. id quod
pauperibus. C. de epi. & cler.
38 Xlvij. excommunicatus † non potest petere
executionem sententiæ in eius fauorem latę an
te excommunicationem, dicit Inno. in c. cum
venerabilis de excep.
Xlviij. effectus est, quòd quicquid acquirit
39 excommunicatus †durante excommunicatio-
ne, acquirit pauperibus, & non sibi: quia sic ac
quisita eroganda sunt pauperibus secundum
Hosti. in summa de pœnit. & remis. in §. siqua
pœna, & doc. in c. ad liberandū de Iudæ. & glo.
tij. in verbo per totum.
40 Xlix. excommunicatus † non potest petere
restitutionem in integrum secūdum Io. An. in
c. significauerunt, de excepr.
41 L. effectus est, quòd excommunicatus†con-
stituens, vel dotans ecclesiam durante excom-
municatione non acquirit ius patronatus, vt in
c. à nobis, de iu. pa.
42 Lj. excommunicatus † violenter spoliatus
non potest agere super spolio ante secundā ab-
solutionem secundum Inno. in c. pia, de excep.
in vj. & ibi etiam Archid. & docto. in c. decer-
nimus, de sent. excommuni. eo. lib. & melius in
primo, in fi. xiiij. dist. & in c. ex insinuatione, de
procu. & ibi glo. in verbo canonicam, & in c. di
lectus, de rescrip. & ibi glo. super verbo hoc iu-
re, in fi. & Io. An. in c. à nobis, de excep. & glo. in
c. omnibus. iiij. q. vj. & copiosè per Fede. de Se
nis cons. cxvj. incipi. mirandum est.
43 Lij effectus est, quòd excōmunicatio †prola
ta in modum exceptionis inducit euitationem
sine alia denunciatione, & sic est casus, in quo
tenemur euitare excommunicatum occultum,
vt not. in c. cum dilectus, quod est c. secūdum,
de ordi. cogni. super verbo totum in modum
exceptionis.
Liij. effectus secundum Garf. doc. anti. quòd
si excommunicatus cedit actionem suam alte-
44 ri, cessionarius † non potest agere durante ex-
communicatione cedentis, quia nemo potest
esse melioris cōditionis, quàm sit auctor suus,
à quo ius in eum transit, vt in l. in his. §. non de
beo. ff. de reg. iu. Item, quia nemo plus commo
di in alium transfert, quàm ipse habeat, vt in l.
nemo plus, de reg. iur. & idē in vj. c. nemo plus,
& c. quod autem, de iur. patr. sed qui cedit non
potest agere, ergo nec cessionarius, faciunt not.
in c. consulti, de procur. præterea res transit cū
sua causa, & suis vitijs, vt de deci. c. cum nō sit,
in

in fi.& xvj.q.j.c.si quis laicus.item quia succes-
45 sor †cum eo, cui successit pro eodē reputatur, vt in c.aduersus, de immuni.ecclesiarum,& de offic.ordi.c.pastoralis. ergo partibus eius fungi debet.l. hæres absens.ff.de iudi.l.quidam.§. nihil interest.ff.de eden.contrarium tamen cōcludit Barth.Brix.in quæstionibus suis venerealibus xvj. incipi. quidam cum esset excommunicatus,illa potissima ratione,quia cum vitium excommunicationis sit personale non extendēdum ad res,adhæret ipsi excommunicato, vt j. q.j.c.cito turpem & tunc res transit sine vitio, vt.ff.de diuers.& tempo. præscrip.l.an vitium. prima rubrica,vbi videtur esse casus, quem refert,& sequitur Io.An.in c.j.de inr. pat. in vj. in glo. sua in verbo in semestre, & idem tenet Spec.in tit.de procur.§.fi.versi.quid si excommunicatus.

Liiij. effectus est,quòd sicut non licet facere
46 eleemosynam †excōmunicato (nisi in casu quo fame periret, vt supra dixi in xxiiij. effectu, sic ab eo recipere eleemosynam prohibemur pari ratione,cum dare,& recipere sint correlatina.
47 Præterea eleemosyna†mixta cum fele non placet Deo,vt ait Greg.in regestis,& transumptiuē in c. scriptū.xiiij.q.v.scriptum est Prouerb. xv. victimæ impiorum abominabiles factæ sunt Deo,sed excommunicatus est sibi ipsi impius excommunicationem sustinendo animo indurato,ergo &c. & longè est dominus ab impijs, sicut propè inuocantibus eum, & dona quippe iniquorum non probat altissimus.iij. q.vij.c.in grauibus,& in c.immolans.xiiij.q.v. præterea oblationes discedentiū fratrum neq; in sacrario, neq; in gazophilacio recipiantur. xc.dist.sed ibi glo.in verbo dona videtur sentire contrarium de excommunicato, vt infra dicam, & facinorosus, qui sacrificat mihi vitulum, quasi canem occidat, & qui coquit symilaginem, quasi sanguinem porcinum, vt per Esay. .... & transumptiuē in cap. per Esayam.j.q.j. sed in contrarium faciunt dicta beati Greg.in homel.loquendo peccatori,interim sic fac quicquid boni poteris, vt Deus cor tuum illustret ad pœnitentiam: nam dicendo quicquid,eleemosynam,& quicquid boni, ac omnia bona includere videtur:nam qui omnia dicit, nihil excludit.

Præterea cū Nabuchodonosor Rex & se, & vitulum aureum adorari fecisset,torū; enormia peccata, & scelera perpetrasset, Daniel hoc vnum consilium præbuit dicens, ô Rex placeat tibi consilium meum, & eleemosynis redime peccata tua,& misericordijs pauperū,& ignoscet forsan Deus delictis tuis, vt legitur Daniel.iiij.& Augu.in sermone, Dū facitis eleemosynam ait, qui pauperem clamantem exaudierit, & ipse clamans à domino exaudietur, &,qui miseretur pauperi, beatus erit, Prouer. iiij.& Luc.xj. Date eleemosynā,& ecce omnia munda sunt vobis. ex quibus quidam authoritatibus facilè datur intelligi, quòd magis peccatoribus, quàm iustis expedit pauperibus, & egenis dare eleemosynam.

48 Quin etiam eleemosyna †indigenti videtur esse debita, Ecclesiast.iiij. eleemosynam pauperis ne defraudes, & oculos tuos ne transuertas à paupere,& nō auertas oculos tuos ab egeno: declina pauperi sine tristitia aurē tuam, & redde debitum tuum.ex quibus quidam authoritatibus potest inferri,quòd excommunicatus tenetur ad eleemosynam tanquam de iure debitam, excommunicatus autem tenetur soluere debitum,& ab eo exigi potest, vt not.in c.si verè de sent.excom. & c.intelleximus,de iudę.& dixi supra in xlij.effectu.

49 Præterea licitum est dare eleemosynam†excommunicato,ne pereat fame, vt not.in c.qm̄ multos.xj.q.iij. & pari ratione, immo maiori recipere ab excommunicato: præterea vbi est necessitas,ibi cessat lex,vt in c.quanto,de consuetu.sed cum necessitas non habeat legem, licitè possumus ex necessitate dare, & recipere eleemosynam ab excommunicato, & tempore necessitatis omnia sunt communia:ergo indigenti,quod suum est à detentore recipere licet: immo si dare nollet extorquere:vnde dicit beatus Bernardus i suo sermone xxiij.in lib. meo, Clamant pauperes,clamant nudi, clamāt fame lici,conqueruntur,& dicunt,dicite pontifices, quid metus in inferno facit, expellit, quod expenditis,nobis subtrahitis crudeliter,& expenditis inaniter. Item Ambro.neq; minus est criminis habenti tollere,quàm,cū possis,& abundes,indigentibus denegare:esurientium panis est, quem tu detines, nudorum indumentum, quod tu recludis, miserorum redemptio est pecunia,quam tu in terra fodis:tantorum ergo te scias inuadere bona, quatenus possis præstare, si velis: hæc Ambr.supra euangelio & transumptiuē in c.sicut hi,qui per insanam mentem.xlvij.dist.

Quòd autem prædicatoribus, & ceteris sa-
50 cerdotibus hoc liceat. videtur tex.expressē †in c.cum voluntate,de sent. excom.in §.prædicatores:quin immo per illum §.ex sui ratione videtur permitti cuilibet egenti ab excommunicato eleemosynam recipere per illa verba, præsertim si aliàs non valeant in illo loco sustentationem habere. Petr. autem de Tarantasia in hac quęstione distinguit sic, videlicet, quòd quidam sunt pauperes necessarij, & quasi singulares,& priuatæ personæ, vt sæculares, & quidā voluntarij,&quasi serui publici,& communes perso-

personæ, vt sunt prædicatores minores, & cæ-
teri mendicantes approbatæ religionis: primi,
si nõ possunt alias sustentationem habere, pos-
sunt eleemosynam excommunicati gratis obla
tam recipere, & non oblatam petere. Alios
autem etiam si aliunde habere possint non pu-
to, siue gratis recipiant, siue non oblatam exi-
gant, peccare: cum quasi eis ex debito seruitij
communis debeatur iuxta authoritatem Apo-
stol. ad Ro. xv. si spiritualium eorum participes
facti sunt gentiles, debent & in carnalibus eis
ministrare: ecce quòd Apostolus expresse vo-
cat debitum, dum dicit debent: sed iam dixi
supra excommunicatus cogi posse debitum sol
uere creditori, etiam si creditor non egeat, er-
go, &c. ad idem facit dictum Apostoli ad Co-
rinth. j. c. ix. si nos vobis spiritualia seminamus,
parum est, si carnalia vestra metamus, & ad Ga
lath. vj. c. communicet autem is, qui catheriza
tur cũ eo, qui se cathetizat in omnibus bonis:
de talibus enim pauperibus loquitur dicta de-
cret. cum voluntate. §. pro quibus transumpti-
uè faciunt not. in c. secundum Apostolum, de
præben. & in ipsis prædicatoribus dicit idem
Taranta. quòd non est distinguendum, vtrum
aliunde habere possint, vel non: quod duplici-
ter ostendi posse dicit, primo ex eo, quòd ibi
subditur, præsertim si alias nõ valet in illo loco
sustentationem habere, ergo à contrario sensu,
etiam si alias possent habere, dicit etiam appo
nendum esse dictã dictionem præsertim. i. ma-
xime, & non in tantum, quia si ita exponeretur,
cum in eo casu quibuscunque indigentibus li-
ceat ab excommunicato recipere, vt xj. q. iij. c.
quoniam multos, supra alleg. & c. quoniam &
c. quare, non esset differentia inter prædicato-
res, & alios pauperes, & sic nullum daretur eis
priuilegium per prædictam decretalem: fru-
stra ergo specialiter loqueretur, de eis, sicque,
de nihilo vanas membranas occuparet. xix. di.
5 si Romanorum: dictio † autem præsertim de
sui natura stat augmentatiuè, de quo vide per
Spec. in titu. de testi. §. j. versi. sed nunquid, &
de natura huius dictionis habetur in c. ex su-
scepto, & c. licet. de fo. compe. & in c. per ve-
nerabilem. qui fil. sint legit. & in c. contineba-
tur, de spon. impub. & c. audiui. de excep. & in
c. j. de confes. & Io. Cardinalis sub tit. de verb.
signifi. consilio suo. iij. & in l. in ambigua. ff.
de legi.

Præterea si eodem casu, scilicet necessitatis
licet dare excommunicato, vt in d. c. quoniam
multos. versi. & si quis excommunicatus: nul-
la ergo esset differentia inter ipsos prædicato-
res, & excommunicatos quoad hoc: quod sa-
tis indignum videtur: plus enim aliquid indul
gendum in quacunque re iustitiæ, quàm pecca
52 to . : . cum male † meritis perpetua egesta-
te laborare permittendum sit. ff. de deposi. l. bo
na fides. & si dicas, quòd secundum hanc ra-
tionem nõ erit differentia inter indigentes ex-
communicatos, & alios pauperes necessarios
indigentes, cum illis liceat in necessitate dare,
istis in necessitate accipere, & tamen plus ali-
quid debetur illis in quacunque re, tanquàm
iustis, quàm peccatoribus illis: dico, quòd in-
ter eos erit differentia, nam leuiori necessitate
licebit pauperi ab excommunicato recipere, q̃
liceat non excõicatis excõicato dare: huius aũ
rei mẽsuram cuiuscũq; arbitrio existimo relin
quendam: ad obiecta autem in contrarium sic
existimo respondendum, quòd illi tres cano-
nes, videlicet cap. oblationes eorum qui pau-
peres, & c. miror, loquuntur de oblationibus,
quæ fiunt publicè in ecclesia, & infra missarum
solennia, alij vero loquuntur de eleemosyna,
quæ secreto fit iuxta illud Matthe. vj. cum facis
eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut
faciunt hypocritæ in synagogis. & iterum, te
autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra
tua quid faciat dextera tua, vt sit eleemosyna
tua in abscondito: alia tria obiecta loquuntur
de eleemosyna reprobata, & Deo displicente
quantum ad recipientem, de quo præsens quę-
stio non est. hæc Tarantasiensis, vbi supra.

Quinquagesimusquintus effectus est, quòd
53 excommunicatus † litem contestando non in-
terrumpit præscriptionem, vt no. in c. significa
uerunt, de exceptio.

Quinquagesimussextus effectus est, quòd
licet dicatur, quòd excommunicatus sit admit
54 tendus† ad defensionem, intelligi debet de vo
luntaria, non autem necessaria, vt not. Bal. in l.
de pupillo. §. seruo. ff. de noui operis nuncia.

Quinquagesimusseptimus effectus est maxi
55 mus, quia excommunicatus † est inter homi-
nes, & consortio hominum caret, vt in l. hi
qui sanctam. C. de apostat.

Quinquagesimusoctauus effectus est, quòd
56 cum dicatur, quòd excommunicatus † debet
admitti ad proponendum iniuriam suam, de-
bet intelligi de concernẽtibus suam excommu
nicationem, & non de alijs iniurijs secundum
Fede. de Senis consil. cxvj. supra alleg. vbi bre-
uiter, sed bene concludit.

Quinquagesimusnonus est, quòd licet dica
57 tur, quòd excommunicatus † possit appellare;
illud verum est in concernentibus suam excom
municationem, & in iudicio, in quo inuitus
stare tenetur, non autem extraiudicialiter Io.
An. in c. j. de except. in vj. ratio est, quia appel-
latio extraiudicialis est quędam prouocatio ad
causam, sed excõicatus non potest quenquam
ad iudiciũ euocare, cũ ipse ab eo reprobat, vt ĩ,
Quin-

Sexagesimus effectus est, quòd licet dicatur,
58 quòd sententia † ex falsa causa lata sit nulla, fallit tamen in sententia excõmunicationis, quæ ex falsa causa lata tenet, vt in c. ex parte, de offic. deleg. & Inno. in c. in præsentia, de renunc.

Sexagesimusprimus effectus est, quòd senten-
59 tia excommunicationis † trahit secundum executionem, quòd non sic in alijs. c. pastoralis. de appell. & Bart. in l. qui vltimo. ff. de pœn.

Sexagesimussecundus excommunicationis
60 effectus est, quòd iudice † excommunicato existente non currunt tẽpora vtilia partibus, Bal. in l. C. qui ad bo. poss.

Sunt etiam plures effectus his in corpore iuris sparsi, sed hos tantum ad præsens mihi attulit studium.

SVMMAE.

1 *Excommunicatio vt videatur recte facta, & à quo possit fieri, vide octo regulas.*
2 *Minor quo casu possit maiorem ligare.*
3 *Archiepiscopus propter crimen efficitur de foro episcopi suffraganei sui, in cuius diœcesi deliquit.*

Quis possit excommunicare, & hic nota octo regulas in hac materia.

SED quia satis supra diximus de excommunicatione, & eius multiplicibus effectibus, Nunc videndum est quis possit excommunicare. & videtur dicendum, quòd episcopi, & eorum superiores, & non inferiores: quia excommunicatio est specialis mucro episcopi, vt dicit tex. in c. visis, in fi. xvj. q. ij. vt dicit Host. in summa in §. quis possit excommunicare, in versi. sed quis est hic minister, vbi late tractat hanc materiam, sed resecando fa-
1 cio † octo regulas.

Prima regula est, quòd minor maiorem, vel inferior superiorem ligare non potest.

Secunda, qui potest soluere, potest ligare.

Tertia, qui potest ligare, potest & soluere.

Quarta, par parem non potest ligare, nec soluere.

Quinta, qui est ligatus, non potest soluere, vel excommunicatus nõ potest excõmunicare.

Sexta, nullus potest se ipsum excommunicare, nec soluere.

Septima, laicus nõ potest excommunicare.

Octaua, nemo potest excommunicare non subditum suum.

Prima itaque regula, quòd minor maiorem, vel inferior superiorem ligare non possit probatur per textum in c. inferior, & ibi gl. & c. in tantum. xxj. di. & per tex. in c. cum inferior, de maior. & obedi.

2 Sed hæc regula fallit, cum maior † minori se submittit, quod fieri potest iuxta tex. in cap. ego Berengarius, de consecr. di. ij. & tex. in c. P & G de offi. deleg. & in c. nos incompetenter. ij. q. vij. & in l. excerptum. ff. de iurisdict. omnium iudic. & in c. cum dilectus, de elect. & in cap. fi. de crimi. fal. vnde Bart. Brix. & Hugut. tenuerunt, quòd Archiepiscopus
3 † propter crimen efficiatur de foro episcopi suffraganei sui, in cuius diœcesi deliquit, per iura supra proxime alleg. quorum contrarium tenuit quidem frater Garsias de remis, vt refert Pet. de Tarantasia hoc eo. tit. qui tamen fatetur, quòd si archiepiscopus delinquit in diœcesi alterius archiepiscopi, vel suffraganeorum suorum efficiatur de foro suo, & posset ab illis iudicari dummodo delictum non inducat depositionem per l. est receptum: de iurisdict. omni. iudi. sed hæc iura hodie de nihilo seruiũt, quia hodie omnes archiepiscopi, & episcopi quoad eorum personas subsunt immediate sedi Apostolicæ ratione specialis reseruationis, & vigore regulæ cancellariæ Apostolicæ, quæ consueuit esse secunda nu. per quã Papa reseruat suæ dispositioni omnes ecclesias patriarchales, archiepiscopales, & episcopales: sed quicquid sit, sic seruari videmus, quia contra episcopos, & superiores habetur recursus ad sedem Apostolicam, & præcipue in criminalibus, quia tales non possunt deponi nisi à Papa, vt iij. q. vj. cap. quamuis, vt infra proximè etiam dicam.

SVMMAE.

1 *Ligare, & condemnare is potest, qui potest & soluere, sed fallit octo modis, vt ibi.*
2 *Depositio ab Episcopatu est sequela excommunicationis, & est quid facti descendens à iure.*
3 *Præses potest absoluere Senatores, vel Clarissimos accusatos, non tamen condemnare.*

Quod qui potest soluere possit ligare.

SECVNDA REGVLA.

1 SECVNDA regula † probatur per tex. in c. verbum, de pœnit. dist. j. vbi dicit Ambrosius, dominus pari ius esse voluit & soluendi, & ligandi, qui vtrunque pari conditione permisit, ergo qui soluendi ius non habet, nec ligandi.

Hæc regula fallit in octo casibus, primo in sacerdote absoluente excommunicatum in articulo mortis, qui potest soluere, sed non ligare,

re, & absoluit à quacunque excommunicatione, vt in c. si quis presbyter. xxvj. q. vj. & de poenit. di. iij. c. quicunque presbyter. dixi plenius supra de dispensatione rectorum parrochialium in ij. parte rubricæ, de simplicibus sacerdotibus, versi. sed his præmissis.

Secundo fallit in casu. c. sanctum est bapt. de consecr di. iiij. vbi quidam pœnitens absoluit alium ipse periculi, cum tñ ligare nõ posset.

Tertio fallit secundum quosdam, quia metropolitani, & primates possunt subditos suos absoluere, non tamen ab episcopatu deponere sine Apostolicæ sedis auctoritate, vt iij. q. vj. c. quamuis. & dixi supra proximè. sed hæc fallentia posset impugnari, quia licet metropolitanus, & primas non deponat, tamen ex-
2 communicat, sed depositio est sequela excommunicationis, & est quid facti descendens à iure, & non tollitur excommunicatio per depositionem, immo augetur.

Quarto fallit similiter secundum quosdam in eo, qui confitetur alieno sacerdoti, qui licet ab eo absolui possit, non tamen ligari: sed hæc fallentia similiter posset impugnari, quia talis sacerdos, aut habet licentiã à suo sacerdote videlicet confitentis, aut non: si habet, tunc in quo potest soluere, potest & ligare, si non habet, tunc non potest soluere, nec ligare: casus est in c. omnis vtriusq; sexus, de pœnit. & remiss. ibi proprio sacerdoti nisi in necessitate, vt supra, & in c. dixi, & est tex. melior in c. fi. de pœnit. & remiss.

Fallit quinto in casu periculi mortis, vt di cam infra hoc eo. ti. vbi tractabo de absolutione ab excommunicatione, in q. vtrum in articulo mortis quilibet possit absolui.

Fallit sexto in episcopo, quem metropolitanus cũ alijs episcopis prouincialibus absoluere potest, sed non condemnare, vt in c. quamuis. iij. quæst. vj. sed Io. glo. ibidem dicit, quòd non possint.

Septimo fallit in Senatore, vel Clarissimo,
3 quos accusatos præses † absoluere potest, sed non condemnare, vt in l. quotiens. C. de Senat. vel Claris.

Fallit octauo in visitatore monachorum, qui potest Abbatẽ accusatũ de negligentia, & crimine absoluere, sed non condemnare, sed debet denũciare episcopo, vt c. fi. de stat. mona.

S V M M AE.

1 *Condemnare qui potest, potest & absoluere.*
2 *Incendiarius postquàm est denunciatus ab ecclesia pro excommunicato, nõ ab excommunicatore sed à solo Papa absolui potest.*
3 *Iudex delegatus à Papa, vel ab alio inferiore quomodo possit absoluere excommunicatum.*

Qui potest ligare, potest & soluere.

TERTIA REGVLA.

1 TERTIA regula † est correlatiua ad proximam præcedentem per authoritatem Ambrosii in d. cap. verbum Dei, & in c. inferior. xxj. dist. q qui potest ligare, potest & soluere, & ex hac necessario sequitur alia regula, videlicet q quilibet potest absolui à suo excõicatore, sed fallit hæc regula in xj. casibus.

2 Primo fallit in incendiario, † qui postquàm denunciatus est ab ecclesia pro excommunicato, non ab excommunicatore, sed à solo Papa absoluitur. de sent. exc. c. nos tua. & dixi supra de incendiarijs, & ibi dixi, quis cum incendiario possit dispensare.

3 Secundo fallit in iudice delegato † à Papa, & idem credo in delegato à quocunque inferiore, qui excommunicatum à se ob nõ paritionẽ executorialium, potest absoluere infra, vel intra annum, vt in c. quærenti, de offic. deleg.

S V M M AE.

1 *Iudex delegatus ante diffinitiuam excommunicat ex legitima causa, duratque iudicium coram eo per annum, vel vltra antequam deueniatur ad definitiuam, nunquid ab eodem post annum absolui possit.*
2 *Excommunicatio, an possit tolli alicui post tempus prafixum commissum ad decidendam causam quando ipsa excommunicatio facta est ante illud tempus.*
3 *Prælatus non sacerdos, licet possit excommunicare non tamen absoluere.*
4 *Excommunicatus non potest absoluere excommunicatum à se.*
Idem in degradato dicitur.
5 *Legatus potest excommunicare dum est in prouincia, secus postquàm exiuit.*
6 *Incendiarij possunt declarari excommunicati ab Episcopo, sed non absolui.*
7 *Sacerdotes qui ministrant hæreticis Ecclesiastica sacramenta, & cum eis participat, possunt declarari excommunicati ab Episcopo, non tamen absolui.*
8 *Delegatus potest excommunicare, sed post annum finita iurisdictione, non potest absoluere.*
9 *Excommunicatio lata per inferiorem, confirmata per superiorem, an tolli possit per solum superiorem.*
Et de veritate discutitur.
10 *Confirmatio est veteris, vel præcedentis iuris comprobatio, & qui confirmat, nihil de nouo facit.*
11 *Absolutio quando possit fieri à confirmante solo: distinguitur.*

An

An excommunicatus à delegato ante diffinitiuam, & post annum tulit diffinitiuam ab eo possit absolui.

NEC prætermittetur quotidiana quæstio occurrens in iudiciis: In
1 dex † delegatus ante diffinitiuā, ex legitima causa excommunicat: durat iudicium coram eo per annum, & vltima antequam deueniatur ad diffinitiuam nunquid ab eodem post annum absolui possit? & videtur casus, quòd non, in dic. decretali quærenti, qui præfigit annum post sententiam ad exequendum, sed in contrarium est veritas, vt dicit glo. in d. c. quærenti, in verbo ante litem contest.

2 Tertio fallit, cum alicui† infra certum tempus causa committitur decidenda, quia, si interim excommunicat, post tempus præfixum non poterit absoluere, per ea, quæ not. in c. de causis, & in c. consuluit, de offi. deleg.

Quarto fallit in eo, qui suspensus est à beneficijs conferendis per concilium prouinciale ex eo, quòd conferebat indignis, nam huiusmo di suspensionis sententia non nisi proprij patriarchæ, vel summi pontificis relaxari authoritate potest, vt not. in c. graue nimis, de præb. in fin.

3 Quinto fallit in prælato† non sacerdote, qui potest excommunicare, non tamen potest absoluere absolutione sacramentali, nisi efficiatur sacerdos, vt in c. nuper, de sent. excommu. sed caue, quia non sacerdos delegatus, vel etiam ordinarius, vt sunt archidiaconi, & electi in episcopos, & confirmati diacones, & subdiacones excommunicant, & absoluunt iudiciali absolutione, non autem sacramentali, quæ exigitur in absolutione à minori excommunicatione, quæ infertur à iure ex participatione cum excommunicatis: sed si iudex non sacerdos sententialiter suspenderet aliquem à participatione sacramētorum, bene posset eum absoluere: hæc Io. de Deo, sed nihil allegat.

4 Sexto fallit in excommunicato† quia nō potest absoluere excommunicatus à se, si post excommunicationem fuit excommunicatus, vt in c. j. de secun. nupt. & idem de suspenso, vt in c. graue, de præben. & idem dicas in degradato ab episcopo, qui ab eo non potest restitui, & idem in sacerdote benedicente secundas nuptias, vt in d. c. de secun. nup.

5 Septimo fallit in legato,† qui potest excommunicare, dum est in prouincia, qui postquam exiuit eam, non potest absoluere.

6 Octauo fallit in incendiarijs,† qui possunt declarari excōicati per epm, sed non absolui.

7 Nono fallit in sacerdotibus,† qui hæreticis ecclesiastica sacramēta ministrāt, & eis partici pant, qui possunt ab epo declarari excōicati, sed non absolui, vt in c. excōicamus, de hæret.

8 Decimo fallit in delegato,† qui potest excōicare, sed post annum finita iurisdictione non potest absoluere, vt in c. quærenti, de offi. deleg.

9 Vndecimo fallit, cum excōicatio† lata per inferiorem confirmatur per superiorem, tunc enim à solo superiori relaxari poterit, vt not. in c. j. & ij. de confirm. vti. vel inuti. quia omnia nostra facimus, quibus authoritatem nostram impartimur. c. cum apostolicæ, de præb. in vj. & C. de vet. iu. enuc. §. in omnibus, sed si Papa excommunicasset, inferior absoluere non posset, vt in c. venerabilem, de elec. in §. sunt enim notoria, & in c. pastoralis, de offi. ord. in §. edoceri, & sic alius iudex non poterit absoluere.

Sed contrarium videtur expressum in c. ex frequentibus in fi. de instit. vbi ille, qui tulit sententiam, absoluit, licet Papa illam cōfirmasset: præterea, vbi Papa sibi absolutionem nō reseruat, eam alijs permittere, & relaxare videtur. c. nuper, de sen. excom. & supra per discursum diximus, quòd in omnibus casibus episcopi possunt absoluere, & dispensare, in quibus Papa sibi in signum superioritatis nō reseruauit.

10 Præterea confirmatio† nihil aliud est, quàm veteris, vel præcedentis iuris comprobatio, &c, qui confirmat, nihil de nouo facit. c. inter dilectos, de fide instrum. ergo, qui ante confirmationem poterat absoluere, poterit & post, & potest, cum nihil noui est additum, arg. d. c. ex frequentibus, de instit. sed contra hæc etiam opponi posset: quia si per confirmationem Papæ non alteratur res confirmata, talis confirmatio est inutilis, & superuacua, cum nihil operetur, sed hoc non est verum, quia iudex, qui tulit sententiam à Papa confirmatam, eam reuocare nō potest, & sic confirmatio operatur effectum irreuocabilem, nisi in confirmatione Papa apposuisset clausulam, quam hodie cancellaria apostolica apponit in similibus, videlicet mandamus quatenus clericos, qui dictam sententiam damnabilem incurrerunt, nisi condigne satisfecerint, absoluere minime præsumatis. per quam clausulam condignè satisfacientibus absolutio relaxatur excommunicatori: faciunt ad hæc not. in cap. j. & secundo, de confir. vti. vel inuti. & in c. cum in distribuendis, de tempor. ordina. & de consecra. di. ij. c. fi.

Sed pro veritate indaganda posset distingui,
11 † an excommunicatio sit lata in modum constitutionis, an in modum sententiæ.

Primo casu credo eum non solum ab eo, qui tulit, vel confirmauit, sed etiam à quolibet cuius-

SVMMAE.

1 *Excommunicatus non potest excommunicare.*
2 *Fallit in excommunicato minori excõmunicatione.*
3 *Excommunicare est actus iurisdictionis & non ordinis. & sub num. seq.*
4 *Vicarius Episcopi, licet non sit sacerdos, potest tamẽ excommunicare & absoluere.*

Excommunicatus non potest excommunicare.

QVINTA REGVLA.

1 QVINTA regula est, quòd excommunicatus, † non possit excommunicare, quod idem intelligo de suspẽso, & interdicto. verificatur in c. audiuimus. xxiiij. q. j. &c, ꝙ ibi dicitur, te, & tuos absoluendos, expono, & absolutos esse ostendẽdos, & nõ ligatos: similis expositio habetur in l. ij. C. de leg. hære.

Hæc regula vnam habet fallentiam, videlicet
2 in eo, † qui etiam excommunicatus minori excommunicatione, cum excommunicare
3 † sit actus iurisdictionis, & non ordinis, vt in c. transmissa. de elec. & in c. cum ab ecclesiarum, & Doct. in c. cum contingit. de for. compet. & glo. in c. canonica. de sent. excom. & c. à nobis. el primo. eo. tit. vbi Host. & Io. And. post eum
4 dixit, ꝙ vicarius † episcopi, licet non sit sacerdos, potest excõicare, & absoluere. & Barbatias in c. quoniam. de vita & hone. cler. & in c. cum in ecclesijs. de maior. & obed. & glo. in cle. grauis. in versi. exerare. de celebr. miss. & glo. in c. cum in cunctis. in §. inferiora. de elec. sed Host. in c. cum satis. de offi. arcbid. videtur tenere cõtrarium, cuius opinio in hoc communiter reprobatur. & glo. in c. nemo episcopus. ij. q. j. & glo. in c. de persona. xj. q. j. dicunt, ꝙ excommunicare est actus iurisdictionis, & non ordinis, & idem dicit glo. in c. ex parte. de verbo. signi. el terzo. & Cardinalis in c. cum ab ecclesiarũ. de offic. ordi. & in c. nouit. de offic. leg. excommunicatus autem minori excommunicatione potest exercere ea, quæ sunt iurisdictionis, vt dixi supra. de cler. excom. minist. per tex. in c. si celebrat. eo. tit. vbi patet, ꝙ potest excõmunicare, & consequenter absoluere, & hæc regulariter plana sunt per tex. in d. c. verbũ Dei. de pœnit. di. j. licet in quibusdã casibus aliquando aliter cõtingat, vt latius dicam infra, vbi tractabo de absolutione à minori excõicatione, & idem dico de suspẽso, & interdicto, vt etiã latius dicam, vbi tractabo de effectibus suspensionis, & de effectibus interdicti, vbi copiosè.

SVMMAE.

1 *Excommunicare seipsum nemo potest.*
2 *Paulus Apostolus videtur seipsum excommunicasse.*

Nullus seipsum excommunicare potest.

SEXTA REGVLA.

1 SEXTA regula est, ꝙ nullus seipsum excõmunicare † potest, quia alius esse debet, ꝙ illum excõicet. Ita ꝙ inter excõicantem, & excommunicatũ differat persona, sicut inter præsentantem, & præsentatum, baptizantem, & baptizatum, vt de instit. cap. fin.

Hæc tamen regula fallere videtur, quia Pau
2 lus † Apostolus videtur seipsum excõicare ad Galath. vbi s. ibi, si nos, aut angelus de cœlo euangelizauerit vobis &c. anathema sit. & xj. quæst. iij. c. si quis præest, vbi de hoc: ad idem videntur facere canones, non liceat Papæ. xij. quæst. ij. & c. nunc autem. xj. dist.

Solutio. Nullus potest seipsum anathematizare, quia nullus potest ligare, nisi minorem, vt in c. inferior. xxj. dist. sed nullus est minor seipso, nec maior: nec par cum sit idemptitas in eo, & in eodem non datur imperium in semetipso. l. pen. ff. de arbit. ergo non potest se ligare, nec soluere. & ad illud Apostoli dicitur, ꝙ non est excommunicatus, vel escommunicatio, sed quædam detestatio, vel imprecatio, vel ostendit se anathematizandum, si hoc faceret, & bene potest quis facere. s. ostendere se esse excõmunicandum, quamuis non possit seipsum excommunicare. & secundum hunc modum loquendi loquitur illud. c. non liceat. nam Papa docet, vel potius excitat successorem suum, quid facere debeat. Ad cap. nunc autem dico, quòd non loquitur de sent. excommunicationis, nec de sent. depositionis, quia non setuabatur ibi ordo iudiciarius: sed illi episcopi tantum monebant Papam ad renunciandum dicentes, tuo ore iudica causam tuam, quando ex ea iustificaberis, aut ora tuo cõdemnaberis.

SVMMAE.

1 *Episcopus aliquid statuens sub pœna excommunicationis, an contrafaciens incidat in eandem pœnam, & sic an statuens ligetur suo statuto.*
2 *Iudex suiipsius nemo dicitur.*

An Episcopus veniens contra suam constitutionem ligetur pœna suę constitutionis.

1 Sed quæro, pone, quòd episcopus aliquid iustè & necessario statuat sub pœna excõmunicationis, ita quod excõmunicatio est iusta, & tenet: nunquid episcopus contrafaciens suæ constitutioni ligetur suo statuto, & constitutione? & videtur quòd non, immo quòd quæstio sit fatua, & de casu indubitabili, qui statuens non ligatur suo statuto, & nemo sibi legem imponit. d. l. pen. ff. de arbit. Ideo dicunt Grammatici, quòd imperatiuus modus caret prima persona, vt supra dixi inter iudicantem, & iudicatum. c. nullus. iij. quæst. iiij. & par in parem, &c. c. innotuit. de elect. ergo nec in se. Sed contra, quòd quisque iuris in alterum statuit, eodem ipso iure vtatur. ff. quod quisq; iuris in Rubro, & nigro, & in c. j. de mut. pet. & illud edictum locum habet in constitutione. ff. quod quisq; iur. l. ij. in princip. & in sententia, vt in fine dictæ legis. Sed eodem iure vti non rectè diceretur, nisi incideret in sententiã excommunicationis, sicut qui contrafaciunt, & dicit Altisiodorensis, quod quidam dimiserunt hanc quæstionem insolutam, ipse autem dicit, quòd eius solutio potest elici ex eo, quod
2 nullus potest esse iudex † suiipsius, vt iiij. q. iiij. c. j. & d. l. pen. ff. de arbit. & l. Iulianus. de iudi. & l. ille à quo. §. tempestiuum. ff. ad Treb. sed hoc soluto non videtur sufficere, ideo latius soluam infra, vbi tractabo, an excommunicans excommunicato à se sit excommunicatus, & de hac regula vide beatum Tho. in iiij. sententiarum distinctione xviij art. v. & glo. in c. qui merito. xj. quæst. iij. & glo. in c. quotiens. j. quæst. vij.

SVMMAE.

1 *Laicus quomodo non possit excõmunicare. & nu. 6.*
2 *Papa potest laico committere excõmunicationem.*
3 *Et etiam cognitionem cuiuscunq; causæ spiritualis.*
4 *Laicus potest ex commissione papę recipere purgationem episcopi, siue ab episcopo.*
5 *Iudex secularis potest prohibere aliquem ab actu temporali.*

Laicus nõ potest excõmunicare.

REGVLA VII.

1 Septima regula est, quod laicus † non possit excommunicare, verificatur in c. bene quidem. vers. maximus episcopus. xxvj. distinct. vbi, licet dicatur, quòd laico non licuit anathema dictare in ordine ecclesiastico, illud intelligo, si in laicum, vt expressè dicitur de pœnit. dist. j. c. verbum Dei. sæpe allegatum, vbi dicit Ambrosius, quòd ius soluendi, & ligandi solis sacerdotibus permissum est, quibus authoritas, & vsus clauium gradatim conceditur, iuxta text. in cap. in nouo. xxj. distinct.

Et in hac nullam inuenio fallentiam in cor-
2 pore iuris, licet bene reperiam, quòd Papa † potest laico committere excommunicationem, vt dicit glo. in c. præter hoc. in §. verum. in verbo ducibus. xxxij. di. & idem dicit Io. And. in cap. ij. de præben. in vj. in sua glo. in verbo laico. & glo. in c. bene quidem. supra alleg. xvj. dist. & glo. in c. peruenit. vij. quæst. j. & xxxv. q. v.
3 ad sedem, & similiter cognitionem † cuiuscunque causæ spiritualis, vt not. in c. decernimus. de iudi. & in c. cum contingat. de arbit. & glo. in c. j. xciij. dist. & in c. miuam. ij. quæst. iij. vbi
4 ex commissione Papæ laicus † recipit purgationem Episcopi, siue ab episcopo, & idem dicit glo. in d. c. præter. §. verum. xxxij. dist. Item re-
5 perio quòd iudex † secularis potest prohibere aliquem ab actu temporali, quam prohibitionem glo. in c. ad mensam. §. euidenter, in verbo sententia appellat excommunicationem, & allegat l. moris. ff. de pœn. Videtur tamẽ tex. aper-
6 tus probans, quòd laici † possint excommunicare, & anathematizare. in c. si quis pecunia. lxxix. dist. & ibi glo. in verbo laicis, in prima sui parte, quam Abb. Sicul. in suis reportatis, quas compilauit, dum esset auditor Cameræ Apostolicæ antequàm accederet ad Concilium Basiliense missus ab Eugenio Papa IIII. reportato decimo, incip. vide casum singularẽ, dicit esse mirabilem probans, quòd laici possunt anathematizare, & dicit esse casum specialem in occupatione Papatus Do. Præpositus, alias Reuerendissimus Cardinalis Alexandrinus super d. glo. tenet, quod tales sint ipso iure excommunicati, & anathematizati, sed quod laici, & simplices clerici nullam habentes iurisdictionem possunt tales denunciare, & declarare, seu publicare excommunicatos, & anathematizatos, & sic, qui declarat, nihil de nouo facit: Archid. transit ibi simpliciter cum glo.

SVMMAE.

1 *Excommunicare non subditum non licet. Et quomodo intelligatur.*
2 *Sententiæ nullitas nulla maior est, quàm qua prouenit ex defectu iurisdictionis.*
3 *De iurisdictione alterius quomodo quis efficiatur.*

Nemo

Nemo potest excommunicari non sibi subditum.

REGVLA VIII.

OCTAVA, & vltima regula est,
quòd nemo possit excommunica
1 re † non sibi subditum: verifica-
tur per c.j.xj.q.iij.sententia enim
à non suo iudice lata nulla est, &
2 nulla maior est nullitas † quàm, quæ prouenit
ex defectu iurisdictionis, vt not. in cle. vt calum
nijs. de re iud. de primo habetur ĩ c. imprimis.
ij. quæst. j. vi peregrina. & quæst. viij. cap. j. &
xj. quæst. j. c. in clericorum.

Hanc regulam nullam exceptionem pati in-
uenio, quia aut quis originaliter subest suo iu-
dici, aut ratione domicilij, aut his cessantibus
aut ratione delicti efficitur de iurisdictione iu-
dicis, sub quo deliquit, vt in c. placuit. vj. q.
iij. & iij. quæst. vj. & bo. glo. iij. q. vj. in sum-
3 ma, quæ ponit casus, in quibus quis † effici-
tur de iurisdictione alterius, & ponit tres ver
sus, quos ibi vide. & C. vbi de crimi. agi opor.
auth. qua in prouincia indirecte etiam incidit
aliquando alterius diœcesanus. In sententiam
non sui episcopi, sed alieni, puta si ego excom
munico diœcesanum meum propter crimen,
& parrochianus alterius ei communicat in de
licto impartiendo sibi consilium, auxilium,
vel fauorem, videtur in me delinquere, & ea-
dem sententia ligatur, & non sententia cano-
nis, quia tunc solum ab episcopo, vel proprio
eius parrochiali sacerdote absolueretur, vt in
c. nuper. & c. si concubinæ. de sent. excommu.
hic autem propter delictum ligatur sententia
mea, & à me debet absolui, & cum iuramen-
to. de parendo mandatis ecclesiæ, iuxta c. nu-
per. & c. à nobis. eo. tit. vbi ratione delicti quis
appellatur subditus.

SVMMÆ.

1 *Excommunicationis sententia extenditur ad alium parrochianum, non sic indulgentia, et de ratione.*
2 *Excommunicatio non est mortalis, sed medicinalis.*

Quare in indulgentia non fit extensio sicut in excommunicatione.

VLTERIVS hic quæro, cum sen-
1 tentia excõicationis † extendatur
ad alienum parrochianum, quare
non similiter indulgentia, vel re-
missio, vt in c. quod autẽ. de pœn.
& remis. dicit ibi glo. in verbo vt prosint, quæ
est magistra, ꝙ hoc ideo est, quia vtrobique cõ
sulitur animæ, & ideo in indulgentijs illud ob
tinet, vt diutius quis affligatur pro peccatis, &
similiter in excommunicatione, nec excommu
2 nicatio † est mortalis, sed medicinalis, vt ij. q.
j. c. multi. & xxiij. q. iij. c. corripiantur, vt dic
aliam rationem, videlicet indulgentia non trã
sit ad alienum parrochianum, quia episcopus
in eum non habet iurisdictionem: vnde sua in-
dulgentia, vel remissio non potest illum solue
re, vt dixi supra in prima regula: sed in senten-
tia excommunicationis secus est, quia ibi ratio
ne delicti efficitur quis de foro excommunicã
tis, vt in c. fin. de foro compet. vnde per hoc po
test ipsum ligare, & soluere: vnde incidit in
sententiã eius, & ab eo debet absolui, & quod
quidem prouisum fuit à lege ad pœnam, non
debet trahi ad gratiam, vt in c. inter corpora-
lia. de translat. prælato.

Hic consequenter quæro de tredecim quæ-
stionibus, quæ à præmissis dependere videtur,
quæ bene conueniunt materiæ nostræ irregu-
laritatis impedimentorum, & dispensationis,
de quibus tractare principalis intentio nostra est.

SVMMÆ.

1 *Excommunicatio an possit fieri à Prælato non existente tunc in sua diœcesi, de subdito in diœcesi existente, vel à prælato existente in diœcesi de subdito suo absente à sua diœcesi.*
2 *Subditus quis semper dicitur quocunque ierit.*
3 *Paulus Apostolus, quam iurisdictionem habuerit excommunicandi.*
4 *Ephesus Ciuitas gentilium.*

QVÆSTIO I.

Vbi Prælatus possit ligare, & soluere.

PRIMA itaque quæstio est, vbi præ
latus possit ligare, & soluere, vi-
delicet an vbiq; existens, pone præ
1 latus † existens in diœcesi sua vult
excommunicare subditum suum
extra diœcesim suam constitutum, nunquid po
test? vel econtra, Prælatus extra suam diœce-
sim constitutus vult excommunicare subditũ
suum in diœcesi existentem, vel illum qui etiã
est extra: & videtur dicendum in duobus vlti
mis casibus, quòd non: quia tamdiu episco-
pus in suos subditos iurisdictionem habet, quã
diu in sua diœcesi sunt. ff. de offic. præsid. l. iij.
& l. fi. de iurisdict. om. iudi. & idem videtur di-
cendum in primo casu per eandem l. fi.

Sed contrarium videtur, videlicet quòd a-
liud sit in sententia excommunicationis, quã

in alijs sententijs, quia illa quocunque modo feratur semper tenet, nisi in casibus, quos infra dicā, vbi tractabo, in quibus casibus excōicatio sit ipso iure nulla, in quibus nullus istorum videtur comprehendi: ad idem facit in arg. tex. in c. episcopus forte. xj. q. iij. Item exemplum de Paulo, qui excōmunicauit Corinthium absentem, vt supra dixi, & transumptiuè. xj. q. iij.

Solutio. Ad primum dico, quòd prælatus intra suam diœcesim potest excommunicare sub ditum suum, siue intra, siue extra illam existat:
2 sufficit enim ꝙ eius subditus † sit quocunq; ierit, vnde potest iurisdictionē exercere. In alijs vero casibus dico, ꝙ non potest, quia extra territorium iusdicentis non pariter impune, vt in c. primo, & secundo, de const. in vj. & in c. nouit. de offi. leg. & in l. fin. ff. de iurisdict. om. iu. & bona glo. in c. suspicionis in verbo ad quos omnia. circa medium, de offi. deleg. Et ad primum ipsorum duorum casuum dico, ꝙ iste casus comprehenditur in illis, quòd sententia à non suo iudice lata: quia in tali casu episcopus non est iudex, & c. si episcopus forte supra allega. nihil facit, quia intelligendum est de episcopo existente intra suam diœcesim. Ad illud
3 autem de Paulo † excommunicante Corinthiū absentem, dico, quòd exemplum est falsum, quia ipse non erat extra prouinciam suam, quā do excommunicauit illum, & super omnes gētiles extendebatur iurisdictio Pauli: vnde in epistola ad Galat. c. ij. dixit, qui operatus est Petro in Apostolatu circuncisionis, operatus est & mihi inter gentes. & in epistola ad Romanos. xj. c. quoniam diu quidem sive apostolus gentium ministerium meum honorificabo. & in epistola ad Timoth. ij. c. doctor gentium, in fide, & veritate, ꝙ autem tunc, cum excōmunicauit Corinthium esset inter gentes, arguitur per epistolam primam ad Corinth. in qua dicit se illum excommunicasse, vt in quinto c. misit
4 ab Epheso. sicut ibi dicit glo. Ephesus † autē erat ciuitas gentilium: vnde est arg. quòd inde excommunicauit: Certè & si ponemus, quòd existens in Iudæa, vbi erat Petri iurisdictio excommunicasset Corinthium, sententia adhuc tenuisset, nō enim erat localis iurisdictio eius, sed personalis, & super cunctas personas habebat iurisdictionem, super gentiles, non autem super certum locum tantum: vnde non vocat se Apostolum Corinthium, vel Ephesianum, sed gentium. Prælati autem nostri temporis sunt certorum locorum, vnde dicor ego de episcopis Nimosiensis, licet Plinius appellet Nemesium, & extra locum nulla mihi competit iurisdictio contentiosa: locus ergo Paulo non impediebat iurisdictionem suam, quoniā vbique in personas habebat iurisdictionem.

S V M M Æ.

1 *Iurisdictio contentiosa quæ dicatur.*
2 *Iudex non potest erigere tribunal, vel iudicialiter disponere in aliena diœcesi.*
3 *Iurisdictio voluntaria quæ sit.*
4 *Vrbs non dicitur habere diœcesim.*
5 *Causæ voluntariæ iurisdictionis an delegari possint.*

QVÆSTIO II.

Quæ iurisdictio dicatur contentiosa, & quæ voluntaria.

SED quia dixi supra, quòd extra locum iurisdictionis non competit iurisdictio cōtentiosa, quæro quę dicatur contentiosa iurisdictio, & quæ voluntaria, & quæ ad vtrā
1 que pertinent. Potest dici, ꝙ cōtentiosa † iurisdictio est, qua quis potest cognoscere, & iudicare inuitum, & ad hanc spectat citare, seu vocare ad iudicium: excommunicare, contumaces punire, mulctare, testes recipere, dilationes dare, interloqui, diffinire, de appellatione cognoscere, suspendere, deponere. Et glo. in c. nouit. de offi. deleg. dicit, ꝙ ea omnia, quæ cognitionem iudiciariam desiderant, sunt contentiosæ iurisdictionis: vnde illa prælatus exercere non potest extra suam diœcesim, quia talis cognitio debet fieri iudice sedente pro tribunali. ij. q. iij. c. notandum. versi. si quis. & iiij. q. iij. §. spacium. versi. à iudice, sed in aliena diœ-
2 cesi quis † non potest erigere tribunal, nec iudicialiter disponere, vt ix. q. iij. c. episcopum, quia in sua tantum diœcesi habet iurisdictionem, vt supra. ar. xxij. dist. c. si quis episcopus. xj. q. iij. c. si quisquā. & ff. de bo. aucto. iud. possid. l. cum vna. §. pen. Cum ergo excommunicatio debeat fieri cum causæ cognitione, vt in c. nemo. ij. q. j. non poterit prælatus extra suam diœcesim excommunicare.
3 Voluntaria vero iurisdictio † dicitur, quæ tribuitur alicui à sua mera voluntate, vt manumittere, emancipare, adoptare, vt not. in l. ij. ff. de offic. præto. Item legitimare, & omnia illa, quæ causæ cognitionem non desiderant, vt conferre beneficia, vt in cap. post electionem. de concess. præben. licet aliqui dicāt, & male, ꝙ fallit in Rom. cur. in qua nullus potest conferre ob reuerentiam præsentiæ Papæ, & sic hodie seruatur in d. curia: vt vidi à nōnullis Epis illiteratis, qui extra mœnia vrbis con-
4 ferunt: cum vrbs † non habeat diœcesim, contra quos est decisio Innocentij in cap. quia diuersitatem

diuersitatem. de concess. præben. in fin. vbi expresse dicit, quòd etiam Romæ, & in via beneficia conferri possunt.

5 An autem causæ† possint delegari? videtur, quòd sic, quia, qui delegat imperat, vt de officio delega. c. pastoralis, & similiter dispensare: & in hoc dicerem, quòd dispensatio non fit sine cognitione causæ, vt supra dixi in prima parte huius operis, & tamen est voluntariæ iurisdictionis, vt supra dixi, vbi tractaui de dispensatione debita & permissa, & fit extra diœcesim dispensantis, & similiter confirmatio electionis, arg. not. in c. ne pro defectu. de elec.

S V M M AE.

1 *Absoluere ab excommunicatione an sit voluntariæ vel contentiosæ iurisdictionis distinguitur.*

2 *Dilationes euitandæ ubi periculum adest.*

Q V AE S T I O III.

An absoluere ab excommunicatione sit voluntariæ, an contentiosæ iurisdictionis.

1 Sed quæro, an absoluere† ab excommunicatione sit voluntariæ, an contentiosæ iurisdictionis, distinguo, an sit excommunicatus contentiosè, aut non contentiosè: contentiosè, vt cum excõmunicatur in iudicio propter contumaciam, vel delictum, non contentiosè vero cum incurritur excommunicatio ipso iure.

Primo casu non fit extra diœcesim, secundo vero sic.

Tarantas. de mente fratris C. Remensis dicit, quòd posset dici, quòd vtroq; casu posset fieri absolutio extra diœcesim ꝑpter periculũ excommunicationis, vt xvij. q. iiij. c. si quis suadente, & c. nuper. de senten. excom. & c. sacro. eo. tit. & c. ad reprimendam. de offi. ordi. & vbi

2 cunq; periculum timetur, dilatio† est vitanda, vt in c. Siracusana. xxviij. dist.

S V M M AE.

1 *Ratihabitio an possit conualidare sententiam à non suo iudice latam.*

Et de veritate. num. 5. & seq.

2 *Adoptio iniusta potest confirmari.*

Ita & sententia serui, vel fœminæ.

3 *Nullum quod est per appellationẽ cõfirmari potest.*

4 *Ratum haberi non potest, quod meo nomine gestum non fuit.*

5 *Sententia plus iuris habet quàm facti.*

6 *Princeps solus potest confirmare sententiam quæ nulla est.*

7 *Donatio facta à laico non nomine Episcopi, an per episcopum confirmari possit.*

Q V AE S T I O IIII.

Vtrum per ratihabitionem sui iudicis valeat sententia excommunicationis à non suo iudice lata.

Secunda principalis quæstio est, (quia s. dixi, ꝙ sententia à nõ suo iudice lata nulla est) vtrum per ratihabitionem sui iudicis valeat senten-

1 tia† excõmunicationis à non suo iudice lata? & videtur dicẽdum, ꝙ sic, arg. ix. q. ij. c. Lugdunensis, & iij. q. vj. c. hoc quippe, & c. saloniranę. lxiij. di. nam factum falsi procuratoris ratũ habere possum. c. cum olim. de offi. deleg. l. licet. ff. de iudi. & electionem, quæ nulla est possum

2 ratã habere, c. ꝙ sicut. de elec. & adoptio† iniusta potest confirmari. l. adoptio. ff. de adopt. Itẽ sententia fœminæ, & serui potest confirmari, licet nulla sit. iij. q. vj. §. ij. l. Barbarius. de offic. præto. & c. dilectus. de arbit. & per appellatio-

3 nem confirmari potest quod† nullum est. l. iij. §. falsus. ff. rem ratam haberi.

Sed in cõtrarium videtur tex. in c. ad nr̃am, de consue. vbi dicitur, ꝙ sententia à non suo iudice lata nullam obtinet firmitatem. Item qđ

4 meo nomine non est gestum, ratum habere† nõ possum. l. si pupilli. §. si ego. ff. de neg. gest. & in regula ratum. de reg. iur. in vj. & instit. de autoritate tut. in princ. dicitur, ꝙ per ratihabitionem nõ confirmantur actus, vbi præsentia desideratur. præterea si per ratihabitionem sententia excõmunicationis posset ratificari, sequeretur, ꝙ sententia nulla in odiosis reuiuisceret per ratihabitionem, & prius non fuisset excommunicatus, quod est absurdum dicere.

Solutio, dicas, quòd sententia, quę nulla est, non potest ratihabitione confirmari, quia sen-

5 tentia † plus iuris habet, quàm facti, nec obstat illa lex iij. §. falsus, quia ibi sententia lata fuit à suo iudice, sed contra ius, & sufficit, quòd litigator credat se condemnatum ad hoc, vt teneat iudicium, vt in l. putarem. ff. fam. ercisc.

6 Princeps † tamen solus potest confirmare sententiam, quæ nulla est, vt iij. quæst. vj. c. hoc quippe, qui & ipse mutat substantialia rei, vt in l. j. in princ. C. de rei vxo. actio. alia autem, quæ plus habent facti, quàm iuris, vt emptio, locatio, traditio, transactio, & similia possunt confirmari, vnde text. in cap. quoniam quicquid. xvj. quæst. j. dicit, quòd donationem

7 † factam à laico nō nomine episcopi, potest episcopus confirmare, & ibi glo. in verbo consensu dicit, quod ratihabitio episcopi retrotrahitur, & cōfirmat illud, quod per se inualidum erat, idem not. in c. cura pastoralis. de iur. patr.

S V M M Æ.

1 *Ordinans, benedicens, vel alia similia exercens in aliena diœcesi, an peccare dicatur.*
Et an ratificatio admittatur.
2 *Distinguuntur aliqua capita ad hoc.*

QVÆSTIO V.

An liceat Episcopo exercere Pontificalia in aliena diœcesi sine licentia diœcesani.

SED quæro incidenter, quid in spiritualibus dependentibus à mera voluntate, puta in ordinationibus clericorum, dedicationibus ecclesiarum, benedictionibus, & recōciliationibus cimiteriorum, confirmationibus puerorum, benedictionibus Abbatissarum, 1 & monialium, & similibus, an ordinans † benedicens, & exercens talia in aliena diœcesi, & personis alijs subiectis peccet? & in illis sit locus ratificationi.

2 Distinguo, quod aut † talis exercens credit episcopum suum ratum habiturum, aut non credit. Primo casu possunt talia confirmari per ratihabitionem, vt in d. c. Lugdunensis. ix. q. ij. Secundo vero casu, si non habet spem in ratihabitione illius, secus, arg. l. si quis offerenti. ff. de solut. Sed vide glo. in clem. c. Archiepiscopo. de priuil. in verbo, simili modo.

QVÆSTIO VI.

An sententia excommunicationis nomine meo lata à non habente iurisdictionem in subditos meos, possit per me ratificari.

SED quid demum in sententia excommunicationis nomine meo lata? dicas, quod possum eam confirmare, & ratam habere secundum Tancredum, sed Barth. Brix. tenet contrarium per rationem, quia sententia excommunicationis purè lata incontinenti aut ligat, cum trahat secum executionem, vt in cap. pastoralis. de appella. aut non ligat, & tunc nihil est, vt supra dixi.

S V M M Æ.

1 *Mortui, an excommunicari possint.*
2 *Religiosus professus inuentus post mortem cum peculio, non debet inter fratres, sed in sterquilinio sepeliri, nec oblatio pro eis fieri.*
3 *Hæretici post mortem possunt inquiri, & eorum ossa exterminari.*
4 *Mortuus non subijcitur nisi diuino examini.*
5 *Crimina & delicta morte extinguuntur, neque post mortem accusantur.*
6 *Mortui quo casu excommunicari possint.*
7 *Ecclesia non potest peccati culpam abolere.*
8 *Excommunicatio ligat corpus, & animam, & quomodo.*
9 *Mortuus an baptizari possit, sicut potest ab excommunicatione absolui.*
10 *Intellectus Euangelij in illis verbis, quodcunq; ligaueritis super terram, &c.*
11 *Mortuus quomodo, & quando, & quibus casibus possit excommunicari, vel super eius statu inquiri.*
12 *Et opinio auctoris circa hoc refertur.*

QVÆSTIO VII.

An mortui possint excommunicari.

SVCCESSIVE tertio principaliter quæro, vtrum quis post mortem † possit excommunicari: & 1 videtur dicendum, quòd sic, cum cōtrariorum eadem sit disciplina, vt in c. hospitiolum tunm. xxxij. di. sed potest quis post mortem absolui, pariter quoque excommunicari, pro primo est tex. in c. à nobis. de sent. excom.
2 præterea regula est, quòd religiosus † professus inuentus cum peculio post mortem nō debet inter fratres, sed in sterquilinio sepeliri, nec oblatio pro eis fieri debet, vt in c. monachi. c. super quodam, & c. cum ad monasterium. de stat. mona. & hæc est excommunicatio, item in multis casibus post mortem interdicitur ecclesiastica sepultura, quos dicam infra, vbi tractabo, In quibus casibus interdicatur ecclesiastica sepultura, & erit sub tertia parte rubricæ, vbi tractabo de ecclesiastico interdicto. Item post mortem inquiritur de statu defuncti secundū ius canonicum, licet secundum ius ciuile sit rubrica ne de statu defunct. C. quia hæretici † post 3 mortem possunt accusari, & damnari, & eorū ossa exterminari, si agnosci possunt, vt dixi s. de hæreticis. & quod inquiratur de statu defuncti, habes tex. in c. omnis. qui fil. sint legit. & in c. literis. de rapt. & in c. si episcopum. xvj. q. vj.

Sed

Sed contrarium videtur verius: nam ex quo
4 quis mortuus est, diuino † examini reseruatus
est, vt xxiij.dist.c.quorundam.& xj.q.iij.c. qui
cunque intra anni spacium, & xxiiij.q.ij.cap.j.
Item dixit Iesus Discipulis suis, Quodcunque
ligaueritis super terram, & non sub terra, vt
Matth. xvj. & . . Sed mortui sunt sub
terra, ergo non est data potestas ligandi mortuos.
vnde Gelasius in c.legatur. xxiiij.q.ij.dicit,
quòd dominus in dicto euangelio dixit soluendum,
defunctum autem in legatione nunquam dixit
absoluend. vnde gloss. ibi, in verbo, & in cœlis.&
habetur de sepult.ex parte.& c.sanè, quòd supra
Riccardo filio Boreli. Item
5 crimina † morte extinguũtur.ff. de bo.eorum,
qui ante mortem. l. fi. nec accusatur quis post
mortem, vt C. si reus, vel accusatus mortuus
fuerit.l.j.& ij.& in l.si quis.C.si penden.appel.
mors interuenerit. Solutio.

Tancredus dicit, quòd post mortem potest
6 quis excommunicari, & excommunicatio † habet
in eo virtutem suam quantum ad hoc, vt
ab alijs euitetur, sicut hæreticus in viuente, &
leguntur multi sanctorum patrum fecisse, pro
quo est tex.in c.sanè.xxiiij.q. ij. el secundo. &
ibi glo.j. Nec obstat, quòd mortui diuino iudicio
reseruati sint, & illud euangelicũ, Quodcunque
ligaueritis super terram, & non dixit,
sub terra, quia primum intelligitur quantum
ad discernendum, vtrum sit eius peccatum remissum,
an non, non autem quantum ad absolutionem,
quia ecclesia bene potest reddere,
quod abstulit, scilicet suam communionem, li-
7 cet peccati culpam † non possit abolere, si in ipsa
decessisset. Præterea iste talis, de cuius pœnitentia
quoquo modo constat, præsumitur
esse in purgatorio, & sic est adhuc de ecclesia
militante, quia adhuc viator est, & ideo sub iudicio
ecclesiæ militantis esse potest, & eius thesauro
adiuuari. Præterea excommunicatio
8 † duo facit: ligat animam, & corpus, ne tradatur
ecclesiasticæ sepulturæ, animam verò, ne
oretur pro eo, licet ergo poneremus, quòd nõ
prodesset absolutio quo ad animam, prodesset
saltem quo ad corpus, & hic surgit ratio,
quare quis post mortem absolui possit ab excommunicatione,
non autem potest baptizari
post mortem: quia sententia ecclesiæ ligat corpus,
& animam, & licet sit iniusta, aufert sepulturã.
Baptismus verò est character animæ, vnde
post mortem non est, quòd valeat baptizari.
ar. xxxij.q.vij.c.licet. & ad illud, Quodcunque
solueritis super terram, potest dici, quòd
non refertur ad id, quòd dicitur super terram
ad homines tantum viuentes, quasi post mortem
absolui non possint. Sed sensus est, vide-
10 licet † quicquid solueris in ecclesia militante,
cuius magna pars est super terram, idest in corpore
viuente, vnde nihilominus potest iurisdictionem
suam exercere super alteram partem,
quæ iam est, vel esse præsumitur in purgatorio.

Sed Tarantasi. concordando contraria hinc
11 inde deducta dicit, quòd pro nullo † peccato
debet quis excommunicari post mortem, nec
pro omni peccato, sed altius esse distinguendum.
videlicet, aut agitur ciuiliter de statu defunctorum,
scilicet propter eorum bona, aut
agitur criminaliter: primo casu dicit, quòd agi
potest de statu eorum, sicut gratia successionis
filiorum, cum quæritur de adulterio defuncti,
vt in c.causam.qui fil. sint legit.& gratia rerum
restituendarum de vsura, & rapina, vt in c.in
literis.de rapto.& de vsur.c.tua nos. & hoc verum
est generaliter, secundum canones, criminaliter
verò ad pœnam non agitur contra defunctum
secundum canones, quia reseruatur
iudicio diuino. Fallit in tribus casibus in iure
expressis, primus est in hæresi.xxiiij.q.ij.c.dãnationis.§.his
authoritatibus.& in d.c.sanè.el
ij.ea.causa, & quæst. secundus in episcopo, vel
quolibet alio, qui hæreticos instituit hęredes,
vt in c.si quis episcopus. de hæret. tertius vbicunque
in manifesto peccato mortali quis moritur,
vt lxxxviij.dist.c.neque apud altare, videtur
etiam, quòd possit addi quartus casus, videlicet
in religioso proprietario, vt supra dixi.&
idem est etiam secundum leges: nam crimina
cum mortuis, vel potius morte extinguũtur:
fallit etiam hoc in tribus criminibus, scilicet
læsæ maiestatis, vt in l.fi.C.ad l.Iul.maie.
& apostasiæ, vt in l. vnica.C.de hæret.& Manichæis,
& repetundarum.l.ex publicorum.ff.de
12 accus.sed hoc nihil est: nam † licet sit verum, q
in casibus his agatur contra defunctum etiam
criminaliter, non tamen sic agitur, vt pœna
criminalis imponatur ipsi corpori, sed ciuilis,
scilicet pecuniaria, vel bonorum amissio, vnde
eadẽ ratione possemus excipere omnes casus,
in quibus propter bona agitur, & erit verum
quo ad hoc: in illis ergo primis quatuor casibus
credo, quòd possit agi criminaliter contra
defunctum, & in illis tantum poterit excommunicari,
de illo autem, quod pro contraria
parte allegabatur, scilicet cui communicamus
viuenti. &c. latius dicam, vbi signanter
tractabo, in quibus casibus fallunt illæ regulæ.
cui communicamus viuo, & mortuo debemus
communicare, & contra.

S V M M AE.

1 *Excommunicatio, & anathema quo ordine, & forma fieri soleat.*

2 *Excom-*

2 *Excommunicatio non debet fieri absque clara, & manifesta.*
3 *Monitio legitima dicitur praecedere excommunicationem, & quae.*
4 *Secundum tamen Paul. Apost. bina videtur, soluitur tamen.*
5 *Impugnantes legem per verba legis haereticus dicitur.*
6 *Monitiones de quibus supra per quantum temporis spatium possint differri.*
7 *Et an vna peremptoria per tribus fieri possit.*
8 *Et quantum temporis continere poterit.*

QVAESTIO VIII.

Quo ordine, & quibus obseruantijs excommunicatio, & anathema infligi debeat.

SED quaero quarto, quo ordine, & quibus obseruantijs excommunicatio, & †anathema infligi debeat, quod omnino hodie non attenditur, sed censurae huiusmodi passim praecipitatur. Ideo vilescunt. Aduertendum est, quòd iudex antequam aliquem excommunicet, aut anathematizet, debet ipsum legitimè monere, etiam per nuncium, vel personam publicam, aut coram honestis personis, per quas si necesse fuerit, possit co mortuo comprobari, vt in c. sacro. de sent. excommunic. & xij. q. ij. c. indignè,
2 nec debet excommunicare †sine manifesta, & rationabili causa, vt ibi Host. idem dicitur, & repetitur in c. cum medicinalis. eod. tit. in vj. & huiusmodi monitio, siue in specie, siue in genere pro culpis praesentibus, vel praeteritis, aliter certum est excommunicationem iniustam esse. c. Romana. §. sed neque. eo. tit.
3 Est autem legitima† monitio trina, vt xvj. q. viij. c. omnes decimae. xvj. q. iij. c. de presbyterorum. xxiiij. q. iij. c. de illicita. similiter haec forma à domino in euangelio traditur, vt Math. xviij. c. dicête. si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te, & ipsum solum: ecce prima monitio. si te non audierit, adhibe tecum vnum, vel duos: ecce secunda monitio: quòd non audierit, dic ecclesiae: ecce trina monitio. si autem non audierit, sit tibi, sicut ethnicus, & publicanus: ecce excommunicatio. & de hac forma habemus etiam tex. in cap. nouit. de iudi.

Sed obijcitur, quòd Paulus videtur nos contra hanc formam docuisse in Epistola ad Titũ,
4 vbi duas †tamen monitiones ponit, dicens, haereticum hominem post primam, & secundam correctionem de vita, quinimmo absq; omni admonitione videtur excommunicari posse: nam c. Romana. de appell. dicit fornicatorem absentem, & irrequisitum, vel raptorem manifestum non esse vocandum, allegans dictum Apostoli.

Sed soluitur, quia dominus loquitur de his, de quibus correctionis species haberi potest. Apostolus autem de incorrigibilibus, vel potest dici, quòd Apostolus non loquitur de euitatione condemnati per sententiam, seu conuicti, sed de euitatione quantum ad disputationem cum haeretico, de qua supra immediatè dixerat ibi stultas quaestiones, & geneologias, & contentiones, & pugnas legis deuita: sunt enim inutiles, & vanae. & ibi haereticum hominem &c. Dicit Ambrosius, quòd haere-
5 tici †sunt, qui per verba legis legem impugnãt: proprium enim sensum astruunt, & legis verba non intelliguut, qui euitandi sunt, quia frequentius correcti exercitatiores sunt ad malũ, ex quibus verbis innuitur, quòd non expedit disputare cum infidelibus, nc accusatores reddantur. ad illud autem c. Romana. dicendum est, quòd non fuit requisitus per edictum peremptorium ad iudicium, quia crimen erat notorium, & sic regulariter est necessaria trina monitio.

Sed quaero id, quod praetermittendum non
6 est, videlicet quantum temporis †erit inter vnam monitionem, & aliam? dico per d. c. Romana, quòd hoc tempus erit arbitrarium boni iudici, consideratis personarum, ac negocij circunstantijs, qui poterit vel prolixius, vel recisius spacium moderari.
7 Sed nunquid vna peremptoria † per tribus fieri poterit? dico, quòd sic, per tex. in c. de illicita. xxiiij. quaest. iij. & l. contumacia. ff. de re iudic.

Sed quaero, quantum temporis illa vnica cô
8 tinebit† dicunt quidam, quòd tantum, quantum illae tres canonicae monitiones, si singulatim fierent, vt in authen. qui semel. quo. & quã. iud. sed omnes credunt, & tenent hoc esse arbitrarium iudici.

SVMMAE.

1 *Excommunicatio quibus verbis debeat fieri.*

De forma verborum excommunicationis.

DE forma autem verborum, & modo, ac instituto publico super excommunicationis prolatione seruandum hodie habemus †tex. in c. cum medicinalis. hoc eo. tit. in vj. de quo dixi supra, vbi tractaui, an in excommunicatione,

municatione, vel anathemate requiratur certa, & determinata forma verborum.

SVMMAE.

1 *Anathema quibus verbis declaretur.*

De forma anathematis.

1 De forma autem anathematis † habemus tex. in c. debent. xj. q. iij. & xvj. q. iij. in fi. & Host. in summa, hoc eo. tit. in §. quot sunt species. vbi ponit practicam.

SVMMAE.

1 *Excommunicatio qua forma publicetur.*
2 *Instrumentum excommunicationis est conficiendū, & quid continere debeat.*
3 *Literæ solius Episcopi, an probent excommunicationem factam.*
4 *Scriptura tabellionis non creditur, dicenti de excommunicatione, nisi sit subscripta à testibus.*

De publicatione excommunicationis.

Consequenter quæro, & quinto principaliter de publicatione excommunicationis, videlicet, quæ forma sit seruanda in ipsa publica
1 tione †. Mos erat antiquorum patrum, vt excommunicator scriberet per parrochias epistolam continentem nomen excommunicati, vt à fidelibus cautius euitarentur, pro quo est tex. in c. curæ. & c. debent. xj. q. iij. hodie autem seruatur modus, & ordo traditus in d. c. cum medicinalis. & de excommunicatione fit publicū
2 instrumentum † continens nomen iudicis excommunicantis, nomen excommunicati, & nomen ad cuius instantiam excommunicatur, & causam quare excommunicatur, & hoc instrumentum roboratur testibus, & sigillo excommunicantis, & affigitur in locis publicis, puta valuis ecclesiæ parrochialis, sub qua excommunicatus degit, iuxta tex. d. c. curæ. ibi, foribus ecclesiæ.

In Ro. cur. autem affigitur in acie campi Floræ, vel valuis audientiæ, aut ad limina Apostolorum per publicum cursorem, & exinde fiunt cedulæ ab ipso originali, quæ subscribuntur etiam per cursorem, & hæ affiguntur in locis publicis arbitrio partis, nec fiunt aliæ epistolæ. Et hæc obseruantia, & practica successit in loco epistolæ, & supra dixi testibus, & sigillo, quia aliqui voluerunt, quòd credatur literis
3 † solius episcopi dicentis se excommunicasse, vel anathematizasse aliquem, per d. c. curæ. xj. q. iij. & xviij. dist. & c. post cessionem. de probat. & c. peruenit. de fideiuss. & c. ij. de fide instrum. & c. in nomine patris. xxj. dist. Alij dicunt contra, quòd verbo, Episcopi, non creditur, vt vj. q. ij. c. placuit. & c. si tantum Episcopus. & c. quoniam contra. de probat. multo
4 minus eius literis, immo nec scripturæ † tabellionis creditur, nisi habeat testium subscriptionem, vt in auth. de hære. & fal. §. sancimus. sed circa hoc dicatur, quòd non creditur literis episcopi, & suo sigillo signatis in præiudiciū tertij, nisi habeat testium inscriptionem, & notarij inscriptionem, ita Rota in nouis decis. xxij. fuit dubitatum. & decis. cccxlviij. incipiente, Voluerunt, & ordinauerunt. vide glo. primam in d. c. curæ.

SVMMAE.

1 *Executio, an impediatur per appellationem interpositam. & nu. 8.*
2 *Sententia excommunicationis statim ligat, vel statim nulla est.*
3 *Error probabilis excusat.*
4 *Appellans non dicitur damnatus.*
5 *Appellans, si infra debitum iuris tempus appellationem suam non prosequitur, fingitur, non appellasse, sed valida remanet sententia.*
6 *Et an hoc procedat in excommunicatione.*
7 *Condemnatus pro furto, qui appellauit, si non prosequatur appellationem, notatur infamia. Declara tamen, vt ibidem infra.*
8 *Effectus omnium sententiarum per appellationem suspenditur, non ita in sententia excommunicationis.*

QVÆSTIO IX.

An appellatio præcedens, vel subsequens suspendat excommunicationem.

Qværo sexto, quoniam excommunicatio, & appellatio adeò ad inuicem sibi præiudiciales sunt, vt sequens, nullum impedimentum afferat præcedenti legitimæ, quia nec ap-
1 pellatio impedit excommunicationem † legitimam præcedentem, nec excommunicatio legitimam appellationem etiam præcedentem, vbi legitimè constat alteram præcessisse. vtrū excommunicatus post appellationem probabilem, & quæ probata est legitima reputanda, erit excommunicatus; videtur dicendum, quòd non, per tex. in c. per tuas. de appel. & in c. dilectus. de appel. sed videtur contrarium verius: esto enim, quòd iudex appellantis pronunciet

Quæ sit ratio, quare sententia excommunicationis trahat secum executionem.

SED quia supra dixi, & omnes clamant, quòd sententia excommunicationis trahit secum exe-
1 cutionem†, vt in c.pastoralis. in fi.de appel.quæro, quæ sit ratio? Petrus Hispanus, vt refert glo. in c.nemo. xj. q. iij. dixit, quòd hoc ideò est, quia Christus ligat excommunicatum, à cuius sententia non potest appellari, quia à supremo Principe non appellatur, sed glo. non contenta illa solutione ad aliam transit, dicens, quòd nulla excommunicatio fertur nisi pro contumacia, sed con
2 tumax† appellans non auditur, & demum dat
3 tertiam causam, videlicet ab executione† non appellatur, sed hanc impugnat, & bene: quarta ratio est, secundum Io.glo.quem refert Tarant.hic, videlicet, quia constitutio ecclesiæ hoc facit, vt magis ecclesiastica censura timeatur, nec per appellationem retardatur, vt in alijs causis, vt supra dixi: sed Petrus de Tarantasia his non contentus dicit, quòd rectè consideranti potius dicendum est, quòd excommunicatio sit executio, quòd non est in alijs
4 sententijs: quia in alijs aliud est sententia†, & aliud executio sententiæ: pones exemplum. Nam in condemnatione latronis dicit iudex iudico, vt decapiteris, vel tibi manus, vel pes amputetur, vel oculus eruatur, non autem dicit, decapito te, tibi oculum erno, vel pedem, aut manum amputo, nec fit vt dicitur, sed vt fiat, demandatur. In excommunicatione verò aliter est, quia ipsa excommunicatio est ipsa executio. Non enim dicit iudex, pronuncio te excommunicandus, idest à communione hominum arcendum, sed excommunico te, idest separo te à communione hominum: & idem dicit de suspensione, & interdicto, vt de appell.c. ad hæc quoniam. vnde in eis non dicitur, vt fiat, sed fit; & sic de præsenti, & nõ de futuro.

S V M M Æ.

1 *Sententia excommunicationis non trahit secum executionem, quando lata est sub conditione.*
2 *Vel lata ad tempus.*

QVÆSTIO XI.

An regula illa, quòd sententia excommunicationis trahit secum executionem, patiatur fallentiam.

NEC prætermitto quærere, cum regulare sit, quòd excommunicatio trahit secum executionem, an hoc patiatur fallentiam?

Et reperio, quòd sic, in duobus
1 casibus; vnus est, si feratur sub conditione†, iuxta casum c. præterea requisiti fuimus. de appel. Et hodie auditor cameræ seruat talem practicam, & est illa, quam quotidie videmus, quòd auditor cameræ excommunicat, nisi debitor ad primam, vel secũdam, vel ad viij. aut x. dies satisfecerit, & de hoc fit innotatio debitori per cursorem, quòd dominus excommunicauit eum, nisi ad primam, vel secundam, aut in termino præfixo per ipsum auditorem satisfecerit, & tunc interim potest à comminatis censuris appellari, & suspendetur executio excommunicationis, vt ibi dicitur.

Alius casus in c. dilectis filijs, decano. in §. quia verò. ibi, cuius effectus duxerat ad tem-
2 pus† suspendendum. & ibi gloss. not. in eo. verbo.

S V M M Æ.

1 *Intellectus ad c.sententia pastoris.xi.q.iij.cum nume.seq.*
2 *Sententia continens intolerabilem iuris, vel facti errorem, non attenditur.*
3 *Excommunicatus pro indebitis exactionibus, non tenetur parere excommunicationi.*
4 *Papa mandans mihi, vt sibi dem, puta libros meos: an ei parere tenear.*
5 *Condemnatus pro leuibus causis, ac paruis, an teneatur parere condemnationi.*
6 *Sententia continens in se notoriam iniustitiam non est exequenda.*
7 *Sententia, an & quando dicatur iusta, vel iniusta.*
8 *Delegatus percipiens aliquid iniustè fieri non exequitur, secus si ordinarius.*
9 *Sententia semper iusta potius quàm iniusta debet interpretari.*

Quo-

QVAESTIO XII.

Quomodo intelligatur illud Gregorij, sententia pastoris, siue iusta, siue iniusta timenda est, & in quibus casibus non sit timenda.

1 QVAERO successiuè, quomodo intelligi debeat illud Gregorij †in c. sententia pastoris. xj. q. iij. sententia pastoris, siue iusta, siue iniusta timenda est. videtur primo dicẽdum non esse timendam, quando post appellationem lata est, de quo satis supra dixi.

2 Secundò, cum contineat †intolerabilem iuris, vel facti errorem. vt in c. per tuas. de sent. excommu.

3 Tertiò, cum pro indebitis †exactionibus aliquis excommunicatur, puta iuxta casum c. cum ad quorundam. de excess. prælat.

4 Quartò, si Papa †mandaret mihi, vt sibi dẽ libros meos, vel aliquid aliud simile sub pęna excommunicationis, quia si excõmunicat me, teneor ei parere, dicit Innocentius, qui etiam fuit Papa, in c. inquisitioni. in fin. de senten. excommu.

5 Sextò, si pro leuibus, & paruis† causis quis excommunicatur, vt dicit tex. in c. nullus sacerdotum. xj. q. iij.

6 Septimò, vbicunque apparet notorie de iniustitia† sententiæ, vt est tex. in c. certum. xj. q. iij. & per Abb. in c. Odoardus. de solut. super glo. in verbo non valentem. & c. si Episcopus ante damnati. vbi Gratianus dicit, quòd Gregorius non dicit sententiam iniustè latam esse seruandam, sed timendam: & idem dixit Vrbanus timenda. i. non ex superbia contemnenda. Reliquæ verò authoritates, quæ de excommunicatis loquuntur, qui vel vocati ad synodum venire contempserint, vel calliditatibus aduersantium occurrere nescientes iniustam sententiam à iudice reportauerunt &c. vt ibi. Vbi autem ex superbia sententia iniusta contẽnitur, tunc incipit esse iusta, vt copiosius infra dicam, vbi signanter tractabo, an, & quando sententia iniusta incipiat esse iusta. An autem,
7 & quando sententia† dicatur iusta, vel iniusta, vide per Abb. in c. inter cæteras. de rciudi. in iij. & iiij. col.

8 Octauò, si delegatus †præcipiat aliquid fieri, sed iniustè, & ideò excommunicat, nulla est sententia, & non timenda, secus in ordinario: ita Archid. in d. c. sententia pastoris. ante medium. ibi vide, vnde dicit Host.

Sed quòd dixi supra in quinto, & sexto, credo non esse verum, & quòd immo sententia teneat, si alias rectè lata sit, per ea, quæ not. per Abb. & Butr. in d. c. Odoardus. & intelligo iura in contrariũ allegata, quòd pro leuibus causis, vel si aliter cogi possit, quia non sit excommunicandus, quòd tamen si excommunicatur, tenet excõmunicatio. Si alias rectè, quia multa prohibentur fieri, quæ facta tenent, & sem-
9 per tutius sit tenere sententiam esse †validam, & iustam, vt dicit But. in d. c. Odoardus. quem ibi sequitur Abb. in iij. col. in princ. supra ea. glo. quòd secus esse dicit.

SVMMAE.

1 *Excommunicatio, an ad tempus suspendi possit. vide num. 4.*
2 *Excommunicatio, & interdictum quo ad relaxationem pari passu ambulant. & num. 4.*
3 *Absolutionis effectus, an suspendi possit.*
5 *Substantia sublata, res non est.*
6 *Accidentalia non mutant speciem.*
7 *Exclusio à participatione sacramentorum est substantiale minori, & maiori excommunicationi. & num. 5.*
8 *Exclusio à speciali participatione fidelium, vel à quibusdam actibus, an sit substantiale maiori excommunicationi.*

QVAESTIO XIII.

Vtrum sententia excommunicationis possit suspendi ad tempus.

VLTERIVS & octauo quæro, an sententia excommunicationis possit ad tempus suspendi, ita q̃ talis excommunicatus, & tunc stante suspensione excommunicationis possit se diuinis ingerere, & omnes alios actus legitimos exercere sine metu irregularitatis.

Secundò quæro, an elapso termino suspensionis, sic per se redeat excommunicatio, vt non sit opus noua excommunicatione?

1 Hæ duæ quæstiones & vtiles, & difficiles sunt quidem, & primo videtur † dicendum, quòd non possit suspendi: nam qui erat excommunicatus, aut remanet excommunicatus infra illud tempus relaxationis, vel suspensionis excommunicationis, vel non. Ideò primò videndum est, an remaneat excommunicationis, an verò sit omnino absolutus, sed videtur, q̃ remaneat excommunicatus; quia excommunicatio non tollitur nisi per absolutionem, sed qui suspendit, non tollit; ergo remanet excommunicatio, sed si sic: nusquam inuenitur in iure excommunicatum sine peccato posse participare

participare sacramentis sine peccato, nec ad-
mitti ad legitimos actus.

Præterea, si est excommunicatus, est extra
ecclesiam, & si etiam suspensa excommunica-
tio, & non sublata, excommunicatus erit in ec
clesia, & extra eodem tempore, & sic concur-
rent duo contraria in eodem subiecto contra
regulam iuris.

Præterea, vt supra dixi, excommunicatio
semper secum trahit executionem, ergo di-
cendum est, quòd excommunicatus semper
est extra ecclesiam, nec suspendi potest eius
effectus.

Sed contrarium videtur verius, & q immo
2 possit suspendi, quoniam excommunicatio† &
interdictum quo ad relevationem pari passu
ambulant, vnde neutrū potest post factum per
appellationem suspendi, vt in c. ad hoc. de ap-
pell. cuius ratio est, quia vtraque sententia se-
cum trahit executionem, sed de facto vidimus
sub prædicta forma interdictum sępe ab episco
pis relaxari, cum de similibus idem sit iudiciū,
vel dic rationem diuersitatis. Nec solum vi-
demus hoc de facto in interdicto seruari, sed
etiam videtur de iure, vt in cap. dilectus. de ap
pellat. vltra medium. Præterea effectus abso-
3 lutionis† suspenditur, vt ij. quæstio. v. c. quan-
to. ergo etiam effectus excommunicationis po
test suspendi. Præterea inuenio in multis ca-
sibus, in quibus possumus participare cum ex-
communicato sine metu excommunicationis,
de quibus infra dicam, vbi signanter tracta-
bo de prædictis casibus. Non est ergo incon-
ueniens excommunicatum admitti etiam ad
legitimos actus, & circa huiusmodi ad missio-
nem complura adduci possent, quæ reseruan-
tur infra, ibi.

Pro solutione quæsiti primum referam di-
cta antiquorum, deinde distinguam, vt veri-
4 tatem facilius attingamus. Tancredus † in
sua compendiosa dixit, quòd non potest su-
spendi eius executio, ita quòd remaneat ex-
communicatus, cum impossibile sit, vt supra
dixi, quòd quis sit in ecclesia, & extra eccle-
siam eodem tempore, sed dicit, quòd eo ipso,
quòd suspenditur, est absolutus, ita quòd su-
spensio, & absolutio idem sit, secus tamen es-
se dicit in interdicto, quia si suspenditur eius
effectus, remanet tamen interdictum, vnde
non potest releuari per appellationem, & di-
cit, quòd Papa solus posset suspendere excom-
municationem, & non inferior. Guilelmus
Naso, vt refert hic Tarantasiensis dixit, quòd
nullus effectus, scilicet excommunicationis,
vel suspensionis suspendi potest. Sed Taran-
tasiensis dicit quæstionem hanc sibi difficilem
videri, & in eius decisione vellet potius peri-
tiores audire, quàm audiri addens, quòd quic
quid dicere attentauerit, non facit tanquam
soluere sufficiens. Sed pro lectore in memo-
riam reducendo, & pro veritate subtilius in-
quirendo, sic prosequendo. videtur ergo sine
præiudicio sic posse distingui: quædam sunt
sic contraria excommunicationi, quòd nulla-
tenus sese compatiuntur, quòd sicut est parti-
cipatio sacramentorum ecclesiæ, atque collo-
quium, & per consequens electio in ecclesia-
sticis pro eo, quòd ad participationem eligi-
tur, à quorum perceptione à sanctis patribus
est priuatus, vt in c. si celebrat. de senten. ex-
commu. ergo exclusio à sacramentis tanquam
substantiale, quid adhæret ossibus excommu-
nicati, sicut lepra leproso. j. quæstio. j. cap. ci-
5 to turpem. sublatis autem † substantialibus res
non est: ergo si ab excommunicato auferetur
exclusio à sacramentis, non esset excommuni-
catio: quantum ad talia ergo dico, quòd
non potest suspendi excommunicatio, sed ip-
sam necesse est penitus amoueri per absolutio-
nem: sunt & alia, quæ non videntur ita an-
nexa excommunicationi, vt est exclusio à
communione fidelium, & per consequens a-
motio à legitimis actibus quantum ad talia po
test suspendi, sicut enim conditor canonis
quasdam personas excludit, quæ possunt par-
cipare excommunicato sine peccato, vt ix. quę-
stio. iij. cap. quoniam multos. & quosdam a-
ctus pariter, vt appellare, & excipere, vt su-
pra dixi, vbi tractaui de effectibus excommu-
nicationis: sic credo, quòd possit quædam
excipere, vel excommunicationem quo ad illa
suspendere ille, qui excommunicauit.

Sed contra hoc obijcietur, quòd prædicta
non sunt ita annexa excommunicationi, aut
sunt substantialia maiori excommunicationi;
(de illa enim loquimur) aut accidentalia pro-
6 bo, quod substantialia; nam accidentalia † non
mutant speciem: non enim alterius speciei est
homo albus, quàm niger, sed eiusdem: sed di-
uersæ species excommunicationis sunt maior,
& minor: vtrique tamē specialis est exclusio à
sacramentis, ergo in ea non differunt, nec se-
cundum eam diuersas species constituunt, er
go secundum alia non sunt accidentalia, sed
substantialia: illis ergo sublatis non remane-
bit maior excommunicatio: sed tantum mi-
nor: nostra autem quæstio non est de minori
excommunicatione, sed tantum de maiori:
in illis ergo cum sint ei substantialia excom-
municatio suspendi non potest, sicut nec in
exclusione à participatione sacramentorum,
& hoc similiter sine præiudicio veritatis, di-
co, quòd sicut substantiale est minori ex-
7 communicationi exclusio † à sacramentis, sic

HH &

& maiori: & propter hoc est ei substantiale, vt probatur exclusio à participatione fidelium, & à legitimis actibus; sed duplex est participatio, quædam generalis, quædam specialis. Dico ergo, quòd exclusio à participatione generali est substantiale maiori excommunicationi: vnde non posset fieri, vt quis esset excommunicatus, & ei liceret omnibus communicare, & ad omnes legitimos actus admitti, quia esset de directo contra diffinitionem excommunicationis, & omnis diffinitio conuerti debet cum suo diffinito. Addens idem Tarantasien quòd propter hoc errauit quidam iudex, qui excommunicauit illos, qui talem rapinam fecerunt, & addidit, non tamen euitentur ante denunciationem: non enim credo, quòd hoc potuerit facere.

8 Exclusio † verò à speciali participatione fidelium, vel à quibusdam actibus nõ credo, quòd sit substantialis maiori excommunicationi, & propter hoc inueniuntur in iure excipi quidam actus, & quædam personæ, nusquam verò omnes, & ex his fortè posset dici, quòd is, qui excommunicauit aliquem, posset concedere alicui personæ, vt sine peccato communicaret illi excommunicato in omnibus, sed de hoc dicam infra, vbi signanter firmabo quæstionem, vtrum excommunicator possit cõcedere hoc, & sic dicit ipse Tarantasiensis, quòd est respõsum ad illud, quod obijciebat de illis casibus, in quibus sine peccato communicatur excommunicato. Ad illud verò, quòd obijciebatur de interdicto, quòd relaxatur ad tempus, dico quòd non est expeditum vsquequaque, an verum sit, quòd interdictum ita possit suspendi: Et fortè verius est, quòd non, vt idem fit in eo, quod in excommunicatione, & sic falsa sit obiectio. Sed hodie hæc quæstio satis soluta est per obseruantiam Rom. cur. quę loca suspensionis absoluit cũ reincidentia ad tempus, & interdũ citatur pars ad videndum se reintrudi, sed de suspensione interdicti seriosius infra dicam, vbi signanter de hoc formabo quæstionem.

Diximus de iusta excommunicatione, & eius speciebus, nunc successiuè videndum est.

Primò de pœna non seruantis excommunicationem iustam.

Secundò de pœna illius, qui per annum excommunicationem animo sustinuit indurato.

Tertiò de aggrauatione, & reaggrauatione sent. excommunicationis.

S V M M AE.

1 *Excommunicans iniustè, quomodo puniatur.*
2 *Dispensare quis possit cum iniustè excommunicante.*
3 *Perseuerans nimium in excommunicatione, quomodo puniatur.*
4 *Maritus cognoscens impedimentum canonicum, propter quod non præstat debitum vxori, si propter hoc esset excommunicatus, quid facere debeat.*

Pœna non seruantis excommunicationem iustam.

1 POENA autem non seruantis † excommunicationem iustam est, quòd si non seruans sit clericus, & ingerat se diuinis, vel celebrando, vel audiendo deponitur, nisi secum misericorditer dispensetur, vt xj. q. iij. c. si quis presbyter. & in c. illud. in fi. de cler. excom. minist. & c. si celebrat.

2 Sed quæro, quis cum isto † dispensabit? dixi satis supra de cler. excomm. minist. vbi dixi Innoc. tenuisse in cap. cum æterni. de re iud. in vj. quòd cum irregularibus solus Papa dispensat, & idem dixi supra de dispensatione Papæ, ante finem.

Si verò non seruans est laicus, tardius absoluitur, vt habetur in c. qui iubeute. xj. q. iij. item grauatur, & reaggrauatur, interdicitur locus, & contra ipsum inuocatur brachium sæculare, vt infra dicam, vbi de hoc.

Punitur etiam nõ seruans iustam excommunicationem per suum superiorem sæcularem dominum feudi, qui eum non seruantẽ potest priuare feudo. arg. præceptum. xxij. q. v. ibi, ipsi se suis meritis à Palatinæ dignitatis officio separabunt, & in c. fi. de pœni. & in c. nos sancto rum iuratos. xv. q. vj.

3 De secundo autem quęsito dicas, quòd † quemadmodum is punitur, qui excommunicationem non seruat, vt supra proximè dictum est, sic punitur, qui in excommunicatione nimiũ perseuerat. Distinguendum tamen est, quoniam si propter suspicionẽ hæresis fuerit quis excommunicatus, & per annum in excommunicatione perdurauerit, nolens infamiam expurgare, postea tanquam hæreticus condemnabitur, vt in c. excommunicamus. de hæret. in §. j. pro conuicto. n. talis habetur, vt in c. recessus. xj. q. iij. & c. quicunque. li cet aliud sit in alijs criminibus, quia si bona alicuius contumacis propter crimen annotata sunt, si infra annum non venit, deuoluuntur ad fiscum, sed quo ad crimen non obest, qu in post annum possit expurgare innocentiam suam, vt ff. de requiren. reis. l. annus. si autem pro alio crimine, vel contumacia steterit, quis in ex cõicatione, siue per annũ, siue per plures, non cõputabit inter hæreticos, sed alias pcedet cõ eũ. Itẽ si quis fuit

4 fuit † excommunicatus ob non redditionem debiti vxoris, & maritus cognoscat impedimentum canonicum inter eos, debet patienter tolerare censuras, quando contra Deum, & conscientiam iudici obediret, vt not. in c. literas. in §. porrò. de restitu. spol. hęc tamen intelligenda sunt secundum distinctionem cap. inquisitioni. de sent. excom. & ibi per Innoc. & alios post eum.

Præmissa tamen restringuntur hodie per regulam cancellariæ Apostolicæ, de clausula absolutionis, quòd non suffragetur insordescentibus vltra iiij. menses, & consueuit esse regula lxxiiij. incip. Item ne personæ, pro quibus literæ sue &c.

SVMMAE.

1 *Aggrauatio multis modis fieri dicitur.*

De aggrauatione, & reaggrauatione excommunicationis.

DE AGGRAVATIONE, & reaggrauatione sententiæ excommunicationis, & sic de tertio quę sito dicendum est, quòd multis
1 modis fit † aggrauatio, aliquando circa personam excommunicati tantum, & hoc multis modis, primo modo reperio, quòd aggrauatio fit circa personas participantium excommunicato, quia quando subijciuntur minori excommunicationi ratione huiusmodi participationis, vt in cap. statuimus. de senten. excommunic. in vj. hoc tamen fieri non debet ante canonicam monitionem, saluis constitutionibus contra tales legitimè promulgatis, qui in crimine præsumunt participare damnato, vt ibi. Item cum excommunicantur participantes, non ligantur personæ illæ, quæ excipiuntur. xj. quæstio. iij. cap. quoniam multos. similiter per dilationem absolutionis, de quo latius infra dicam, vbi de dilatione absolutionis tractabo.

SVMMAE.

1 *Iniustitia nulla maior nulla dicitur, quàm ipsa nullitas actus.*
2 *Excommunicatio, quibus casibus ipso iure sit nulla.*
3 *Excommunicatio lata post iter arreptum ad Papam pro tali negocio, non valet.*
Et quid de arripiente iter ad alium superiorem, vel inferiorem. num. 4.
Demonstrare facto, plus est, quàm verbis.
5 *Archiepiscopus, an possit adiri per viam querelæ.*
6 *Arreptio itineris ad superiorem tantum valet, quantum appellatio.*
Et quomodo hoc intelligatur.
7 *Remedium ordinarium, quãdo competit, nunquam datur extraordinarium. & quomodo intelligatur.*
8 *Error intollerabilis qualis dicatur.*
9 *Decretum de datione tutoris, vbi error facti est expressus, non valet.*
10 *Sententia lata à iudice non habente illam iurisdictionem, cuius vigore tulit sententiam, non valet.*
11 *Hæreticus non potest excommunicare.*
Et quid in suspenso.
12 *Inhibitio aufert iurisdictionem iudici, adeò vt non possit amplius ea pendente ferre sententiam.*
13 *Excommunicatio contra priuilegium non valet.*
14 *Excommunicatio lata contra curiales curiæ Romanæ; an valeat, distinguitur.*
15 *Auditor cameræ non potest citare perturbatores suæ iurisdictionis extra curiam.*
16 *Auditor prædictus, quam dicatur habere potestatem.*

De excommunicatione ipso iure nulla.

HACTENVS vidimus, quid iuris de iusta excommunicatione, & dependentibus ab ea, tam in forma, quàm in substantia, seu eius effectu. Nunc consequenter videndum est similiter quid iuris de iniusta excommunicatione, sed quia nul
1 la maior est † iniustitia, quàm nullitas, dicit Rota per Ægid. decisio. ccclxiij. incipien. Appellans non tenetur. quæ allegat Innocen. in capit. dilecto. de appellat. ideò prius

videndum est de excommunicatione, quæ est ipso iure nulla, & successiuè de iniusta, & super hac materia formabo sex quæstiones principales, & ipsas singulariter per singulas examinabo.

Primo itaque videbimus, in quibus casibus excommunicatio sit ipso iure nulla.

Secundò, videbimus de iniusta excommunicatione, vtrum sit excommunicatio, & liget.

Tertiò, ad præcedentes videbimus, quot modis sententia excommunicationis dicatur iniusta, & in quibus casibus liget, & in quibus non.

Quartò, quot modis puniatur, qui excommunicat iniustè, vel non seruato iuris ordine.

Quintò, qualiter consulatur iniustè excommunicato.

Sextò, & vltimo, an, & quando iniusta sententia fiat iusta propter contemptum, de qua quæstione supra pollicitus fuit hic dicere.

Ad primum itaque dico ea, quæ supra posui in quæstione, quomodo intelligatur illud Gregorij: sententia pastoris siue iusta, siue iniusta timenda est, hic esse repetenda, & applicanda, quibus addo decem alios casus, in
2 quibus excommunicatio † est ipso iure nulla: dixi ibi supra, quòd excōmunicatio lata post post appellationem non ligat, per c. per tuas. de senten. excommunic. cui nunc addo capit. ad præsentiam. de appellatio. & addo, quòd hoc fallit, si quis ignorante iudice appellanit, & deinde citatus ab eo non comparuit, quia tunc tenebit sententia, si fuerit lata ob talem contumaciam, vt in cap. cum parati. de appellatio. & l. si quis ex aliena. ff. de iudic. Scriptum est enim in lege, quòd ex quacunque causa quis vocetur ad prætorem, ire tenetur. ff. si quis in ius vocat. l. ij. & de hoc aliquid dicam infra, vbi tractabo de denunciatione excommunicationis.

Primus itaque casus dictorum decem casuum vltra præmissos, in quibus sententia excōmunicationis est ipso iure nulla, qua similis præmisso, videlicet cum fertur excommunica-
3 tio † post iter arreptum ad Papam, vel sedem Apostolicam pro eodem negocio, vt in cap. dilecti filij, de appellatio. quia plus est prouocare facto, quàm verbo, vt ibi dicitur, sicut dicit lex si tantum. §. si qui. ff. de ædil. edic. & l. de quibus. in fi. ff. de leg. & senat. cōsul. quòd plus est facto demonstrare, quàm verbis, & idem probatur in c. vnnostrum. & cap. ad audientiam. de appel.

Sed hic incidenter quæro, quid de arripien-
4 te † iter ad Metropolitanum, vel alium superiorem, inferiorem tamen à Papa? dicunt quidam, quòd non sit idem, quia solus Papa est vocatus in plenitudinem potestatis, cæteri verò in partem sollicitudinis, vt ij. quæstio. vj. c. qui se scit. & cap. ad honorem. de vsu pal. Alij dicunt, vt fuit Ioannes, quòd, qui non potest adiri per viam querelæ, non prodest itineris arreptio ad illum, sed Archiepiscopus non potest adiri per viã querelæ, sicut Papa, ergo &c. sed hoc fundamentum est falsum, quia immo
5 Archiepiscopus † potest adiri per viam querelæ, vt not. in cap. ad reprimendam. de officio ordin. & in cap. sollicitudinem. de appellatio. Idem ergo dicendum est in Archiepiscopo, sicut in Papa in hoc casu: vbi enim eadem ratio est, idem ius esse dicitur: supposito quòd itineris arreptio non habeat vim veræ, sed fictæ appellationis, vel simplicis querelæ. Nec obstat, quòd Papa habeat plenitudinem potestatis, quia nusquam iure cautum reperitur, quòd hæc itineris arreptio sit priuilegiata ex sola plenitudine potestatis Papæ, immo est inuenta à iure, vbi ex simplicitate, vel ignorantia iuris, non interponitur appellatio formaliter, sed aditur superior, ad quem erat appellatio formaliter referenda, vt infra dicam in sequēti casu, quia (vt supra dixi) plus est facto, quàm ver-
6 bo prouocare. Teneas ergo, quòd † arreptio itineris ad superiorem, ad quem erat appellandum, tantum valet, quantum ipsa appellatio: quod omnino intelligendum est de arrepto ante sententiam, sicut de appellatione. arg. c. à nobis. de sent. excom.

Secundus casus, cum quis supponit se tuitioni, & protectioni sedis Apostolicæ omittendo ex simplicitate viam appellationis, quia etiam tunc sententia excommunicationis non valet, vt est casus in cap. ad audientiam. de appellatio. nec obstat, quòd dicatur, quòd vbi
7 competit remedium † ordinarium, non datur extraordinarium, vt in l. in causæ. ff. de mino. & in j. & ij. de offic. iudi. & Rota in nouis decisi. ccxxiij. incipien. sed contra absentem, & indefensum, quia illud habet locum, vbi adhuc potest appellari, quia tunc non datur restitutio, hic autem loquimur, quando fecit actum æquipollentem appellationi, per dict. cap. ad audientiam, nec vlterius poterat appellare, cum iam esset excommunicatus, & appellatio sequens non suspendat executionem.

Tertius casus est, quem supra posui intellectu dicti Gregorij, videlicet sententia pastoris, &c. videlicet, vbi sententia contineret in se intollerabilem iuris errorem, sed hic quæro,
8 quis error † dicatur intollerabilis. Dic, quòd

quòd si continet in se peccatum, continet errorem intollerabilem, vt excõmunicat, quia quis non percussit, vel non furatur, vel non mœchatur, vel non adulteratur, vel quid simile turpe, vel impossibile non facit, tunc enim nulla est, vt in c. in patriam. in fi. de procur. & talia nec de facto, nec de iure inducunt obligationem, vt in c. fin. de pactis. Vincentius tamen intelligit de errore iuris. Vnde secundum eum in prædictis exemplis tenet excommunicatio, cuius opinio communiter reprobatur. Quidam etiam dicunt, tunc demum esse errorem intollerabilem, cum est contra substantiam excommunicationis, puta excommunico te, quia paruisti mihi, vel superiori meo, & tuo: vel quia comparuisti citatus, & es obediens. prima opinio verior est, & probatur apertè per text. in cap. si is qui præest. xj. quæstio. iij. in §. cum igitur subditi. cum duobus cap. sequentibus: si tamen sit error in facto, vt excommunico te, quia spoliasti Titium, vel quia non satisfecisti Titio in centum, in quibus ei tenebaris, licet hoc manifestè sit falsum, tamen tenet sententia, quia talis causa possibilis est, licet sit falsa, & tunc in possibilibus siue iusta, siue iniusta sit timenda, est vt supra.

Sed contra videtur, quòd talis error faciat eam nullam, sicut error calculi. ff. de quæstio. senten. sine appellat. rescind. l. j. §. j. & talis error facit exhæredationem nullam. l. si posthumus. ff. de liber. & posthu. cum l. sequenti, si-
9 cut dicimus, quòd non valet decretum † de datione tutoris, vbi error facti est expressus. l. tutor. & l. sciat. ff. de tutor. & curator. dat. Sed & allegatio per errorem facta non tenet. ff. si quis cautio. l. sed & si. §. fi. & ff. de fideiusso. l. si quis.

Solutio. Potest dici, quòd in excommunicatione lata per errorem facti tutius sit dicere, quòd teneat, vt supra dixi, & quòd absoluatur quo ad ecclesiam militantem, quo verò ad triumphantem, & Deum, non est ligatus. In dubijs autem his fit absolutio ad cautelam, siue difficultate, & sic seruat curia, quia vbicunque hæsitatur de validitate, vel inualiditate excommunicationis, nunquam fit contentio, sed absolutio ad cautelam, & in magis dubijs fit absolutio ad effectum agendi cum reincidentia in euentum validitatis excommunicationis, & sic quotidie seruatur etiam in auditorio Rotæ.

Quartus casus est, cum præcipitur alicui tale quid, quod ad iurisdictionem præcipientis non spectat, licet alias non sit peccatum, vel impossibile, vel turpe: exemplum mandatur alicui, vt prouideat mihi de simplici, & prouideat de curato, vel dignitate ferens excommunicationem in contradictores, & rebelles,
10 vt quotidie videmus, & non tenet † sententia, si contra dicitur, quia in potestate conferendi simplex non venit curatum, vel dignitas, & sic non est de comprehensis sub iurisdictione excommunicantis, vt not. in cap. fina. de præbend. in fi. Et idem dicendum est in casu, in quo præcipiens nõ habet iurisdictionem, quia vt supra dixi, & infra dicam, non tenet sententia à carente iurisdictione lata, & à non suo iudice.

11 Quintus casus est, cum hæreticus † excommunicat, vel excommunicatur, vt xxiiij. quæst. j. cap. audiuimus. & in c. ad probandum. de re iudi. Sed an idem sit in suspenso, dicam infra, in secunda parte huius rubricæ, vbi de hoc.

Sextus casus, cum quis ante canonicam monitionem excommunicat maiori excommunicatione eos, qui participant excommunicato in locutione, & alijs, in quibus participare prohibetur, vt in c. statuimus. de sent. excommu. dicam latius, vbi tractabo de pœna iniustè excommunicantis, & non seruato iuris ordine.

Septimus casus est, si feratur post inhibi-
12 tionem † à Papa, vel alio superiore, vt in capit. cum ad quorundam. de excess. prælat.

Octauus casus est, si Papa dicat, si qua contra hæc sententia lata fuerit, ipsam decernimus non tenere, quia si post eam feratur, non tenet, vt in dicto c. cum ad quorundam. de excess. prælat.

Nonus casus est, si prælatus excommunicat ob denegatam procurationem excessiuam, & statutam in concilio Lateranensi, de qua in dicto cap. ad quorundam. & in c. cum Apostolus. de censi.

Decimus casus est, cum fertur excommu-
13 nicatio † contra priuilegium, vt not. in cap. frater noster. xvj. quæstio. j. & cap. cum olim. el primo. de priuileg. & hinc est, quòd hodie cancellaria Apostolica apponit clausulam in fi. literarum Apostolicarum, & præcipuè mandatorum de prouidendo, & gratiarum expectatiuarum etiam in forma pauperum, videlicet, si alicui sit à sede prædicta, loquendo de Apostolica concessum, quòd suspendi, interdici, vel excommunicari non possit per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam de indulto huiusmodi mentionem alia dictæ sedis indulgentia generali, vel speciali, de eiusq; toto tenore habenda sit mentio specialis, & hoc ad tollendum huiusmodi priuileg. quibus tamen pro illa vice tantummodo derogatur.

Vndecimum casum affirmatiuè ponere non
sum ausus, de eo tamen quæram: quid de sen-
14 tentia excommunicationis † lata contra curia-
les curiæ Romanæ? credo hodie esse distin-
guendum inter officiales curiæ, & alios secun-
dum extrauagantem Eugenij IIII. in fauorem
curialium editam, quia expresse cauetur, quòd
officiales dictæ curiæ non possint vocari co-
ram ordinarijs aliorum locorum, etdum sunt
extra Romanam curiam, Nec alij quicunque
accedentes ad Romanam curiam pro negotijs
suis exequendis, & illis durantibus, Nec tales
ipsi ordinarij, vel etiam delegati præsumant
contra tales procedere, aut in eos suspensionis
interdicti, vel excommunicationis officio-
rum, seu beneficiorum, seu quamuis aliam sen
tentiam promulgare cum interpositione de-
creti, irritantis cum appositione pœnæ excom
municationis in contrafacientes, & sic de of-
ficialibus dictæ curiæ, & accedentibus ad eam
pro eorum negocijs, clarum est, sed ex his non
est soluta quæstio, quia non omnes sunt officia
les, nec omnes curiales habent causas, quid er-
go de alijs, qui nihil agunt in curia, sed tantum
comedunt. videtur esse dicendum, quòd com-
prehendantur omnes sub dispositione. c. per
tuas. de maiorit. & obedien. tamen tex. ille lo-
quitur de promotis per Papam, & non de cu-
rialibus. glo. tamen prima ibi, in versicu. sed
nunquid videtur sentire, quòd episcopus con-
tra curialem possit procedere propter crimen,
sed non punire: sed debet mittere causam in-
structam ad Papam, sed in fi. dicit, quòd qui-
dam dicunt, q episcopus eos disponere potest,
sed Innoc. tenet expresse contrarium: de fami-
liaribus autem Papæ, & aliorum dominorum
Cardinalium, dum sunt in Romana curia, &
ad seruitia eorum, credo, quòd extra curiam
vocari non possint, & sic seruatur, dum autem
sunt extra curiam, credo locum esse dispositio
ni dictæ glo. licet loquatur, vt dixi de promo-
tis à Papa, & non de alijs, & hoc intelligo, si
sunt extra curiam animo redeundi ad eūdem,
alias credo omnes subesse ordinarijs locorum
tam ratione contractus, quàm beneficij, & de-
licti, salua dispositione. c. primi. de priuile. in
vj. sed hodie inoleuit contra præmissa nouus
stilus, quia eo ipso, quòd curiales conueniun-
tur coram suis ordinarijs, ex quauis causa re-
currunt ad auditorem Cameræ Apostolicæ, &
obtinent inhibitiones in modum monitorij
pœnalis sub prætextu generalis commissionis,
& indulti per sedem Apost. facti, qui cum alià
haberet ambitum vrbis sub sua iurisdictione,
hodie etiam habet ambitum orbis. Et Do-
mini de Rota in collectis per Ægid. Bellame-
ra decis. ccx. incip. In causa D. Sy. dicunt, q au-
15 ditor cameræ † perturbatores suæ iurisdictio-
nis, non potest citare extra curiam, quia non
est generalis auditor Papæ, licet prætendat,
ideò prohibitus fuit per Papam, ne in causis be
neficialibus se impediret, quia officium est tan
tum audire causas curtisanorum, & de pote-
16 state dicti auditoris † vide etiam aliam decisio-
nem eiusdem Ægidij, num. cxcvj. incip. Vtrum
auditor cameræ Apostolicæ, & aliam num. 5.
incip. Conclusio, quòd auditor cameræ, quæ
dicit, quòd auditor cameræ nullo modo potest
citare extra curiam, nisi habeat ad hoc à Pa-
pa speciale mandatum, vel nisi super hoc in a-
liquo casu speciali habeat specialem consuetu-
dinem, quia per se esset contra ius, vt not. Io.
Mo. in regula in generali, contra quod non po-
test auditor cameræ, immo nec camerarius,
vel alius, præter Papam. Item quia curia est
sibi, vt supra dixi, pro territorio: ergo non po
test citare psonaliter, & addit d. decisio hæc for
malia verba, videlicet, & in hoc arguitur eius
temeritas, quia prætendit se executorem pro-
cessuum, qui sunt in cœna domini, immo om-
nium constitutionum Papalium tanquam or-
dinarius, & per hoc omnem iurisdictionem or
dinariorum, immo potius Apostolicam occu-
pare nititur. hæc ibi.

S V M M AE.

1 *Sententia iniusta, an semper sit nulla.*
2 *Excommunicatio iniusta, an sit excommunicatio.*
3 *Excommunicatus iniustè, ab ipsa non recipit detrimentum.*
4 *Excommunicatio iniusta, quam habeat effectum.*

De iniusta excommunicatione.

VIDIMVS de nullitate sententiæ
excommunicationis, nunc con-
sequenter videndum est de iniu-
stitia sententiæ excommunicatio
nis, licet omnis sententia nul-
la sit iniusta, & nulla maior sit iniustitia,
quàm nullitas, vt dicit Rota supra alleg. de-
cisi. Ægid. decisi. cccxliij. incip. Appellans non
1 tenetur, tamen omnis † sententia iniusta non
est nulla. Ideò videamus de iniusta excommu-
nicatione, pro cuius visione primo quæro, an
2 iniusta excommunicatio † sit excommunicatio?
& videtur dicendum, quòd non, quia qui ex-
3 communicatur, si † non meruit excommunica
ri, non nocet ei, dummodo non contemnat.
xj. quęstio. iij. c. audi denique. §. cum ergo. & in
capi. si quis non recto. & cap. notandum. in
fine. xxiij. quæstio. iij. & in cap. per tuas.

de

de sentent. excommu. Igitur non est præcisus ab ecclesia immo est particeps orationum ecclesiæ, & est de ea merito, licet non numero, & sic non est separatus à bonis spiritibus, vnde nec excommunicatus. Item, vt habetur in iiij. sententiarum dist.xviij. & Hieronymus super Matth. vbi dominus ait Petro, Tibi dabo claues &c. & quicquid ligaueris &c. hûc (inquit) locũ quidem non intelligẽtes, aliquid sumunt de supercilio pharisæorum, vt damnare innoxios, vel soluere se putent noxios, cum apud Deum non sacerdotum sententia, sed reorum vita quæratur, ex quibus verbis videtur innui, quòd iniusta excommunicatio non ligat, & sic non sit excommunicatio.

Sed contra not. in c. de illicita. xxiiij. quæst. iij. ibi, si quis autem aduersus causam excómunicauerit aliquem, ille quidem, qui excommunicatus est, maioris sacerdotis auctoritate ad gratiam sanctæ communionis redeat, ergo erat excommunicatus, licet iniustè.

Solutio. iniusta excommunicatio non separat à fructu ecclesiæ, quia, qui timet dominum in mãdatis eius, beatus est, & particeps est omnium timentium eum. Priuat tamen iniusta
4 † excommunicatio speciali oratione ab ecclesia, quia ecclesia specialiter non orat pro excómunicato, & priuat à participatione hominũ, vt satis supra dictum fuit, & hoc quo ad ecclesiam militantem, quo vero ad triumphantẽ secus, & mala excommunicatio non contemnitur, vt infra dicam. Ad auctoritatem vero Hieronymi dicẽtis, quòd intelligitur de illis sacerdotibus, qui credebant excommunicationem iniustam tenere, & nocere innocẽtibus quo ad omnia, cum in veritate non noceat, nisi tantũ quoad aliquo, vt prædixi, immo potius, si humiliter sustinetur prodest ad salutem.

Ad illud autem quodcunque ligaueris &c. intelligitur secundum Tarantasiensem, ẽt omnes claue non errante, & sic intelligit. in sentẽ. in dicta dist. xviij. & hoc quo ad ecclesiã triumphantem, quo vero ad militantem, etiamsi clauis erret, remanet ligamen.

S V M M Æ.

1 *Excommunicatio quibus casibus iniusta reddatur.*
2 *Iudicium humanum quatuor modis peruertitur.*
3 *Sententia potest esse iusta & iniusta.*

Quot modis sententia excommunicationis dicatur iniusta.

1 SED, vt magis articulus iste de iniusta excommunicatione elucescat, quæro, quot modis sententia † excommunicationis dicatur iniusta, & in quibus liget, & in quibus non. Dicas, ꝙ tribus modis dicitur iniusta per oppositum iustæ, quæ propterea dicitur iusta tribus modis, videlicet ex ordine, ex animo, & ex causa, puta quando in excommunicato subest peccatum, vt s. dixi, vbi tractaui, pro quo peccato ferri debeat excommunicatio. Ex ordine, quando seruatus est in causa ordo iudiciarius, vt etiam supra dixi. quo ordine, vel quibus ob seruantijs ferri debeat excommunicatio. ex animo, quando non timore, vel precio, odio, vel amore fertur: sicut enim ait Gregorius, his qua
2 tuor modis, † iudicium humanum peruertitur. xj. q. iij. in c. quatuor. vnde Tarantasi. ponit hos versus, videlicet.

Quatuor ista timor, odium, dilectio, census
Sæpe solent hominum rectos peruertere sensus.

Similiter quoque totidem modis contrarijs dicitur iniusta. Igitur si excommunicatio his tribus modis fuerit, non est tenenda, nec ab ea appellandum, cum nulla sit.

Si autem ex causa, & ordine fuerit iniusta, nulla est, & similiter ab ea non est appellandũ.

Si autem fuerit iniusta ex causa, & ex animo sed ex ordine iusta, tenenda est, & est appellandum ab ipsa.

3 Similiter, si fuerit iusta † ex causa, & ex animo, iniusta vero ex ordine, firmitatem nó obtinet, vt ij. quæst. vj. c. si quis appellat. §. diffinitiua. cum. §. seq. & xj. q. j. §. pen. & sic tenuerunt antiqui, vt refert Ray. qui tamen dicit, ꝙ quocunque modo sit iniusta, etiam illis tribus modis, tenet, & ligat, quoad ecclesiam militãtem, dummodo lata sit ab habente iurisdictionem excommunicandi, & in excommunicatum, & allegat. c. si episcopus forte iratus, vbi dicitur, cito, & aspere. xj. q. iij. nam cum dicit, cito, videtur loqui de sententia iniusta ex ordine, & in hoc tamen discrepare, & differre videtur ab antiquis in eo, quòd dicit sententiam iniustam ex ordine tenere, quorum tamen sententiam secutus est Gofr. & hodie not. in c. cum medicinalis. de sent. excom. in vj. ibi sententiam ipsam sine difficultate relaxans, vbi dicitur, quòd sententia lata ordine iudiciario prætermisso nulla est ipso iure, & idem not. in l. cum iudex. & l. probatam. C. de sent. & interlocut.

S V M M Æ.

1 *Excommunicans iniustè, quibus pœnis puniatur. Limita & intelligas vt nu. 7.*
2 *Excommunicans iniustè tenetur excommunicato ad expensas, & interesse, & quale, & quantum erit.*
3 *Quid si excommunicato esset aliquod beneficium collatum, & priuatus fuisset propter talem excommunicationem: an teneatur excommunicans ad* hoc

hoc etiam interesse.
4 *Sententia tripliciter dicitur iniusta.*
5 *Excommunicatio iniusta an possit priuare aliquem ab ingressu ecclesiæ.*
6 *Peccato non dimittuntur absq; gratia.*

Quot modis puniatur excommunicans non seruato iuris ordine, vel aliàs iniustè.

DE QVARTO principali quæsito, videlicet quot modis puniatur, qui non seruato iuris ordine, vel aliàs iniustè aliquem excom-
1 municat, dicas, ꝙ pœna † ipsius multiplex est. Prima enim est pœna sacrilegij, vt xxiiij.q.iij.c.non in perpetuum.

Secunda, quia excommunicato contra excõmunicatorem datur actio iniuriarum, vt in c. temeraria, & c.illud.xj.q.iij.

Tertia, est priuatio per mensem ab ingressu ecclesiæ, & priuatur communione aliorum arbitrio superioris, alias nihilominus mulctandus, si ei visum fuerit expedire.

Quarto tenetur excommunicato ad expensas, & interesse, vt xxiiij.q.iij.c.de illicita.& c. sacro. & c. cum medicinalis.de senten.excom. in vj.

Sed hic incidenter quæro, quia hoc quotidianum est, quale, & quantum † erit illud in-
2 teresse? Dicas, ꝙ erit secundum damna, quę sustinuit circa sumptus litis, & in illius dependẽtibus, & illa declarabit cum iuramento, & tũc iudex illo delato moderabitur, & taxabit, vt ij. quæst.j.c.imprimis.& l.quando.C.vnde vi. & de taxatione iudicis not.in c. fi.& in c. constit. de procura.

Sed non prætermitto quærere, quod quotidie accidit. Iudex excommunicat Titium clericum non seruato iuris ordine, vel aliàs iniustè: excommunicatus eligitur, vel ei confertur beneficium aliàs canonicè ab ignorãtibus ipsum excõmunicatum, cassatur electio, vel collatio declaratur nulla ob talem excommunicationẽ,
3 nunquid hoc interesse † extimabitur, quòd beneficium non sit assecutus? tex.in c. super causa.ij.q.v.videtur sentire, quòd sic, ibi, in fi. vbi dicit, ꝙ presbyter quicquid, iniustè amiserat, ac sacerdotium accipiat, & integra beneficia, & illud interesse est circa rem: facit text. & ibi gl.in verbo quicquid in c.si quis.de cler.el primo.xij.q.ij. Facit l.Iulianus.in princ. ff.de act. empt.secus si interesse esset extra rem, per l.cũ sterilis.§.cum per vẽditorem.sed credo esse di-
4 stinguendum: nam cum sentẽtia tripliciter † dicatur iniusta, vt s̃.dixi, videlicet ex causa, ex ordine, & ex animo præsupposita semper iurisdictione, aliàs semper nulla, per not. in cle. vt calumnijs.de re iudi.& per modernos in c.dilecto. de appella. præcipuè per d.Præposit. & Philip.Fran.ibidem in versi.i. quæritur in prima col.ibi, quarto limita, nisi sit talis nullitas: primo casu videlicet ex causa, debet, qui eam tulit ad mandatum superioris sine difficultate relaxare, & tenebitur excommunicato ad interesse, alias nihilominus, si culpæ qualitas postulauerit superioris arbitrio puniendus, & sic intelligo.§.caueat etiam.c. sacro. de sent. excó. Item debet per tantum tempus à sacra communione abstinere, quantum maiori sacerdoti visum fuerit, & sic etiam intelligo. c. de illicita. in princ.xxiiij.q.iij.supra alleg.

Secundo vero casu, videlicet, si ex ordine sit iniusta, distinguo sic, videlicet, quia si ille ordo, de quo in c.sacro.in princ.non sit seruatus, vt præmissa competenti monitione, & præsentibus personis idoneis, tunc lator eius, etiam si alias iusta fuerit excommunicatio, erit suspensus, siue interdictus per mensem ab ingressu ecclesiæ, alia nihilominus pœna puniendus, si visum fuerit expedire superiori, vt supra:& sic intelligo d.c.sacro.in prin.& d. c.de illicita. in §. cassatis, vbi subiungitur, ꝙ nemo præpostere uel prępropere, videlicet non monitus, nec cõuictus est indicãdus. Si autem sit ex ordine sententia iniusta, quia non sit seruatus ordo ille, qui ponitur, & traditur in c.cum medicinalis, tunc dico latorem excommunicationis teneri de iure ad pœnas ibidem expressas.

Tertio vero, & vltimo casu, videlicet si ex animo fuerit iniusta, quia propter odium, aut gratiam, aut sordes, vt quotidie fieri videmus. potest distingui sic, videlicet quia, aut ille, qui erat excommunicatus, poterat iustè excommunicari, ob quam causam fuit excõmunicatus, aut non. primo casu distinguo, quia si per odiũ, vel gratiam est excommunicatus, tunc non inuenio aliam pœnam, nisi quia credo excommunicatorem peccasse mortaliter à simili eius, qđ dixit Augustinus in quæstionibus Exodi dicentis, ꝙ si minister iustitiæ occidit eum, quem iudex iusserat occidi, sed non ei iusserat, sed sponte fecit, profecto homicida est, etiam si interficiat eum, quem scit à iudice debuisse occidi, vt dicit tex.in c.si minister.xxiij.q.v.

Si autem propter sordes puta pecunia, aut muneribus, vel alio iniusto modo, vt aiunt malis artibus, sit excommunicatus, licet alias posset iustè excommunicari, tunc excommunicator est ab executione officij per annum suspensus de iure, vt in c.cum æterni.de re iudi. in vj. si autem aliàs iustè non poterit excommunicari, & nihilominus per gratiam, odium, vel sor- 1
dibus

dibus fuerit excommunicatus potest probabiliter dici, quod vltima quòd peccauerit mortaliter, teneatur ad aliàs pœnas, quia ex iniusta causa excõmunicauit. vt supra dixi, quia vero per sordes excommunicauit, tenebitur ad pœnam per sordes iudicãti imponendam, vt supra proximè dixi, pro quo facit lex prima. C. de pœn. iudi. qui male iudi. & l. si filius fam. ff. de iudi. saluis alijs constitutionibus, quæ malè iudicãtibus pœnas imponunt, vt dicit tex. in d. decretali. cum æterni. in fi. constitutiones autem prędictæ, vide in auth. de litig. §. q accepit. col. ix. Sed illud durum nimis videtur, quòd iniusta
5 excommunicatio † ex ordine tantum priuet aliquem ab ingressu ecclesiæ, tum quia veritas, &c. non ordo quo ad Deum attendenda est, tum etiam, quia hoc non fit nisi post latam sententiam excommunicationis, aliter ante non excõmunicatus, sed tantum post: qualiter ergo, qui priuatus est ab ingressu ecclesiæ, alium priuare potest, cum simul incipiant. s. priuatio priuantis, & priuati, ex eadem sententia, & sic videtur quod quis possit contra seipsum iudicare, quod est contra ius, cum nemo se soluere, vel ligare possit, nec sibi ius dicere.

Solutio, ad primum dico Petr. de Pal. quem refert Tarãta. & Friburg. quòd licet prælatus excommunicet subditum, & consequenter priuatio ab ingressu ecclesiæ videatur eodem tempore simul esse cum illa prælati, tamen illius excommunicatio præcessisse naturaliter intelligenda est, & si. A. nondum suspensio facta est excommunicatio, sicut dicimus, quòd gratiæ infusio, & peccati dimissio sit simul eodẽ tempore: naturaliter tamen infusionem gratiæ ne-
6 cesse est anteire, quia impossibile est sine † gratia dimitti peccata.

Ad aliud autem dicendum est, quòd per eandem sententiam non priuatur vterque, sed per diuersam, quia subditus per sentẽtiam sui prælati suspenditur, prælatus autem per sententiã canonis, & sic diuersimodè: vnde non est verum, quòd per eandem sententiam quis agat, & patiatur, quòd autem dixi de his pœnis, tũc maxime verum est, quando absque manifesta, & rationabili causa quis tulit sententiam. Item
7 intelligas † eum non incidere in has pœnas, quando non errauit ex causa probabili, maxime si iudex bonæ famæ, & opinionis existat, & bene doctus, & iudiciorum expertus.

Contra vero, si excommunicatus conquerẽs de iniusta excommunicatione nihil rationabile contra eam proponat, vel probet, compellẽdus est similiter soluere interesse, vel aliquam pœnam superioris arbitrio ipsi excõicari, quẽ indebitè fatigauit, nisi forsan & ipsum probabilis error excuset, vt in d. c. sacro. hoc eo. titu.

SVMMAE.

1 Excommunicatus iniustè quid facere debeat.
2 Approbans sententiã an ipsam impugnare possit.
3 Non appellans à sententia infra tempus designatũ à lege, ipsam approbare dicitur.

Qualiter consulatur iniustè excommunicato.

NVnc cõsequenter quæro de quinta principali quæstione, videlicet qualiter consulatur iniustè excõ-
1 municato: dico, quod † in casibus, in quibus sententia excommunicationis est iniusta, non tamen nulla propter supradicta, est obseruanda, & excommunicatus debet eam patienter, humiliter, & deuotè sustinere. Debet tamen se præsentare excommunicari, & illi satisfactionem offerre, addendo canonicam satisfactionem, quatenus offenderit, & sic successiue instanter postulet absolutionẽ, quòd si fecerit, hoc erit sibi ad meritum, aliàs si contemneret, peccaret mortaliter, vt infra dicam, vbi tractabo de pœna non seruantis excommunicationem.

Sed quia proximè dixi, quod excommunicatus debet petere absolutionem à suo excommunicatore, quæro incidenter, nunquid idem poterit petere à superiore? puta à metropolitano? Dicas, quòd sic, vt plenè infra dicam, vbi tractabo de absolutione, vbi formabo xl. quæstiones in materia absolutionis ab excommunicatione, vbi signanter ponam quæstionem, vtrum, & qualiter excommunicatus ab episcopo absolui possit, vel ab Archiepiscopo, vel à primate, circa quod etiam non est omittendum illud, quod notaui supra de effectu excõmunicationis. Item poterit adire per viam querelæ ipsum metropolitanum de iniusta excommunicatione, vt condamnetur iniustè excommunicans ad alias pœnas, vt supra dixi in præcedenti quæstione principali.

Sed quia supra dixi, quòd iniustè excommunicatum debet patienter sufferre excõmunicationem, & offerre satisfactionem, & humiliter petere absolutionem. Quæro nunc eo ipso, quòd petit absolutionem, & iurat de parendo mandatis ecclesiæ, nonne acquiescit senten-
2 tiæ? vt eam † postmodum impugnare non possit, quomodo ergo petet interesse, & impugnabit eam? videtur enim non posse per not. in c. gratiam. de offi. deleg. & c. ex ore. de his quæ fi. à maiori parte cap. & in c. sollicitudinem. de appell. & in l. fi. ff. de inoffi. testa. Item, si non ap-
3 pellat † à sententia excommunicationis vsque ad

ad decem dies, videtur acquieuisse sententiæ, vt in c. ad consultationem, de re iudi.

Solutio. Dicas, q ex eo, quòd petit absolui, non acquiescit sententiæ iniustæ, nec fatetur ipsam iustam, & ad iura in contrarium adducta respondeo, quòd non obstant: nam in illis aliquid factum est cum secundo, quod est contrarium primo facto, per quod illi renunciare videtur, hic autem petendo absolutionem nō facit contrarium querelæ iniustæ excommunicationis. Ad illud autem de appell. dico, quòd non est simile de sententia excommunicationis & alijs sententijs: aliæ enim sententiæ trāseunt in rem iudicatam per silētium decem dierum: hæc autem non, & licet trahat secum executionem, vt supra dixi, quod non faciunt aliæ sentētiæ, ab ea tamen excommunicatus post decem dies potest absolui, vnde talis sententia per lapsum temporis non adsumit aliquam firmitatem, & ideo de iniusta excommunicatione potest quis conqueri quandocunque.

SVMMAE.

1 *Excommunicatus iniustè si aliquo tempore non obseruauit sententiam: an postmodum possit petere absolutionem.*

2 *Voluntates hominum ad inobedientiam pronæ sunt potius quàm ad obedientiam.*

Quomodo intelligatur illud, quòd sententia iniusta propter contemptum fit iusta.

VTA supra dixi, quòd sententia excommunicationis iniusta, si cōtemnitur, est iusta, aliter non declarando, sed me remisi ad hic dicenda, quæro, quo modo fiat istud? pone quòd excō
1 municatus aliquo † tempore non seruauit sententiam ex contemptu, nunquid poterit petere absolutionem à superiore sicut ab iniusta? vt supra dixi, qualiter sit consulendum excommunicato iniustè, vel nunquid nō poterit agere contra excommunicatorem ad pœnas, quas supra dixi?

Solutio. Potest dici, quòd cum aliàs iniusta sententia non liget quantū ad ecclesiam triumphantem .i. non excludat ab ea, sed liget quo ad debitum obseruantiæ, vt supra dixi, vbi tractaui de iniusta excommunicatione, propter contemptum, tamen incipit ligare, & ab ecclesia triumphante excludere. Non tamen incipit propterea esse iusta propter hūc contemptum quo ad militantem, vnde nihilominus post cōtemptum, & absolutionem à superiore petere & ad pœnas, de quibus supra dixi contra excō-
municatorem agere potest. Nam aliàs de facili non possent iudices pœnas iniustæ excommunicationis euadere, cum ex fragilitate vo-
2 luntates † hominum ad inobedientiam pronæ sint, facileq; possent illius constitutionis, cum æterni sententiam eludere, quæ dicit, vt pœna docente discant iudices, quàm graue sit excommunicationis sententiam sine debita maturitate fulminare, vt etiam dicit tex. in d. c. cum medicinalis. Illa enim pœna, quæ est priuationis ab ingressu ecclesiæ, ac diuinis, quibusdam in dictibus placeret, & parum per eam coercerentur, vel prohiberentur, nisi aliæ timerentur. hæc Friburgo de mente Pet. de Palude.

SVMMAE.

1 *Excommunicatus à iure differt ab excommunicato ipso iure, & quomodo.*

2 *Excommunicatio contingit tripliciter.*

De excommunicatione iuris, & ipso iure.

ACTENVS diximus de sententia excommunicationis maioris ab homine lata, nunc consequenter videndum est de excommunicatione iuris. Et sciendum est, q
1 aliud est esse excōmunicatum † à iure, & aliud ipso iure, & non conuertitur exemplum: facit quis aliquid, ex cuius facto ius infligit excōmunicationem, vt per iniectionem manū violentarum in clericum, talis est excommunicatus ipso iure, non tamen quicunque est excommunicatus ipso iure est excommunicatus à iure, quia potest esse excommunicatus à iudice, & sic ab homine. exemplum. dicit prælatus, quicunque tale quid fecerit, sit excommunicatus: certè ille, qui illud facit, non est excommunicatus à iure, quia fortè illi facto nō est imposita pœna excommunicationis à iure: quæ si esset imposita, pœna prælati esset superuacua; ideo erit excommunicatus ab homine, & tamen ipso iure, quod aliqui dicunt ipso facto, quod est idem.

Sed sciendū est, quòd tripliciter inciditur
2 in sententiam † excommunicationis ipso iure, non dico à iure, de quo signanter infra dicā, vbi ponam casus, in quibus contrahitur excōmunicatio maior, sed dico ipso iure, & hoc tripliciter, vno modo cum participatur crimini, contra quem lata est sententia, vt in illo, qui percutit clericum, & in similibus casibus. Alio modo cum participatur tantummodo criminoso, vt, quando quis excommunicatur cum

omnibus

omnibus sibi communicantibus. Tertio modo, cum participatur crimini & criminoso.

SVMMAE.

1 *Canonem latæ sententiæ quis facere possit.*
2 *Episcopus cum sua Synodo, & sine, potest facere constitutionem in sua diœcesi.*
3 *Populus quilibet statuere sibi potest.*

Quis possit facere Canonem latæ sententiæ.

QVIA supra proximè diximus de excommunicatione iuris, quod est idẽ dicere, quod canonis, quæro quis
1 possit facere canonem † latæ sententiæ? Dicas, quòd summus Pontifex. Item Concilium generale in spiritu sancto legitimè congregatum, de quo latius infra dicam, vbi tractabo, vt prædixi de casibus, in quibus contrahitur excommunicatio maior. Item Archiepiscopus, Patriarcha, & primas cum sua Synodo, vt not. in c. sicut olim. de accus. ibi, Et quæ statuerunt, faciant obseruari. Item & Episco-
2 pus cum † sua Synodo, & etiam sine, vt in c. ij. de maior. & obed. quia etiam potest facere cõstitutionem in sua diœcesi, vt de consecr. di. iij. c. j. & ij. & in c. à nobis. el primo. hoc eo. titu. Item Legatus sedis Apostolicæ in prouincia sibi commissa, vt in c. nemini, quod est fi. de offi. leg. & in c. j. de locato.
3 Item quilibet populus † & quælibet Ecclesia potest statuere sibi, vt j. di. c. ius ciuile, & in c. quę contra mores. viij. dist. & c. catholica. xj. dist. & c. illa. xij. dist. Hæc tamen nõ extenduntur ad maiora negocia, super quibus statuere Principi reseruatum est.

In quibus casibus quis incidat in canonem latæ sententiæ.

SVBSEQVENTER videndũ est, in quibus casibus quis incidat in canonem latæ sententiæ, & sit ipso iure excommunicatus. Spec. in aureo, connumerat infrascriptos, quorum primus est incidens in factum damnatum per sententiam canonis, vel hominis constitutione, vel alio modo, vt in c. à nobis. el primo. de senten. excommunic.

Secundus asserens Rom. Ecclesiam non esse caput vniuersale, vt xix. dist. c. nulli. & in c. damnamus. de summa Trini. & xxij. dist. c. omnes. & ix. quæst. iij. c. patet.

Tertius, Episcopus communicans subdito, cuius crimen sibi notum asserit, sed non probat, vt in c. placuit. vj. quæst. ij.

Quartus, recipiens inuestituram prælaturæ de manu laici, xvj. quæst. vij. c. si quis, & c. præterea. de iure patr. in §. j. licet videatur signari contrarium in c. cura. eo. tit. vbi dicitur, quòd talis venit excommunicandus si solus, quia illud intelligitur de maiori excommunicatione, sed præmissâ iura loquentur de minori.

Quintus, dans, vel recipiens pecuniam pro licentia docendi, vt in c. placet. de magist. quod non placet Durando propter verbum fiat, ꝙ est eo. tit. c. j. §. pro licentia.

Sextus, in casu. c. j. de locato.

Septimus, spoliantes christianos nauigãtes, vel naufragantes, nisi moniti satisfecerint, vt in c. excommunicationi. de rapto.

Octauus portantes arma ad infideles in dispendium christianorum, vt in c. ad liberandã. de Iudæ. & c. quod olim.

Nonus, excommunicans Papam. xxij. dist. c. fin. & xxj. dist. c. in tanta. & xxiiij. quæst. ij. c. sane proferatur.

Decimus, scismaticus. vj. q. j. c. Nouatianus, & in c. j. de scismat. & de hac materia tractantur. ix. quæst. j. c. ordinationes. & xiiij. quæst. j. & q. iij. §. quia vero, & c. seq. & vij. q. j. c. deniq;. de consecr. dist. ij. c. prima inquit. & in c. alienationes. xij. q. ij. & xxiij. quæst. iij. c. in multis casibus. & j. q. vij. c. qui in qualibet. & de consec. dist. iiij. c. hi qui apud, & c. offenditur.

Vndecimus, rapiens oblationem de altari, vt in c. sanctorum. x. q. j. secundum Io. de Deo: alij vero tenent, quòd sit canon ferendæ, & nõ latæ sententiæ.

Duodecimus, extrahens aliquem violenter de ecclesia. xvij. q. iiij. c. frater. & c. si quis: quia est sacrilegium. Alij autem, vt Gratianus ibi tenent, quòd sit canon conferendæ.

Decimustertius, Græcus rebaptizans baptizatum à latino, vt in c. fi. de bapt.

Decimusquartus, Græcus lauans altare, in quo Latinus celebrauit tanquàm fœdatum, & maculatum, vt in c. fi. de baptis.

Decimusquintus, falsarij literarum Apostolicarum, vt in c. ad falsariorum. de crim. fal.

Decimussextus, vtens scienter falsis literis, vt in eo. c. ad falsariorum.

Decimusseptimus, clericum detinens, ne liberè ire possit inferens ei violentiam.

Decimusoctauus, qui iniecit manus violentas in clericum, & de vtroque notatur in c. si quis suadente diabolo. xvij. q. iiij. Sed quæro nunquid talis sit euitandus, antequàm denuncietur? videtur dicendum, ꝙ sic, per text. in c. cum

cum non ab homine.de sent.excom.& Idem tenet glo.in c.ad mensam.xj.quæst. iij. in verbo ab ingressu.

Decimusnonus.qui innituntur alienationibus rerum ecclesiasticarum factis ab hæreticis, vt in c.j.§.alienationes.de scismat.

Vigesimus.cum quis scienter trahit aduersarium vltra tres dietas. Idem quoque dicito de iudice hoc patiente, nisi infra octo dies reuocauerint.

Vigesimusprimus.vsurpans Papatum. c.licet.de elec. & in c.j.lxxix. dist. & in c. si in nomine. xxiij. dist.

Vigesimussecundus. in casu.c.pro humani. de homicid.

Vigesimustertius. in casu c.qui cathedram, xciij. dist.

Vigesimusquartus. relapsus in hæresim. de consec.dist.ij.c.ego Berengarius.

Vigesimusquintus.incidēs in casus,de quibus in bulla,quæ Romæ legitur in cœna Dñi.

Vigesimussextus.credentes hæreticis.c.excōmunicamus.de hæret.& c.sicut ait.

Vigesimusseptimus . audientes physicam, siue leges, si clerici sint, nisi infra mensem recedant. c.super specula.ne cler. vel mona.

Vigesimusoctauus. violatores,& incendiarij ecclesiarum,vt in c.canonica. xj. quæst. iij. xvij.quæst.iiij.c.omnes.xij.quæst.ij.c.deuotissimam.xxiij.quæst.j.c.pessimam.

Vigesimusnonus. faciens constitutionem contra libertatem ecclesiasticam, & scribens eam,& facientes eam seruari,& rectores,& cōsules locorum, vbi sunt,& qui secundum eam iudicant,vel iudicari demandant, & qui indicia scribit,vt in c.nouerit,& c.gratiam. eo. tit. ne cler.vel mona.

Trigesimus.cognoscens concubinam excōmunicatam, eo quòd non recedebat ab ea, vt in c.si concubinæ.de senten.excom.

Trigesimusprimus, participans excommunicato in crimine,vt in c.nuper. de sen.excom.

Trigesimussecundus. Episcopus græcus à latino deputatus, cui non obedit, vt in c.quoniam.de offi. ordin.vt est in omnibus ferè episcopatibus Græciæ, & præcipuè in insulis Cretæ & Cypri, in quibus duo sunt episcopi, sed Latinus, & Græcus, & sic in episcopatu meo.

Trigesimustertius. mittens literas in conclaui, vbi Papa eligendus est, nisi de consensu omnium Cardinalium,vt in c.vbi periculum. de elec.in vj.§.in eodem autem conclaue.

Trigesimusquartus. rectores, & officiales ciuitatis, in qua Papa moritur, nisi obseruent, quæ in dicta constitutione. cap. vbi periculum continentur.

Trigesimus quintus. in casu.c. sciant cuncti.de elect.in vj.

Trigesimussextus.in casu c.generali. eo.tit. & lib.

Trigesimusseptimus. extorquens absolutionem,vel reuocationem sententiæ excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, vt in c.j. 1
de his, quæ vi, metusve causa fi.in vj.

Trigesimusoctauus. spolians ecclesias,vel personas ecclesiasticas,vel eorum consanguineos, ob id, quia non conserunt beneficia,quibus volunt, vt in d.c.sciant.

Trigesimusnonus.singularis personas concedens,vel extendens repræsalias contra personas ecclesiasticas,vel ecclesiarum bona.

Quadragesimus. fratres religionis cassatæ alios fratres de nouo recipientes, vel domos, seu loca talia quærētes,vt in c.j.de iniur. in vj.

Quadragesimusprimus. exercens artem balistariorum contra Christianos,vt in c.primo. de sagittarijs.

Quadragesimussecundus.in casu.c.inuocamus.de censi.in vj. hos collegit Gulielmus in dicto aureo repertorio dicēs, ꝙ ex his casibus multi alij formari possunt, prout studiosus lector poterit inuenire,cum non omnes articuli possint in iure inueniri: sed est de similibus ad similia procedendum, vt.ff.de legi.l.non possunt.& in c.inter cætera.de rescript. & in c. in causis.de re ind.& c.inter corporalia.de transl. præla.nō enim interdictum est, vt plura sint negocia,quàm vocabula:supradicti autem casus intelliguntur de maiori excommunicatione. Sed pro complemento istorum casuum, vide glo.in cle.j. hoc eo.tit.in verbo excommunicationis, quæ etiam enumerat quinquaginta casus. Et Host.in summa huius titu.§.iij.in prin. & glo.in c.eos qui. hoc eodem tit.

S V M M AE.

1 *Verbum sit, quandoque interpretatur pro fit.*
2 *Pænæ sunt moliendæ.*

In quibus casibus ipso iure incurratur in minorem excommunicationem.

SED minor quoque excommunicatio ipso iure quo ad Deum, & quo ad ecclesiam in octo casibus incurritur.

Primus, quando quis excōmunicat excommunicato.

Secundus, notorius fornicator.

Tertius, recipiens ecclesiam de manu laici.

Quartus, sacrilegus.

Quintus, manifestus raptor.

Sextus, pauperum oppressores.

Septimus,

Vij. publicæ meretrices,& publici vſurarij. Octauus decedens in torneamentis.

Poſuit quoq; idẽ Durandus in eodem aureo caſus, in quibus quis venit excommunicãdus, & ſic canones ferendæ ſententiæ, quos hic inſerere non eſt inutile.

Dicit itaque Durandus nõ eſſe prætermittẽdum, ꝙ pro quolibet peccato mortali,& contumacia,& incorrigibilitate poteſt excõicationis ſententia fulminari, vt in c.nemo.xj.q.iij.

Notandum eſſe quoq; dicit, ꝙ vbi ponitur
hoc verbũ anathema ſit, non eſt canon latę, ſed
1 ferẽdæ ſententiæ,& verbum ſit† interpretatur,
fiat, vt xxx.di.quaſi per totum, dicit glo. in c. ſi
quis ex clericis, anathema ſit.de vita,& boneſt.
cler. vnde Durand. ponit verſum, videlicet

Præſens confuſum, præſentis non tenet vſum.

& ſic dicit intelligere.c.primum. de magiſtris, licet alij aliter intelligant.

Et idem eſſe dicitur, vbi ponitur verbũ de
futuro, vt tale quid faciens excõmunicetur, vt
habetur in pluribus cõcordantijs in tit. de vita
& boneſt. cler. & dicit, ꝙ ratio eſt, quia pœnæ
2 † ſunt molliendæ, vt in §.pœnæ.de pœnit.diſt.
j. & l.ſi præſens.ff.de pœn.

Dicit etiã ſciendũ eſſe, ꝙ cũ dicitur compelles per cenſuras eccleſiaſticas, intelligitur de excõmunicatione,& ſuſpẽſione,& interdicto, vt in c.quærenti.de verbo.ſign. ſed ſciendum eſt, quòd hodie curia Rom. per clauſulam generalem in commiſſione contentam, videlicet compellas per cenſuras eccleſiaſticas, non dat interdictum, ſed requiritur ſpecialis commiſſio ad ſupponendum locum eccleſiaſtico interdicto, & ſic ſeruat palatium apoſtolicum.

In quibus caſibus quis venit excommunicandus.

CANONES autem ferendę ſentẽtię continẽtur in caſibus infraſcriptis quos numeratim ponã pro faciliori retentione memoriæ. & erunt numero CXVII.

Primus itaq; eſt, ꝙ eps immoderatè verſans cum propria filia,& magis cũ alijs mulieribus ætate ſuſpectis venit excommunicandus, vt in c.quorundam.xxxiiij.diſt.

Secundus. nolens ad pacem redire venit excõmunicandus, vt in c.placuit,& c.fi.xc.diſt.

Tertius. iudex ſæcularis nolens repellere excõmunicatos ab agẽdo, à teſtificando, vel ab aduocando, vt in c.quia nonnulli.

Quartus. in caſu. c.cum quidam ſæculares. de except. in vj.

Quintus diffamans epm eo nõ præmonito, vt ij.q.vij.c.accuſatio quoq;.in fi.cũ c. ſequen.

Sextus. dimittens eccleſiam ſine conſenſu epiſcopi, vt in c.admonet.de renunciat.

Septimus. præferens Iudæum Chriſtiano in præſtãdo teſtimonio, vt in c.iudæi.de teſti.

Octauus. impediens teſtes, ne veritatem dicant, vt in c.conſtitutis.el primo.de teſti.

Nonus. nolens ferre teſtimonium veritatis, vt in c.cum ſuper.de teſti.cogen.

Decimus. clericus arma portans, vt in ij.c. de vita,& honeſt.cler.

Vndecimus. vſurarij veniunt excõicandi, vt in d.c.ij.de vita,& boneſt. cler.

Duodecimus. pſonus volens diuidere bona liberti ꝯ iura. vt in c.j.ij.& iij.de ſucc. ab inteſt.

Decimustertius. impedientes fraternitates pauperes Chriſti ſuſtentãtes. vt in c.j. lxv. diſt.

Decimusquartus. epiſcopus nõ concordãs, ſed deuians à ritu aliorum in ſacramentis celebrãdis, vt in c.fi.xc. di. quod incipit perlatum.

Decimusquintus. impediens legi literas delegati, vt in c.ex literis.de offic.deleg.

Decimusſextus monitus nolens dimittere concubinam, vt in c.ij. & iij. de cohabit.

Decimusſeptimus recipiẽs alienũ parrochianũ ad ſepulturã nolens parrochiano eccleſię de canonica portione reſpõdere, vt in c.j.de ſepul.

Decimusoctauus. ſupponens libellum famoſum, vt v.quæſt.j. per totum.

Decimusnonus. prohibens, quod dominus iubet, vt in c.ſi qui præeſt.xj.quæſt.iij.

Vigeſimus. laicus ingerens ſe electioni epiſcopi.lxiij. diſt.cap.nullus.

Vigeſimusprimus. in caſu. c. in ſancta Romana eccleſia. xcij. diſt.

Vigeſimusſecundus. diminuens legata ad pias cauſas. xxxij. diſt. præter hoc etiam. xiij. quæſt.iij.c.oblationes.

Vigeſimustertius. non ſoluens decimas, primitias, vel oblationes debitas eccleſiæ, vt xvj. q.j.c.decimæ.& q.vij.c.decimas.

Vigeſimusquartus. nolens parere mandatis abſoluentis ab excommunicatione, vt intauit, vt in c.quoniam.de abſol.

Vigeſimusquintus in caſu. c. ad reprimendam.de offi.ordin.

Vigeſimusſextus. nolens computare in ſortem fructus rei pignoratæ, vt in c.ad noſtram. el primo. de iureiur.

Vigeſimusſeptimus. contrahens in ſacris ordinibus conſtitutus, vt in cap. primo. de cleri. coniuga.

Vigeſimusoctauus. celebrans poſt cibum, vel potum. vij.quæſt.j.c.nihil,& c. illud. & de conſecr.diſt.j. c.nullus.

Vigeſimusnonus. Miſſam incipiens,& inexpletam deſerens, vt in d.c.nihil.& illud. de conſecr. vt ſupra.

Trigesimus. veniens contra ordinationes Papæ, vt lxiij.dist.c.in Synodo.

Trigesimusprimus.impediens legatum Romanæ ecclesiæ.xciiij.dist.c.ij.

Trigesimussecundus.violans treugas, vt in c.j.de treug. & pace. & c.qui contra, xxiiij.q.j.

Trigesimustertius. negans procurationē. de iure debitam prælato visitanti, vt in c. cum ex officij.de censi.c.nuper.& c.sopitæ.

Trigesimusquartus. occupans beneficium, vt in c.ex frequentibus.de insti.

Trigesimusquintus. cōtrahens post votum solemne, si non redeat ad monasterium : vt in c.ex parte.el primo.de conuers.coniugat.

Trigesimussextus. clericus non residens, & monitus non rediens ad ecclesiam, vt in c. ex tuæ.de cler.non resid.& xxj.quęst.j.per totum, & vij.quæst.j. c.peruenit.

Trigesimusseptimus. suspensus celebrans, vt in c. si quis presbyter. ij.q.iij.& in c. ij.de cler.excom.mino.

Trigesimusoctauus. episcopus damnatus à Synodo celebrans.xj.q.iij.c.si quis capitulum.

Trigesimusnonus.inuadēs res ecclesiæ. xij. q.ij. c.nulli liceat, cum c.sequenti.

Quadragesimus. inuadens res episcopi, vel presbyteri.xj.q.iij.c.de laicis.

Quadragesimusprimus. non obediens epō suo in licitis præceptis.xj.q.iij.c.si autem.

Quadragesimussecundus. qui ecclesiam sibi commissam non vult adire. xciij. dist. c. si quis episcopus.

Quadragesimustertius. clericus nolens interesse diuinis.vt xciij.dist.c.si.

Quadragesimusquartus. sæcularis iudicans clericum.xj.q.j.c.continuatiua.& c.nullus.

Quadragesimusquintus.inuadens res ecclesiæ potentia regali, vt de reb. eccle. non alien. c.qui res.

Quadragesimussextus. vsurarius faciens iurare debitorem,de vsuris non repetendis,de iureiuran.c.ad nostram. el secundo.

Quadragesimusseptimus. deferens causam accusationis ante litem finitam, vt in c. olim. de accus. & vij.q.iiij. c.nonne.

Quadragesimusoctauus.in casu c. in canonibus.xvj.quæst.j.

Xlix. in casu c. si quis vituperat.xxxj.dist.

Quinquagesimus. ieiunās die dominico in contemptum Dei, vt in c.si.de obseruat. ieiun.

Quinquagesimusprimus.in casibus. not. in c.j.cum omnibus sequentibus. xxxj. dist.

Quinquagesimussecundus. bigamus habitum,& tonsuram deferens clericalem, vt in c. j.de bigam. in vj.

Quinquagesimustertius.impediens electionem Papæ.lxxxix.di.c.si quis episcopus. hodie autem iure nouo declaratum est, vt in c. vbi periculum. de elec.in vj.

Quinquagesimusquartus. iniustè alium excommunicans.xxiiij.q.iiij.de illicita.de hoc satis s̄.dixi, vbi tractauimus de iniusta excōmunicatione,& pœna iniustè excommunicantis.

Quinquagesimusquintus. cōtumax in quolibet genere contumaciæ, vt in c.j.de iud. & vj. q.ij.c.præsenti.& xj.q.iij.c.forte.& xxiiij.q.iij. c.certum,& c. veritatis.de dolo,& contum.

Quinquagesimussextus. dominus propter contumaciā procur.vt in c.fi.vt lit. non cōtest.

Quinquagesimusseptimus.in casu.c.si duobus,& c.cum parati.de appella.

Quinquagesimusoctauus. debitor, qui est soluendo,& non soluit. c.fin.

Quinquagesimusnonus.nō obediens sacerdoti, vt in c.absit.& c.nihil.xj.quæst.iij. & c. p venerabilem,qui fil.sint legit.

Sexagesimus.supprimens,vel occultans instituta ecclesiæ,vt in c.si quis.xij.q.ij. & in casu.c.visis.xvj.quæst.ij.

Lxj. eps extorquens aliquid à monachis cōtra canones, vt in c.hoc cautum.xviij.q.ij.

Sexagesimussecundus. nutriens comā post habitum religionis susceptum.xx.q.iij.c.eos.

Sexagesimustertius.dans fidem adulteræ,ꝙ eam ducet in vxorem.xxx.q.j.c. relatam.

Lxiiij.in casu.c.sacerdote.de consecr.dist.j.

Lxv.in casu.c.qui solemni.de consecr. dist.j.

Sexagesimussextus.qui festis diebus relictis diuinis tendit ad spectacula, vt ibi proxime s̄.

Sexagesimusseptimus.in casu. c.transmisse. qui fil.sint legit.

Sexagesimusoctauus. iurans per creaturas. xij.q.j.c.clericum. & xxvj.q.vij.c.erga.

Sexagesimusnonus.iurans per capillū Dei, vt in c.si quis per capillum.xxij. quæst.j.

Septuagesimus.obseruās anguria,vel aruspices,vel ariolos.xxvj.q.v. c. si quis ariolos. & c. non oportet.& c.aliquem.& c. sortes. cum sequenti,dixi satis. s̄.de sortilegijs.

Septuagesimusprimus. in casu. c.si quis intrat.de consecr.dist.ij.

Septuagesimussecundus. patronus ecclesiā grauans. xvj.quæst. vij. c.filijs.

Septuagesimustertius.Mulier nolens à consanguineo recedere iuxta casum.c.& si necesse, de donat. inter virum. & vxor. & dote post diuort. restitu.

Lxxiiij. in casu.c.primi.xvj.quæst.vj.

Septuagesimusquintus.nolens pœnitere.de crimine publico.xxij.quæst.j.

Septuagesimussextus.male sentiens de corpore Christi,de cōsecr.di.ij. c.ego Berēgarius.

Lxxvij.in casu.c.non minus.de immu. eccl.

Septuagesimusoctauus.in casu.c.postulasti. de

de foro compet. & c. primi. de rapto, & vj. q. iij. cap. placuit.

Septuagesimusnonus. Medicus consulens infirmũ, vt peccet pro salute corporis, puta vt fornicetur, vt in c. cum infirmitas corporalis. de pœnit. & remis.

Octuagesimus. clericus supponens se verberibus pro satisfactione iniuriæ, vt in c. contingit. de senten. excommunic.

Octuagesimusprimus. Patriarcha, vel Episcopus excommunicans exemptum, de maior. & obed. c. graue.

Octuagesimussecundus. recipiens hæreticos, c. excommunicamus. de hæret. & c. sicut.

Octuagesimustertius. exercens in ecclesijs iudicia sæcularia. vt in c. j. & c. cum ecclesia. de immunit. ecclesiarum.

Octuagesimusquartus. princeps publica officia cõmittens iudæis. xvij. q. iiij. c. constituit.

Octuagesimusquintus. qui contra iuramentum machinatur in mortem domini, vt in c. si quis laicus. xxij. quæst. vj.

Octuagesimussextus. Laicus locãs domum ad exercendum fœnus, vt in cap. de vsurarum. de vsur.

Octuagesimusseptimus. truncator mẽbri, vel per se, vel p alium. c. clericos. ne cle. vel mo.

Octuagesimusoctauus. violans desponsatã proximi sui. xxij. q. vij. c. qui desponsatam.

Octuagesimusnonus. interficiens vxorem suam, vt in cap. admonere. xxxiij. quæst. ij. & c. quicunque.

Nonagesimus. Monachus negociator. vt in c. ij. ne cler. vel mona.

Nonagesimusprimus. communicans Iudæo in prohibitis, vt in c. & si iudæi. de Iudæ. & de vsur. c. quanto.

Nonagesimussecundus. participans iudæo clericum verberãti, vt in c. postulasti. de Iudæ.

Nonagesimustertius. Insidiantes nauibus catholicorum, vt in c. excõmunicationi. de rapt.

Nonagesimusquartus. cogens clericos soluere pedagia pro suis personis, c. quia nonnulli. de immunita. ecclesiarum.

Nonagesimusquintus. in sacris constitutus exercens artem chirurgiæ, vt in c. j. ij. & iij. ne cler. vel mona.

Nonagesimussextus. Moniales recipientes hospites in suis cellis, & cameris, per mensam. xviij. quæst. ij.

Nonagesimusseptimus. consanguinei malè cõiuncti, si nolunt separari. xxxv. q. vj. c. si dno.

Nonagesimusoctauus. dicentes Adam moriturum, si non peccasset, de consec. dist. quarta. c. placuit. el secondo.

Nonagesimusnonus. dicentes grãm Dei nõ valere ad remissionem peccatorũ, vt in c. pen. de consecr. dist. iiij.

Centesimus. dicens, quem sine gratia Dei saluari posse, vel mandata legis seruari posse, vt in c. si. de consecr. dist. iiij.

Centesimusprimus. dicentes nihil remitti in baptismo, vt in d. c. placuit.

Centesimussecundus. negans pueros baptizandos, vt ibidem.

Centesimustertius. in casu. c. significasti. de eo qui in matrimonium duxit, quam poll.

Centesimusquartus. faciens canonicum regularem monachum. c. nullus. xix. q. iij.

Centesimusquintus. Monachus se non abstinens ab accessu ad moniales. xxiij. quæst. iij. c. subdiaconus.

Centesimussextus. assumens medicinas à iudæis. c. nullus. xxv. quæst. j.

Centesimusseptimus. raptores mulierum. c. eos qui furantur. xxxvj. quæst. j.

Centesimusoctauus. violans mandata, dogmata, & interdicta ecclesiæ. c. si qui dogmata. xxij. quæst. v.

Centesimusnonus. coniuges leprosi nõ reddentes debitum, vt in c. primo, & secundo, de coniug. leprosorum.

Centesimusdecimus. instituens hæreticos hæredes etiam post mortem. c. si quis. de hære ti. & c. sanc. xxiij. quæst. ij.

Centesimusundecimus. violans interdictũ Papæ. de exces. prælat. c. tanta est clauis Petri.

Centesimusduodecimus. in casu. c. relatum. de iur. patr. cui conuenit. c. nullus. xvj. quæst. vij. sed fallit hoc, vbi consuetudo esset in contrarium, quæ in hoc casu præualet. de elect. c. cum ecclesia.

Centesimusdecimustertius. defendens monachos fugitiuos, ne ad claustra reuertantur, vt in c. procliuis. xx. q. iij. & in c. ne religiosi. de regul.

Centesimusdecimusquartus. cõtrahens matrimonium cum sorore spirituali, vt xxx. quęst. iij. c. non oportet.

Centesimusdecimusquintus. erigens altare in ecclesia non consecrata sine licentia episcopi diœcesani, vt in c. nullus. de consecr. dist. j.

Centesimusdecimussextus. contrahens matrimonium post inhibitionem factam per indicem lite pendente, super alio matrimonio, vt in c. j. & ij. de matrimonio contracto contra iur. ecclesiæ.

Centesimusdecimusseptimus. audiens, vel docens leges Parrhisijs, vel in locis circumuicinis, vt in c. super specula. de priuileg.

Nec prætermitto quærere, nunquid iudæi, & cæteri infideles possint excõicari, vt dicendũ ꝙ non, quia, qui non sunt de gremio ecclesiæ, non possunt ab ea separari, & in non ente

non fit passio, & iudæi quo ad ecclesiam perin de sunt, ac si non existant, & de his, quæ foris sunt, nihil ad nos, vi ij. q. j. c. multi. & c. gaudemus. de diuer. Sed immo videtur, quod possint excomunicari, & priuari participatione fidelium per subtractionem cōmunionis in mercimonijs, & alijs, iuxta text. c. post miserabilem. de vsur. & c. quanto, quæ subtractio potest trahi ad partem effectus excōmunicationis maioris priuantis communione hominum.

Complures sunt casus in corpore iuris clausi, & sparsi, quos diligens scrutator, & lectorem meminere poterit.

Cum autem complura viderimus circa materiam excommunicationis, tam respectu excommunicationis, & eius potestatis, quàm de forma excommunicationis, & effectu, tam iuris, quàm ab homine. Necessarium admodū esse reor videre, quomodo possimus scire aliquem excommunicatum, vt ipsum merito euitare valeamus. Ideo hic subnectam xxviij. quæstiones vtiles ad materiam, cum nemo teneatur, nec debeat quemquam euitare, nisi sciat ipsum excommunicatum esse.

SVMMAE.

1 *Excommunicatus quomodo cognoscatur, vt euitari possit.*
2 *Sacerdos sciens aliquem excommunicatum, ex confessione excommunicati: an ipsum euitare debeat saltem in occulto.*
Et quid si illud dixisset extra confessionem sacramentalem. num. 4.
3 *Confessor non est tanquā homo, sed tanquam Deus.*
4 *Excommunicatus incognitus, si dicat mihi esse excommunicatum: an teneat ipsum euitare.*
5 *Scire quem excommunicatum quomodo dicatur.*
6 *Excommunicatus asserens se non esse excommunicatum: an & quando ei credatur.*
7 *Excommunicatus ex facto occulto non publicata sententia, sed secrete inter aliquos de hoc discutitur: an sit euitandus.*
8 *Quid si esset publica vox & fama.*
9 *Cōscientia hoīum nō debet formari super leui fama.*
10 *Excommunicatus publicè, quomodo quis dicatur.*
11 *Excommunicatus publicè Romæ quem ego vidi & omnia scio, si eum viderem in alia ciuitate, in qua nihil penitus scitur de eius excommunicatione, an ipsum ego publicè euitare tenear, & sic reddere ipsum notabilem.*
12 *Excommunicatio ita sequitur excommunicatum vti lepra leprosum.*
13 *Excommunicatus publicè, & nominatim, inter se differunt.*
Et quō, quis dicatur nominatim excommunicatus.
14 *Nomina, hominū assignandorū gratia reperta sunt, Sed si constat de persona non curandum de nomine.*
15 *Quid agendum sit, quando dubitatur an quis sit excommunicatus nec ne.*
16 *Et an debeat ingerere se communioni.*
17 *Excommunicatus, quando ignoratur an sit excommunicatus ante vel post legitimam appellationem: an sit euitandus.*
18 *Testes quorum alij dicunt ante sententiam quid factum esse, aliqui post, an sint periuri, & an infames dicantur.*
19 *Excommunicatus appellauit à tali sententia, si dubitaretur de validitate, & inualiditate appellationis, an in hoc interim euitetur.*
20 *Appellans tenetur probare sententiam iniustam.*
21 *Excommunicatus in dubio quis dici debet quando, dubitatur, sed quo iure istud ita præsumatur.*
22 *Excōmunicatus ante denūciationem an sit euitādus. Denunciatio, an sit de substantia excōmunicationis.*
23 *Certus non debet amplius certiorari.*
Denunciatio fit pro nescientibus non pro scientibus.
24 *Excommunicatio à Deo fit, sed ministerio hominis.*
25 *Denuncians excommunicatum iussu Episcopi, an ante denunciationem teneatur ipsum euitare.*
Et quid de ipso Episcopo. num. seq.
26 *Mandatum iudicis ordinarij vel delegati de publicādo quem excommunicatum in foro contentioso; an sufficiat, ut pro excommunicato quis euitetur nisi appareat de excommunicatione.*
27 *Excommunicatus semel & publicatur quandiu euitari debeat.*
28 *Excommunicatus asserens absolutum esse, an sit euitandus antequàm doceat de absolutione, vel potius ei credatur.*
29 *Et quid si ostendat literas absolutionis non continentes facti seriem.*
30 *Causæ propter quas quis fuit excommunicatus, an omnes sint exprimendæ in instru. absolutionis. Præcator falsus caret impetratis.*
31 *Excōmunicatus ostendens literas absolutionis in quibus habetur absolutio ab omni excommunicatione in quam incurrere posset toto uitæ suæ tempore: nulla causa expressa: an sufficiant ad hoc vt dicatur absolutus.*
32 *Excōicatus narrans pro absolutione obtinenda partem veritatis: an verè dicatur absolutus.*
33 *Excōicator an possit concedere licentiā alicui, ut participet cum excommunicato sine metu peccati.*
34 *Papa an possit statuere quòd participantes cum excommunicatis non peccent.*
35 *Papa potest priuare Episcopos absque causa, sed nō omnes, & qua ratione.*
36 *Clerici subditi, an teneantur euitare Prælatum suum excommunicatum.*
Et sic de Monachis erga Abbatem.
37 *Papa communicans excōmunicato: an incidat in canonem, vel videatur ipsum absoluere.*
38 *Papa est solutus legibus, tamen debet viuere secundum leges.*

39 Papa

39 *Papa vnico casu incurrit excommunicationem.*
40 *Superior participans excommunicato ab inferiore: an sit excommunicatus.*
Et dato quòd sic, à quo erit absoluendus.
41 *Excommunicans participans, seu communicans excommunicato à se, an sit excommunicatus.*
42 *Quid si communicat ei in illo crimine pro quo ipsum excommunicat, vel excommunicauerat.*
43 *Participans crimine deliquit in eum qui damnauit.*
44 *Excommunicatio maior, quomodo possit contrahi per solam participationem excommunicati.*
45 *Sententia quomodo possit ligare illos, de quibus non fuit dictum vel cogitatum neq; in processu neq; in sententia.*
46 *Obligatio ex post facto non augetur, & quomodo intelligatur. num. seq.*
47 *Non citatus, vel monitus non potest excommunicari.*
48 *De similibus ad similia proceditur.*
49 *Excommunicatio si fuerit prolata per modum exceptionis, vt puta quòd talis repellatur ab agendo: an in alijs propter hoc debeat euitari.*
50 *Testis contra quem probatur crimen in modum exceptionis, an pœna ordinaria puniri debeat.*
51 *Testis quorum testimonium reprobatur: an sint infames.*
52 *Excommunicatus an aliquo tempore possit ingredi Ecclesiam.*
Et si intrauerit an cæteri catholici teneantur exire, vel quid sit faciendum.
Et quid si excommunicatus se eße excommunicatum ignoraret. num. 54.
53 *Clerici an debeant dimittere diuinum officium statim viso excommunicato ingrediente ecclesiam.*
54 *Sacramentum sanctissimum an ingredi possit domum excommunicati pro aliquo infirmo.*

QVÆSTIO I.

Quomodo sciamus aliquem esse excommunicatum.

PRIMO itaque quæro quando quis dicatur scire aliquem esse excómunicatum, vt teneatur ipsum euitare? dicendum est, quòd tunc
1 † demum, cũ viderit eum facere aliquid ex his, per quæ incurritur excommunicatio ipso iure, vt in aliquo quadraginta triũ casuum superius annotatorum, vbi posuimus canones latæ sententiæ; vel si erat præsens, & audiuit sententiam excommunicationis, vel si ipsemet excommunicatus dixit ei.

QVÆSTIO II.

SED circa hoc quæro, quid si dixit ei in cõfessione sacramentali, & hoc dico propter tex. c. si sacerdos. de offi. ordin. nunquid tenebitur
2 ipsum † euitare saltem in occulto? quidam dixerunt, quòd non, per d. tex. c. si sacerdos, quia
3 non sit † hoc tanquam homo, sed tanquam Deus, vt in d. tex. ne odiosa reddatur confessio, quæ est durius præceptum totius Ecclesiæ Catholicæ: & in eo versatur maior obedientia. Alij dicunt contrarium, & quòd omnino sit vitandus. arg. vj. q. ij. in c. si tamen episcopus. cõtra quos d. tex. in fi. videtur sentire, ibi, in communione hominum permanebit.
4 Si autem extra sigillum † confessionis sacramentalis dicat mihi se esse excommunicatum, secundum omnes teneor eum in occulto euitare, non autem in publico, nisi sit publice excommunicatus.
5 Tunc etiam dicitur quis † sciee, quando prælatus ipsius excommunicati, maxime si erat episcopus, ita quòd de eius iurisdictione hæsitari non possit, dicat ei, vel per litteras significet, vt supra dixi, vbi tractaui de publicatione excommunicationis, ibi vide.

QVÆSTIO III.

DICITVR etiam quis tunc sciee cum laborat publica vox, & fama, quòd quis sit excommunicatus, & idem dicito fecisse factum, propter quod incidit in excommunicationem: tunc enim debet vitari. Ideo si horum aliquid audiui à fide digno debeo eum publice euitare, & etiam priuatim, donec per quæsierim veritatem, vel oriatur similis vox contrarij, vel absolutionis.

Sed quid si non possum certificari per alios, puta quia sum vltra montes, & excommunicatio sit Romæ publicata? Dicunt omnes, quòd
6 † non teneor eum euitare, si ipse dicit se non esse excommunicatum, quia non tenetur alicui, ad cuius instãtiam dubitet excommunicari: & hoc intelligo verum, si probabiliter existimem ipsum dicturum veritatem, puta quia est homo timoratus, & bonæ conscientiæ, & non alitee, puta si scandalizaretue ex intereogatione mea, ita quòd negaret veritatem.

Si vero audiui ab aliquibus magis eo fide
7 dignis, quòd esset excommunicatus † ex occulto facto absque publicatione sententiæ, nunquid teneor ipsum euitare, & de hoc inquirere? Respondet Tarantasiensis quòd non, nec etiam ab ipso, nisi sit talis, qui credatur laborare ignorantia, puta quia nescit esse peccatum, quòd se ingerat communioni hominum, & tunc quamuis non teneae inquirere de facto eius, vel excommunicatione, teneor tamen ipsum instruere, ne se ingerat

communioni hominum, si sit excommunica-
8 ti, si autem publica † fama est aliquem esse excommunicatum ex facto occulto, contra quē non est publicata sententia super hoc, non teneor talem euitare, nisi tunc demum cum super hoc se purgare recusauerit, vel in purgatio ne defecerit, & in hoc casu loquitur tex. in c. cū desideres. §. secundæ quæstioni de sentent. exc. & facit in arg. c. si vero. eo. ti. el secundo, & tex. in c. ad abolendum. in §. si vero. de hæretic. & hoc intelligo sane, vbi contra aliquem est fortis, & vrgēs excommunicationis forma. Alias
9 propter leuem famam† non debet quis sibi formare conscientiam, arg. c. si quid vero. lxxxvj. di. & ij. q. j. c. j. super omnia diligenter, & xj. q. iij. c. non solum, & c. curæ. xij. q. v. & hæc videntur notari in c. inter dilectos. de exces. prælat. & in c. illud, de cler. excom. minist. & in c. cum desideres, de senten. excommu. licet contra notari videatur in c. cum venerabilis, de elect. & in c. ad hoc, de postulat. prælat. & x. q. iij. c. si quis abstinet, sed non est contra, quia ibi loquitur præcedente monitione à prælato, ne illi communicent tanquam excommunicato.

QVAESTIO IIII.

Sed quia dixi illum nos scire esse excommunicatum, cum audiuimus pronunciari excommunicatum audiendo sententiam excommunicationis, vel vidimus instrumentum, vel audiuimus ab eodem, & prout supra. Modo quæro, quomodo quis dicatur publice excom
10 municatus. Et dico † quando in loco publico, & vbi index iudicare consueuit præsentibus officialibus suis, etiam partibus, vel altera absente propter contumaciam tulit sent. excōicationis contra eum, vt no. in l. si vt proponis. C. quomodo, & quan. iud. la secunda, & in c. j. ibi, cum Cardinalis idem &c de postulat. Item si publice incidit in factum ipso iure damnatū, vt si publice verberauit clericum, vt supra dixi, vbi tractaui, in quot casibus incurritur excommunicatio maior, & tunc demum quis dicitur publicè excommunicatus, quando index declarat quem excommunicatum, & mandat ipsum publicari in locis publicis per affixionē cedularum, vt supra dixi.

QVAESTIO V.

Sed recentis terminis prædictis: Quis
11 fuit Romæ † excommunicatus declaratus, & publicatus per affixionem cedularum, vt dixi, quæ omnia vidi, & præsens fui, dum agerentur, & in Viterbio vnde excōmunicatus est oriūdus, vel alias notus eum video, vbi nihil scitur de eius excommunicatione, quæro an de iure tenear ipsum euitare publicè, & sic reddere eum notabilem de excōmunicatione, vt digito mōstretur pro excommunicato, vt quotidie accidit, & de hac q. fui pridie interrogatus à quodā Reuerendo prælato in contingentia facti, qui eo tunc fuerat iudex, rogabatur de nullitate sententiæ. Pet. de Palude dicit, quòd Hugutio in c. quidem maligni. v. q. j. dixit, quòd, quando solus scio aliquem esse excommunicatum, teneor eū euitare in publico, etiā vbi nihil scitur de eius excommunicatione, nec dico eum publicare, nec crimen eius detegere, vbi iam ali-
12 bi publicatum est, quia sicut lepra † leprosum sequitur, sic excommunicatio excōmunicatū, vt in c. cito turpem. j. q. j. Dicens tamen quòd benignius dici posset, quòd, si possum facile probare excommunicationem, teneor vbicunque eum euitare, alias non, nisi inueniam eum in illa diœcesi, in qua audiui sententiam contra eum publicari, ar. cap. cum in tua. qui in at. acc. pos.

QVAESTIO VI.

Qværo vlterius, an differat inter publicè excommunicatum, & nominatim? & dico,
13 quòd sic, quia nominatim † excommunicatus dicitur, quando non solum nomen excommunicati nominatim exprimitur, sed etiā per circunstantijs. Exemplum, cum excommunicantur, vel interdicūtur omnes homines Viterbiēses, vel Feltrenses, aut alterius loci eorum nominibus, vel cognominibus non expressis, vel si dicatur, quicunque sic fecit, vel fecerit sit excommunicatus iuxta casum. c. si sacerdos. de officio ordi. hac forma verborum omnes nominatim intelliguntur excommunicati, qui tale quid fecerint, ac si eorum nomina, & cognomina essent expressa, vt l. nominatim. ff. de cond. & demonstra. & institu. de hæredi. liber. §. masculos, quia satis est, quòd de personis con-
14 stet, quia nomina † assignandorum hominum gratia reperta sunt, & si de persona constat, satis est, nec nomen aliter requiritur, vt institu. de legat. in §. si quis in nomine.

QVAESTIO VII.

Vlterius quæro de quo quotidie quæritur, videlicet quid agendum, dum dubitatur
15 † an aliquis sit excommunicatus? Petrus Hispanus, quem refert Tarantas. distinxit, quòd aut ambigitur de facto, aut de iure, quia de facto potest accidere multipliciter, primo, quia cum esset contumax, comminatum sibi fuit à iusto iudice, ac rigido, quòd tali die ipsum excom-

communicaret, & publicaret, & hanc practicam etiam hodie seruat curia, & præcipuè auditor cameræ, qui iudicialiter comminatur debitori, vel contumaci, quòd nisi ad primã, vel secundam audientiam satisfecerit, excommunicabit, & sic hæsitari posset post terminũ, de excommunicatione. Alio quoque modo dubitari potest, vt quia in veritate scit se fuisse excommunicatum, tamen, quia scit iudicem benignum, vel ex alia causa credit, quòd absoluit eundem, vel sententiam relaxauerit; tertio etiam modo, cum ignoratur, vtrum ante appellationem legitimam, vel post fuerit lata sententia, in primo casu potest dici, ꝙ donec certum sit de sententia, non debet ab alijs euitari: An
16 autem ipse † se communioni fidelium debeat ingerere, suæ conscientiæ relinquendum est, arg.c.mederi.de iur.iur.

In secundo autem casu credo, quòd nec ipse debet se communioni ingerere, nec alij debent ei communicare, quoadusque de ipsius absolutione legitime constiterit, vt in c. sicut nobis, de sentent.excommunicationis.&vj.q.vlt.c.si.

In tertio autem casu distinguo, quia aut taliter excommunicatus est certus de ipso facto, aut incertus, si certus, subdistinguo, quia aut scit appellationem legitimam non præcessisse, & tunc debet à communione hominum abstinere, aut scit præcessisse, & tunc siue probare possit, siue non, credit Pet. de Tarantasia, quòd possit communicare cum fidelibus, non tamẽ in publico ne alios scandalizet, si autem incertus est, siue dubius, credit potius, quòd indistinctè debeat abstinere.

QVAESTIO VIII.

Sed quærendum est, vtrum ab alijs debeat
17 euitari ille, de quo ignoratur, vtrum ante † appellationem legitimam, vel post fuerit excommunicatus. Eidem Petr. credit, quòd non, vt in cap.cum tu fili.de testi. vbi quidam testes
18 † iurauerant, quòd post appellationem lata fuerat excommunicatio. Alij autem, quòd antea, & ibi Papa indicat, quòd sententia non teneat, quia vtrunque patuit. s. ꝙ post appellationem, & ante sententiam lata fuerat, per quod prouidetur & ipsis, contra quos fuerat lata sententia, cum possent postmodum absolutionem petere ad cautelam etiam pro testibus, ne de periurio notarentur, vt in c. cum dilectus. de ordi. cognitione. l. Lucius. ff. de his qui not. infam. hi tamen re ipsa in opinione hominum non effugiunt infamiæ notam, vt ff. de obsequi liber. l. ij. & c. testimonium, de testi. quia sic distinguendum dicit esse idem Pet. vbi dubitatio de facto emergit.

Si autem de iure sit dubitatio, puta quia certa est excommunicatio, sed incertum, vtrũ
19 teneat † appellatio potius existimat Pet. eo talem euitandum quàm sibi in dubio communicandum, vt in c. illud. de cler. excommun. minist. magis enim præsumendum est pro sententia, quàm pro appellatione, quod patet ex eo,
20 quia appellans † tenetur probare sententiam iniustam, vt in c. cum in ecclesia, de appellat. & est simile, in l. minor vigintiquinque annis in fi. ff. de minor. licet in c. dilectus filius. de appell. videatur notari contra, vbi videtur quòd magis statur in dubio appellationi, quàm denunciationi excommunicationis, vel etiam ipsi excommunicati, si quod erat ibi dubium, qđ patet ex eo, quòd ibi dicit Papa: Senonenses canonicos, qui saniori ducti consilio communicauerunt eidem, vt appellationi ad nos interpositæ, magis quàm denunciationi ab Archiepiscopo factæ deferrent, inculpabiles iudicamus, vel si erat dubium, non erat dubium iuris, sed facti.

Sed & tenendum est, quòd nõ solum in hoc casu, sed etiam semper in iudicio animæ, & sic in foro conscientiæ, & foro poli tutior via est eligenda. s. vt præsumatur quis excommunica-
21 tus, † vbi de iure dubitatur, & sic petet absolutionem ad cautelam: melius enim est, vt sic excommunicatus faciat se absolui, quàm quòd decidat non petita absolutione. xiij. q. iij. cap. non extimemus.

Et dixi in iudicio animæ, & foro conscientiæ, & poli, quia in contentioso secus, immo contrarium præsumendum est, pro quo do tex. quasi expressum in cap. cum tu. de testi. & hoc ideo est, quia excommunicatio est odiosa, & damnosa: odia vero sunt restringenda, vt in regula odia. in vj. & c. pœnæ, de pœnit. di. j. sicut etiam dicimus in mortuo, pro quo est sperandum & præsumendum, & pro eo orandum, arg. c. ij. de presbyter. non bapti.

QVAETIO IX.

Qvaero successiuè similiter de vtili, & quotidiana quæstione, videlicet utrum excom
22 municatus † ante denunciationem sit euitandus, cum iam sit verè excommunicatus, & sic an denunciatio sit de substantia excommunicationis, & absolutè dico, quòd sit euitandus, nec sit de substantia denunciatio: eo enim ipso, quòd scio te excommunicatum, teneor te euitare, pro quo alleg. tex. in c. cum non ab homine. in primo resp. de sentent. excommun.
23 & est ratio, quia, qui † certus est, certiorari non debet, & denunciatio fit pro nescientibus, non autem scientibus, vt. ff. de acti. emp. l. in

l. in fin. & in c.si inimicus.xciij.dist. Item quia excommunicatio secum habet executionem, vt supra dixi, & in c. pastoralis. de appell. &
24 Deus † est, qui ligat, & non homo. xj.q.iij.c. nemo, & ibi bon.glo.& hoc verum est quo ad Deum, si est iusta, & nisi solus sciā te esse excōmunicatum, quia tunc non teneor te euitare, vt in d.c.cum non ab homine; quod intellige in publico, quia in priuato teneor, quia tunc non generatur scandalum tibi nociuum, vt in d.c. cum non ab homine, & satis supra dixi, pro quo facit tex. in c.si tantum. vj. q. ij. & ibi bo. glo.quam ad hoc omnino vide. cum alleg. ad materiam. & licet hæc de iure vera sint, tamen Martinus Papa V. in Concil.Constan.statuit, & ordinauit, quòd de cætero nullus participans cum excommunicato maiori excommunicatione incurrat minorem, nisi fuerit publicatus nominatim excepto casu notorio Canonis, si quis suadente.xvij. q. iiij.

QVAESTIO X.

CONSEQVENTER quæro etiam de quotidiana quæstione. Episcopus demandat sacerdoti, vt pronunciet Titium excommunicatum infra missarum solemnia, nunquid idem sacer
25 dos † ante denunciationem tenetur eum euitare viso mandato? Garsias dixit, quòd si iudex ordinarius hoc mandat, statim eum euitare tenetur & publice, & priuatim, quia credendum est suo ordinario, licet aliter non constet de excommunicatione.

Sed quid in delegato, dico idem esse, nisi probabiliter dubitetur de eius iurisdictione, quia tunc non tenetur parere, arg.c.cum tu iure peritus.de offi.deleg.

QVAESTIO XI.

SED magis, & vtilius quæro, nunquid in foro contentioso huiusmodi literæ, seu man
26 data † ordinarii, vel delegatis sufficiant, nisi alio modo constet de ipsa excommunicatione. Idem Garf. vt refert Tarantas. dicit, quòd nō, de quo supra satis dixi, vbi tractaui an, & quādo quis dicatur scire aliquem esse excommunicatum.

Sed quid si episcopus mandat sacerdoti, vt Titium excommunicet, an antequam pronunciet, teneatur ipsum euitare saltem secretè, Idem dicit eundem dixisse, quòd non.

QVAESTIO XII.

QVAERENDVM est vlterius, quandiu sit euitandus, qui semel fuit excommunicatus, &
27 publicatus, & † dicendum est, quòd tamdiu, donec iuxta formam ecclesiæ fuerit absolutus, & propterea, licet excommunicatus iurasset parere mandatis ecclesiæ, vel satisfacere initiato, vel creditori, ad cuius instantiam fuerat excommunicatus, non propterea est absolutus, ideo euitandus, vt in d. c. cum desideres. primo responso, & in §. fina. & in c. sacris. de sent. excommunicationis.

Sed quia hæc materia frequens est, & quotidiana, circa eam ideo quæram de pluribus vtilibus quæstionibus.

QVAESTIO XIII.

QVAERO itaque primo quid si excommu
28 nicatus dicat † se fore absolutum à superiore excommunicantis, nunquid erit euitandus, an credatur sibi asserenti? dico non esse credendum, nisi ostendat literas suæ absolutionis, vel aliter per idoneos testes, aut documenta eam probet, vt in c. si cum nobis. de sent. excommun. & ix. quæstio. j. cap. fina. & xxiiij. quæstio. j. cap. miramur. & ibi gloss. & in capitu. didici.j.quæstio.vij. & in cap. ex parte, de offic. ordin.

QVAESTIO XIIII.

29 SED quid si ostendit literas suæ † absolutionis, sed facti seriem non continent, quare fuerit excommunicatus, Dicas ei non prodesse, vt in cap. super eo. de coha.cle. & mul.

QVAESTIO XV.

SED quid si pro pluribus causis fuerit ex
30 communicatus, nunquid † omnes debent exprimi? dicas, quòd sic, quòd si aliter, non est habendus pro absoluto, vt in c. cum pro causa, de sentent. excommun. & in c. ex parte. de offi. delegati. & ratio est, quia preces veritati non nituntur, & falsus præcator caret impetratis tacita veritate, vt in c.super literis. & c. dilectus. de rescript.

QVAESTIO XVI.

SED strictius quæro: excommunicatus
31 ostendit † literas suæ absolutionis, vbi continetur, quòd absolutus est ab omnibus excommunicationibus, quasque vnquam incurrit toto tempore vitæ suæ, vel à tali tempore citra, nulla causa specialiter expressa de aliqua speciali excommunicatione, nunquid tales literæ sufficiant, etiam hoc vidi in facto præponi in signaturæ iustitiæ, vbi impugnabatur

quædam

quædam ſimilis abſolutio,impenſa per audito
rem cameræ,dicebatur eſſe diſtinguendum, ꝙ
aut ante impetrationem literarum erat ſibi mo
ta quæſtio ſuper aliqua ſpeciali excommunica-
tione, aut non, ſi mota, dictum fuit, quod hu-
iuſmodi literæ non ſufficiebant, niſi de abſolu
tione illius ſpecialiter contineatur, ſi verò non
mota, fuit dictum, quòd ſufficiant: conſultius
tamen agitur ſi de vnaquaq; excommunicatio
ne fiat ſpecifica, & indiuidua mentio, ſi de eis
recolit, & poſtea ſubiungit clauſulam genera-
lem ſic, videlicet, remittimus ad vos Titium
abſolutum à tali, & tali excommunicatione ob
talem, & talem cauſam in eum fulminatam, &
ab omnibus alijs, quas vſque ad hanc diem in-
currit, vel potuit incurriſſe.

QVÆSTIO XVII.

SED ſucceſſiuè proſequendo quæro, quid
32 ſi excommunicatus narrauit † pro abſolutione
obtinenda partem veritatis facti ſuæ excom-
municationis, & non totam veritatem, num-
quid excommunicator poterit ipſum repelle-
re, vt ſuſpectum, quòd non dixerit ſuperiori
abſoluenti veritatem? Reſpondeo, quòd ſu-
perior poterit ipſum compellere ad præſtan-
dum purgationem, quòd confeſſus ſit verita-
tem, vt in c. ex parte. de offic. ord. hoc tamen
moderando, quatenus infamia laboraret pu-
blica, quòd veritatem non dixerit, alias non,
vt in c. nos inter alios. de purga. can. & ibi gl. j.

QVÆSTIO XVIII.

NEC me præteribit quæſtio hæc, vt vtrum
33 excommunicator † poſſit concedere licentiam
alicui, vt participet cum excommunicato ſine
metu peccati? puta minoris excommunicatio-
nis, participando cum excommunicato maio-
ri: & videtur dicendum, quòd ſic, nam Papa
dat licentiam multis perſonis, participandi cũ
excommunicatis ſine metu peccati, vt legitur
xj.q.iij.c.quoniam multos.& in c.inter alia. &
c.ſi verè.de ſent.excom.ſed contra videtur no-
tari in c.nulli.eo.tit.vbi dicitur, nulli ſe poſſint
priuilegio Apoſtolicæ ſedis tueri, quo minus
excommunicatos vitare debeant: ſed ad hoc di
ci poſſet illud eſſe de iure communi, ſed ſecus
de iure ſpeciali, & priuato, vt ex ſpeciali priui-
legio, de quo quæſtio noſtra intelligit, dum in
ea dicitur poſſe concedere, ex quibus verbis in
nuitur, quòd niſi contrarium concedatur, fir-
ma ſtat iuris diſpoſitio in contrarium. Dicen-
dum eſt ergo Papam hic concedere poſſe, in-
feriores autem non.

QVÆSTIO XIX.

SED conſequenter quæro, vtrum Papa po-
34 teſt † ſtatuere, quòd participantes cum excom-
municatis non peccent, nec incurratur minor
excommunicatio. Aliqui dicunt, quòd non,
cum canon iſte datus ſit ab Apoſtolo ad Corin
thios, vt ſupra dixi in principio huius tituli, ſi
quis frater nominatur, &c. & à tota eccleſia ſit
confirmata, vſque ad animam, & ſanguinem
ipſum defendere tenetur. argu. xxv. q. j. c. ſunt
qui dicunt. Præterea alij dicunt Papam hoc
non poſſe cum decoloraretur vniuerſalis ſta-
tus eccleſiæ, quòd Papa non poteſt facere, ſi-
35 cuti diximus, quòd Papa † poteſt ſine cauſa pri
uare multos epiſcopos, ſed non omnes pro-
pter talem decolorationem. Præterea Papa
poteſt diſpenſare contra Apoſtolum, ſaltem ex
cauſa, vt ſupra dixi de diſpenſatione Papæ.
Hugutio, quem refert, & ſequitur Tarant.
tenuit, quòd Papa poſſit etiam ſtatuendo ius
commune, cum hoc non tangat articulos fidei,
& hoc poſſit ex plenitudine poteſtatis, & dicit
Tarant. meminiſſe videre ſe tranſcriptum In-
noc. Papę Quarti, literarum eiuſdem directa-
rũ fratribus Prædicatoribus, quos mittebat ad
prędicandũ infidelibus nationibus, & ſcriſmati
cis, in quibus inter alia dicebatur cõſtitutis ibi
dem, nõ obſtãte, ſi aliqua ſunt excõmunicatio
ne ligati, in verbis, officio, & cibo, ac in alijs
ſecurè communicare poſſitis. Sed hæc non vi-
dentur ſufficere benè ponderanti, quia vnicui-
que hæc licere videtur, cum participat excom-
municato cauſa reducendi eum ad gremium
eccleſiæ. Vnde ortum eſt quaſi prouerbium,
& vulgaris ſermo, dum participamus excom-
municato; loquor in conuertendo, quia in con
uertendo errantem acquirimus meritum. In
conuertendo enim captiuitatem Syon, facti ſu
mus ſicut conſolati. Tunc repletum eſt gau-
dio os noſtrum, & lingua noſtra exultatione:
huius itaque quæſtionis deciſionem dimittam
maioribus meis, ne videar ponere os in cœ-
lum, cum ipſam difficilem reputem admodũ,
ſed pro eius ſolutione videntur ea, quæ ſupra
dixi in quæſtione, vtrum excommunicatio poſ
ſit ſuſpendi ad tempus.

QVÆSTIO XX.

CONSEQVENTER quæro, vtrum cle-
36 rici † ſubditi teneantur euitare prælatum ſuum
excommunicatum? videtur dicendum, quòd
non: hi enim ſunt de illis perſonis, quæ in c.
quoniam multos. xj. q. iij. & c. cum deſideres.
de ſen. excom. continentur. Sed contrarium eſt
verius, vt in c. miratur. xxiij. diſt. quia non ita

astricti sunt episcopo, vel prælato suo, sicut filij, & rustici suis superioribus, ideò isti non comparantur illis; si tamen clericus est ad seruitia domestica episcopi, vel prælati, temporalis seruitij ratione non tenetur euitare dominum excommunicatum, sicut nec rustici, aut filij, & alij, de quibus in d.c.quoniam multos. & idem dixerunt antiqui docto. de monachis, & alijs claustralibus, qui sunt quasi filij abbatis, & continui contubernales, ideò pariter excusantur in hoc.

QVÆSTIO XXI.

37 SED curiosius quæro, an Papa † communicando excommunicato incidat in canonem, an videatur ipsum absoluere? Dicas, quòd non, licet non benefaciat communicando, di-
38 cit Pet.de Tarant. hic, quia Papa † est solutus legibus, tamen debet viuere secundum leges, ideò non benefacit participando, licet non incurrat in canonem, & dicit vnicum esse casum,
39 in quo Papa † incurrit excommunicationem, videlicet in casu excommunicationis latę contra hæreticos, vel fautores eorum, sed nihil allegat, sed videtur tex.apertus.& ibi glo. in verbo hæresim, in c.acatius.el primo.xxiiij.q.j.

An verò per salutationem Papa videatur absoluere excommunicatum? dicam infra, vbi tractabimus de absolutione excommunicationis, hodie vide tex.in clem.si. incip. Si Rom. Pontifex.de sent.excom.

QVÆSTIO XXII.

HIC consequenter quæro, an participans
40 † excommunicato à suo inferiore sit excommunicatus. Pone, Archidiaconus excommunicat suũ subditum, an episcopus participãdo incurrat excommunicationem? dicendum est, quòd sic. quia ligatur à canone.xj. quæst.iij.c. qui meritò.

Sed quæro, à quo soluetur, cum canon, ꝙ autem.de pœnit. & remiss. dicat, quòd nullus potest ligari, vel solui, nisi à suo iudice? dicas, quòd absolui poterit à simplici sacerdote, nisi communicauerit excommunicato in crimine, vt in c.nuper.de sent.excom. & c. qui meritò, xiij.quęst.iij.

QVÆSTIO XXIII.

QVÆRO etiam consequenter, an com-
41 municans † excommunicato à se sit excommunicatus? ad quòd dico, quòd sic, quia incurrit minorem, quoniam illa à iure, non autem ab homine infligitur, vt in d.c. qui meritò.xj.q.iij. vt supra dixi, & in d. c. nuper. vnde non dicitur ligari sua sententia, sed sententia iuris, & sic tenet Host. in summa huius tituli, in §. & quæ sit pœna.in versi.quid si episcopus.

Nec obstant, quæ in contrarium adduci possent, videlicet nemo potest esse iudex suijpsius, nec se ipsum ligare, vel soluere, vt supra dixi in illis octo regulis, per tex.i c.j. iiij.q.iij. & l.penul.ff.de arbit.& l.Iulianus. de iud. & l. ille à quo.§.tempestiuum.ff.ad treb. Sed quid
42 si communicat † ei in illo crimine, pro quo eũ excommunicat, vel excommunicauerat eum, cum fautoribus, vel communicantibus suis, & ipse postea illi communicat. Rayn. in his duobus casibus dixit excommunicatorem esse ligatum excommunicatione maiori, non sua sententia, sed iuris, vt etiam supra dixi per d. decretalem nuper, & absolui debere à suo superiore, quia sicut etiam supra dixi, veluti nemo potest seipsum ligare, ita nec soluere. Sed hoc non placuit Goffr. qui immo dicit, quod in neutro istorum casuum participans excommunicato incurret excommunicationem maiorem, de quo infra proximè, & sequenti quæstio.latius dicam incurrere: in primo quidem non, quia cum dicit Innoc. III. in illa decreta-
43 li nuper, quòd participans † in crimine delinquit in eum, qui damnauit, & ideò eo, vel eius superiore debet absolui, vt in illa decret. nuper: patet ergo, quòd communicans in crimine, incurrit excommunicationem à iudice, & non à iure; ergo ille, qui tulit sententiam, non incurrit excommunicationem maiorem, quia esset excommunicatus à semetipso, quod esse non potest, vt etiam satis supra dixi in dictis octo regulis, & idem dicit in secundo casu, nam cum quis excommunicatur cum communicatoribus suis, pari excommunicationis vinculo cum ipso principali astringuntur, vt not.in c.excellentissimus.xj.q.iij. vnde & in hoc casu, cum nullus sua sententia ligari possit, vt dictum est, contrahit minorem excommunicationem: illa enim à iure contrahitur, vt supra, maiorem autem in hoc casu contrahit nullo modo.

QVÆSTIO XXIIII.

HIC itaque consequenter quæro illud, de
44 quo proximè dixi, quomodo potest quis † ex sola participatione excommunicati contrahere maiorem excommunicationem.

Mirum enim videtur, qualiter sententia
45 † excommunicationis liget illos, de quibus nõ fuit dictum, vel cogitatum, neque in processu, neque in sententia, cum res iudicata illi soli noceat, & illos comprehendat, contra quos iudicatur,

dicatur, vt in c. inter dilectus. de fideiuss. & c. pen. & l. cum quaeritur. ff. de excep. rei iud. nec
46 ex post† facto potest augeri obligatio, vt ff. de dam. infect. l. damni. §. si is qui. & ex quo post sententiam noua interpellatione opus est. l. nō potest. ff. de re iud. Item inconueniens esset, ꝙ
47 quis non citatus† non monitus excommunicaretur, vt in c. sacro. de sent. excom. & si secus fieret, haec sententia secundum hoc non differret à canone latae sententiae, cum tamen haec sententia non sit generalis, sicut canon, cum tantum vnam personam comprehendat.

Solutio.

Dixerunt antiqui doct. quòd nullus participans excommunicato incidit in maiorem, nisi cum sub hac forma fit excommunicatio, videlicet, excommunico te cum omnibus communicantibus tibi, siue tecum, & sic intellexerunt illam decretalem nuper. de sent. excom. vbi de hoc, sed hoc expresse reprobatur in c. si concubinae. eo. tit. Tu ergo dic ad duo prima, quòd immo cogitat excommunicans de participantibus, & contra eos indicat, vel si ipse non cogitat, & indicat, ipsum ius sic statuit, & Apostolus dixit, Agentes, & consentientes pari poena punientes, & transumptiuè in c. . . . . de offic. deleg.

Ad tertium dico, quòd reuera non augetur obligatio ex post facto, vbi res permanet in eodem statu.

Ad quartum dico, quòd illud, ꝙ dicitur, ex quo post sententiam aliquid accidit, noua interpellatione opus esse intelligitur, si prius nō erat interpellatio facta, sed hic facta est, vt praedixi per ipsum ius, & per Apostolum, & fortè per ipsum excommunicatorem.

Ad quintum dico, quòd participans iam videtur monitus in admonitione facta principali criminosè, & extimari debet intētionem esse ipsius indicantis, vt optimum effectum sua sententia sortiatur. Item cogitare debet, quòd vbi eadem ratio, ibi idem sit ius, & de simili-
48 bus†, idem sit iudicium, vt in c. translato. de constit. & quotiens ex vna radice vitium nascitur, consequens est, vt vna, eademque lege tollatur, vt in l. si libertam. C. de nup. & j. q. j. c. sicut Christus. & xxij. q. ij. c. si quis periurus.

Ad vltimum potest dici, quòd quo ad hoc non differt sententia talis à canone latae sententiae, vel dic melius, quòd immo differt, nam ibi contrahitur excommunicatio tantum ex participatione criminis illius, contra quem fertur, hic verò non ex hoc tantum, sed etiam ex participatione criminosi: tripliciter enim contrahitur excommunicatio ipso iure, vt supra dixi, vbi tractaui quot modis incurritur excommunicatio.

QVAESTIO XXV.

Qvaero de eo, quod quotidie in facto contingit dubitari, videlicet vtrum si prolata
49 fuerit† excommunicatio cōtra aliquem in modum exceptionis, puta vt repellatur ab agendo, impetrando, aut testimonium veritati prohibendo, siue eligendo actiuè, vel passiuè, & alias iuxta formam c. pia. de excep. in vj. nunquid in alijs propter hoc debeat euitari? videtur dicendum, quòd non, quia etiam spoliatione in modum tantum exceptionis prolata, non est propter hoc restitutio facienda. Item
50 si crimen† in modum exceptionis probetur cōtra testem, non propter hoc poena ordinaria sibi infligitur, sed tantum eius testimonio non
51 creditur. Item testes† quorum testimonium reprobatur, inter infames quasi ex falso testimonio non habentur.

Sed contrarium videtur per quae dixi supra hoc eo. tit. vbi tractaui, quando dicatur quis scire aliquem esse excommunicatum, ad hoc potest dici secundum Bernardū, quem ad hoc refert Tarant. quòd si ex tali facto vox publica, & fama laborat, non est ei communicandum, vt in c. cum desideres. in §. secundae quaestioni. & arg. c. multi. ij. q. j. versi. si quis frater nominatur &c. & de hoc habetur in cap. dilectus. de ord. cogna. in §. fi.

QVAESTIO XXVI.

Qvaero etiam, vtrum excommunica-
52 tus possit† aliquo tempore sine metu irregularitatis, vel peccati ingredi ecclesiam? vel debeat, & si intrauerit, an caeteri catholici teneātur exire? Ad primum dico, quòd excommunicatus maiori excommunicatione, vel interdictus, vel suspensus ab ingressu ecclesiae, non debet aliquo tempore intrare, vt xxxij. q. iiij. c. vir cum propria vxore. xxj. dis. c. cleros. in fi. de excommunicato autem minori excommunicatione dicetur infra, vbi tractabimus de minori excommunicatione.

Ad secundum dico, quòd excommunicatus intrans ecclesiam primo est monendus, vt exeat, quòd si noluerit, si ecclesia habet temporalem iurisdictionem, potest ipsum expellere violenter, si autem non habet, nec vult exire, sed se ingerit pertinaciter, potest inuocari brachium saeculare, vt xj. q. iij. c. si quis episcopus. el secūdo. & xvj. q. j. c. quidam monachi. quòd si nec sic exit, debent statim omnes exire, & e-
53 tiam clerici† diuino officio dimisso. xj. q. iij. c. sicut Apostoli. & ibi bo. glo. ad materiam, quā omnino vide. & c. excommunicatos. & ca. qui communicauerit. & c. omnes qui. xxiiij. q. j. & haec intelligenda sunt, si excommunicatio sit notoria,

nnitoria, quia si secreta, monendus est ab his, qui sciunt secreto, ne se ingerat, & exeat, quia se ingerendo, mortaliter peccat, vt supra dixi. Et si sic etiam, & in hoc casu nnluerit exire, illi, qui sciunt secreto excommunicatum, exibunt cautè, ita quòd nnn fiat scandalum, vel perditio, aliter nnn exeat, quia in publico debet eum enitare, vt satis supra dixi. Euitatio autem hæc fit, vt rubore perfusus prn latenti excessu satisfacere cnmpellatur. hæc probantur in c. si tãtum. & c. placuit. vj. q. ij. & c. cnm non ab homine. de sent. excom.

QVÆSTIO XXVII.

Sed qnæro, qnod qnotidie occurrit, videlicet pone, quòd ego scio† secretè te esse ex-
54 communicatum, tu autem ignoras me scire, neqne dico tibi, qnòd sciam, vel fortè scio te scire, sed in tali loco sum, quod non videbis, si exire voluero, vel etiam si videbis, non intelliges, quòd propter ipsum exeam, nũquid teneor exire de ecclesia? videtur dicendum, qnòd nnn, quia hæc euitatio medicinalis est, medicina autem etiam spiritualis nnn debet adhiberi nolenti assumere, & in se sit spes curæ: hic autem non pntest esse spes curæ, cum non petat absolutinnem, & ipsum non pœniteat, nec exire erubescat, nec excommunicationem timeat se ingerendo dininis. Solutio.

Sine præiudicio veritatis satis crederem, quod in his casibus non debeam exire de ecclesia, vel potest dici, quòd si est mihi oportunum, secreto possum ei dicere me scire eum excommnnicatum, & eum monere, vt exeat, alias seruare, quæ proximè supra dixi in prnximo §. & de hac materia satis supra dixi per discursum, vbi tractaui de effectu excommunicationis.

QVÆSTIO XXVIII.

Sed quæro de noua quæstione, quam hactenus non vidi, nec legi tactam, videlicet v-
55 trum ecclesia† debeat intrare ad excommunicatum, exempli gratia, In domo excommnnicati iacet infirmus, qui petit sibi ecclesiastica sacramenta exhiberi, & ministrari, nunquid dabnntur in illa domo, & intrabit sacerdos cũ corpore Christi in domnm excommunicati? Solutio.

Sine præiudicio melius sentientis, cuius iudicio me subijcio, dico, quòd ipso excommunicato domi existente, non debet sacerdos ingredi domum excommunicati. Immo si excommunicatus viderit sacerdotem venientem cum sacramento Eucharistiæ, debet se ante ostium domus ponere, & dicere, Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabis filium, vel seruos meos, vel qnicunque fuerit inferior eo infirmatus, sicut dixit Centurio, cum beato Petro dicente, Exi à me Domine, quia homo peccator sum.

Si verò excommnnicatus non erit domi, distinguo, quòd aut infirmus est superior excommunicato, puta pater, vel dominus, & infirmus seruus, aut par, vt frater, aut subditus, siue inferior. In dnobus primis casibus dico, quod non debet ingredi sacerdos, nec in ea sacramenta ministrari, nisi exeat de domo excommunicatus, vel qnum primum poterit, exire promittat, & mnlto minus debent sacramenta exhiberi, si sanns, vel infirmus præstitit cõsilium, vel auxilium excommnnicato in eo, pro qno erat excommunicatus, vel etiam, si erat excommunicatus cum omnibus sibi participantibus, vt supra dixi in proximis præcedentibus quæstionibus, in quibus quidem casibus non sufficeret eum exire domnm, cum ipse pariter esset excommnnicatus, & deberet specialiter absolui à minori excommunicatione, ratione participationis, quæ remonet à participatione sacramentorum, saluis personis, de quibus in d.c.

In tertio verò casu subdistinguo, quia aut ille infirmus est de illis persnnis exceptis, & quę excusantur à participatinne, per dictam decretalem cum voluntate. de sent. excomm. & tunc debent ei dari sacramenta, aut non est de illis, & tunc nnn debent, nisi vt supra dixi in primis duobus præcedentibus casibus, superius notatis.

Sed notandum est, quòd vbicunque dicitur non debere dari sacramenta excommunicato, semper intellige exceptis illis, de quibus in d. c. cnm voluntate. & tunc non nisi participauerint in delicto operando, vel consulendo, vel fauendo, vt supra dixi.

SVMMAE.

1 *Absolutio, an concedatur ab excommunicatione non petenti.*
2 *Venia peccati non datur nisi correcto.*
3 *Non petens absolutionem ab excommunicatione, est signum impœnitentiæ.*
4 *Excommunicatus potest compelli, vt petat absolutionem, & satisfaciat.*
5 *Ecclesia non est contemnenda, & propterea solet inuocari brachium sæculare.*
6 *Excommunicatus satisfaciens: an ex hoc dicatur petiisse absolutionem.*
7 *Excommunicatus, an in articulo mortis à quolibet à quacunque excommunicatione absolui possit.*
8 *Mortuus potest absolui ab excommunicatione dum modo*

modo ex signis appareat de pœnitentia. Et an uerum sit.
9 *Laicus, an possit absoluere in casu necessitatis habens confessionem prius.*
10 *Et quid operetur hęc absolutio.*
11 *Baptismus triplex dicitur.*
12 *Excommunicatus positus in obsidione, vel aciem ingressurus vel in mari, an vti constitutus in articulo mortis à quocunque absolui possit.*
13 *Excommunicatus regulariter debet absolui à quo ligatus fuit.*
Fallit tamen quindecim modis ibi enumeratis.
14 *Papa dicitur ordinarius ordinariorum.*
15 *Prælatus succedens in locum alterius dicitur succedere in iurisdictione, onere, & honore.*
16 *Cautio iuratoria quid sit.*
17 *Excommunicatus ob participationem, sed non in crimine, an sit necesse vt absoluatur ab excommunicante, vel sufficiat à quocunque.*
18 *Excommunicator malitiose non debet differre absolutionem de iure debitam.*
19 *Episcopus potest absoluere subditum suum excommunicatum à iure vel ab homine, vbi excommunicator non sibi reseruauit absolutionem.*

De absolutione ab excommunicatione.

Actenus diximus de modo, & forma, & personis, quibus permissum est excommunicare, & ligare: consequenter recto ordine videndum est econuerso de modo, forma, & personis, quibus absoluere à iure permissum est, in quibus quidem duobus figurantur duæ claues ecclesiæ, vt etiam supra dixi.

Circa hanc quoque materiam procedam per quæstiones, in qua ponam quadraginta quæstiones exsorbentes vniuersam materiam absolutionis.

Prima itaque quæstio sit, Vtrum quis ab-
1 solui † debeat, si hoc ipse non petat. & videtur dicendum, quòd non, per textum quasi expressum in cap. significasti. in fine. de eo qui duxit in matrimonium, quam pollu. per adulterium. vbi dicitur excommunicato, absolutionis munus si petierit, impensurus, & impœnitenti non datur remissio. xxiiij. quæst. ij. c. legatum. & xxiij. quæst. vij. c. quemadmodum. & per Abb. in cap. Apostolicæ. in primo not. de except. & ad hoc bene faciunt illa notabilia carmina Francisci Petrarchæ dicentia,

Assoluer non si può, chi non si pente,
Et pentir, & voler insieme puossi
Per la contradittion, che nol consente.

2 Et peccati venia † non datur, nisi correcto, vt in regula peccati. & xxiiij. quæst. ij. c. legati. & quomodo gaudebis te fuisse correctum, nisi doleas te fuisse peruersum? dicit tex. in d. cap. quemadmodum. xxiij. quæst. vij. & L. dist. pœ-
3 nitentes. Est autem signum impœnitentiæ, † & non correctionis absolutionem non petere.

Sed videtur contra, & quòd immo fit compellendus. arg. xxiij. dist. c. diaconi. & xxij. q. j. c. prædicandum.

Tarantasiens. dicit, quòd potest dici, quòd non est absoluendus, nisi petat per iura proxime primo loco allegata, nec est contrarium, quod postea dicitur: nam vtrunque fieri potest:
4 compelli enim potest, vt † petat absolutionem & satisfaciat, & si quæris quomodo? respondet, quòd indirectè, scilicet compellendo alios ne communicent ei iuxta casum. cap. post miserabilem. de vsuris. Sed verè hæc responsio non soluit quæsitum, quia illud cap. post miserabilem. loquitur de subtractione fienda iudæis, & illis, qui excommunicari non possunt, qui sunt extra ecclesiam, de quibus nihil ad ecclesiam, vt dicit ibi glo. quia de his, qui foris sunt nihil ad nos. Ideo aliter dicerem saluo saniori sensu, videlicet quòd compellitur satisfacere inuocato auxilio brachij sæcularis, & tunc demum dum Ecclesia non habet vltra quid faciat, & eius censuræ cótemnuntur, tunc nedum potest, sed debet inuocare tale auxi-
5 lium, ne censuræ † ecclesiasticæ contemnantur, & iurisdictio ecclesiastica deludatur, vt dicit glo. c. significasti. in verbo resistentibus. de offi. deleg. & dum satisfecerit, venit consequenter de iure absoluendus, ex quo paruit in eo, pro quo erat excommunicatus, & hæc est via canonica, quæ probatur quasi in terminis per Inno. in d. c. significasti. de offi. deleg. & tex. expressus in c. principes Siculi. xxiij. q. v. & ibi gl. in verbo intra ecclesiam, ibi. Item & vbicunque ecclesiastica potestas deficit cum duobus c. sequentibus. & per Io. And. in c. j. de stat. reg. in vj. vbi etiam omnes, & in c. vt officij. de hæret. eo. tit. & in l. si quis in hoc genus. C. de epi. & cleri. & in l. episcopale. eo. titu. & in auth. si quis litigantium. C. eo. & do. Abbas in cap. j. de offic. ordin.

Sed hæc solutio potest etiam impugnari ex falsitate consequentiæ, quia esto, quòd vi brachij sæcularis satisfecerit, non tamen se-
6 quitur, quòd petat † absolui, quia posset etiam damnabiliter contemnere censuras, & animo indurato nolle petere absolutionem, ex quo iam satisfecerit, vt vidi multos, qui credunt

facta satisfactione non indigere absolutione,
tanquàm factum in dtem, donec satisfecerit,
de quo dixi Anto. de Butr. & alij post eum in
cap. ab excommunicato. de rescript. & in cap.
significasti. de eo qui in matrimonium duxit
quam pollu. per adult. tenent, quòd possit ab-
solui, & beatus Thomas in quarto sententia-
rum, distinct. xviij. quæstione vltima, arti. vlt.
& Do. Felyn. in cap. Apostolicæ. in ij. col. in
principio. de exceptio. vbi solemniter vltra om
nes distinguendo, & per Cardinalem Zaba. in
cap. per tuas. in ij. col. & c. fin. de sent. excom,
vbi tenent quòd non, & Do. Fely. & per Inno.
in c. Romana. de sent. excom.

Quæro secundo, vtrum in articulo mortis,
7 † quilibet à quolibet à quacunq; excommuni-
catione possit absolui? Et dicendum est, quòd
sic: & pro regula obseruandum, quòd ab om-
ni excommunicatione, siue hominis, siue ca-
nonis, siue à maiori, siue à minori absolui po
test in tali articulo à quocunque, siue clericus,
siue laicus sit, & etiam clericus à laico. argu.
xvij. quæst. iiij. c. si quis suadente diabolo. &
in c. non dubium. de sent. excom. & c. de his.
sed do text. in terminis, in c. sanctum est bapt.
de consecr. dist. iiij. & in c. pastoralis. de offic.
ordin. & in c. parrochiano. de sepult. Quidam
tamen dicunt contrarium, scilicet, quòd non
liceat laico absoluere ab excommunicatione;
8 cum etiam mortuus † possit absolui, si appa-
ruerint in eo signa pœnitentiæ, & contritio-
nis, vt in c. ægrotantes. de consecr. dist. iiij. &
in c. à nobis. de senten. excommu. & latius in-
fra dicam.

Sed hoc verè non videtur bene dictum, quia
quis posset submergi in naufragio, in quo om
nes submergerentur, & posset contingere, quòd
nullus posset testimonium perhibere de signis
pœnitentiæ & contritionis: præterea laicus
9 † in necessitate potest iniungere pœnitentiam,
& absoluere ab alijs peccatis mortalibus dum
recipit confessionem illius, vt in d. c. sanctum
est. Quare ergo non eodem modo ab excom-
municatione, cum non appareat ratio diuer-
sitatis magis in vno, quàm in alio? Sed quia
dixi, & absoluere, non tamen intelligas, quòd
laicus habeat potestatem absoluendi etiam in
casu necessitatis, cum non habeat vsum cla-
10 uium, sed illa † absolutio, & pœnitentiæ in-
iunctio fit in testimonium fidei, & obedien-
tiæ confitentis, & sufficit ad salutem: vbi non
datur copia sacerdotis, vbi autem superueni-
ret copia peccatori, debet iterum confiteri sa-
cerdoti, & absolui tanquàm ab habente vsum
clauium, sicut dicemus de baptismo, quòd
11 † triplex dicitur: videlicet fluminis, flaminis,
& sanguinis, & vbi in necessitate non potest
fieri baptismus fluminis, sufficit flaminis, &
sanguinis, vbi vero potest haberi fluminis, sem
per ad illud recurrendum est, nec potest sperni
de necessitate salutis æternæ, alias autem desi-
derium sacerdotis sufficit, argumen. c. aure-
lius. ccl. quæst. vj.

Successiuè quæro de quotidiana quæstione,
12 vtrum in obsidione † positus, vel volens descé
dere in aciem, vel transfretare, possit absolui à
quocunque etiam laico tanquam positus in ar
ticulo mortis iuxta supra positum quæsitum?
distinguendum est, quòd aut imminet ineui-
tabile bellum, & necessarium, & tunc Taran-
tas. credit, quòd possit absolui, sicut dicimus
de baptismo, vt de consecra. distinct. iiij. c. scis
qui. Si autem intrat mare, debet prius absol-
ui à suo sacerdote, si autem, postquàm ingres
sus fuerit, voluerit reconfiteri in articulo ve-
risimilis mortis imminentis, tunc credit, quòd
laico confiteri, & absolui possit, vt supra di-
xi in testimonium fidei, & obedientiæ suę, sed
vide glo. in c. pastoralis. in verbo præterquam
in mortis. de offi. ordi.

Et ex quibus proxime dictis elicitur conclu
sio, quod aliquis potest absolui ab excommu
nicatione ab alio, quàm à suo excommunica-
tore, quod est contra regulam; cum quilibet
13 debeat † eadem manu solui, qua ligatus est
regulariter, sed hoc fallit in pluribus casibus,
quorum tredecim annotabo.

Primo itaque, de quo proximè supra, vide-
licet in articulo mortis, vt in d. c. nuper. & c.
sacro. de sent. excom. & c. ad reponendam. de
offi. ordin.

14 Secundus est, quia quilibet à Papa † potest
absolui, quia est ordinarius ordinariorum. ix.
quæst. iij. cap. cuncta per mundum. & cap. per
principalem.

Tertius in excommunicatis ab episcopo,
qui possunt absolui ab Archiepiscopo, vel pri-
mate, si per viam appellationis, vel querelę ad
eos deferatur excommunicationis quæstio, vt
in cap. per tuas. de senten. excommunic. sed de
hoc specialiter quæram infra, vbi tractabo, v-
trum excommunicatus ab Episcopo possit ab-
solui ab Archiepiscopo.

Quartus casus est excommunicato à Ple-
bano, vel rectore parrochiali, de quo etiam
dixi supra, vbi tractaui de dispensatione re-
ctorum parrochialium, secundo ibi, quis pos
set excommunicare in duabus sequentibus re-
gulis.

Quintus in excommunicatis ab Episcopo,
vel prælato, qui eo mortuo possunt absolui à
suo capitulo, de quo satis supra dixi, vbi tra-

ctaui

ctam de dispensatione capituli sede vacante,& inferius in discursu aliquid dicam.

Sextus casus potest assignari in eo, qui po-
15 rest absolui à successore † sui excommunicaro-ris, qui ei successit in iurisdictione, onere, & honore, vt de offic. ordin. c. pastoralis. Sed casus iste forte improprius, quia videtur eadem persona prædefuncti prælati, vt in cap. j. de solutio.

Septimus casus est in eo, qui communicat excommunicato in crimine, de quo, si difficile sit ex aliqua causa iusta, quòd ad suum excómunicatorem absoluendus accedat, concedi-
16 tur dispensando, vt præstita iuratoria † cautione de parendo mandatis ecclesiæ, iuxta formã iuris à suo absolnatur Episcopo, vel proprio sacerdote, vt not. in c. nuper. in fin. de senten. excommu.

Hic autem non prætermitto quærere, nunquid hoc concedatur ad alios, qui excommunicati sunt maiori excómunicatione, propter
17 † aliam participationem, quàm in crimine, puta quando quis est excommunicatus, cum sibi communicantibus, vt fieri solet in casu aggrauationis, & reaggrauationis, vt supra dixi, vbi tractaui de aggrauatione Gasti. dixit, quòd non, nec est simile, quia licet magis peccet, qui participat in crimine, quàm in loquendo tantummodo: peccat tamen: primus enim est ligatus nisi per sententiam iuris, secundus vero p sententiam hominis. Præterea huiusmodi sententia est accessoria principali, & ideo ab eodẽ relaxanda est, à quo & principalis.

Octauus casus est, cum reformatio monasterij demandata est, vel inquisitio contra prælatum. Et ipse negocio iam cœpto per se, seu alios iudices aliquem excommunicauit ex subditis negocium reformationis prosequentibus, vel suspendit iuxta casum. cap. olim. de accusation.

Nonus in casu. c. prudentiam. in §. sexta. de offic. delega. & in cap. pia. de exceptionib. in vj.

18 Decimus casus est, si excommunicator † maliciosè differt absolutionem de iure debitam, vt in d. c. prudentiam. & in cap. ad reprimendum, de offic. ordi. & in c. per tuas. & c. sacro. de senten. excommu.

Vndecimus casus est, in testibus excommunicatis, vt in c. veniens. el secundo. de testib. in fine.

Duodecimus, vbi mora absolutionis noceret ecclesiæ, vt in cap. apostolicæ. de excep. vbi Abb. ex illo text. quòd vbi imminet vtilitas ecclesiæ, siue impeditur eius ordinatio, potest iudex absoluere quem ab excommunicatione, licet non petat: allegat. c. veniens. el secundo. de testi. in fi. vbi vide, & dicam latius, vbi tractabo de absolutione ad cautelam.

Tertiusdecimus casus est, vbi per delegationem demandatur potestas absoluendi in genere, vel in specie: in genere, quando Papa concedit cõfessionale in forma beatissime, vel etiam sub plumbo, aut per officium pœnitentiariæ, in quo ponitur potestas absoluendi à quibuscunque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, & alijs ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quaois causa, vel occasione latis, quibus, & quomodolibet inodatus existat: & hæc forma habet locum in foro conscientiæ, seu pœnitentiali.

Alio quoque modo, cum Papa in literis prouisionis, vel mandati ponit clausulam absolutionis ad effectum gratiæ consequendę, vt hodie seruat cãcellaria, & camera Apostolica: Specialis vero est, cum quis impetrat rescriptum ad lites, & scit, vel timet se esse excommunicatum, vel etiam si nesciat, nec timeat, apponit clausulam in suppositione, videlicet in baculis, quia tum iudex deputatus potest absoluere ad effectum agendi, de quo dicemus infra de absolutione ad cautelam. Hic tamen facio re-
19 gulam, quòd episcopus † potest absoluere suũ subditum excommunicatum à iure, vel ab homine, vbi legislator vel excommunicator absolutionem sibi non reseruauit, vt est glo. fi. in cap. sciant cuncti. de elect. in vj. & ibi omnes.

Potest addi, & quatuordecim casus, videlicet in incendiario, qui postquàm est accusatus, inquisitus, vel denunciatus non potest absolui ab excommunicatore, sed à solo Papa, qui etiam solus cum eo dispensare potest, vt in c. tua nos. de sent. excom.

Fallit decimoquinto in iudice delegato, qui post annum non potest absoloere excommunicatum à se, vt in c. quinti. de offic. deleg. dicam latius infra de sent. excom. vbi tractabo de absolutione ab excommunicatione.

SVMMAE.

1 *Excommunicatus excommunicatione iuris siue maiori siue minori à suo Episcopo absolui potest, vel etiam à proprio sacerdote.*

1 *Fallit tamen tribus casibus quibus Papæ est reseruata absolutio.*

2 *Frangens Ecclesiam non potest nisi à Pontifice absolui.*

3 *Falsificator literarum Apostolicarum non potest nisi à Papa absolui.*

4 *Excommunicatus ab homine tribus casibus non potest nisi à Papa absolui.*

5 *Conquerens apud superiorem de iniusta, vel etiam nulla excommunicatione, an debeat audiri an-*

te absolutionem, an ante omnia absolui.

6 *Excommunicatus cum reincidentia, à quo debeat absolui.*

Distinguitur per autorem. num. 12.

7 *Metropolitanus in curia Romana, non potest adiri per viam querelæ, secus extra curiam.*

8 *Appellans eximitur à iurisdictione illius iudicis à cuius sententia interponit appellationem, respectu scilicet illius negocij.*

9 *Iurisdictio non transfertur per viam querelæ.*

Contestatio litis in spiritualis quomodo soleat fieri.

10 *Agere quis non dicitur ante litis contestationem.*

11 *Ordinarium remedium quando competit, non datur extraordinarium.*

13 *Episcopus non tenetur remittere iniustè excommunicatum ad suum inferiorem excommunicatorem duplici ratione.*

14 *Episcopus inueniens sententiã excommunicationis iniustè latam contra aliquem absq; appellatione poterit ipsam iniustam proferre.*

15 *Excommunicatus iniustè præstita cautione ab Episcopo poterit absolui. Et quæ sit idonea cautio in hoc casu.*

16 *Asserens coram superiore se absq; monitione excommunicatum esse, si superior remittat eum ad suum excommunicatorem vt illam, si ita est, absoluat, ad alios mittat cõmissionem, quòd in euentum qui excommunicator non absoluat ipsi absoluant, quid iuris sit.*

17 *Episcopus, an possit relaxare sententiam excommunicationis latam à subditis suis.*

18 *Absolutio ab excommunicatione non seruatis seruandis: an valeat.*

19 *Reconciliatio pœnitentium Episcopale officium est.*

20 *Absolutio ab Archiepiscopo facta in casu non permisso an teneat.*

21 *Archiepiscopus est iudex ordinarius omnium prouincialium suorũ, licet eius iurisdictio sit ligata.*

Fallit tamen ut ibi.

22 *Episcopus in quo differat ab Archiepiscopo, in materia iudiciali.*

23 *Archiepiscopus dicitur peregrinus, & extraneus iudex.*

24 *Capitulum mortuo Episcopo an possit absoluere excommunicatum ab ipso Episcopo.*

25 *Argumentum de potestate ligandi ad potestatem absoluendi valet.*

25 *Capitulum sede vacante procedit contra hæreticos, & eos damnat.*

27 *Leges sunt promptiores ad absoluendum, quàm ad condemnandum. & sub num. 39.*

28 *Verbum liceat stat permissiuè aliquando.*

29 *Vicarius cui commissum est ab Episcopo vt excommunicet Titium eius nomine: an poterit etiam ipsum absoluere, absque alio mandato.*

Mandatum de excommunicando continet, & sub se de absoluendo.

30 *Cognitio causæ quando est demandata, videtur & demandata excommunicatio.*

31 *Excommunicatus ab inferiore cum confirmatione superioris, à quo sit absoluendus.*

32 *Confirmans videtur de nouo facere.*

33 *Archiepiscopus potest confirmationem, non potest sententiam relaxare.*

34 *Confirmans non dicitur augere neque minuere quicquàm.*

35 *Papa salutando aliquem, an dicatur ipsum absoluere.*

Et dato quòd non sit absolutus, an Papa salutando dicatur excommunicatus. num. 38.

36 *Forma dat esse rei, qua sublata tollitur res.*

37 *Voluntas simplex Pontificis multum operatur, absque effectu rei.*

39 *Absolutio ex falsa causa facta an valeat.*

40 *Excommunicatio licèt iniusta, non tamen est contemnenda.*

41 *Excommunicatus iniustè notoriè, an possit statim ab excommunicatore absolui.*

42 *Excommunicans præcipitosè per mensem ipso iure est excommunicatus.*

De absolutione à maiori excommunicatione.

CVM autem supra viderimus de vtraque excommunicatione, videlicet tam iuris, quàm hominis: bene conuenit, vt cõsequenter videamus pariter de vtraque absolutione. Primo itaque videbimus de absolutione ab excommunicatione iuris. A qua dicunt omnes, quòd siue
1 † à maiori, siue à minori quis absolui potest à
suo episcopo, vel proprio sacerdote, nisi conditor canonis absolutionem sibi specialiter reseruauerit, vt supra, quod probatur in cap. nuper. de senten. excommu. vbi de hoc. Fallit in excommunicatione iuris in tribus casibus, in quibus absolutio Papæ reseruatur.

Primus est in percussore clerici, vel religiosæ personæ iuxta text. in cap. si quis suadente diabolo. xvij. quæst. iiij.

Sed casus iste etiam patitur fallentias, de quibus late dicam infra, vbi tractabo de absolutione excõmunicatorum propter iniectionẽ manuũ violenter in personas ecclesiasticas.

Secundus casus est in eo, qui ecclesiæ vim
2 infert, vel eam † frangit, vt xj. quæst. iij. cap. ca
nonica. xvij. quæst. iiij. cap. omnes ecclesiæ: & talis non potest absolui, nisi à Papa, postquàm denunciatus est excommunicatus, vt in c. conquesti. de sent. excommu.

3 Tertius est in falsificatore † litterarum apostolicarum, vt in c. dura, & c. ad falsariorum. de crimine falsi, vbi satis dixi.

4 In excommunicatione autem hominis † fallit etiam regula in tribus casibus, in quibus soli Papæ absolutio reseruatur, quorum vnum posui supra de incendiario, videlicet in incendiario iam denunciato.

Secundus casus est in suspenso per conciliũ, vel synodum prouincialem à beneficijs, quo casu Patriarchæ etiam non absoluunt, sed soli Papæ absolutio reseruatur, de quo latius dicam infra, vbi tractabo de suspensione à collatione beneficiorum.

Tertius est in eo, qui scienter, & sponte participat excommunicatis à Papa, & eos in diuinis officijs admittunt, vt in c. significauit. de sen. excom.

Hic consequenter quæro de vtili, & quotidiana quæstione, videlicet vtrum conquerens
5 apud superiorem de iniusta, vel etiam nulla ex cõmunicatione audiri ante absolutionem debeat, an verò debeat ante omnia absolui ad effectum agendi, & dicendi de nullitate, vel iniustitia, vel ad cautelam? & hæc quæstio ponitur in c. per tuas. de sent. excom. vbi tex. & glo. in verbo in sardiniam. & in verbo intolerabilẽ. latè referunt ius antiquum, & nouum, distinguendo successiuè diuersos casus, vt ibi, & cõclusio est, quòd hodie absoluitur ad dictum effectum, & ad cautelam: postea cognoscitur de nullitate, vel iniustitia, & ita tex. ille sentit. Et attende quòd huiusmodi absolutio fit cũ reincidentia, quia in euentum validitatis excõmunicationis fit reintrusio in cẽsuris, donec satis faciat, & pareat: in Romana curia tamen non datur huiusmodi absolutio sine speciali commissione Papæ, in qua semper apponitur clausula cum reincidentia in euentum, & clausula ad vrgendum de nullitate, vel iniustitia, & sic quotidie practicatur. Et quia tex. & glo. in d. c. per tuas latè ponunt hanc materiam, ideo vlterius non prosequor, cum scribentes nihil intactum, indiscursumq; ue dimiserint.

Sed tantum quæro, à quo talis excommuni
6 catus absolui debeat, videlicet an ab ipso superiore, qui aditus est per viam querelæ, an vero per remissionem ab ipso excommunicatore. tex. & glo. in d. cap. per tuas soluunt in §. quòd si absolutionis. dicentes, quòd metropolitanus debet eum absoluere, nisi duxerit suffraganeo suo deferendum, & ibi glo. quæ est si. bene declarando ponit casum dic. cap. per tuas. à quo poteris elicere consimiles. Tamen in Ro. curia, si datur commissio cognoscendi de nullitate, vel iniustitia, nunquam fit remissio ad partes ad excommunicatorem, sed idem auditor, vel commissarius, cui fit commissio absoluit, & exequitur iuxta cõtinentiam signaturæ tam in viam querelæ, quàm appellationis. Sed extra curiam quid dicemus; cum metropolita-
6 nus † possit adiri etiam per viam querelæ, sicut per appellationem? videtur dicendum, quòd si ipse superior aditur per viam querelæ secundum antiqua iura, debet fieri remissio ipsi excommunicatori, qui si nolit absoluere, potest superior ipse absoluere, iuxta tex. c. ad reprimendam. de offi. ordi. Si vero per viam appellationis, secus videtur dicendum. quòd per ap-
8 pellationem appellans † eximitur à iurisdictione iudicis, à quo appellat quo ad illud negociũ, super quo appellat, vt in c. directe. & c. pastora lis. de appel. per viam autem querelæ non trãs-
9 fertur † iurisdictio, nisi lis contestetur. contestatio autem litis in causis spiritualibus fit per primum actum subsequentem libellum, & super ea non requiritur iudicis pronunciatio, sicut in prophanis, sed tacitè tantum fit, vt not. in c. dispendiosam. de iudi. & cle. sæpe. de verbo. signifi. vbi repetentes latè longeque di-
10 xerunt. nam ante litis † contestationem quis non dicitur agere, sed agere velle, vt notatur in l. amplius. ff. de rem rat. haberi.

Sed contra hoc dicitur, quia eundo ad superiorem per viam querelæ videtur appellare ipso facto, quod videtur plusquam per appellationem in scriptis, vt in c. dilecti. de appell. sed illud habet locum ante ordinarium iudicium, quia post, non est locus querelæ, sed appellationi, quæ tunc est remedium ordinarium, & vbi
11 competit † remedium ordinarium, non datur extraordinarium, vt in l. in causæ. ff. de minor. & in c. ij. de offi. ordi. & in c. ex literis. de resti. in integr. & Rota in no. decisi. ccxxiiij. incipi. si contra absentem. Querela autem est remedium extraordinarium, vel ante iudicia, & hæc vera erant secundum antiqua iura, sed hodie correcta sunt, vt siue per appellationem, siue per viam querelæ deferatur quæstio excommunicationis ad superiorem, potest ipsemet statim absoluere deferentem, siue excommunicatum, si periculum sit in mora, aliàs primo debet remittere ad suum excommunicatorem absoluendum, vt dicit tex. in c. sacro. de sent. excommu. Sed credo in hoc casu sic distingui
12 posse: quoniam aut conqueritur coram Papa, vel eius delegato, aut coram alio superiore. primo casu certum est quòd à Papa potest absolui, nec habet necesse eum remittere, cum sit ordinatius ordinariorum, vt in cap. cuncta per mundum. ix. q. iij. & similiter à suo delegato, si ei absolutio fuit demandata, & hoc est,

quòd supra dixi, quod seruat Ro. curia: pro qua nunc allego tex. qui bene facit ad hoc, in cap. cum contingat. de offic. delegat. ibi liceat iudicibus excommunicatum absoluere, si vero delegato non esset commissa absolutio, sed alias incidit, quòd absolutio excommunicatori sit fienda, debet prius ipsum ad suum excommunicatorem remittere absoluendum, qui si malitiosè distulerit, potest ipse delegatus hoc facere, vt in c. prudentiam. in §. sexta. de offic. delega. & de hoc dixi supra, vbi posui casus, in quibus quis absolui potest ab alio, quàm à suo excommunicatore, in nono casu.

Si vero coram alio superiore moueatur quęstio de nulla, vel iniusta excommunicatione distinguo. quia aut mouetur coram episcopo de nulla, vel iniusta excommunicatione sui inferioris, aut coram archiepiscopo, vel alijs superioribus, puta Patriarcha, vel primate de nulla, vel iniusta excommunicatione suorum suffraganeorum.

Si coram episcopo; dico, quòd debet causam examinare, & constito sibi de validitate excommunicationis debet eam facere inuiolabiliter obseruari, neque debet ab ea absoluere absque congrua satisfactione: si tamen absoluit, tenet absolutio, licet malefaciat, vt latius infra dicam, si autem eam iniustam inueniet gloss. in c. cum ab ecclesiarum prælat. de offic. ordin. dicit, quòd debet illum remittere ad suum excommunicatorem absoluendum, per tex. in c. ad reprimendam. de offic. ordin. tamen illa decretalis non loquitur in episcopo, sed in archiepiscopo: vnde videtur, quòd
13 episcopus † non tenetur remittere iniustè excommunicatum ad suum inferiorem excommunicatorem duplici ratione, vna, vt sit differentia inter archiepiscopum, & episcopum, vt infra latius dicam, alia, quia etiam si iustè excommunicatum absoluat, tenet absolutio: ergo multo magis non tenebitur remittere iniuste excommunicatum, si vero coram alio superiore, puta archiepiscopo, vel eius superioribus, vt dixi, moueatur quæstio de iniusta excommunicatione sui suffraganei, tunc dico, quòd debet de illa inquirere, & si inuenerit iustam esse, non debet ab illa absoluere, nisi suffraganeo requisito, & absolutionem malitiosè differente, vt in d. cap. per tuas. in §. fi. de sent. excom. aliàs si absoluet, absolutio non tenebit, vt infra latius dicam. & ita in hoc differt ab episcopo.

14 Si autem inuenerit † sententiam iniustam, licet non sit appellatum ad eum, potest pronunciare ipsam iniustam, vt not. in cap. sollicitudinem. de appell. & debet excommunicatum ad suum excommunicatorem remittere cum termini præfixione, intra quem excommunicatum absoluat, qui si noluerit, vel dif-
15 ferret absolutionem, tunc ipse † per se, vel per alium recepta prius cautione absoluet, vt in d. cap. sacro.

Sed quæro quæ cautio in hoc casu dicatur idonea: tex. in d. cap. ad reprimendam, de offic. ordin. dicit, quòd iuratoria, de quo latius dicam infra, vbi tractabimus, quod sit officium eius, qui absoluit, in principio.

Et pro complemento huius materiæ non prætermittendum esse duxi, notandum esse,
16 quòd, cum quis apud superiorem asserit † se sine citatione, vel monitione excommunicatum, & superior remittit eum ad suum excommunicatorem, vt illum, si ita est, absoluat, ad alios mittit commissionem, quòd in euentum, quòd excommunicator non absoluat, vel malitiosè differat, ipsi absoluant, & exequantur per illam clausulam: non excommunicatori, qui debet esse certus de suo facto, sed alijs cognitio demandatur, vt not. in c. ab excommunicato. de rescriptis. vbi de hoc.

Sed materiam hanc prosequendo, conse-
17 quenter quæro, vtrum episcopus † possit relaxare sententiam excommunicationis latam à subditis suis, puta ab Archidiacono, vel plebano, qui etiam de iure possunt suos subditos excommunicare, vt dixi supra de dispensatione Archidiaconorum, & aliorum inferiorum presbyterorum, & de dispensatione rectorum parrochialium ecclesiarum, & de dispensatione simplicium sacerdotum; & dico, quòd non, sine congrua satisfactione, & scientia excommunicationis, vt not. in dicto capitu. cum ab ecclesiarum. in fine. de offic. ordin.

Sed nequid intactum dimittamus, quæro,
18 quid si absoluat † inconsulto excommunicatore, vel absque vlla satisfactione, vel causæ militantis, vel iniustitiæ cognitione, an teneat talis absolutio? glo. in dicto cap. cum ab ecclesiarum. tenet, quòd sic. sed ego do text. apertum in cap. j. xxvj. quæstio. vj. vbi dicitur: presbyteri nanque potestatem excommunicandi, ac reconciliandi ab episcopis accipiunt, non episcopi à presbyteris, & ideò excommunicatos à sacerdotibus reconciliare possunt. excommunicatos verò ab episcopis sacerdotes reconciliare non possunt. reconciliatio e-
19 nim † pœnitentium episcopale officium est, & non sacerdotale: quòd autem sacerdotis officium dependeat ab episcopis, est tex. in c. in no no. xxj. dist.

Sed hic competenter quæro, nunquid idem dicen-

dicendum sit in Archiepiscopo? vt si absoluit subditum sui suffraganei in casu non concesso teneat absolutio? & respondeo, quòd sic secundum sententiam eorum, qui dixerunt, quòd ar-
21 chiepiscopus † est iudex ordinarius omnium prouincialium suorum, licet eius iurisdictio sit legata præterquam in casibus not. in c. per singulas. ix. q. iij. el secundo. & ibi bon. gloss. in verbo totius. Alij vero dicunt, quòd Archiepiscopus iurisdictionem nõ habet in subditos suffraganeorum suorum, nisi in iure expressis, & tunc secundum illorum opinionem non valeret absolutio, quorum opinionem tutiorem credo, & meliorem, quæ probatur in c. sicut veniret. de excess. prælat. Et ratio differentiæ
22 inter episcopum † & Archiepiscopum est, quia Episcopus iudex est ordinarius omnium tam laicorum, quàm clericorum sui Episcopatus, vt ix. q. j. de persona. & arg. in authen. de defens. ciuit. in princip. vbi dicitur, quòd non prohibetur ciuitati, cui Episcopus comparatur cognoscere de causis inferiorũ municipalibus magistratibus, magistratibus prætermissis, & ad hoc facit tex. in c. perlectis. xxv. distinct. & xj. q. iij. c. qui resistit. & de offi. archid. c. cum satis. & in authen. vt clerici apud proprios episcopos conueni. col. vj. secus autem est in Archiepiscopo, nam ipse non est ita ordinarius iudex in omni prouincia in genere, sicut episcopus in specie in sua diœcesi. vnde tex. & glo. in verbo ab extraneis. vj. q. iij. c. scito-
23 te. dicunt, quod archiepiscopus † est peregrinus, & extraneus iudex, & idem dicit tex. & glo. in c. peregrina. iij. q. vj. quod est verũ quo ad subditos suffraganeorum suorum, in quibus non habet iurisdictionem, nisi in certis casibus, vt prædixi: quantum vero ad ipsos suffraganeos ordinarius eorum iudex est, vt in c. pastoralis. de offic. ordi. & in c. literas. de præbendis. & in d. c. j. xxvj. q. vj.

Vt videamus, plenissimè hanc materiam, vt pollicitus fui, quia dixi supra in tertia parte huius operis de auctoritate capituli sede vacante, quòd in pluribus casibus capitulum dispensat, & absoluit, cum omnibus, & omnis dispensatio sit absolutio, vt sæpius dixi per discursum. Ideo hic non prætermitto quærere,
24 vtrum capitulum † mortuo Episcopo possit absoluere excommunicatum ab eo? Et videtur dicendum, quòd non, sed à successore, qui est expectãdus, nisi immineat periculum mortis, vt supra dixi, vbi tractaui de absolutione ab alio, quàm à suo excommunicatore, arg. xj. q. iij. Si episcopus ante. vbi expresse dicitur: si Episcopus ante damnati absolutionem obitu rapiatur, correctum, & pœnitentem successori licebit absoluere. Doct. tamen antiqui, vt fuit Hugotio tenuerunt contrarium propter
25 periculum animarum, arguendo † à potestate ligandi ad potestatem soluendi, quod fieri potest, vt latè dixi supra in illis octo regulis, in quibus tertia fuit, quòd, qui potest soluere, potest ligare, & econtra. Sed sic est, quòd
26 capitulum † sede vacante procedit contra hæreticos, & eos damnat, vt in c. ad abolendam. de hæretic. ergo si potest condemnare, multo
27 fortius & absoluere, quia iura † promptiora sunt ab absoluendum, quàm ad condemnandum: faciunt ad hoc not. in c. his, quæ pro ecclesia sancti Laurentij in Damaso de vrbe. de maior. & obedien. vbi Papa dicit, quòd vacante ecclesia Sancti Laurentij in Damaso de vrbe (quæ est apud campum flore) capellani, & clerici capellarum ad ipsam ecclesiam pertinentium obedientiam, & reuerentiam, & honorificentiam exhibeant ipsi ecclesiæ Sancti Laurentij, tamen Papa pro bono pacis sibi reseruat correctionem, & suspensionem ipsorum, per quod patet expressè hæc etiam de iure communi ad ipsum capitulum pertinere (quibus addo etiam tex. in c. cum olim, eod. titu. & ibi bonam gloss. in verbo præsentent, quæ idem tenet: & similiter faciunt notata in cap. fina. lxv. distinct. & xxiij. cap. in nomine domini. & vj. q. j. capitu. pontifices. & ad capit. si episcopus. ante supra alleg. potest responderi, quòd licet ibi dicatur, quòd successori licet absoluere, non tamen negat, quin hoc possit
28 capitulum: nam verbum, liceat, † stat ibi permissiuè, non autem iussiuè, vel exclusiuè capituli: Credo igitur, quòd necessitate, vel vtilitate exigente possit absoluere, & non solum absoluere, quod est fauorabile, vt dixi, sed etiam poterit excommunicare subditos contumaces, inobedientes, & rebelles, argum. dict. cap. his quæ pro ecclesia Sancti Laurentij.
29 Modo hic quæro: mando † vicario meo, ut excommunicet Titium nomine meo, nunquid idem Vicarius poterit ipsum absoluere sine mandato meo? videtur dicendum, quòd sic, quia excommunicatio, & absolutio pari conditione censentur, vt cui unum committitur, & reliquum. xj. distinct. capit. inferior. & de pœniten. distinct. prima, capit. verbum. & ff. de regulis iuris. l. nemo. & dominus ligandi, & soluendi parem potestatem esse voluit, vt supra dixi in principio huius tituli: sed videtur argument. in contrarium in capitulo si homo. xxvij. quæstio. prima. vbi de hoc, & in capitulo in literis. de officio delegat.

Solu-

Solutio.

Puto distinguendum fore, vtrum sit ei tan-
tum sententia delegata, & tunc si excommuni
cat, non poterit absoluere, nisi hoc in commis-
sione committatur. Aut delegatur ei aliqua cau
sa, & propter contumaciam excommunicat al
teram partium, & tunc eam absoluere poterit,
nisi esset commissa causa cum termini præfixio
ne ad expediendum, & terminus esset elapsus.
Goffre. hoc idem sentit in summa hoc eod. tit.
30 dicens, quòd si mandatur alicui cognitio † cau
sæ, poterit excommunicare, & absoluere. Si
vero iam de causa cognitum erat per superio-
rem, vel forte ratione notorij excessus excom-
municatio demãdatur; talis non absoluet, quia
partes iudicis non obtinet, quia non ei iurisdi-
ctio, sed nudum ministerium potius commit-
titur, vt in c. qm̃ Apostolica. de offi. delegat. c.
fin. præterea in hoc casu potest dici in hunc ar-
ticulum executorem, vt in cap. super quæstio-
num. §. j. eodem titu.

31 Quæro vlterius, si prælatus † superior con-
firmat sententiam excommunicationis latam
à suo inferiore, vter horum absoluet in casu ab
solutionis fiendæ. Videtur dicendum, quòd su
perior debeat absoluere, & non inferior, quia
si Papa aliquid confirmat, de hoc nullus pote-
rit cognoscere sine eius speciali mandato, vt
in c. j. & ij. de confir. vti. vel inuti. Præterea vbi
32 Papa sententiam † confirmat, perinde est, ac si
eam tulisset; quia dicit. c. si Apostolicæ. de præ-
ben. in vj. quòd omnia nostra facimus, quibus
authoritatem nostram impartimur: & idem di
cit Imperator. l. 1. §. omnibus. C. de vet. iur. e-
nucl. sed si eam tulisset, nullus præter eum pos
set absoluere, vt not. in c. venerabilem. §. sunt
enim notoria, de elect. & in c. pastoralis. §. edo-
ceri. de offi. ordi. & sic alius inferior non pote-
rit absoluere.

Sed contrarium videtur expressum in c. ex
frequentibus, de instit. in fi. vbi ille, qui excom
municauit, absoluit, licet Papa confirmauerit
excommunicationem. Præterea videtur posse
dici, quòd vbi Papa non reseruat sibi absolu-
tionem, inferior possit absoluere, per tex. in c.
nuper. de sent. excom. facit tex. in c. ex præce-
ptis. xij. di. & de fide instru. c. cum dilectus.
Dicendum est ergo, quòd qui ante confirma-
tionem poterat absoluere, poterit & post pari-
ter absoluere.

Sed contra hoc videtur gloss. in terminis, in
cap. ex frequentibus, in verbo confirmantes,
quæ dicit, quòd post confirmationem archie-
33 piscopus † non potest relaxare sententiam, nisi
illud, quod sequitur, fuisset appositum: vide-
licet, mandamus, quatenus clericos, qui ip-
sam sententiam incurrerunt, nisi condignè sa-
tisfecerint, absoluere minime præsumatis. per
quod verbum præsumatis videtur Papa conces
sisse absolutionem Archiepiscopo; & gloss. al-
legat pro se in arg. dictum. c. j. & ij. de confir-
mat. vti. vel inuti. & c. cum in distribuendis.
de tempo. ordi. & de consecra. di. ij. c. fi. ideo
credo posse distingui, vtrum excommunicatio
sit contra aliquem lata in modum constitutio-
nis, aut in modum sententiæ. Primo casu cre-
do talem excommunicatum posse absolui non
solum ab eo, qui tulit eam, vel confirmatore,
sed à quolibet ordinario incidentes in eam ab-
solui posse, quia in hoc casu tam lator ipsius,
quàm confirmator videntur ius condidisse, &
(nisi absolutionem sibi reseruauerint) viden-
tur alijs concessisse, vt in d. c. nuper. hoc eod.
titu. In secundo vero casu videtur posse distin-
gui sic, videlicet, quòd aut confirmatio senten
tiæ facta est cum causæ cognitione, aut sine, &
in forma communi, vt cum solita clausula,
quam seruat hodie cancellaria Apostolica, vi-
delicet, sicut iustè, & canonicè lata est, confir-
mamus, primo casu videlicet, cum causæ co-
gnitione potest dici, quòd solus confirmator
absoluet ab ea, arg. d. c. j. & ij. de cõfir. vtili, vel
inu. Secundo vero casu videlicet, si sine causæ
cognitione, tunc ipse idem, qui tulit, poterit
absoluere, quia talis confirmatio nil noui attu
lit, aut nouum ius tribuit, nec vetus aufert, sed
tantum confirmat, & conseruat. c. cum dilecta.
de confir. vtil. vel inuti. & in cap. ex parte. A. de
34 priuil. quia non intendit † Papa per talem con
firmationem ius alicuius minuere, vel augere,
vt in c. penul. de constit. & pro hac distinctio-
ne facit tex. in d. c. ex frequentibus. de institu.
ibi enim excommunicatio per Archiepiscopũ
fuit dupliciter lata, primo per modum senten
tiæ contra illos, qui beneficia ecclesiastica præ-
ter assensum Episcopi diœcesani, vel eius offi-
cialis scienter detinebant occupata, vnde ibi
dicit text. tam in illos, qui ecclesiastica bene-
ficia taliter occupata scienter detinent. Secun
do per modum constitutionis contra illos. s.
qui de cætero taliter occuparent; vnde subdit,
quam in eos, qui de cætero occupare præ-
sumpserint, excommunicationis sententiam
protulisti: quantum ad primos Papa dicit,
quòd illos, non absoluat Archiepiscopus,
nec eius suffraganei, nisi congruè satisfece-
rint: Per quæ verba videtur sibi retinere ab-
solutionem simpliciter, eis vero sub certa for-
ma delegare, causa enim cognita confirmat
sententiam, quantum vero ad alios, quia
de eis nihil dicit, videtur de eis absolutio-
nem permittere, vt in dict. capitulo nuper,

hoc

hoc eo.tit. sic potest distingui, vt prædictum est, vel si vis tenere primam opinionem, scilicet, quòd lator sententiæ possit ab ipsa, & post confirmationem absoluere, potest tolerari; quia mitior est, tamen non video, quid secundum hoc operetur in hoc casu confirmatio superioris, tu quoque cogita, & pondera.

Quæro etiam, si Papa salutat excommuni-
35 catum† ex certa scientia, an propterea censeatur absolutus. Videtur dicendum, quòd non, per tex.in c.cum desideres.hoc eo.tit.in fi.& c. quod in dubijs.in princ.& c.satis.quia in absolutione certa forma traditur, vt etiam infra dicam, præter quam non videtur absolutus, ideò
36 consueuit dici, quòd vbi forma† dat esse rei, sublata forma desinit esse res, vt C. de liber. l. iubemus.

Sed contra videtur facere tex. in c. cū olim essemus. in fi. de priuil.vbi dicitur, quòd qui ad osculum recipitur, non sit excommunicatus facit etiam tex.in c.cum Adrianus.lxiij.distin.vbi dicitur, quòd per salutationem fit indignationis reconciliatio. Præterea, cum Papa sit solutus legibus, vt in l.digna vox.C.de legi. videtur eo ipso, quòd Papa communicat excómunicato, etiam salutando scienter, sit absolutus: Papa enim dat authoritatem canonibus, & ab eo vigorem sumunt, & non contra, vt in c.significasti. de elect. Solutio.

Quidam dicunt, quòd non est absolutus, nisi dicat, Absoluo te: videtur tamen secūdum alios, quòd ex plenitudine potestatis sit absolu-
37 tus, dummodo Papa voluerit † ipsum per solam salutationem esse absolutum (& quòd de hoc constet) quibus magis credo. Alias, si non constaret, clarum est non esse absolutum per tex.expressum. in c.si aliquando.de senten.excom.vbi de hoc.& ibi bona glo.quam vide.

Sed quæro consequenter, si talis non sit ab-
38 solutus, an propterea Papa † communicando in salutatione excommunicato, incurrat excómunicationem? clarum enim est in iure, quòd excommunicati salutandi non sunt.xj.q.c. excōmunicatos.& xxiij.q.j.c. omnis qui. ne per salutationem excommunicato consentire videamur, vt in c. Adrianus.lxiij.dist.& idem dicit d.glo.c.si aliquādo.sed in Papa dicas, quòd non, quia vt dixi, Papa est solutus legibus, de hoc not.in c.nulli.de sent.excom.& ibi gl.& c. si aliquando.

Et quia supra dixi in præcedentibus quæstionibus, ꝙ aliquando in aliquibus casibus tunc expressis iniusta absolutio non tenet, vel etiam nulla propter defectum iurisdictionis absoluētis, nunc quæro indistinctè, vtrum absolutio
39 † impensa per habentem iurisdictionem absoluendi, iniustè tamen impensa valeat? Dicunt ferè omnes doct.quòd absolutio siue iusta, siue iniusta sit, tenet quo ad ecclesiam militantē per regulam omnes res per quascunque causas &c. Item quia iura proniora sunt ad absoluendum, quàm ad condemnandum. L. dist. c. ponderet.& not.in c.ex tertio.de proba.vbi de hoc.

Sed cōtra præmissa videtur tex.in c.ex parte. de offic.ord.vbi habetur, quòd absolutio facta ex falsa causa non tenet, & talis excommunicatus habetur pro excommunicato, saltem quo ad ecclesiam militantem.xj.q.iij.c.j.& ij. excommunicatio autem ex falsa causa tenet quęrendo de vtroque, primo quæro de ratione diuersitatis, respondetur, quòd vtrobique consulitur animæ excommunicati, quia excommu-
40 nicatio† etiam, si sit iniusta, non est contemnenda, ne ex contemptu incipiat esse iusta, vt supra dixi.xj.q.iij.§.cum ergo.in fi.& excommunicatio est medicina animæ, si non contemnatur, vt in c.notādum,xxiij.q. iij. & potius obest ei, qui iniustè excommunicat, quàm excommunicato, si non contemnit, vt in c. illud.xj. q. iij. alia quoque ratio assignari potest, quare non prosit absolutio ex falsa causa, quia fuit excommunicatus ex causa certa,& omnis res per quascunq; causas nascitur, per easdem dissoluitur, vt in dicta regula omnis res. Sed cum de illa causa nulla sit facta mentio, illa intacta remanet, & eius effectus præterea priore causa durante, ex alia causa, ex qua excommunicatus non fuit, absolui non potest, quia ab eo, quod nihil fuit, absolui non potuit: & sic talis absolutio est nulla, quia ab illa causa, pro qua fuit excommunicatus, non intendebat absoluere, & ab alia non poterat absolui, arg.c.inter corporalia. de translat. prælat. & c. cum super. de offi.deleg.contra tamen hæc omnia, quòd absolutio ex falsa causa teneat, est tex.in cap.quia circa.de consang.& affin. de secundo verò habita consideratione ad proximè dicta in præcedenti quæstione dico, quòd in ea concurrit iurisdictio, & intentio. Ideò aliud est dicere, absolutio est iniusta, & absolutio est ex falsa causa: quia in iniusta concurrit voluntas, siue intentio, & iurisdictio, in absolutione autē ex falsa causa deficit intentio.

Hic consequenter quæro de quotidiana quę-
41 stione. Tu excommunicaris † à tuo ordinario, sed notoriè iniustè, qui cognoscens iniustitiam, statim vult te absoluere, vtrum possit? Videtur dicendum, quòd non, quia præcipi-
42 tans excommunicationis† sententiam, est ipso iure per mensem suspensus, vt in cap.sacro. de sent.excom.& c.cum medicinalis. eo.tit.in vj. quomodo ergo ipse poterit excommunicatum in ecclesia reponere, cum ipse sit exclusus ab ea?

ea? Sed contra videtur, quia, vt supra sæpius vidimus iniustè excommunicatus est remittendus per superiorem ad excommunicatorem absoluendus, vt in sæpe alleg c. sacro.

Soluendo quidam dicunt, quòd à superiore debet absolui durante suspensione excommunicatoris, quia suspensus, vt dixi non potest alium conciliare, argum. c. sanctum est baptisma. de consect. dist. iiij. & intelligunt illam decretalem sacro. in §. caueant. quando admonitio præcessit, & excommunicatio alias erat iniusta: principium verò dic. decretalis vsq; ad §. caueant. intelligunt, quando admonitio non præcessit, vel dic, & fortè melius, quòd licet sit suspensus ab ingressu ecclesiæ, non propterea est excommunicatus, nec sua iurisdictione priuatus, immo ipsam retinet: vnde omnia potest, quæ ad iurisdictionem pertinent, & sic poterit absoluere. Sed de hoc latius dicam infra in secunda parte huius rubricæ de sententia interdic. & de effectu interdicti personæ.

SVMMAE.

1 *Verberans clericos non potest, nisi à Pontifice absolui.*
Fallit tamen in casibus. ibid. seq.
2 *Citatus ad locum, non totum licitè potest appellare.*
3 *Excusatio rationabilis, quæ dicatur.*
4 *Labor itineris in persona delicata ipsam à quamplu ribus excusat casibus.*
Et cui iudicium hoc spectare debet.
5 *Ecclesia nunquam claudit gremium redeuntibus.*
6 *Minores, & impuberes non dicuntur facere iniuriam.*
7 *Peccatum ibi non est, vbi non est voluntas peccandi.*
8 *Iniuria leuis, quæ dicatur.*
9 *Communio materiam discordiæ solet concitare.*
10 *Consulendum est, vbi maius est periculum.*
11 *Viuere in communi, quomodo quis dicatur.*
12 *Rigor mansuetudine, est temperandus.*
13 *Excommunicatus in articulo mortis absolutus cum promissione eundi ad Papam, & parere mandatis, an si factus fuerit sanus, neque accedat, reincidat in censuras ipso facto, vel veniat reintrudendus in pristino statu.*
Et an citandus est. num. 15.
14 *Obligatio semel extincta non reuiuiscit.*
16 *Excommunicatus iurans post absolutionem accedere ad Papam, si à iuramento appellauerit, non audiendus erit.*
17 *Verberans clericum, à quo sit absoluendus, distingue personas.*
18 *Percutiens se ipsum loquendo in regulari vsque ad sanguinis effusionem, an à suo prælato possit absolui.*
19 *Quid si fuerit valde modica sanguinis effusio.*
20 *Priores hospitaliorum presbyteri esse debent.*
21 *Moniales an ab Abbatissa absolui possint.*
Mulier, quibus casibus possit absoluere.
22 *Absens, an ab excommunicatione absolui possit.*
23 *Excommunicatus, vel delinquens, existens sub potestate, puta trium Episcoporum, à quo sit absoluendus.*
24 *Iniuria facta filio, tangit patrem.*
25 *Clericus regularis verberans clericum sæcularem, à quo sit absoluendus.*
26 *Excommunicatus propter manum illatam in clericum, an absoluatur per ingressum religionis. & num. 27.*
27 *Excommunicatus ingrediens religionem in casu promisso infra annum professionis, possit absolui à suo prælato.*
28 *Iudex competens est ille, apud quem inuenio aduersarium meum domicilium aliunde non habentem.*
29 *Consuetudo sæpe dat iurisdictionem.*
30 *Potestas ligandi, & soluendi, æqualis debet esse.*
31 *Excommunicatus ab homine, qui non recordatus ingressus est religionem, postea confessus est, à quo erit absoluendus.*
32 *Satisfactio, quam debet facere verberans religiosum, cui debeat fieri.*
33 *Actio iniuriarum, an compensat religioso.*
34 *Remissio iniuriæ illatæ in clericum, à quo sit facienda.*
35 *Pater potest agere actione iniuriarum pro iniuria in filium illata.*
36 *Iniuria facta clerico, vt facienda sit satisfactio, à quo sit æstimanda, vel à iudice sæculari, vel ecclesiastico.*

De absolutione excommunicatorum ob violentam manuum iniectionem in personas ecclesiasticas.

NVNC de absolutione excommunicatorum ob violentam manuũ iniectionem in personas ecclesiasticas, videndum est, de qua aliquid dicitur in c. ad mensam. xj. q. iij. in §. item ex authoritate Syluestri. Circa quam pro regula tenẽdum est, quòd omnes ta-
1 les† ad Papam pro absolutione mittendi sunt, vt in c. si quis suadente Diabolo. xvij. q. iiij. ibi. & nullus episcoporum illum præsumat absoluere, donec Apostolico conspectui præsentetur: hæc tamen regula fallit in xiiij. casibus, quos inferius seriatim ponam.

Primus itaque casus est in legato de latere, qui tales iure suæ legationis potest absoluere,

quod

quod intellige de legato Cardinali, vt est text. in c. ad eminentiam. de sent. excom. & c. ea noscitur. & c. quamuis. eo. tit. vbi de hoc cæteri vero Legati non Cardinales tenentur seruare, quod not. in c. penul. de offi. legati. dicit glo. in verbo legato. in d. c. ea noscitur. in d. authen. c. pen. quod incipit, excommunicatis dicitur, q; Legati, qui non mittuntur de latere d. Papæ extra prouinciam suæ legationis, sed existentes in ea, & non aliunde accedentes, sed qui sunt de ipsa prouincia, possunt absoluere. Alij verò Legati nati, qui ex priuilegio funguntur legationis officio, vt Eboracensis, Cantuariensis, Pisanus, & huiusmodi neminem possunt absoluere, nisi sibi speciali legationis priuilegio concessum sit, & idem not. in c. porrò. de priu.

Secundus casus est in articulo mortis, vt in d. c. si quis suadente, de quo dixi supra, vbi posui casus, in quibus quis potest absolui à non suo excommunicatore, dixi etiam, vbi tractaui de posito in obsidione, vel naufragio.

Tertius in hostiario principia, qui necessitate sui officij clericum læsit, non tamen grauiter, aut enormiter, quia tunc si deliberatè, & non fortuitè, ad Papam est mittendus, & inferior non absoluit, vt in c. si verò. el primo. de sent. excom.

Quartus in paupere.

Quintus in infirmo.

Sextus in sene, hi tres casus ponuntur in c. quòd de his. de sent. excom.

Sed contrarium videtur notari quo ad pauperes. in c. ea noscitur. eo. tit.

Sed solutio est, quòd in illa decretali de his. agitur de illis, q; tanta paupertate grauati sunt, & laborant, quòd ad sedem Apostolicam accedere non possunt: in illa autem decret. ea noscitur. agitur de illis, qui ire possunt, licet pauperes sint, & ita soluit ibi glo. Ber.

Septimus casus est in illo, cui non est tutus accessus ad sedem Apostolicam propter inimicitias capitales, vel alias iustas causas, vt not. in c. de cætero. de sent. excom. quinimmo cita-

2 tus † ad locum non tutum per legatum, liberè potest appellare, licet in rescripto remota sit appellatio, vt est casus in c. ex parte. de appell. vbi notatum est, quòd in omni edicto intelligitur rationabilis excusatio excepta, quæcunque præcisè scribantur, sicut in c. si quando. de rescrip. & de offic. deleg. c. ex parte.

Sed quæ dicetur in hoc casu rationabilis

3 † excusatio: doctores exemplificant in absentia Regis, vel Principis, propter quam timetur bellum, vt not. in c. non est. de voto. sed hoc exemplum non enacuat, quia etiam in priuatis personis potest causari rationabilis causa, & excusatio secundum locorum, causarum, temporum, personarum, ac diuersorum euentuum, qui præcogitari non possunt, qui tamen possunt rationabiles iudicari, pro quo allego tex. in c. sciendum est. xxix. dist. qui est tex. Isidori dicentis: sciendum est, quòd pleraque capitula ex causa, ex persona, ex loco, & ex tempore consideranda sunt, quorum modi, quia medullitùs non indagantur, in erroris laberinthum nonnulli intricando impinguntur, cum ante iudicant, quàm intelligunt, ante increpât, quàm iterando lecta perlegant.

Octauus in muliere, vt in c. mulieres. hoc eo. tit.

Nonus in his, qui sui iuris non sunt, quod tamen non est intelligendum de filijs familias, qui dum sunt in prima potestate, non dicūtur sui iuris, quia tales ad curiam mittendi sunt, nisi sint impuberes, vt infra dicam. Hoc igitur intelligitur de seruis, & hoc in duobus casibus, iuxta distinctionem cap. relatum. de sen ten. excom. Primus est, si seruus verberauit clericum in fraudem domini, vt sic extrahatur à seruitio domini. Secundus est, si dominus propter hoc graue damnū sustineret, quod est oppositum primo: & hos duos casus intellige, nisi esset causa grauis, & excessus enormis, propter quem ob scandalum euitandum, & malum exemplum tollendum, esset ad Apostolicam sedem mittendus, & hoc relinquitur iusto iudicio ordinarij moderandum. Si autem ordinario videretur absolutionem per se impendendum rationabiliter, tunc aliqua alia pœna vltra ordinariam erit iniungenda in compensationem laboris, quem in itinere sustinuisset, vt notatur in dicta decretali relatum.

Decimus casus est in his, qui magnæ poten-

4 tiæ sunt, & ita delicati, quòd laborem † ad curiam eundi nequeunt sustinere. Quorum tamen status, & negocij veritas prius est Romano Pontifici intimanda, & iussio expectanda, & secundum eius iussionem, vel consilium erunt de commisso scelere puniendi, vt in dicto c. mulieres.

Sed quæro, quis cognoscet, vel arbitrabitur, an talis laborem eundi ad Rom. cur. sustinere poterit, vel non? Respondeo, quòd episcopus arbitrabitur. arg. ff. de verb. oblig. l. continuus. §. cum ita. & si ei videbitur, quod non possit accedere, propter periculum moræ poterit ipsum absoluere, recepta prius idonea cautione, quòd parebit iussioni, vel consilio Papæ, per hoc allego tex. in arg. optimum. c. de cætero. de sent. excom. & c. sacro. & c. fi. de pœnit. & remiss. tamen dic. decretalis mulieres, dicit, quòd non possunt absolui antequàm Papa fuerit consultus, vt ibi in tex. quorum status prius, &c. sed dic prius, quàm. i. eis aliqua pœna

na imponatur, non prius quàm absoluetur, cũ
iam cognouerit discretus prælatus tales eos es
se, quòd ad Rom.curiam non possunt ire, qua
de causa non poterit eis absolutionem denega-
5 te, cũ ecclesia † nõ claudat gremiũ redeuntibus.

Vndecimus in pueris, qui si ante puberta-
tem clericum percusserint, & post possunt ab-
solui ab episcopo, vt in cap.pueris. hoc eo.tit.
quod intellige de pueris doli capacibus, vt in
6 cap.pueris.de delictis puer.alias minores † in-
iuriam facere non possunt, nec incidunt in ca-
nonem.xv.quæstio.j.cap.illud.& est ratio, quia
7 vbi non est voluntas † peccandi, ibi non est pec
catum; voluntas autem non est, nec esse po-
test in tali ætate, quæ quicquid videt, ignorat,
vt in l.j.de falsa moneta. quòd autem volun-
tas, & intentio requiratur in peccato, est tex.
in cap.j.xv.quæst.j.in §. vsque adeò. & in §.dif-
finitio.

Duodecimus in his, qui leuem iniuriam
clericis intulerunt, vt in cap.peruenit. hoc eo-
dem titu. quam decretalem antiqui docto.te-
nuerunt continere ius commune, licet Ala-
nus dixerit, quòd ius commune speciale con-
tra quem faciunt ea, quæ posui supra, vbi tra-
ctaui, in quibus casibus sententia excommu-
nicationis ipso iure tenet, ibi vide.

8 Sed etiam quæro, quæ iniuria † dicatur le-
uis, ne ambulemus in tenebris, dicas, quòd il-
la, quæ fit modica percussione, aut repulsione
pugni, vel alapæ, manus, pedis, digiti, vel e-
tiam baculi, vel lapidis, citra liuorem, vel mu-
tilationem membri, fractionem dentis, depi-
lationem capillorum enormem, & turpem,
vel effusionem sanguinis etiam enormem, vel
notabilem: quia si ex ætis, vel vnguis percus-
sione sanguis exiret, in atrocem iniuriam non
iudicatur solum factum, verum etiam facti
qualitas, & percutiendi, aut iniuriandi mo-
dus est diligentius attendendus, vt ex ipsius
facti circunstantijs, vel loci, temporis, &
personæ, quæ sit leuis, & modica, quæ gra-
uis, & enormis iniuria cognoscatur, vt su-
pra dixi. Loci quidem, vt si in plateis, &
coram magistratu, aut grauibus personis,
aut in ecclesia astante populi multitudine ad
diuina. Personæ, vt si esset persona publica,
vt iudex, dominus, aut prælatus, pater etiam,
aut patronus, vel alias in personatu, aut magi-
stratu constitutus, & ab inferiore, vel plebeio,
& humili iniuriam patiatur: per hæc enim co-
gnoscuntur, quæ faciunt grauem facere iniu-
riam. quæ autem sunt leues, & modicæ per op-
positum cognoscuntur; quæ omnia iudican-
tis arbitrio sano, & moderato committun-
tur, vt in d.c.peruenit. consilium tamen est, vt
in absolutione talium temperent se prælati, ita
vt pœna vnius pluribus sit exemplo, ne facili-
tas veniæ incentiuum tribuat delinquendi.

Tertiusdecimus casus est in omnibus regu
laribus, si se inuicem verberant, vt in c.mona-
chi. & in c. de monialibus. hoc eo. tit. hoc ta-
men intellige cum distinctione, quam ponam
infra, vbi tractabo de absolutiõe regulariũ pro
pter iniectionem manuũ excõmunicatorum.

Quartusdecimus est in omnibus in cõi vi-
uentibus, etiam si sæculares sint, vt notatur in
c.quoniam. de vita, & honest. cleric. quæ de-
cretalis loquitur generaliter de viuentibus in
communi, nec potest intelligi ex titulo, vel tex
tu, vtrum de regularibus, aut etiam de sæcu-
laribus loquatur: glo.tamen Bern.ibi eam in-
telligit de sæcularibus, vt ibi not. tamen hu-
manior, & æquior videtur sententia prima: nã
si vbi eadem est ratio, idem debet esse vis, cum
par esse causa videatur quantum ad facilitatem
incidendi in canonem in vtrisque, scilicet com
munitas vitæ: nam ex cõuersatione æquali con
temptus nascitur dignitatis, vt not.in l.obser-
uandum.ff.de offi.præsid.videtur, quòd & par
debeat esse iuris promptitudo, quantum ad
9 absolutionem. Item communio † materiam
discordiæ concitare solet.l. cum pariter.§.dul-
cissimus.ff.de leg.ij.vnde abundantius est illis
prouidendum, quia vbi maius periculum, ma
10 gis † consulendum est.l. j. §. sed & si quis. ff. de
carbo.edic.& c. vbi periculum. de elect.in vj.
Et pro hac opinione facit in argum.tex.in cap.
nullus clericorum.xvij.q.iiij. Item alia ratio-
ne, videlicet, vt hoc fauore inuitentur ad vi-
tam communem vagantes clerici.

Sed ne hæsitemus de iam dictis, quæro qui
11 dicantur viuere † in communi? prædicta decre
ta.quoniam.de vita, & honest.cler.dicit, quòd
illi, quorum bona veniunt in communi, in vna
domo vescuntur, & sub eodem tecto dormiũt,
& quiescunt. Sed præmissa intelligenda sunt
cum temperamento. Ideò sciendum est, quòd
inter hæc impedimenta quædam sunt tempo-
ralia, & mutabilia, vt in eo, qui in articulo
mortis absoluitur, & in infirmo, & paupere:
quædam verò sunt perpetua, vt sexus mulie-
bris, ætas senilis, sicut & huiusmodi.

Imprimis cum absoluuntur, debet eis tum
iniungi sub debito iuramenti, quòd præstant
iura in absolutione de parendo mandatis eccle
siæ, quòd reassumptis viribus, & impedimen-
to cessante accedent ad Papam, seu eius lega-
tum, mandatum sub talibus recepturi, vt in c.
de cætero.c.ea noscitur.c. quòd de his. & cap.
quamuis. hoc eo. tit. Et sic cessante impedi-
mento, debet cessare immunitas de non eun-
do ad Papam, saltem pro mandato recipien-
do, non dico absolutione, pro quo facit tex.in

c.quod

c.quod pro necessitate.j.q.j.& c. qui recedunt. xvj.quæst.vj. excipiuntur tamen ab hoc pueri doli capaces, quorum quamuis status mutetur, & cesset impedimentum, non tamen cessat immunitas de non eundo, quia propter de-
12 fectum ætatis, in qua incidit rigor † est mansuetudine temperandus, vt in cap. pueris. eodem titu.

In perpetuis vero, & immutabilibus impedimentis non fit huiusmodi mandatum.

Sed non prætermittam quærere, nunquid
13 impedimento cessante, si tales † non accedant ad Papam, reincidant in censuras ipso facto, an vero veniant reintrudendi? videtur dicendum, quòd reincidunt ipso iure, vt in dicto c. quod pro necessitate.j. quæst. j. & cap. qui recedunt. & cap. de his vero. xvj. quæst. vj. & C. qui bonis ced. poss. l.fin.& sic aliqui tenuerũt. Sed tu dic contrarium, quia semel absolutus semper est absolutus ab illo peccato, & excommunicatio semel deleta non redit, sicut nec o-
14 bligatio † l.qui res. §. aream. ff. de solut. & semel in abolitione missa punitio recidiuo dolore iterari nõ debet, vt in c. sic ille.xxiiij. quæst. iij. & Ambrosius in c.quantumlibet. de pœniten.dist. j. alias etat. §.c. multiplex. ea. dist. & hodie est in aliquibus libris, quòd Iesus non reuocat beneficia, immo cumulos liberalitatis amplificat. Item libertas indebitè obtenta nõ reuocatur, vt in l.j. C.si aduersus liberr. tamẽ, si nollent adimplere mandatum cessante impedimento, debent, & possunt reintrudi in ex-
15 communicationem, ipsis † tamen citatis prius ad docendum se paruisse mandatis ecclesiæ, cum specificatione in citatione, & quòd se præsentauerint Apostolico conspectui mandatum recepturi, & ita hodie seruat stylus curiæ, quãdo quis venit in censuras reintrudendus, qui non paruit mandatis ecclesiæ, argu. c. ex ratione. de appell.& ibi nor. secundum opinionem Cyn. quam refert, & sequitur Domi. Cardi. in dict. cap. ex ratione. in fin. contra opinio. Innoc. & ita seruat cur. Romana, vt dixi, &
16 adde præmissis, quòd talis non † accedens ad curiam contra proprium iuramentum non audietur appellãs, cum nullum subsit grauamen, alias si subesset, posset appellare, vt in cap. ad hæc. de appellat. Quinimmo si intruduntur, non debent absolui, donec mandato plene paruerint, & ad Romana cur. iuerint pro contemptu, & periurio puniendi, vt in c.quæstioni. de appellat.

Sed quia ex præmissis non videtur factum satis circa absolutionem regularium propter iniectionem manuũ violentarũ, vt prædiximus propensius declarando decimumtertiũ casum proximè deductum de absolutione regulariũ, qui est prolixior, & magis quotidianus. Scien-
17 dum est, quòd aut † regularis verberat regularem eiusdem claustri, aut alterius, aut clericũ sæcularem. In primo distinguendum est, quòd aut est prælatus, aut subditus. Si est prælatus, aut est exemptus, & sedi Apostolicæ immediatè subiectus, aut non est in se exemptus, sed est ordinis exempti, & habet alium prælatum exemptum, vt inferiores abbates ordinis Cisterciensis. In primo casu est absoluendus secundum distinctionem, quam ponam infra, vbi tractabo de absolutione exemptorum. In secundo casu subditus reputatur. Igitur subditus regularis verberans regularem eiusdem claustri potest per proprium Abbatem absolui, & disciplinæ supponi, cuius si disciplina, & correctio non sufficit, erit prouidentia diœcesani Episcopi, & discretio adhibenda, vt in cap.monachi. hoc eo. tit. in hoc autem hodie est abrogatum per specialia priuilegia quibuscunque religiosis claustralibus concessa, & d.c.monachi.addo tex.in c.cum illorum.& c.canonica. eo.tit. nisi forte excessus esset difficilis, & enormis, puta quia ad mutilationem membri, vel vulnus lethale processum est, aut in episcopũ, vel abbatem violenta manus iniecta, cum excessus huiusmodi nequeant sine scandalo præteriri, vt not. in illa decretali cum illorum.

18 Sed quæro, si regulares † seipsos enormiter percusserunt vsq; ad sanguinis effusionem inclusiuè, vel alias enormiter? an à suo prælato absolui possint? & ex prædictis videtur dicendum quòd non, vt dicit tex.in d.decretali cum illorum, quæ expressè dicit, nisi excessus ipsorum extiterit difficilis, & enormis, facit etiam ad hoc c.canonica. eo.tit.

Sed pro pleniori intelligentia quæro quid si
19 modica, † valdè sanguinis fuit effusio, quia leuis fuit percussio, & de facili sanguis effunditur, nunquid idem erit, ac si enormiter lesisset. hoc satis credo relinquendum esse arbitrio discreti episcopi, vel abbatis, vel alterius superioris, de quo tamen possumus dicere, vt supra dixi, quæ dicatur leuis iniuria: hoc quoque extenditur etiam ad hospitalarios, quorum
20 priores † debent esse presbyteri, vt in dicto cap. canonica. secus autem est in illis religiosis, qui non habent aliquem prælatum clericum, nisi forte haberent ex priuilegio speciali, vt à suis clericis conductitijs, & manualibus, & amouibilibus possent absolui, vel aliquibus alijs.

Item quod dictum est de prioribus, vel prælatis conuentualibus cuiuscunq; ordinis, qui non habet supra se maiorem in eodem cõuentu: secus credo de prioribus omniũ regularũ, qui pro libito sui superioris sunt amouibiles.

21 Moniales † tamen non absoluuntur ab Abbatissa, sed regulariter à diœcesanis episcopis, vel alijs secundum tenorem priuilegiorum suorum, vt supra dixi, & not. in d. c. de monialibus, poterit tamen episcopus eas absoluere virtute dicti canonis, vel ex iure, quo alias mulieres absoluit, quod intellige, si non sint exêptę.

Exempti non possunt absolui ab episcopo.

Sed quæro, quid si sint exemptæ, nunquid poterunt absolui ab episcopo, credo, quòd nó, vt supra dixi in principio huius quæstionis absolutionis regularum.

Sed quid dicemus, si longè essent ab illis,
22 qui eos possunt † absoluere? credo, quòd ab episcopo poterunt absolui, pro quo facit d. decretalis cum illorum, vt euagandi materia subtrahatur, & in c. nuper. in fi. eo. tit. vbi dicitur, verum si difficile sit ex aliqua iusta causa, quòd ad excommunicatorem accedat absoluendus, cócedimus indulgendo, &c. & hoc satis potest tolerari: tu cogita.

Et quid dicemus, si non sunt exemptæ, sed monasteria sunt in diuersis episcopatibus, vt Cremæ, quæ subest tribus Episcopis, videlicet Cremonen. Placentino, & Lauden. & delinquê
23 tes † sunt similiter diuersorum episcopatuum. Respondeo, quòd conueniat vterque episcopus, vel alter alteri deleget vices suas, vt infra proximè dicam, nisi parrochię essent distinctę, ita quòd vnaquęq; cognoscat suum prælatum, vt etiam Cremæ. In secundo vero casu scilicet cú regularis verberat regularem alterius claustri, absoluendus est per Abbatem proprium eius, qui iniuriam est perpessus, vt in d. c. cum illorum. §. si vero. cuius ratio est, quia ille videtur iniuriam passus, vt instit. de iniur. §. ij. sicut
24 dicimus, quòd iniuria † facta filio tangit patrem, videtur tamen, quòd hoc fieri non deberet per not. in c. ij. iij. q. vj. & vj. quæst. iij. c. placuit, sed non est ita in casu isto, & sufficiet, ꝗ ita cautum est, vt in c. scriptum est. vj. quæst. iij. & ff. qui, & à quibus. l. prospexit.

In tertio caso, scilicet cum regularis subdi-
25 tus verberat clericum † sæcularem, subdistingue, quòd aut leuis fuit iniuria, aut grauis: si, leuis, de qua non fiat scandalum, puto, quòd potest absolui ab episcopo, & non ab Abbate, secundum illos, qui dicunt, quòd decretalis peruenit, hoc eo. tit. continet ius commune. vt supra dixi, si autem fuit grauis iniuria, subdistingue, quia aut verberauit eum ante ingressum religionis, aut post. Si ante ingressum religionis, cum cæteris peccatis côfitebitur hoc, & vigore, siue virtute ingressus ex priuilegio Apostolico absoluetur, vt satis dixi supra, de dispensatione per ingressum religionis: Dicit tamen Tarantasien. quòd in prima compilatione habebatur decretalis Alexádri, quam nunc, non habemus, & incipiebat consuluit, quòd
26 tales † per ingressum religionis non poterant absolui, sed eorum absolutio erat reseruata soli Papæ, quam decretalem Innoc. iij. in fauorem religionis, & vt vagandi materia subtraheretur reuocauit indulgendo prælatis absolutionem ipsorum, nisi excessus sit difficilis, vt satis supra dixi.

Si autem post ingressum verberauit clericum sæcularem, non nisi per sedem Apostolicam absolui poterit, vt scandalum euitetur, vt in dict. c. cum illorum. §. si vero claustralis. vet si. quid si clericum.

Sed hoc obijci posset, quòd hic datur materia vagandi contra id, quod supra diximus: quare ergo non absoluit in hoc casu Abbas, sicut absoluit illum, qui ante monachatum deliquit.

Solutio est, vt ibi, videlicet propter scandalum, quia maius est scandalum de claustrali, si inijciat manus violentas in clericum, quá de sæculari.

Sed illud diligenter attende, quòd omnia, & quæcunque dixi de regulare verberáte alium regularem, vel clericum sæcularem, vera sunt de his, qui non sunt in scholis, quia si sunt scholastici, credo, quòd gaudeant priuilegio scholasticorum, vt scilicet absoluantur ab episcopo loci, si leuis sit iniuria, vel si super talibus episcopus studij habet specialem indulgentiam, vt Paduæ & Bononiæ, vt audiui: Excipio tamen illos regulares, qui in locis studiorum habent suos conuentus, vt fratres prędicatores, & minores, heremitarum, seruorum, Carmelitarum, & humiliatorum Paduę: In his enim idem puto dicendum, quod in superioribus casibus est distinctum.

Circa primum autem casum quæritur, an si
27 aliquis veniens † ad monasterium confitetur se esse excommunicatum ob iniectionem manuum violentarum, vel aliam causam possit recipi? Credo probabiliter esse dicendum, quòd si sit excommunicatus publicè, non debet admitti. Si vero ignoranter fuit admissus, & receptus, tenet receptio, & tunc procedatur ad absolutionem, vt supra dictum est: Ratio autem primi est, quia excommunicato non debemus participare.

Sed continuando ad proximè dicta quæro, nunquid tempore probationis nouitij poterit
28 suus prelatus † eum absoluere? videtur dicédú, ꝗ non, quia adhuc non est filius suus, vel subditus ante professionem tacitam, vel expressam, maximè si fuerit protestatus, vt liceat sibi, si voluerit, ad sæculum remeare.

Præterea potest concedi, quòd quis intrauerit,

rit, vt absolueretur, quo obtento recederet in elusionem sententiæ excõmunicationis, quod cederet in periculum animarum. Solutio.

Quidam dicũt indistinctè, quòd possit eum prælatus absoluere, si nõ redierit ad sæculum, vel si in ordine remanserit, alias ipso recedente redeat excommunicatio. Sed hoc non placet Ray. in sua summa hic, sed dicit, ꝙ licet forte de stricto iure dici posset, ꝙ non potest absolui ante professionem, credit tamen, ꝙ si nõ possit redire ad sæculum, possit eum absoluere: quia iam astrictus est religioni, saltem in genere: sortitur enim forum ratione dubij hic, vbi inuenitur de prælati iurisdictione censetur, sicut &

28 vagabundus, qui certum domicilium † non habet, dicitur habere illum in iudicem, apud quẽ inuenitur. l. hæres absens. ff. de iudi.

Præterea, quia non potest recipi ad professionem à scientibus ipsum excommunicatum, consulendum tamẽ illi est ad cautelam, vt post professionem faciat se iterum absolui ad cautelam ad omnem hæsitationem tollendã, & hæc maximè vera sunt, vbi de consuetudine obrentum esset ita in religionibus sciente Papa, &

29 non contradicente: nam sæpe consuetudo † dat iurisdictionem. ix. q. iij. c. conquestus. & Ray. dicit, ꝙ etiam nouitius, qui protestatur de reuertendo ad sæculum, si voluerit, possit à prælato absolui, cum pariter posset, si delinqueret, ab eo excommunicari: quare ergo & non ab-

30 solui? cum & ligandi † & soluendi par esse debeat potestas: vt supra dixi in discursu, debet tamen prælatus à tali iuramentum recipere, ꝙ si reuertatur ad sæculum, præsentabit se Papæ, vel legato eius, vt etiam supra dixi de eo, qui absoluitur propter periculum mortis.

Sed quia s̃. diximus de eo, qui erat excõmunicatus à iure: non prætermittam quærere de vtili, subtili, & quotidiana quæstione, superius dixi de eo qui erat excõmunicatus à iure: pone

31 ꝙ fuit excõicatus † ab homine: & hoc celauit, vel nõ animaduertit, seu recordatur, & postea ingreditur religionem: hoc confitetur: quis poterit eum absoluere? Aliqui dixerunt, ꝙ talis sit ad suum excommunicatorem de iure mittẽdus. Ego credo per tex. in c. nuper. in fi. hoc eo. tit. posse dici si difficile sit ex aliqua causa, ꝙ ad ipsum excõmunicatorem absoluẽdus accedat, ꝙ data cautione iuxta formam ecclesiæ, ꝙ suo excõmunicatori & eius mãdatis parebit, possit à proprio epõ absolui, vel etiam proprio sacerdote parrochiali: quia si hoc sæcularibus cõcessum est cum c. illud indistinctè loquatur, multofortius in religioso videtur licere, de quo præsumendum est, ꝙ verius pœniteat, & veracirer promittat satisfacere. Verum tamen est, ꝙ illud c. loquitur in eo, qui ex participatione excõmunicati in crimine fuerat excõmunicatus, tamen idem puto, vt supra fauore religionis.

Quia s̃. dixi absoluendum teneri ad iuramẽtum de parendo mandatis iudicis excõmunicatoris. Item ad satisfaciendum pro iniectione

32 manuum violentarum, quæro, cui † debeat fieri? Respondeo distinguẽdo, ꝙ si læsus est clericus sæcularis, eidem fieri debet satisfactio, si autem clericus decedat, compositio emendæ solui debet suo episcopo, vt medietatem ecclesiæ, cui præfuit, tribuat, & alterã in eius ecclesiam iustè distribuat, vt in c. j. de pœnit. si autẽ iniuria facta sit claustrali, quoniam tales proprium non habent, fiat satisfactio monasterio, & ꝙ dicunt iura, vt læso satisfiat, non obstat, quia si datur monasterio, satis datur læso, & cõtra, vt in c. cum ad monasterium. de stat. mona.

33 Sed quæro nunquid religioso † competat actio iniuriarum? dic ꝙ non, sed monasterio, & aget syndicus monasterij, sicut actio iniuriarum competit domino, si iniuria fiat seruo, & aget dominus, & non seruus, vt instit. de iniur. §. seruus autem.

34 Quæro etiam de remissione, per † quem fiat, tene, ꝙ cui faciẽda est satisfactio, ab eodem potest fieri remissio, ergo, si monachus remittit iniuriam, nihil agit, quin monasterium agere

35 possit, sic licet filius † possit remittere iniuriã sibi factam, pater nihilominus agere potest iniuriarum, vt. ff. de iniur. l. j. §. vsque. monasterium autem iniuriam factam monacho remittere potest: sed secus in ecclesia sæculari, quæ non potest remittere iniuriam illatam clerico suo, arg. c. quisquis. xvij. q. iiij.

36 Nec prætermittendum est quærere † à quo æstimabitur hæc iniuria. Aliqui dixerunt à iudice percussoris, pro quibus est text. instit. de iniur. §. sed postea, & sic interdum à iudice sæculari. Alij dicunt, quòd ratione accessorij æstimabitur à iudice ecclesiastico ad similitudinem eius, quod dicimus de dote in cap. propo suit. de coniug. seruorum. in fin. & in c. j. ij. & iij. de dote post diuort. restit. sed hoc intellige, cum querela excõmunicationis defertur ad iudicẽ ecclesiasticum: tunc ab ipso æstimabitur iniuria, quia aliter non absoluetur, nisi prius fuerit iuramento de parendo satisfactum, vt in c. parrochianos. & c. ea noscitur. hoc eo titu. si vero clericus vult simpliciter conqueri de iniuria sibi irrogata, satis videtur, quòd debeat sequi forum rei. Tamen Papa quotidie dat literas clerico contra laicos, vt not. in d. cap. parrochianos.

SVMMAE.

1 *Excommunicatus potest iterum excommunicari.*

2 *Et an absoluendus sit à pluribus & pluribus de cau* *sis,*

LL 2

sis, vel ab vnico vnica de causa.
3 *Absolutio ab vna excommunicatione non debet pro parte valere, & pro parte non.*
4 *Interpretatio est facienda vt actus potius valeat, quàm pereat maxime in fauorabilibus.*
5 *Absolutio ab excommunicatione, an valeat non expressis omnibus casibus propter quas fuit excommunicatus.*
6 *Quot sunt accusationes tot esse debēt absolutiones. Sic quot denunciationès noui operis tot remissiones.*
7 *Habens rem cum moniali tria peccata committit. Et an vnica absolutione tollantur.*
8 *Acceptilatio vnica tollit plures obligationes.*
9 *Par in parem non habet imperium.*
10 *Absolutus in parte, & in parte non, an dicatur in parte absolutus, & in parte excommunicatus.*

De absolutione pluries, & à pluribus excommunicationibus.

1 IVRE cautum est, quòd excommu
nicatus potest iterum excommuni
cari, vt in c. Engeltrudam. iij. q.
iiij. & in c. excellentissimus. xj. q.
iij. & bo. glo. in d. c. Engeltrudam. Quæro cir-
2 ca absolutionem † eius, qui pluries, vel à pluri-
bus, vel ex pluribus causis, ab vno fuit excom-
municatus quomodo absoluetur? puto esse di
stinguendum. Aut enim fuit ab vno excommu
nicatus, & semel pro pluribus culpis, aut ab
vno pluries propter eandem causam, aut ab
vno pluries propter plures causas: aut à pluri-
bus semel, & simul propter vnam causam, aut
à pluribus pluries propter vnam causam, aut
à pluribus pluries propter plures causas.

In primo casu. s. cum fuit excommunicatus
ab vno semel propter plures causas, tunc distin
guo iterum, quia aut absolutus ab ipso excom-
municatore, aut à successore eius, aut ab ali-
quó superiore, qui cognouit de excommunica
tione per appellationem, vel querelam: si ab ip
so excommunicatore, credo vnica absolutione
excommunicationem esse sublatam, licet non
petat absolutionem, nisi pro vna causa: Et est
ratio, quia vna absolutio est sufficiēs vnam tol-
lere excommunicationem, non obstante, si di-
cat, qui absoluit, non debere valere absolutio-
nem, quia cum esset excommunicatus pro plu-
ribus causis vnam tantum expressit: ipse enim
debuit esse certus de facto suo, & scire, ꝙ pro
pluribus causis excommunicauerat eum, vnde
sibi imputet, si simpliciter absoluit; pro q̄bus
alleg. not. in c. ab excommunicato. de rescript.
nisi forte diceret, ꝙ eum absoluit quantum ad
aliquas causas, & quantum ad alias non: quia
3 absolutio † ab vna excommunicatione, cum sit
res simplicissima, non recipit sectionem, vel di
uisionem, vt pro parte valeat, & pro parte non;
4 res enim interpretanda est † potius valeat, quā
pereat, & maxime in fauorabili, vt est absolu-
tio, vt in c. inter hæc. de fid. instru. & c. abbate.
de verbo. signi. & in l. quotiens. ff. de reb. dub. si
vero à successore excommunicatoris absolui-
tur, vel à superiore, non credo, ꝙ valeat abso-
5 lutio, † nisi omnes causas expresserit, propter
quas fuerat excōmunicatus. vt in c. pro causa.
hoc eo. tit. alienum enim factum bene licuit eis
ignorare, si tamen scirent omnes causas, licet
eas non exprimant, & absoluerint eos. credo,
quia scienter faciunt: quòd tunc videntur ab-
soluere ab excommunicatione propter omnes
causas, vt infra dicam: Tancredus tamen di-
cit, quòd licet pro pluribus causis vna tantum
sententia quis sit innodatus, dum tamen ali-
quam earum expressit in absolutione, absolu-
tus est, arg. de consecr. dist. iiij. c. tunc valde. &
ad illam decretalem cum pro causa. vbi dicitur
ipsum tanquam excommunicatum satisfacere
ecclesiæ suæ pro altera monitione præmissa re
spondebat, illud tanquam esse similitudinariū,
& non veritatis expressiuum, cuius opinio nō
placuit doctoribus: vnde dicunt illud tanquā
esse veritatis expressiuum, nec valere absolutio
nem, nisi pro illa causa, quæ fuit expressa, &
tunc etiam absolutio non prodest. sed est in su-
spēso, cum adhuc sit ligatus pro alia causa, sed
tunc demum valebit, cum pro alia causa fuerit
absolutus, sicut si vnus de vno peccato pœnitē
tiam agat, & non de alio: talis enim pœnitentia
nō prodest quo ad vitam æternam, nisi cum de
altero crimine pœnitentiam egerit, vt in c. fin.
§. fi. in fi. de pœnit. dist. iij. posset tamen opinio
Tācredi secundum Goffr. procedere cum igno
rantia, vel negligentia causa non exprimitur;
arg. super literis. de rescript. secus autem, cum
causa fraudulenter occultatur, vt in c. ex par-
te. de offic. ordi.

In secundo vero casu, quando quis est excō-
municatus ab vno pluries propter eandem cau
sam, credo, ꝙ si absoluitur à suo excommunica
tore vna absolutio tollit omnes excommunica
tiones etiam si non facit mentionem de omni-
bus excommunicationibus: nam, sicut dixi in
præcedenti quæstione excommunicator debet
esse certus de facto suo, quod verum est, nisi
specialiter dictum sit in contrarium, videlicet,
ꝙ non nisi ab vna excommunicatione absolua
tur, & nō ab alijs. Tutius tamen est excōmuni-
cato, vt etiam suo excōmunicatori mētionem
faciat de omnibus, & in instrumento absolutio
nis extendantur, & sic seruat curia, quæ semper
exprimit causam, quare quis excommunica-
tur, & similiter in instrumēto absolutionis ex-

primitur

primitur à qua excõmunicatione absoluitur, exprimendo etiam nomen aduersarij, ad cuius instantiam fuerat excommunicatus: Si autem absoluitur à successore excommunicatoris, vel à superiore: tunc etiam distinguo, quia aut sue sunt sibi cognitæ omnes excommunicationes, & earum causæ, nisi contrarium dictum sit, si non fuerunt expressæ, non tollitur, nisi quod expressum est, vt in d.c. ex parte. de offic. ordi. vbi dicitur, q veritatem supprimenti absolutio subrepta non prodest, quod intellige quantum ad hoc, quod suppressum est: tot enim debent esse absolutiones, quot sunt excommuni-
6 cationes, sicut quot sunt † accusationes, tot & absolutiones. ij.q.iij. §. notandum, versi. sed si plura. & de pœnit. distinct.v. cap. j. vbi dicitur, quòd de omnibus erit indulgentia petenda, sic & in denũciatione noui operis quot fuerunt denunciationes, tot debent esse remissiones. ff. de no. ope.nuncia.l. de pupillo.§. si ex pluribus. & arg.ad idem in l.qui cum.§.j.ff.de transact. tamen glo.in d.c. Engeltrudam.iij.q. iiij.non distinguendo aliter simpliciter trãsit, quòd una tollitur absolutione, quod intelligan, cum quis pro eodem peccato incurrit diuersas cẽsuras ratione qualitatis ipsius peccati, pu-
7 ta in habente rem cum † moniali, qui dicitur committere tria peccata qualificata, videlicet incestum, adulterium, & sacrilegium, vt dicit glo. in c. virginibus sacris.xxvij.q.j.quæ omnia vnica absolutione tolluntur, vt ibi, & d. l. qui cum. intelligo, nisi forte ipse successor, qui absoluit, vel etiam superior sciebat omnes excõmunicationes, vt prædixi, vt in l.j. ff. de actio. empt.& xxiij.di.c.si inimicus,& in c.si aliquãdo.hoc eo. tit. & idẽ credo, si absoluat sub hac forma, videlicet Absoluo te ab omnibus excõmunicationibus istis, quas confessus es, & ab omnibus alijs, de quibus nõ recordaris, si quæ forte sint: & hoc intelligo verum in foro pœnitentiali, secus in contentioso.

In tertio casu. s. quando excommunicatus est ab vno pluries propter plures causas, dico, quòd si petit absolui ab ipso excommunicatore, & ille simpliciter absoluit, intelligitur absoluisse cum ab omnibus excommunicationibus: quia potens est vna absolutio multas tollere excõmunicationes, sicut vna acceptilatio
8 † tollit multas obligationes.l. pluribus. ff. de acceptil. Et idem dico, si absoluitur à successore sciente pluralitatem causarum, & excommunicationum, alias ab illis tantum esset absolutus, de quibus expressit. Cum vero absoluitur à superiore distinguo, quia aut ipsum adiuit per viam querelæ de omnibus excommunicationibus, aut de aliquibus. Si de omnibus etiam ille simpliciter absoluit, ab omnibus intelligitur absoluisse, si vero ab aliquibus, de illis tantum.

In quarto casu. s. quando quis est excommunicatus à pluribus semel propter vnã causam, absolutio vnius non tollit excommunicatio-
9 nes aliorum, quia par † in parem non habet imperium, vt in c.innotuit.de elect. xxj.di.c.inferior: liberatur, ergo ab excommunicatione illius, qui absoluit, quantum vero ad excommunicationes aliorum remanet ligatus, sed hoc fallit in duobus casibus, vnus, cum aliquis excommunicat, & ad petitionem illius alij absolutionem confirmant, nam tunc sufficit absolutio illius, qui principaliter excõmunicauit, arg.c.j.de treug. & pace. Alius est, si alij excõicatores delegarent vices suas, & hanc exceptionem repeto in duobus articulis qui sequũtur.

In quinto casu, s. quando excommunicatus est à pluribus pluries propter vnam, eandemq; causam. Idem dico, quod in quarto, quia per absolutionem vnius, non liberatur ab excommunicatione aliorum, sed tantum illius, qui absoluit hoc addito, quòd per vnam absolutionem liberatur ab omnibus excommunicationibus eius, si ab ipso absoluitur, si autem à successore, vel superiore, dic, vt dixi s.i ij. casu.

In sexto casu. s. quando excommunicatur à pluribus, & pluries, & propter plures causas, dico idem, quod in quinto: fallit tamen in illis duob. casibus, quos s. posui in quarto casu.

Sed signatur contrariũ ad hæc, quæ dixi in quarto, quinto, & sexto casu. s. q vnius absolutio teneat quantũ ad eius excõicationẽ, vt in d. c. officij. hoc eo. ti. vbi quæstioni factæ supra eo q pp plures excessus à pluribus est excõicatus? Respõdetur, q supprimenti veritatẽ absolutio subreptitia non prodest, & veritatẽ intelligens absolutionẽ huiusmodi exhibere nõ debet, & si absoluit, nihil facit; sed expone nõ prodest quãtum ad salutẽ, vt in c. qd quidã. de penis: pdest tñ quantũ ad mitius suppliciũ: vt de pœnit.di. iiij.c.si quis aũt. cũ.§. sequenti in fi.dic. dist.vel dic, nõ pdest quantũ ad ingressum ecclesiæ, quia p alijs remanet obligatus: itẽ expone illud, qd dicit, nõ debet, verũ est, si tñ fiat, tenet quoad illa tñ, vel nõ debet cũ effectus. s. vt eũ denũciet absolutũ, donec ab alio, vel ab alijs fuerit absolutus, vel non dẽt simpliciter, & si nõ caueat, q absoluat ab alia, facta tñ denũciatione, vt interi ei nõ excõicet, donec ab alio fuerit absolutus.

Sed quæro in his casibus, cum ab vna sen-
10 tentia † absoluitur, & ab alia non, nunquid dicetur talis partim absolutus, partim excommunicatus? Respondeo, q in qualibet absoluitur, sed in vltima est absolutus. illa. n. vltima absolutio confirmat præcedentes, & clarificat effectus earum, sicut de eo dicemus, qui de vno peccato confitetur, & eum pœnitet, non de

 alio,

alio, quia tunc erit fructuosa pœnitentia, cum de alio eum pœnitebit, vt de pœnit. dist. iij. c. si. §. si. arg. ff. de seruit. rustic. prædi. l. per fundum. & ff. communia prædi. l. est receptum. hæc Tarantasiensis.

S V M M Æ.

1 *Absolutio ab excommunicatione, an possit delegari, quando ex officio alicui competit.*

2 *Quid si quis ex priuilegio possit absoluere.*

3 *Episcopus ad sacerdos dans potestatem absoluendi ab excommunicatione quacunque ab eo facta in sua diœcesi, an intelligatur etiam ab ea excommunicationeque verisimiliter non concessisset absque speciali mandato.*

4 *Delegatus non potest delegare causam absolutionis ab excommunicatione.*

Fallit tamen vt ibi.

5 *Exempti à quibus possint absolui ab eorum excommunicatione.*

6 *Absoluere non potest qui non potest ligare.*

7 *Par in parem non habet imperium.*

8 *Vbi honor ibi onus esse debet.*

9 *Absoluentis ab excommunicatione quale sit officium, & quæ considerare debeat.*

10 *Excommunicatus ob contumaciam, si vult absolui, quam cautionem præstare teneatur.*

11 *Quid si pro offensa fuerit excommunicatus.*

12 *Cautio sufficiens qualis dicatur.*

13 *Excommunicatus qui non potest absolui absque sufficienti cautione, vel tenenda si non posset illas præstare quid esset dicendum.*

14 *Quid fecit quod potuit, legem adimpleuit.*

15 *Excommunicatus qui non potest absolui absque satisfactione, quid si promisisset, sed dubitaretur quòd non satisfaciet post absolutionem, an sit absoluendus.*

16 *Absolutio ab excommunicatione, quæ indigebat cautione, & tamē sine facta est, nūquid ualeat. Et quomodo creditori consuletur.*

17 *Excōmunicatio iniusta apud quē debeat querelari.*

De delegatione absolutionis.

SED quia supra dixi, quòd ex delegatione aliorum excommunicatorum potest ab vno excommunicantium impendi absolutio, nō prætermitto quærere delegatione absolutionis. Circa quod quæsitum, duæ regulæ sunt notandæ. Vna est, quòd cuicunque ex
1 officio competit absolutio † excommunicatorum, potest hoc alij, cum expedierit, delegare, vt in c. fi. de offi. ordi. qui autem illi sint, quibus ex officio competit, satis dixi supra, vbi tractaui de hoc.

Sed quæro, quid si alicui ex priuilegio conceditur excommunicatorum absolutio? vt in archidiacono Bononiensi, qui ex priuilegio
2 † absoluit excommunicatos in studio Bononiensi commorantes ibi delinquentes, vt vidi dum ibi studerem: videtur enim quòd talis cōmittere non possit, vt in c. fin. de offi. delega. Hanc. q. ibi glo. Bernard. dimisit insolutam, videtur tamen posse distingui, vtrum concessio sit concessa loco, vel personæ: vt in primo casu possit, in secundo non, arg. c. quoniam Abbas. de offi. deleg.

Et circa hanc materiam. s. delegationem absolutionis quæritur, quid si episcopus, vel sa-
3 cerdos det † mihi licentiā absoluēdi de omnibus excommunicationibus, quas tulit in sua diœcesi, vel parrochia, nunquid ex hac generali commissione potero absoluere excommunicatum ab eo, cuius absolutionem non commisisset verisimiliter, nisi in speciali? quia puta excōicatus erat propter damnum illatū sibi.

Respondeo, quòd si intellexit dare licentiā de omnibus, & de hoc constet, credo, quòd possit eum absoluere, in dubio etiam præsumitur ipsum intellexisse de omnibus, cum, qui omnia dicit, nihil excludat, tamen si poterit satisfacere de damno, non debeo eum absoluere, nisi præuia satisfactione per se, vel per aliā personam, si ipsum suspectum habeo, ꝙ post absolutionem non satisfaciet.

Secundo dicas: pro regula est, quòd nullus,
4 cui ex delegatione † commissum est excommunicatos absoluere, potest hoc alteri demandare, quia non iurisdictio, sed nudum ministerium potius committitur: Excipiuntur tamē legati sedis Apostolicæ, vt in c. quoniam Apostolica. §. fi. de offi. deleg. cum similibus. Et nota, quòd curia Rom. absolutionem sententiæ delegatorum nunquam delegat sine clausula de sufficienti cautione præstanda de parendo mandatis ecclesiæ. iux. c. ad hæc. hoc eo. tit.

5 Quæro successiuè de exēptis, quis eos † absoluere possit. Potest distingui, quia aut agitur de ipsis prælatis exemptis, aut de eorum subditis: si de subditis, credo, quòd eandem iurisdictionem prælati habeant in eos, quam episcopi habent in suos subditos ratione ordinariæ potestatis. Alias, si ad Papam ire semper tenerentur, cum subditi Episcoporum non teneantur regulariter, nisi in casibus expressis, priuilegium eis esset damnosum, quod esse nō debet: quia, quod fauore alicuius conceditur, non debet in eius odium retorqueri. ff. de legi. & const. l. quod fauore. vide, credo, ꝙ non solū prælati ipsi possunt eos absoluere ab excommunicationibus, sed etiā ab irregularitatibus, in quibus licet episcopis, vel abbatibus, vel quibus-

buslibet alijs,exceptis illis, quæ solo Ro. Pontifici sunt reseruata,dispensare, nisi forte plus; vel minus indulserit authoritas eximẽtis, quia ex priuilegiorum tenore poterit apparere. Si autem de ipsis prælatis exemptis agitur: considerandi sunt tres casus, quorũ duo sunt clari, tertius vero obscurus,videlicet. Aut quæritur de his, quæ in foro pœnitentiali aguntur. Aut de his,de quibus licet soli Papę absoluere, Aut de his,in quibus episcopi possunt alias absoluere suos subditos. In primo casu dico,ꝙ possunt etiam præter superioris sui licentiam prouidũ sibi, & discretum eligere cõfessorem, quod nõ solum minoribus prælatis exemptis permittitur, sed etiam episcopis, & alijs superioribus, vt in c.fi.de pœnit.& remiss.Ille autem confessor habebit authoritatem dic.canonis in his, q̃ concernunt consilium animæ super ipsos plenariam potestatem.

In secundo nulli dubium est, ꝙ nõ poterunt ab alijs quàm à summo Pontifice, vel de eius speciali mandato absolui, vel ab irregularitatibus liberari.

In tertio vero casu non audeo loqui, sed palpitando incedo.

Si enim dixero,ꝙ à solo Papa possint absolui:deterioris conditionis erũt exempti, quàm non exempti, sicq; fauor priuilegij non erit fauor,sed pauor,& detrimentum:si autem dixero,ꝙ ab alio, quàm à Papa possit absolui, nõ video,à quo.Nam ille aut erit inferior isto,& tũc
6 non potest eum † nec soluere,nec ligare,vt xxj. di.c.inferior. & dixi supra in illis octo regulis. Item quia regulare est,ꝙ,qui non potest excõicare, non potest soluere, vt ibi ẽt dixi: duo.n. ista pari passu ambulant,vt in c.verbum.de pœnit.di.j.Aut erit par, & tunc similiter non po-
6 terit,quia par † in parem,&c.c. Innotuit.de elec.l.nam par.ff.de arbit. Aut erit superior, sed non est simpliciter superior inquirẽdus, hic autem cum exemptus sit à Papa, non habet superiorem,nisi Papam:Nullus ergo alius potest in eum boni quidquam aut mali.

Ex hac inductione videtur posse dici, ꝙ ad solũ Papã debẽt in præmissis casibus recurrere.

Sed dicas,ꝙ iã eis erit dãnosum priuilegiũ, quod concedo in præsenti casu,nec mirum, nã & in alijs casibus est eis exẽptio damnosa: nam episcopi, & abbates exempti à Papa necesse habent petere confirmationẽ, & cõsecrationem, quod non faciunt alij non exẽpti, sed à suis proxime superiorib. episcopis, vel archiepiscopis, vel patriarchis, aut primatibus,& ita & in mora,& periculo vacantis ecclesiæ:& sic in hoc dãnificantur ex priuilegijs: nõ est ergo mirũ, si & in hoc grauantur.Præterea nõ est inconueniẽs,
8 vbi est honot, † vt sit etiã onus: Non enim est honor sub cœlo, quin & onus ei annexũ sit. Si ergo gaudent, & gloriantur in eorũ exemptionibus, non turbentur in aliquanto onere: ꝙ, si nec similitudinis inductionem, nec præmissæ congruentiæ suscipis rationem audi necessariã solutionem,onus enim illud ex impossibilitate iuris accidit,vt probaui: videant igitur prælati exempti, quid vsque nunc,& à quibus consiliũ habuerunt:puto enim,ꝙ multa multo ex prædictis casibus incurrerent.

Consequenter,& bene congruẽ quæro,quid sit officium eius,qui absoluit ab excommunicatione,& quæ debeat considerare,dicas, ꝙ offi-
9 cium † eius est prius recipere iuramentum ab excommunicato de parendo mãdatis ecclesiæ, vt in c.ex tenore.& c.ea noscitur. hoc eo. ti. & c. ad hæc, el secundo, de appell. & c. sequenti, vt dicam infra, dum dicam qualis debeat esse forma iuramenti.

Secundo debet considerare, vtrum sit excõmunicatus pro contumacia,videlicet,quia nõlebat venire ad iudicium, & stare iuri, aut pro
10 offensa: si pro contumacia; tunc † non debet absolui,nisi præstita sufficienti cautione,ꝙ parebit iuri,vt in d. c. ad hæc. de appell. & c. qua fronte. sicut cum restituitur possessio,vt in c.j. de sequestra. pos. Alias videretur fieri iniuria aduersario, & idem est in excommunicato pro crimine manifesto,vt statim dicam, sed in alijs excommunicationibus sufficit iuratoria.

11 Si autem pro offensa† est excõicatus,aut offensa est manifesta per sententiam, vel facti euidentiã, ita quòd non sit locus inficiationi, aut est dubia, in primo casu debet ante absolutionẽ præstari sufficiens emenda læso, in secundo vero sufficit ad relaxandam sententiam, quòd præbeatur competens satisfactio, seu cautio parendi mandato, pro quibus allego text. in c. ex parte, de verb.signifi. vbi no. ꝙ cum quis est excõicatus pro iniectione manuũ in clericum, sola iuratoria cautio sufficit, & hoc idem notatur in c.ex tenore.hoc eod.ti. & c.cum desideres.cum pro cõtumacia, vel crimine manifesto sufficiens debeat dari cautio,vt in d.c.ex parte. & d.c.ad hęc.de sent.excõ.Est autem sufficiens
12 † cautio, si pignora, vel fideiussores dentur.l. si mandato.§. fi.ff. mandati.

13 Sed quid si non potest pręstare † emendam, paratus est tamẽ præstare cautionem, vel quid si nec cautionem præstare potest? Respondeo in primo casu videtur, ꝙ debeat absolui recepta idonea cautione,vt in l.iij.§.j. ff. de re iudi. facit tex. in c.pessimam.xxiij.q.ij.ibi,nec absoluatur, nisi damno cuius intulit secundum suã facultatem resarcito: in secundo vero casu potest idem dici, nam sufficere videtur, quòd fa-
14 cit, † quod potest, vt in c. si res, xxiij.q. vj. & in

in Authen. generaliter.C.de ſacroſanctis eccleſijs: arg.tamen contra, quòd talis caſus cũ non excuſat in c. ſuper eo.de rapto.nam quandoque quis non abſoluitur propter delictum ſuum,licet velit cautionem præſtare, vt in cap. quj iubente,xj.q.iij.

15 Sed pone,quòd aliquis eſt ſuſpectus,†quòd non ſatisfaciet poſt abſolutionem,nunquid abſoluetur hac conditione,ſi ſatisfecerit?Garſi.tenuit, quòd ſine conditione abſoluendus eſt, & ꝙ nunquam ſub conditione facta eſt abſolutio ſub futuro tempore, aut futuri euentus : quia taliter abſolutus, non eſſet ſimpliciter abſolutus,nec deberet ſe ingerere communioni fidelium, cum huiuſmodi abſolutio dependeat à futuro euentu.

16 Item pone, quòd aliquis iudex, qui † poterat abſoluere, abſoluit eum, qui mihi tenetur ad emendam ſine cautione,nunquid valeat abſolutio, & qualiter mihi conſuletur? Reſpondeo,abſolutio valet: tenebitur tamen iudex mihi ſatisfacere, vel illum in cenſuras reintrudere,vt in c.ad reprimendam. de offi. ordi.mandatum etiam per iuramentum facere debet ei, qui abſoluitur ſiue pro contumacia, ſiue pro offenſa ſecundum diſtinctionem, quam infra faciam, videlicet an excommunicatio fuerit iuſta,vel iniuſta, vt in c.literis.de reſti.ſpoli.circa finem,& ſi fuerit iniuſta, nihil præcipiet ei per iuramentum, ſi autem fuerit iuſta, tunc præcipiet ei ſecundum diſtinctionem, vt prædixi, & idem faciendum eſt, cum quis apud ſuperiorẽ proponit de iniuſta excommunicatione per viam querelæ, vt ſupra dixi per c.ſacro.hoc eo. ti.& c.ad reprimen dam. de offi.ordi.

17 Sed quæro, apud quem †fiet hæc querela de iniuſta excommunicatione? Si enim agitur de ipſa per viam appellationis, vel querelæ coram ſuperiore, idem requiret: ſi vero inter excommunicatorem, & excommunicatum,tunc debet inquiri per arbitros per partes eligendos, vel per ſynodum, vt in c.ſi clericus.xj.q.j.

Et nota,quòd vbi quis iniuſtè excommunicatus fuit, ſemper tamen debet ei pœnitentia iniungi pro delicto, ſiue magna, ſiue minor, aut minima imponatur ſecundum criminis qualitatem, vel quantitatem.

SVMMAE.

1 *Abſolutio an ſolo verbo fieri poſſit.*
2 *Excommunicatio ſolo verbo fieri poteſt.*
3 *Forma quæ requiritur in contrahendo requiritur, & in abſoluendo.*
4 *Abſens an per litteras abſolui poſſit.*
Et an excommunicari.
5 *Abſolutus ab excõicatione quando quis dici poſſit.*
6 *Iuramentum de parendo mandatis an ſit de ſubſtantia abſolutionis excommunicationis.*
7 *Libertas vbicunque obtenta, ſi non reuocatur, permanet.*
8 *Iuramentum de parendo mandatis in abſolutione ab excommunicatione neceſſarium, qua forma requiratur.*
9 *Qui ſemel iurauit de parendo mandatis Eccleſiæ, ſi deierat, de cætero admittatur cum iuramento.*
10 *Mortui an abſolui poſſint ab excommunicatione in qua mortui ſunt.*
11 *Eccleſia poteſt reddere defuncto quod viuenti abſtulit, ſed peccati culpam non poteſt abolere ſi in ipſa deceſſiſſetur.*
12 *Excommunicatio quomodo dicatur ligare corpus, & animam.*
13 *Baptizari cur quis non poſſit poſt mortem.*

De forma abſolutionis in genere.

NVNC de forma abſolutionis videndum eſt,& primo, vtrum ab-
1 ſolutio†ſolo verbo impendi poſſit, an vero certa forma requiratur, quæ det eſſe abſolutioni? videtur dicendum, quòd ſolo verbo.xxiij.q.iij.
2 c.comperimus.nam & ſolo verbo †quis poteſt excommunicari, vt ſupra dixi, argu.v.q.j.c.quidam: ſed contra notari videtur in c.cum deſideres.in fi.hoc eo.ti.& xj.q.iij.c.cum aliquis, vbi traditur forma abſolutionis, & xxiiij. q.iij.c. notandum.

Sol.Credo, quòd ſolo verbo poſſit abſolui,
3 quia omnis†res per quaſcunq; cauſas cõtrahi, per eaſdem diſſoluitur, vt in regula omnis res. ff.de reg.iu. Tamen ad illud c.cõperimus,poſſet reſponderi,ꝙ ille non abſoluebatur,ſed denunciabatur,ꝙ non erat ligatus,quia excõmunicator erat hæreticus.

4 Modo quæro, vtrũ abſens per literas †poſſit abſolui? videtur, ꝙ non, arg.c.à nobis. hoc eo. ti. vbi certa forma traditur abſolutionis, ſed arg. contra.ij.q.v.c.quanto.& d.c.cõperimus. xxiiij.q.iij. proximè alleg. & c. Apoſtolicæ. de cle.excom.miniſtr. Solutio.

Dicas,ꝙ põt ſicut abſens excõmunicari, & omnis res per quaſcunq; cauſas, &c. & ad illã decretalẽ à nobis, dicitur,ꝙ abſolutio ſic eſt ſiẽda, ſi tamen aliter fit, tenet abſolutio, quia, vt ſupra dixi, ſicut malè excõicatus eſt excõicatus, (qđ intellige à ſuo iudice) ſic malè abſolutus eſt abſolutus quò ad eccleſiam militantem.

Sed magis quæro, videlicet qñ dicetur abſo-
5 lutus, †an ſtatim cũ pronũciatur, vel ſcribitur inſtrumẽtũ abſolutionis, vel epiſtola, an vero, cũ ſcit, vel accipit inſtrumentũ, vel epiſtolam.

Sol. Poteſt diſtingui ſecundum diſtinctionem factam ſupra in præcedentibus q. vel dic

indistinctè in fauorem absolutionis, quòd eò ipso, quòd absoluens pronunciat ipsum absolutum, etiam antequam sciat, vel literas legerit.

Quia supra sæpe dixi per discursum iuramētum in absolutione impendenda esse præstandum de parendo mandatis ecclesiæ, vt etiam hodie vbique seruatur, & præcipuè in Romana curia.

6 Quæro vtrum iuramentum † sit de substantia absolutionis? aliqui dicunt, quòd sic, vnde absolutio facta omisso iuramento, non tenet secundum eos. Mouetur per c.cum desideres.hoc eo.tit. in fi.sed dic contra, vt in eadem decret.in princ. cautionem enim iuratoriam, vt ibi dicitur, qui excommunicati sunt, præstant potius ad cautelam, quàm ad necessitatem,nec scilicet de cętero talia committāt, & potius ex consuetudine ecclesiæ, quàm de rigore canonum, vel iuris, introducta est talis cautio iuratoria. Præterea aliqui absoluuntur sine iuramento, vt monachi Græci, quos chalogeros appellant, & heremitæ, vt in c. super eo.hoc eo. tit. Similiter & qui post mortem absoluuntur, vt c.à nobis.vt infra dicam de absolutione mortuorum, quod non fieret, si esset de substantia. Licet ergo non debeat fieri absolutio sine iuramento, si tamen fit, tenet,&

7 valet: quia libertas † vbicunque obtenta, si non reuocatur, permanet, vt in l.j.& ij. C.si aduer sus libert.

Sed quæro, qualis debeat esse forma huius

8 iuramenti†, videlicet an de parendo mandatis absoluentis, vel ecclesiæ. Aliqui dixerunt, ꝙ de parendo mandatis absoluentis, vt in cap.j. quod metus causa, vbi de hoc.& c. sacro.circa fi.hoc eo.tit.& c.parrochianos. & c. nuper. in fi.& de iureiu.c.ad nostram.sed in contrarium videtur, quòd immo de parendo mandatis ecclesiæ, per d.c.ad hæc.de appell.& c.cum desideres.hoc eo.tit.in princ. Solutio.

Goffr.dicit, quòd non debet iurari de parendo mandatis excommunicatoris, sed ecclesiæ, & sic alicubi inuenitur, quòd iuratur de mandatis excommunicatoris, intelligitur, & interpretatur ecclesiæ, & similiter ecclesiæ idest excommunicatoris, quia ecclesia est in prælato, & prælatus in ecclesia, quia sunt simonia, vt vij.q.j.c.sacræ. & xxiiij. q. j. c. atrepta. & ibi glo.

Sed hic conuenienter quæro, qui sic absoluitur cum iuramento de parendo, vt supra, &

9 post absolutionem deierat, seu† peierat, ita ꝙ incidit, & reintruditur in censuras, vtrum debeat iterum iurare, antequam absoluatur, cum iam semel iurauerit? Laur.glo.dicit, quòd sic, & est arg.optimum in c.in ecclesijs.de maio.& obed. vbi Papa sciens quosdam esse periuros, non tamen absoluit eos sine iuramento, sed argum.contra.xxij.q.v.c.paruuli. & in cap. literas.de præsumpt. Sed illa non obstant, quia ibi non admittuntur ad iuramentum, vt possint testificari pro aliquo in opprobrium ipsorum, qui periuri sunt, vt in c.testimonium.de testi.sed est contra arg.ij.q.vij.cap.non potest. sed illud intelligitur, ante quàm pœniteat Tarant.refert Tancredum de Corneto tenuisse, ꝙ alia cautio ab isto recipi debet præter iuramentum, scilicet fideiussoria, vel pignoratitia, per l.si mandato.§.fi.ff.mandati. arg. d. c. literas, de præsumpt. Sed illud loquitur, cum suspectus est de hæresi: vnde ecclesia recipit fideiussoriam cautionem ad dānum illius, cuius sententiam secutus est Alanus, arg. ēt c.j.de procur.& c. scribam. de præsumpt. Aliqui verò dixerunt, vt Laur.& Bern. quòd iterum iurabit in sui confusionem, & fortasse talis esset, ꝙ cum solo iuramento posset absolui, vt in c. ex tenore.hoc eo.ti.& c.cum desideres.in fi.& c. super eo quòd. Caue tamen, quòd licet commodè dici posset, quòd talis cum iuramento absolui debeat, si tamen suspectus sit, quòd iterum debeat recidiuare, non est ei iniungendū sub debito iuramenti, ne de cætero talia committat, vt supra dixi.

Quia supra aliquid tetigimus de absolutione

10 ne mortuorum, quæro, vtrum mortui † in excommunicatione possint absolui.

Videtur dicendum, quòd non, cum iudiciū mortuorum soli Deo reseruatum sit, vt in cap. quorundam. xxiij. dist. Præterea Petro dixit Dominus, Quodcunque ligaueris super terram, & non sub terra, & mortui non ambulant, nec sunt super terram.

Sed contra signatur in c. à nobis. el secundo. hoc eodem. tit. vbi dicitur, quòd mortui absolui possunt: quod verum est, si ipsis viuentibus pœnitentiæ signa apparuerint euidentia, vt ibi dicitur; glo.tamen in c.si aliquis.xxvj.q. vj.dicit, ꝙ pro talibus non est orandum, quod debet intelligi ante absolutionem, ne tamen dicit, quòd non possint absolui, quia esset contra d.c.à nobis. in fi. & ad illud c.quorundam: quòd iudicium mortuorum Deo reseruatur. Respondetur, quòd sic, quantum ad discernendum, vtrum peccatum sit ei remissum per ecclesiam, vel non, non autem quantum ad ab-

11 solutionem: quia ecclesia† potest reddere defuncto, quod viuenti abstulit, scilicet communionem suam, sed peccati culpam non potest abolere, si in ipsa decessisset; de forma autem absolutionis mortuorum dicam infra in §. viso. de absolutione viuorum.

Præterea talis, de cuius pœnitentia quoquo modo

modo constat, præsumitur esse in purgatorio, & sic est adhuc de gremio ecclesiæ militantis, quia viator est, ideò sub iudicio ecclesiæ militantis esse potest. Præterea excommunicatio
12 duo facit, videlicet ligat corpus, & animam; corpus, ne tradatur ecclesiasticæ sepulturæ, animam verò, ne interim oretur pro ea: licet ergo poneremus, quòd absolutio non prodesset quo ad animam, prodesset saltem quo ad honorem corporis in hoc sæculo, & hic oritur ratio, quare quis potest absolui ab excommunicatione post mortem, non autem potest bapti-
13 zari † post mortem, quia sententia ecclesiæ ligat corpus, & animam, & licet sit iniusta, aufert sepulturam. Baptismus verò est character in animam impressus, vnde post mortem non est, quòd valeat baptizari, arg. xxxij. q. vij. c. licitæ.

Ad illud autem, quod dicitur, Quodcunque solueris super terram, potest dici, quòd non refertur ad id, quod dicitur super terrã ad homines viuẽtes tñ, quasi post mortẽ nõ possint absolui, sed sensus est, quicquid solueris in ecclesia militante, cuius magna pars est super terrã, viuens in corpore, vnde nihilominus exercere potest iurisdictionem suam in alteram partem, quæ iam est, vel esse præsumitur in purgatorio: hæc Tarantasiensis hic, qui format hanc quæstionem.

S V M M Æ.

1. *Absolutio excommunicationis facta viuo, an differat ab illa, quæ fit mortuo.*
2. *Anathematizatus, quomodo ab episcopo absoluetur.*
3. *Hæretici, scismatici, & qui fidem Christi abnegarunt, qua forma absoluentur.*
4. *Et an forma illa, quæ ibi traditur sit de substantia.*
5. *Excommunicatio, an possit fieri per hæc verba, denunciamus talem excommunicatum.*
6. *Sententia, quæ non continet certitudinem absolutionis, vel condemnationis non valet.*
7. *Excommunicatus, an sit absolutus si prælatus dicat, Sis absolutus.*
8. *Intentio magis, quàm verba est inspicienda.*
9. *Verba debent seruire intentioni, non inteñtio verbis.*

De absolutione, seu reconciliatione anathematizati.

SED quia diximus supra de forma absolutionis in genere, & proximè de absolutione mortuorum. Succurrit alia quæstio, videlicet vtrũ
1 eadem forma† absolutionis, seu reconciliationis seruabitur, cum vnus solemniter excommunicatis, vel anathematizatis) dicitas, quòd non, sed alia penitus distincta, & separata ab absolutione præmissa, quia si anathematizat, pœnitentia ductus veniam postulat, vel emendationem promittit, vel alias satisfacit,
2 vt tenetur, tunc episcopus, qui † eum excommunicauit, vel anathematizauit ante ianuas ecclesiæ venire debet, & duodecim presbyteri cum eo, qui eum hinc inde circũstare debent, & si anathematizatus in terram prostratus veniam postulat, & de futuris cautionem spondet, tunc episcopus anathematizatum per manum dexteram apprehendet, & in ecclesiam introducet, & Christianæ communioni ipsum restituit, psalmos septem pœnitentiales decantantibus omnibus, demum episcopus dicit preces, Kyrieeleison, Pater noster: deinde, Saluũ fac seruum tuum: & post hæc dicit orationem, Præsta quæsumus Domine huic famulo tuo dignum pœnitentiæ fructum, vt ecclesiæ tuæ sanctæ, à cuius integritate deuiauerat peccando, admissorum veniam consequẽdo reddatur innoxius, per dominum nostrum Iesum Christũ, filium tuum &c. hæc forma traditur in c. cum aliquis. xj. q. iij. Alias verò, qui patrocioribus causis sunt excommunicati, aut anathematiza-
3 ti, vt hæretici, † scismatici, & qui fidem Christi abnegarunt, seque circuncidi fecerunt, & huiusmodi atrociores casus sunt perpensi voluntariè, spoliati, & virgis cæsi, cũ psalmo Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, in ecclesiam introducuntur: formam autem recõciliandi huiusmodi habemus in Pontificali, sed primam reconciliationis anathematizatorum formam nunquam sic vidi seruari, sed benè in abnegantibus fidem, circuncisionem passis, & clericorum interfectoribus, vt sæpius vidi ante fores, seu limina Apostolorum per pœnitentiarios, vbi etiam vidi oratores Bononiensium denudatorum cum funiculo ad collum in vestibulo dictæ Basilicæ, quos Iulius Secundus in ingressu ecclesiæ clamantes, Miserere Domine, miserere, non inspexit, in reddita verò mandauit ipsos sic denudatos, & virgis cæsos in ecclesiam introduci, & absolui.

Sed nota, quòd quamuis cum his solemnitatibus absolutio fieri debeat, Tarantasien. ta-
4 men dicit non credere † ipsas esse de substãtia, sed fiunt ad terrorem, vnde absolutio sine his facta tenet, ipse tamen ponit formam absolutionis dicens, quòd absoluẽs debet dicere hæc verba, vel æquipollentia, videlicet, Authoritate, qua fungor, Absoluo te ab omni vinculo excommunicationis, vel in singulari excommunicatione, qua ligatus es pro tali causa à tali iudice. Hæc forma assumitur ex §. diffinitiua. ij. q. vj.

Sed

Sed attende hic, quia nonnulli ſimpliciſtæ,
5 dum intendunt aliquem † excommunicare, di
cunt, Denunciamus talem excommunicatum,
& tamen nunquam excommunicauerant cum
prius, nec erat excommunicatus à iure: talia
enim verba non ſunt apta ad excommunicatio
nem. Similiter in abſolutione dicunt; Abſo-
lutionem, & remiſſionem excommunicatio-
nis, & omnium peccatorum tuorum tribuat
tibi dominus omnipotens, vel ſimilia verba,
quæ potius ſunt verba deprecationis, vt domi-
nus abſoluat, tam ab excommunicatione, qua
erat ligatus quo ad Deum, quàm ab excom-
municatione, qua erat ligatus à iudice, vel iu-
re quo ad eccleſiam militantem: ita dicit Ray
nu. & ratio præmiſſorum eſt, quia ſicut ſenten-
6 tia, † quæ non continet certitudinem abſolu-
tionis, vel condemnationis pro nulla habetur,
vt in c. in his. de verbo. ſignifi. ſic & abſolutio
incerta, & ſine expreſſione formalitatis.
7 Sed quæro, quid ſi dicat † abſolutus ſis, cre-
do ipſum abſolutum; nam ſententia, & inten-
8 tio † magis inſpicienda eſt, quàm verba. l. quid
tantum. §. fi. ff. de arbit. & in l. iij. §. conditio. ff.
de adimen leg. & l. promittendo. ff. de iur. dot.
& in l. ij. C. quæ res pig. oblig. poſſ. & verba de-
9 bent † ſeruire intentioni, & non intentio ver-
bis, vt in c. intelligentia. de verbo. ſign. faciunt
ſatis, quæ ſupra dixi, vbi quæſiui, an in excom
municatione, vel anathemate requiratur cer-
ta, & determinata forma, in §. quæro itaq; pri-
mo. ſufficit enim, quòd condemnatio, vel ab-
ſolutio fiat per æquipollentia verba, vt in c. ij.
de accuſ.

SVMMAE.

1 *Mortui in excõmunicatione, qua forma abſoluãtur.*
2 *Hæredes excommunicati, ſed poſt mortem abſoluti, an compellentur per cenſuram eccleſiaſticam ad ſatisfaciendum pro ipſo.*
Et quid de iuramento. ibid.
3 *Mortuus excommunicatus, & tumulatus extra cimiterium, ſi poſt mortem abſoluetur, an exhumabitur cadauer, vel oſſa, & in cimiterium reducentur inter oſſa fidelium.*
4 *Et an cadauer virgis verberabitur.*
5 *Abſolutio ab excommunicatione, an poſſit fieri abſque miniſterio hominis.*
6 *Excommunicatio ad tempus fieri poteſt, vel ſub conditione.*

De abſolutione mortuorum.

VIſo de abſolutione viuorum, quia ſupra diximus mortuos abſolui poſſe, quæro conſequenter de forma abſolutionis ipſorum mortuorum, dicas, quòd pariter
1 fit † cum pſalmo pœnitentiali, & oratione Do-
minica, & alijs conſuetis, iuxta formam tra-
ditam in c. à nobis. el ſecondo. in fi. hoc eo. tit.
Abſoluitur autem mortuus ab eo tantũ, à quo
viuens abſolui debuiſſet, & compellentur hæ-
2 redes † per cenſuram eccleſiaſticam ad ſatisfa-
ciendum pro ipſo, ſi alias moniti noluerunt,
vt ibidem dicitur.

Sed nunquid compellentur iurare, antequã
abſoluatur. Bern. dixit credere, quòd ſic, ſed
ſi nollent, non tamen retardaretur abſolutio,
ſed poſtea indiſtinctè compellerentur ſatisfa-
cere iniuriam, vel damnum paſſo, vel alias fa-
cere, quod ille viuens facere tenebatur.
3 Sed non prætermitto quærere, ſi talis † mor
tuus excommunicatus fuerat tumulatus extra
cimiterium, nunquid exhumabitur cadauer,
vel oſſa, & in cimiterium reducentur inter oſ-
ſa fidelium? Reſpondeo, quòd ſic, & exhu-
matus abſoluetur ſecundum Rayn. argum. xj.
q. iij. cap. tunc vera. & poſtea ſepelietur in ci-
miterio.

Quæſiuit etiam Raynu. nunquid cadauer
4 virgis † verberabitur, dum abſoluetur, dicit,
quòd non, cum nihil ſentiat, & ſit, ac ſi non
eſſet, immo non ſit, nec in eo fiat paſſio.

Sed bene conſequenter quæro, nunquid ſit
5 dare caſum in iure, quòd fiat abſolutio † à iure
ſine miniſterio hominis, aut formis præmiſ-
ſis: dicendum eſt, quòd ſic, quia hoc aliquan-
do caſualiter fit ſine illis formis, vt cum fertur
6 ſententia † vſque ad certum, & determinatum
tempus, vt puta, ſis excommunicatus vſq; ad
Paſcha, vt eſt tex. in c. in primis. ij. q. j. ibi. ſex
menſibus dominici corporis ſint communio-
ne priuati, ſiue ad incertũ, & indeterminatũ tẽ
pus, videlicet donec ceſſauerit à concubinatu,
vel peccato, vt lxxxj. di. c. ſi q ſunt. vbi de hoc,
vel donec ſatisfecerit, vt in c. aduerſus. de im-
muni. eccleſiarum. in fi. In his enim caſibus eo
ipſo, quòd tempus præfinitum tranſierit, vel
ceſſat à peccato, vel ſatisfacit, ſtatim eſt abſo-
lutus, arg. xv. q. vj. c. ſi quis deinceps. & lxxxj. di
ſtin. c. ſi quis amodo. Videtur etiam ad hoc fa-
cere illa ratio, quæ videtur reciproca, videli-
cet, quòd ſicut quis poteſt ipſo facto incurrere
excommunicationem, quare & non ſimiliter
abſolutionem? & hoc magis videtur etiam fa-
uorabilius, cum promptiora ſint iura ad abſol
uendum, quàm ad comdemnandum.

SVMMAE.

1 *Cautela quid ſit.*
2 *Abſolutio ad cautelam ab excommunicatione, propter quas cauſas fieri contingat.*
3 *Teſtes excommunicati non poſſunt examinari, quid iuris*

iuris si veritas aliunde haberi non potest.

4 *Probationum copia potius augenda est, quàm minuenda.*

De absolutione ad cautelam.

HACTENVS diximus de absolutione ab excommunicatione certa, & vera à iure, vel ab homine lata, & tam inter viuos, quàm mortuos. Modo conuenit quaestioni huius materiae, vt videamus pariter de absolutione ab incerta excommunicatione, de cuius validitate, vel inualiditate probabiliter haesitari posset, & sic de absolutione ad cautelam, de qua polliciti sumus nos dicturos, & haec erit vltima quaestio circa materiam sententiae excommunicationis maioris à iure, vel ab homine, & anathematis, & absolutiōis ab eis.

1 Sciendum est igitur, quòd cautela † est in re dubia prouidentia securitatis: fit itaque absolu-

2 tio † ad cautelam pluribus ex causis, videlicet propter ambiguum, vbicunque enim quis dubitat de facto, siue de iure (vt dixi) vtrum sit excommunicatus, vel non, quia bonarum mentium est ibi culpam timere, vbi non est culpa, vt satisfaciat conscientiae, debet absolutionem petere, vt etiam satis supra dixi, vbi tractaui, quid sciendum sit, dum dubitatur de excommunicatione, vbi etiam remisi me ad dicenda hic: vel si dubitatur de iurisdictione excommunicantis, arg. xxiiij. q. j. c. audiuimus. Item infamatus, quòd sit excommunicatus ipso pro certo ignorante, quia tunc aut petet absolutionem ad cautelam praestita cautione, aut se purgabit, vt etiam supra dixi per c. cum desideres. hoc eo. tit. in §. secundae quaestioni. in primo responso. Item cum quis proponit se fuisse excommunicatum post legitimam appellationē: vel quòd sentētia continet in se intolerabilem iuris errorem, quatenus in his casibus ad probationem admittantur, etiam si absolutionem non petat, sed donec de ipsis constet, in alijs sit vitandus. Solet tamen sedes Apostolica, vt seruat curia talem absoluere ad cautelam, vt in c. per tuas. hoc eo. tit. in §. nos igitur. & c. venerabili. & c. solet. & de appell. c. ad praesentiā.

3 Item si testes excommunicati † producantur, poterit iudex eos absoluere ad cautelam cum reincidentia, & hoc si alij testes haberi nō possent, ne veritas pereat, vt in c. veniens. de testi. el secundo. in fi. & hoc ideò etiam est, vt proba-

4 tionum † copia augeatur, vt in l. curent. ff. de testi. & ff. de rui. incen. & naufra. l. nequid. §. de his. Item propter periculum morae, vt si agenti pro ordinatione suae ecclesiae obijciatur excommunicatio, quam ipse valere negat, sed probationes non habet in promptu, absoluitur ad cautelam ab ordinario, nec ordinatio retardetur: haec colliguntur ex notatis in cap. Apostolicae. de except. Hodie tamen curia Romana semper in gratijs ponit clausulam absolutionis ad effectum absolutionis, vt latius dixi supra, vbi tractaui de effectu excommunicationis in quarto effectu. in §. successiuè quaero, vbi posui quaestionem, an excommunicato beneficium conferri possit: dixi etiam supra de cler. excomm. min. in §. & quia supra dixi in beneficijs acquisitis in excommunicatione, vbi plenius.

SVMMAE.

1 *Excommunicatio minor, quae dicatur.*
2 *Et quos habeat effectus.*
3 *Quibus, & à quibus infligatur.*
4 *Pro quo peccato infligatur.*
5 *Notorium, quando quid dicatur remissiuè.*
6 *Excommunicatio minor quotuplex sit.*
7 *Vsurarius manifestus dicitur excommunicatus minori excommunicatione.*
8 *Separati à participatione sacramentorum pluribus modis dicuntur.*

De sententia excommunicationis minoris.

HACTENVS vidimus de sententia excommunicationis maioris, & anathematis, & earum incursu, & effectu, & earum commuitatibus, & differentijs, & demum de absolutione ab eis tam inter viuos, quàm inter mortuos etiam simpliciter, vel ad cautelam, nunc superest videre de sententia excommunicationis minoris, de qua summistae parum admodum dixerunt: Host. in summa, in §. quot sunt species. dicit, quòd

1 excommunicatio † minor est, quae à sacramentis ecclesiae tantum separat, vt in c. si celebrat. de cler. excom. min. & prima pars huius diffinitionis probatur in c. quòd per censuram. de verb. sign. secunda verò probatur in c. si quem. de sent. excom. & in d. c. si celebrat. non ergo se parat à communione fidelium.

Sed videtur contra in c. Engeltrudam. iij. q. iiij. vbi dicitur, quòd Engeltruda non solum fuit excommunicata ea excōmunicatione, quae à fraterna societate separat, sed etiam anathemate: & ita videtur, quòd minor excommunicatio pariter separat à participatione sacramētorum, & à participatione fidelium, sicut & maior, & anathema. Solutio.

Fraternam appellamus illam, quam contrahimus

trahimus in participatione sacramentorum, secundum quam omnes dicimur fratres, vt xl.q. iij.c.ad mensam. quod etiam apparet ex eo, quod subiungitur in d.c.Engeltrudam.& etiam anathemate, quod est separare à corpore Christi, quod est ecclesia recedi: si enim idem intelligeret per fraternam societatem, & per corpus Christi, quod est ecclesia secundum societatē fidelium, non esset bona distinctio. Ex prædicta itaque definitione manifestè apparet, quòd
2 principalis † effectus minoris excommunicationis est exclusio à participatione sacramentorū, quod etiam patet ex eo, quòd laico infligitur. Secundarius verò eius effectus est exclusio à celebratione,& confectione sacramentorum, qd patet ex eo, quòd clericus, qui in eam incidit, peccat celebrando, vt in d.c.si celebrat.de cleri.excom.min. Sunt & alij casus, siue effectus, de quibus infra dicemus, vbi tractabimus de diuersis speciebus excommunicationis minoris, & vbi ponemus, quæ, & qualia possit excommunicatus minori excommunicatione innodatus, vbi etiam dicemus, an & quando excommunicatus minori excommunicatione possit intrare ecclesiam, & diuina audire.

Infligitur minor excommunicatio quando-
3 que † pœnitenti, quandoq; impœnitenti, iuxta tex.in cap.honoratus. lxxiiij.distin.xxxiij. q.ij. c.admonere te cum lachrymis. & c.latorem. Item pœnitenti quandoq; à se ipso, vt cū quis reputamus se indignum abstinet à sacramētis, vt in c.facilius. de pœnit. dist. j. Pœnitens tamen melius facit, si authoritate sacerdotis abstineat à sacramentis, vt notatur in c. in actione.de pœnit.dist.j. Item impœnitenti quandoque infert à Deo, quod fit quandocunque quis committit peccatum mortale: statim enim quo ad Deum est excommunicatus, vt in c.audi.xj.q.iij. sicut enim dicitur Sapientię primo. Peruersæ cogitationes separant à Deo. Item Spiritus sanctus disciplinator effugiet fictum, id est eum, qui aliud dicit, & aliud facit, & auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu.

Quandoque infligitur impœnitenti se ipso, & hoc dupliciter, aliquādo malè, scilicet cum vult pœnitere, & cessat à sacramentis, quia putat sibi ad pœnitentiam sufficere, vt in c.sunt, qui arbitrantur.de pœnit.dist.j. aliquando benè, scilicet cum non pœnitet, & abstinet à sacramentis, non quia putet hoc sibi sufficere, sed quia putat se indignum, vt de consecra.distin.ij.cap. qui scelerate. & horum hodie infinitus est numerus: talis tamen sic in peccato, si celebrat, conficit, vt in c.de homine.de celebrat.miss.

Quandoque infligitur à sacerdote loco pœnæ, scilicet, quando aliquem nolentem pœnitere remouet ab ingressu ecclesiæ, & communione sacramentorum, vel etiam si pœniteat, etiam remouet, vel retardat ad tempus, vt interim faciat pœnitentiam ei iniunctam, vel partem eius, quia nimis de recenti recesserat à peccato, puta, adulterio, vel concubinatu, & similibus.

Quandoque etiam infligitur à canone, & tunc infligitur ipso iure, & hoc fit in multis casibus, de quibus competentius dicam infra, vbi tractabo de diuersis speciebus excommunicationis minoris.

Sciendum tamen est, quòd minus non exigitur aliqua absolutio, sed tantum, quòd ipsum pœniteat, in secundis verò necessaria est absolutio, vt in c.si excellentissimus.xj.q.iij.& & cap. si inimicus. & cap. si quem, sub hac forma.

Videndum est successiuè, pro quo peccato
4 † infligitur excommunicatio minor. Et dicendum est, quòd hæc excommunicatio infligitur pro peccato mortali, vt xj.quæst.iij.c. audi. & hoc ipso iure. Hoc autem differt inter aliquos & aliquos, nam quidam sunt excommunicati quo ad se tantum, vel quo ad Deum, vt occulti peccatores: quidam verò quo ad se, & quo ad alios, vt notorij criminosi, ante quam eos pœniteat, ex quibus possunt aliqui numerari, vt communicantes excommunicatis in casu non concesso, sacrilegi, adulteri, incestuosi, pauperum oppressores, raptores, publici vsurarij.lxxxviij.distin.cap.neque. & xcv.distin. c.illud.xiij.q.ij.c.prodeuntibus.& de consecr. dist.ij.c.pro dilectione.
5 Quando autem quid dicatur † notorium, notatur in c.vestra.de cohab. cler. & mulie. & ibi plenè per Pet.de Anch.in repet. & in c.quæ situm.eo.tit.& gl.ordinaria, in c.manifesta.ij. q.j. Et quod dixi de participantibus, intellige, vt supra, vbi excepi personas, quibus à iure permissum est participare cum excommunicatis sine incursu.

Præterea scias, quòd plures sunt species mi-
6 noris † excōmunicationis, & principaliter sunt duæ: vna est, quæ excludit à sacramentis tantum, vt supra dixi, vbi vis sacramenti accipitur pro omni ritu Christianitatis, ad Deum pertinente, non autem separat à communione fidelium, vt satis supra dixi. Alia est, quæ separat ab aliqua communione fidelium, non autem sacramentorum, vt in casibus colligibilibus, in cap.placuit.xviij.distin.& in c.quorundā.xxxiiij.dist.& c. si quis de alterius. lviij. distin.& v.q.ij.c. præsenti.

Prima autem species subdiuiditur, quia quā

doque contrahitur à iure, quandoq; irrogatur ab homine per sententiam, vt v.q.j.c.ij. vtriusq; autem istarũ species sunt diuersæ, per illam.n. quæ contrahitur à iure, quidam separantur ab omnibus ad sacramenta pertinentibus.s.à confectione eorum, & à collatione, & à perceptione, & similibus; quidam verò à quibusdam horũ, non tamen ab omnibus, vt simpliciter participantes excommunicatis maiori excommunicatione, qui incurrunt minorem ipso iure, vt in d.c.nuper. hoc eo.ti.& separantur ab omni-
7 bus, vt in d.c.si celebrat. Item vsurarij† manifesti, vt supra dixi per c.quia in omnibus.hoc eo. ti.& generaliter omnes in notorio crimine cõstituti siue clerici, siue laici sint, vt in d.c.quæsitum.de cohab.cler.& mul.supra allegato. quidam verò sunt separati à collatione tantum, & confectione tantum, & non à perceptione, vt clerici. qui propter factum aliquod sunt ab officio suspensi, qui licet non possint sacramenta conficere, vel conferre, possunt tamen si volunt ea percipere: quamuis.n.excommunicari non debeat quis, nisi pro peccato mortali, vt supra dixi, vbi tractaui, pro quo peccato ferri debeat excommunicatio, tamen suspendi potest etiam sine mortali, vt infra dicam, vbi tractabo, pro quo peccato quis possit suspendi: in illis ergo casibus suspensus ab officio poterit sacramenta percipere, licet non possit conficere, vel conferre. Quidam etiam sunt separati
8 à† participatione, sed diuersimodè. Nam quidam vsque ad tempus incertum, vt donec fuerint in tali peccato, vt xxxv.q. iij. c. de his. vel donec aliquid faciat, vel soluat, quidam vsque ad tempus certum, & determinatum, & horũ quadruplex est distinctio, quidam enim ad modicum valde tempus, quidam ad maius, quidã ad maximum, quidam perpetuo.

SVMMAE.

1 *Pollutio in somnis dormienti non est peccatum.*
2 *Quid si contingeret ex crapula.*
3 *Pollutio nocturna, quando sit peccatum.*
4 *Et quando quis debeat se abstinere à sacramentis, ob talem pollutionem.*
5 *Qui possint priuari à sacra communione ad tempus, & quanto temporis spatio.*
6 *Occidens propriam vxorem, suspenditur in vita sua à sanctissimis sacramentis.*
7 *Concessum de iure communi dicitur concessum pietate, & misericordia.*
8 *Missæ auditio quandoque denegatur, & quando.*
9 *Missæ pars, quæ sit.*

De pollutione nocturna.

IN primo casu, videlicet ad valde modicum, idest ad diem, vt in somno polluti, de quibus habetur Deuter.xxiij. vbi dicitur, Si fuerit inter vos homo, qui nocturno pollutus sit somno, egredietur extra castra, & non reuertetur priusquam lauetur aqua, & post solis occasum regredietur in castra. de quo transumptiuè in c.testamentum.vj. dist. vbi beatus Greg. distinguit inter causas pollutionis, & inter conficientem, & percipientem, dicens, quòd ali-
1 quando contingit pollutio† dormiẽti ex superfluitate, & tunc non est peccatum, quia potius est passio, quàm actio. Tunc ergo non habet necesse abstinere vel à confectione, vel à perceptione, nisi abstinere velit ob reuerentiam sacramenti, & tunc si potest, confiteatur. Ali-
2 quãdo verò cõtingit† ex crapula, & tunc illa, & duobus sequentibus diebus abstinebit à confectione, & perceptione: fallit tamen hoc in duobus casibus, primo cum dies fuerint festi, vel festus, in quibus celebrare debeat propter populum, & hic habet curam animarum, & similiter de communione infirmorum, si alius non sit sacerdos. Secundus casus est, in quo non cogitur abstinere à confectione, propter crapulam secundum beatum Grego. scilicet secundum primitiuam ecclesiam, in qua quotidie catholici communicabant, vt legitur in actis Apost.ij. c.iij. in fi. hodie aũt hoc semel in Paschate vix fit, vt in c.omnis vtriusque sexus. Isti ergo dies excipiuntur quantum ad perce-
3 ptionem, sed qualiter nocturna pollutio† sit peccatum, his versibus Leoninis notatur, videlicet.

Est crimen noctis pollutio, cum iacuisti
Ebrius, aut primo meditatus turpe fuisti:
Crimen abest, tua si natura superflua tollit;
Vel si debilior vana semente resoluit.

4 Quando verò debeat quis † propter nocturnam pollutionem abstinere à sacramentis, vel nõ, his similibus versibus continetur, videlicet.

Adueniens cuiquam pollutio deficientis
Naturæ vitio, non obstat conficienti;
Ex crapula veniens obstat ne conficiatur,
Excepto casu, quo ritè necesse sequatur,
Nec tamen offensam parat, ne percipiatur,
Si non in somnis concussio turpis agatur,
Si desiderio præcedat prouenienti,
Tunc neque sumenti locus sit, neque conficienti.

Sed his bene conueniunt elegantiora carmina Tibulli Elegia j. lib. ij.

Este procul, moneo, sacris discedite ab aris,
Cui tulit hesterna gaudia nocte venus;
Casta placent superis, pura cum veste venite;

Et manibus puris sumite fontis aquam;
Cernite, fulgentes vt eat sacer ignis ad aras,
Vnctaque post oleo candida turba comas.
Et ex his explicitus sit ille casus, in quo quis est separatus à sacramento ad tempus valde modicum.

5 Ad tempus † verò maius, quidam separãtur vltra diem vsque ad aliquod tempus determinatum, vt legitur c. in primis. ij. quæst. j. ibi, sex mensibus dominici corporis communione priuari.

Alij verò separantur vsque ad tempus maximum, scilicet in tota vita sua vsque ad diem mortis, vt sunt qui, vel qua cum monachis, vel monialibus contrahunt matrimonium, vt in c. impudicas. xxvij. q. j. & c. virginib. sacris. vbi est bo. glo. quæ ponit quot, & qualia peccata committant monialem, carnaliter cognoscentes.

6 Item interfector † propriæ vxoris, vt in cap. admonere te cum lachrymis. xxiij. q. ij. Item clericus, qui redit ad lapsum carnis, qui sibi per episcopum fuerat remissus, vt in cap. hi qui. L. distin. & in cap. si quis altari. xv. quæstio. viij.

Aliqui etiam separantur perpetuo, vt ille, qui accusat episcopum, & non probatur, vt in c. si quis episcopum. ij. q. iij. & de hoc non potest esse quæstio, verum alicui pœnitenti in fi. vitæ possit denegari communio, quia videtur expressum, quòd sic in d. c. si quis episcopũ, ad id facit d. c. impudicas. ibi, vt eis, vel ad mortem solius misericordiæ intuitu per orationis gratiam possit subueniri, & d. c. admonere: idẽ probat, vbi dicitur, In vltimo vitæ tuæ, si merueris, pro viatico, si sit, qui tribuat, tantum venialiter, vt accipias, concedimus. Si ergo ex gratia his conceditur, non fieret iniuria, si negaretur.

Sed contra signatur in c. pœnitentes. L. dist. vbi dicitur: Viaticum omnibus in morte positis non est negandum, ad quod etiam facit c. si. xiij. q. vlt. & c. de his. xxvj. q. vj. & c. si quis sacrum. xxxvij. q. j. & de pœn. c. quòd in te. Ergo cum de iure communi sit, non denegari cuiq; in fi. communionem non est misericordia, nec dispensatio, si aliquibus non negatur, quod cõcedunt doc. & ad iura pro prima parte negata dicitur, quòd misericordia, & veritas sunt do-

7 mini: ideò quod de iure communi † competit, dicitur quãdoque concedi de misericordia, & pietate, vt in illis iuribus: facit tex. in c. exhibita. de homi. & xj. q. iij. c. quoniã multos. & ff. de vsufr. l. si extraneo. sed propter hoc non soluitur illud c. si quis episcopum. Ideò dic, ꝙ prima iura loquuntur de rigore iuris, & sic forsam seruabatur olim, & secundũ illa tempora, sed hodie de mansuetudine canonica cõtraria sunt inducta. Ideò etiam debet seruari, atque ix. c. sana quippe. & L. dist. c. domino sancto. in fi. & hæc satis dicta sint de Eucharistia, nũc de alijs sacramentis dicendum est.

Aliquando quoque quis ipso iure separatur ab ecclesiastica sepultura, vt in casibus, quos ponam infra, vbi ponam casus, in quibus denegatur ecclesiastica sepultura. Aliquando verò

8 † ab auditione missæ, vt in c. de incestis coniunctionibus. xxxv. q. iij. & c. de his. ea. causa. & q. vbi denegatur cathecuminis, & incestuosis.

9 Sed quæro, quæ sit pars missæ † cathecuminorum: dico non esse compertum hodie: vidi tamen & legi in quodam missali antiquo ante reformationem Gregorij vnam rubricam; in qua dicebatur, quòd lecto euangelio diaconus alta voce in albore clamabat, exeant cathecumini, exeant cathecumini, & sic legi. Ex his dictis satis determinatum sit de excommunicatione minori à iure inflicta. Nunc autem de infligenda ab homine videndum constat, quam dicimus eisdem modis irrogari posse, quibus & à iure, secũdum quòd ex maiori, vel minori excessu maiori etiam, vel minori deuotione penitus sibi videbitur expedire.

SVMMAE.

1 *Excommunicatus minori excommunicatione omnia potest, quæ sunt iurisdictionis eligere non eligi. Et de veritate vide num. 3.*
2 *Sacramenta collata ab excommunicato minori excommunicatione, an careant effectu.*
4 *Suspensus à canone, & ab homine, in quo differant quo ad electionem.*
5 *Contemnens præceptum iudicis, offendit ipsam legem viuentem.*
Minus agitur in lege, quàm cum homine.
6 *Vox viua magis tenenda, quàm mortua.*
7 *Electio facta ignoranter ab excommunicato excommunicatione minori, an valeat.*
8 *Ignorantia non prodest alicui.*
9 *Excommunicatus minori excommunicatione celebrando non incurrit irregularitatem. Et quare.*
10 *Excommunicatus non est irregularis quo ad iurisdictionem.*
11 *Officium excommunicati excommunicatione minori, an euitandum sit.*
12 *Celebrare quis non potest, nisi reassumat sacramentum.*
13 *Fragilitati nostræ succurritur in materia excommunicationis.*
14 *Excommunicatus minori excommunicatione, qua sit priuatus participatione sacramentali.*
15 *Et an aliquo tempore talis excommunicatus possit ingredi ecclesiam.*

16 *Et non debet ad cautelam missum audire, & qua ratione.*

Quæ sint concessa, vel permissa excommunicato minori excommunicatione, & quæ prohibita.

NEc prætermittendum duxi quęrere, quæ, & qualia sint permissa excommunicato minori excommunicatione, & quæ prohibita. Dicendum est, ꝙ minori excommunicatione innodatus exercere † potest omnia, quæ sunt iurisdi-
1 ctionis, vt eligere, non autem eligi, & sacramenta † ab eo collata virtutis non carent effectu, cũ
2 non videatur à collatione, sed à participatione sacramentorum, quę in sola perfistit perceptione remotus: peccat tamen conferendo, sed venialiter, quia vt supra dixi, non est exclusus à conferendo, sed à participando: celebrando tamen peccat grauiter, vt hęc omnia colliguntur in c. si celebrat. de cler. exc. minist. ex qua decretali videtur notari triplex differẽtia circa sacramenta. s. celebratio, cum dicat, si celebrat, collatio, cum dicitur, cum non videatur à collatione &c. Participatio, cum subiungit, sed à participatione sacramentorum.

Sed mirum videtur, quod dicit, quòd non prohibetur eligere, licet bene dicere videatur,
3 criminosi † enim à prosecutione sui iuris non repelluntur, nisi sint excommunicati maiori excommunicatione, & ita talis vti potest iure suo in eligendo, & in alijs negocijs ecclesiæ suę spiritualibus, & temporalibus. Tamen contrarium videtur notari in cap. cum inter R. de consuet. & de consuet. c. cum dilectus. vbi est casus, quòd suspensi nec eligere, nec eligi possunt, & sic priuati sunt voce actiua, & passiua: ad idem faciunt notata in c. quia diuersitatem. de concess. præbend. hic autem suspensus: & cum dicat dic. decretalis si celebrat supra allegata suspensus eligere potest, non tamen eligi, quomodo sit istud? Solutio.

Dicit Tarant. de mente Rayn. quòd hoc intelligitur de suspensis à canone, qualis est iste excommunicatus minori excommunicatione, qui est suspensus à sacramentis ecclesiæ, sicut & suspensus ab homine: contraria verò intelliguntur de suspensis, vel excommunicatis ab homine. Sed quærendo, quæ sit ratio, quòd
4 † ille possit eligere, & non iste, potest dici, ꝙ plus contemnit, qui facit contra legem animatam, quàm qui facit contra legem mortuam,
5 quia contemnendo † præceptum iudicis, legem ipsam viuentem offendit, & ideò plus punitur. Ideo dicitur, quòd mitius agitur cũ lege, quàm cum ministro legis. l. celsus. ff. de arbitr. & viua
6 vox † magis timenda est, quàm mortua, & ei potius credi debet, vt in auth. de instrumentorum cautela. §. si verò aliquid. col. vj.

Sed quæro circa hoc, quod in illa decretali
7 dicitur, ꝙ talis si scienter † fuerit electus, electio est irritanda: pone, ꝙ fuerit electus ignoranter, i. à nescientibus ipsum excommunicatũ minori excõicatione, nunquid valeat electio? & videtur, ꝙ sic ex eo, ꝙ dicit scienter: gl. tamen Ber.
8 ibi dicit contrarium, quia ignorantia † illorum non habilitat eũ, vt in c. innotuit. de elec. & causa prohibitionis hic signata nihilominus manet, vnde supplet maximè. Item nunquid priuati sint iure eligendi, qui talem scienter eligunt? arg. quòd sic, in c. cum in cunctis. de ele. & c. scriptum est. in fi.

Sed magis videtur mirũ ex præmissis, ꝙ di-
9 catur, ꝙ excõicatus † minori excõicatione celebrando, grauiter peccat, non irregularitatẽ incurrit, cũ ex omni mortali constituatur quis irregularis irregularitate canonica, vt etiam promoueri non possit. xxv. dist. c. nunc aũt, & promotus sit suspensus quo ad se, vt j. q. j. c. sacerdotes. Ad quod Goff. dicit, ꝙ id, ꝙ dic. decretalis dicit talem nõ incurrere irregularitatem si celebrat, intelligendũ est quantũ ad illud, quod sequitur. s. quo minus eligatur, & quo minus consequatur ea, quæ iurisdictionis sunt, secus aũt in his, quæ sunt officij. Sed Tarant. putat aliter dicẽdũ esse, videlicet, ꝙ illa decretalis ponat ibi duos casus separatos, quorũ vnum reliquum non tangit: vnus. s. casus est, ꝙ si existẽs in excõmunicatione minori celebret, non efficitur irregularis quo ad officium, quod intellige, postquã ab alia excõicatione fuerat absolutus. Interim. n. aliter est: alius est, ꝙ etiã existẽs
10 † in excõicatione non est irregularis quo ad iurisdictionẽ, vnde nec eligere prohibetur: videtur. n. innuere duplicem irregularitatem vnã quo ad officium, aliam quo ad iurisdictionem.
11 Sed quæro nunquid officium † eius sit euitãdum, sicut etiam suspensi? Doct. antiqui tenuerunt, ꝙ nõ, licet excõmunicatio minor sit notoria, quia non est suspẽsus quo ad homines, nec est priuatus ab executione sui ordinis, sed tantum à participatione sacramentorum, quæ in sola perceptione consistit. Tarant. tamen distinguit, quia cum in missa sit perceptio sacramen-
12 ti, & nullus debeat † celebrare, quin participet, & assumat sacramentũ, vt de consec. dist. ij. c. . . . . Ideò putat, ꝙ in illa, & quo ad se, & quo ad alios sit suspensus, & sic euitandus. In alijs verò officijs non, licet in se peccet, vt statim dicam, celebrando in eis ante absolutionem. Ad illud ergo, quod dicit Goffre. dici potest, quòd per hanc decretalem retenta

sit

ſit illa antiqua duritia,& rigor, vt non propter
quodlibet peccatum mortale,maxime ſi occul
tum ſit, irregularitas contrahatur: fragilitas
13 †enim noſtri temporis non patitur huiuſmo-
di cẽſuram, vt dicitur in c.fraternitatis.xxxiiij.
diſt.& pro hac opi.videtur tex.in d.cap.ſi cele-
brat.& c.quæſitum.de tempo.ordi.

Sed magis videtur dubitari,de qua celebra-
14 tione †intelligatur illa,ſi celebrat, cum omnia
diuina officia æquè dicantur celebrari, vtrum
ergo de celebratione miſſarum tantum, an ve-
ro de alijs etiam diuinis officijs,& horis cano
nicis,ita quòd nõ poſſit illis intereſſe, nec illas
incohare ante abſolutionem. Goffr.dicit ſoluẽ-
do, quòd excommunicatus minori, qui ſcien-
ter,&in contemptum clauium communicauit
excommunicato, & ſic contraxit minorem ex-
communicationem, quia tunc eſt in mortali
peccato, eſt feriendus anathemate, vt dicit dic.
decretalis ſi celebrat.in fi. Cęterum,ſiquis cõ-
municet excommunicato cauſaliter,vel negli-
genter,vel ex verecundia potius, quàm ex con-
temptu, dicit, quòd poterit perſequi officium
ſuum, non tamen celebrare miſſam, vel ſacra-
mentum recipere, vel conferre, vt in ea decre-
tali ſi celebrat. laudat tamen vt prius faciat ſe
abſolui, quàm officium in choro cum alijs can
tet,inchoet, aut proſequatur.

Quæro vlterius conuenienter,quod præter
15 mittendum non eſt, videlicet vtrum † excom-
municatus minori excommunicatione poſſit
aliquo tempore ingredi eccleſiam, & diuinis
intereſſe? hanc q.ſupra tetigi de excommunica
to maiori excommunicatione, & ſimiliter,vbi
tractaui de diuerſis ſpeciebus excommunica-
tionis,& vtrobiq; ſatis plene de excommunica
tione maiori excommunicatis,ſed nunquid de
minori? credo, de ſtricto iure, quòd ſic.nam
hæc excommunicatio remouet tantum à ſacra
mentis: maior verò à ſacramentis,ab ingreſſu,
& à communione fidelium, vt ſupra dixi de di
uerſis ſpeciebus excommunicationis in prin-
cip.& eodem modo videtur, quòd poſſit audi
re diuina præter miſſam, quia in miſſa confi-
ciuntur ſacramenta,à quibus ipſe excluſus eſt:
16 tamen ſecurius † puto, ſi ex deuotione abſti-
neat, arg.c.ad eius vero.v.di.vel ſi prius faciat
ſe abſolui, cui concordare videtur Goffr. poſt
Ray. Antiqui tamen tenuerunt excommunica-
tionem minorem hominem ab ingreſſu eccle-
ſiæ ſeparare. Hactenus de modo probandi:nũc
de modo ſoluendi videamus, vt demum huic
primæ parti rubricæ finem imponamus.

S V M M AE.

1 *Excommunicatus minori excommunicatione quo-
modo abſolui debeat.*
2 *Et quando à ſimplice ſacerdote abſolui poſſit.*
3 *Et à quo pœnitentia infligenda ſit.*
4 *Et an talis excommunicatus poſſit alium ſimili ex-
communicatione ligatum abſoluere.*
5 *Priuatus aliqua re, non poteſt eam alteri priuato
concedere.*
Et nemo dat quod non habet.
6 *Abſolutio ab excommunicatione ſpectat ad iuriſ-
dictionem, & non ad ordinem, ſicut excom-
municatio.*
7 *Excommunicatus minori excommunicatione poteſt
exercere ea, quæ ſunt iuriſdictionis.*
8 *Iuramentum in abſolutione minori an ſit neceſſa-
rium ſicut in maiori.*

De abſolutione à minori excommunicatione.

DE abſolutione à minori excommu
nicatione ſciendum eſt, quòd,
quando eſt inflicta à ſeipſo, vel à
Deo ſecundum diſtinctionem,
quam ſupra poſui, quibus infli-
1 gitur minor excommunicatio, tunc †agat pœ-
nitentiam de peccato, & ſatisfaciat, & abſolu-
tus eſt: in alijs vero duobus caſibus, quando
inflicta eſt à ſacerdote; per eundem reconcilia-
bitur,cum vero à canone;per ſimplicem ſacer-
2 dotem †abſolui poterit, vt in c.ſi quem ſub hac
forma.hoc eo.ti.& ibi bo.glo.in verbo non ta-
men minori.quod autem dixi per ſimplicem ſa
cerdotem non intelligas per quemlibet talem,
ſed per proprium ſacerdotem.i.non epiſcopũ
vel prælatum, videlicet per rectorẽ parrochia-
lem,ſub cuius cura eſt,vt in c.nuper.eo.ti.in fi.
faciunt notata in c. ſi inimicus.xj.q.iij. ꝙ talis
à ſimplici ſacerdote abſolui poteſt, qui ei etiã
imponet congruam pœnitentiam,ſed pœniten
3 tiam †iniungi non poteſt, niſi à proprio ſacer-
dote, & maxime in peccato mortali, vt in cap.
omnis vtriuſq; ſexus.de pœnit.& remiſſ.Ergo
intelligendum eſt de rectore parochiali: quem
ſimplicem ſacerdotem canon appellat reſpe-
ctu epiſcopi, vel alterius ſuperioris prælati.

Non duxi prætermittendum, quod videtur
mirabile, videlicet, quòd ligatus in minori ex-
4 communicatione poteſt † alium ſimili excom-
municatione innodatum abſoluere, vt videtur
tex.& glo.in c.duobus.hoc eo.ti.quam glo. Ta
rantaſienſis reprehendit dicens non bene dixiſ
ſe,in quantum.d.glo.dicit,ꝙ non expirat pote
ſtas abſoluendi,ſed dormit,quia non habet ef-
fectum, quoad vſq; alter ipſorum ab alio, quã
à ſocio fuerit abſolutus; cum contrarium ve-
rius videatur, quia cum vterq; ſit priuatus ſa-
5 cramentis, † alterum reſtituere non poteſt,
vt de conſec.diſt.iiij.c.ſanctum eſt bapt. quod

autem non habet, dare non potest, cum nemo det, quod non habet, vt in c. quòd autem. de iure patro. & c. Daybertum. j. q. vij. & in c. fi. de cler. excom. ministr. de tali etiam dormitione habemus in c. prudentiam. in §. sexta. de offi. de leg. & capit. quia diuersitatem. de concess. præben. & xv. q. vj. c. penult.

Tu ergo dic in hoc casu, quòd non expirat potestas absoluendi, nec dormit, vnde vtroque remanente excommunicato potest alter alterũ absoluere: & potest esse ratio, quia cum absolu-
6 tio † excõmunicatorum spectet ad iurisdictionem, & non ad ordinem, sicut excommunicatio, vt in c. ex transmissa, de elec. in fi. excom-
7 municatus † autem minori possit exercere ea, quæ sunt iurisdictionis, vt in d. cap. si celebrat. de cler. excom. ministr. ergo poterit excommunicatus absoluere extra data sibi in sociũ potestate; quinimmo ex hac connexione aliud mirabilius videtur posse cõcludi, videlicet etiam possit absoluere excommunicatum maiori excommunicatione. bene cogita, & ex eo, quòd dixi absoluere, & excommunicare est iurisdictionis, & non ordinis, videtur posse dici, quòd diacono, vel subdiacono, vel cuilibet alteri clerico possit absolutio à minori excommunicatione demandari: & dixit mihi frater Dominicus ordinis nostri dominum Inn. Papam iiij. sic sibi respondisse: hæc Tarantasiensis.

Sed quæro vtrum in absolutione à minori
8 excommunicatione requiratur † iuramentum de parendo mandatis ecclesiæ, sicut in maiori, vt supra vidimus, dicas quòd non, vt in ca. nuper. hoc eo. ti. & etiam fit sine illis solennitatibus, quas supra posui, vbi tractaui de forma absolutionis, & potest fieri solo verbo sic, videlicet Absoluo te ab hac excõmunicatione minori, quia teneris propter participationem excõmunicatorũ. Et si es in illa opinione, quòd excommunicatus minori excommunicatione non possit ingredi ecclesiam, addas & ingressu ecclesiæ. hæc omnia Tarantasiensis, à quo verisimiliter credi potest beatum Anto. Flo. excepisse multa, quæ posuit in sua summa in tertia parte terniæ partis, titulo xxv. vsq; ad xxvij. inclusiuè, vbi bene, & latè posuit materiam excommunicationis maioris, & minoris.

Et hæc sufficiant quoad primam partem huius rubricæ de sent. excom. & si longiusculus fui, materiæ ponderositas prægnantis fuit in causa, idq; mihi euenit, quod figulo sæpe euenire solet, qui in vrceolum inchoat, & ex materiæ abundantia definit in amphoram. modo ad secundam partem ipsius rubricæ descendemus, videlicet de sententia suspensionis.

SVMMAE.

1 *Censurarum appel. quæ contineantur.*
2 *Suspensio aliquando dicitur excommunicatio.*
3 *Irregularis omnis est suspensus, non econtra.*
4 *Suspensio quid sit.*
5 *Suspensio ecclesiastica non cadit in laicis.*
6 *Et dicitur actiua, & passiua, & quomodo.*
7 *Officia ecclesiastica suspendi possunt in odium laicorum ecclesiam offendentium.*
8 *Celebrans in ecclesia, in qua cessatio à diuinis est inducta, an efficiatur irregularis.*
9 *Et an Episcopus possit id facere.*
10 *Suspensio quot modis sumetur.*
11 *Suspensus quis, quot modis dicatur.*
12 *Suspensio à diuinis quibus de causis inducatur, & quis possit suspendi, & à quibus iurisdictionibus, actibus, siu potestate.*
13 *Et an quis suspendatur ob peccata parentum.*
14 *Suspensus ipso iure quis dicitur. ex. casibus.*
15 *Episcopus an circa irregularitatem dispẽsare possit.*
16 *Suspensionis sententia vel interdicti ipso iure non considerare cõtra Epos, & eorum superiores, nisi de illis specialis fuerit facta mẽtio ĩ cõstitutione.*
17 *Irregularis seu suspensus nemo dici debet, nisi in casu à iure expresso.*
18 *Suspendendus quis est, in xxxvj. casus.*
19 *Suspensio facta à canone, & ab homine, an inter se differant.*
20 *Suspensio ab officio quid sit.*
21 *Suspensus à canone est irregularis.*
22 *Suspensio à diuinis qua forma fieri debeat.*
23 *Suspendi an quis possit à diuinis nullo seruato ordine iudiciario.*
24 *Excommunicatus est suspensus, sed non econtra.*
25 *Suspensio facta per hac verba, suspendo te, quid importet. & num. 66.*
26 *Iudex debet secundũ culpam pœnam cõmensurare.*
27 *Episcopi vel alij superiores propter pontificalis officij executione de facili non sint suspendendi.*
28 *Neque incurrunt sententiam excommunicationis, nisi de ipsis specialis mentio facta fit.*
29 *Suspensio ab officio vel beneficio: an in vtroque casu dicatur facta.*
30 *Dictio, vel, quid significet.*
31 *Suspensus ab officio an sit suspensus à beneficio.*
32 *Episcopus suspensus à Pontificalibus si celebrat an efficiatur irregularis.*
33 *Suspensus ipso iure ab officio multis modis quis dicatur.*
34 *Suspensio à diuinis quanto tempore duret.*
35 *Et à quo superiore sit tollenda seu absoluenda.*
36 *Suspensio an in perpetuum fieri possit.*
37 *Suspendens potest suspensum restituere nõ depositũ. Et de qua depositione intelligitur.*
38 *Suspensus à beneficio ipso iure quibus modis quis dicatur.*
39 *Suspensus ipso iure ab officio & beneficio quomodo quis dicatur.*

40 Epi-

40 *Episcopus quibus casibus sit ipso iure suspensus à collatione ordinum.*
41 *Et quãdo ipso iure quis à tali collatione sit suspẽsus.*
42 *Suspensus ab administratione temporalium, & spiritualium ipso iure, quando quis dicatur.*
43 *Suspensus ab officio celebrans, qua pœna puniatur.*
44 *Et quis cum tali dispensare poterit.*
45 *Iuramentum an requiratur in absolutione à suspensione, sicut in absolutione ab excommunicatione.*
46 *Suspensus ad tempus, vel donec satisfecerit, an finito tempore, vel facta satisfactione indigeat absolutione.*
47 *Suspensio à diuinis quos habeat effectus. & nume.67.in fin.*
Suspensus in vna Ecclesia an in omnibus dicatur suspensus.
48 *Suspensus à beneficio potest in alio loco aliud habere.*
49 *Suspensus ab officio an sit suspensus à iurisdictione.*
50 *Suspensus an possis communicare.*
51 *Collatio beneficiorum in suspenso non currit semestre.*
52 *Interdictus an possit eligere seu postulare.*
53 *Concesso aliquo, conceduntur & ea per quæ ad illud peruenitur.*
Sicut de prohibitione dicitur.num. 55.
54 *Electio non debet fieri ad ea, à quibus quis est remotus.*
56 *Consecratio non multum addit.*
57 *Episcopus electus in archiepiscopum non potest ante receptionem pallij clericos ordinare.*
58 *Qualitas superueniens enti illud qualificat & ponit in diuersam speciem.*
59 *Collatio beneficiorum competit ratione ordinis, & est accessorium.*
60 *Suspensus celebrans excommunicatur.*
61 *Excommunicatus sicut remouetur à beneficio, ita suspensus ab officio.*
62 *Cessante causa beneficij cessat beneficium.*
63 *Suspensus remouetur ab actibus ecclesiasticis legitimis, sicut excommunicatus.*
64 *Sententia suspensionis an ad tẽpus suspendi possit.*
65 *Suspensus à suo sacerdote in confessione sacramentali, si postea celebret, an sit irregularis.*
66 *Verba illa, suspendo te, quid importent. & supra num.25.*
67 *Suspensus ab officio an possit recipere fructus beneficiorum.*

De sententia suspensionis.

NON immeritò rubrica hæc sub
censuris ecclesiasticis continen-
tur, cum appellatione censura-
1 rum † comprehendatur non so-
lum excommunicatio, sed etiam
suspensio, & interdictum, vt in d.c. quærenti.
de verbo.signi. supra in principio huius rubri-
cæ. alleg. & gl. in cap. j. quod metus causa. in
2 verbo interdicti, cum etiam suspensio † aliquan
do dicatur excommunicatio, vt in c. reperiun-
tur.j.q.j.& quia principium tituli huius nostri
operis dicit de irregularitatibus &c. sciendum
3 est, quòd omnis irregularis † est suspensus, sed
non econuerso.

Sed quia in hac materia summistæ, vt Ray. Goffr. Hosti.& alij parce dixerunt, ideo plura nobis dicenda supersunt, & eo magis, quia materia est frequens, & quotidiana: ideo, vt facilius, & clarius deducatur, procedam per quæstiones, quarum prima erit.

4 Quid sit suspensio, † dicas, quòd vt hic su-
mitur, est censura ecclesiastica inhabilitans, & repellens ab ordinum, officiorum, vel iurisdictionis executione ad tempus aliquo impedimento proueniens ex constitutione ecclesię robur sumens: hæc diffinitio elicitur ex glo. cap. presbyter si à plebe sua, in verbo suspendatur, la prima & secunda. ij.q.v. alij allegant glo. in c. ad reprimendam. de offi. ordi.& glo. in cle. cum præsules.de pœn.in verbo suspensi. Et sic etiam diffiniuit d. Cardinalis Zaba in c. si celebrat.de cleri.excommunic. ministr.in prima colum.

Et dixi, vt hic sumitur, quia in laicis etiam
5 cadit suspensio † ab actibus publicis, vt à postu
lando, ab aduocando & à publicis honoribus,
vt quotidie seruatur Venetijs.
6 Et sciendum est, quòd suspensio † potest esse
actiua, & passiua: actiua iuxta notata in cap. si
canonici.de offi.ordi.in vj.& in c. irrefragabi-
li.§.cæterum.eo.ti.in antiq.& ibi bo.gl.in ver-
7 bo consueuerunt.vbi canonici possunt † cessa-
re à diuinis, & suspendere organa diuinorum
officiorum in odium laicorum ecclesiam offen
dentium, requiritur tamen certa solennitas antequam organa huiusmodi per cessationem suspendantur, quæ traditur per Io. Monach. & & Archi.& alios in d.c. si canonici: passiua autem est, vt hic accipimus in personali.

Sed non prætermitto quærere, nunquid ce-
8 lebrans † in ecclesia, in qua cessatio est indu-
cta, fiat irregularis, vel incurrat irregularita-
tem.P. de Palude dicit, quòd non, nec etiam
suspensus, quamuis peccet, dicens etiam, quòd
9 † episcopus põt sine peccato ibi celebrare, per
notata in cap.quæsiuit.de his, quæ fiunt à maiori parte cap.Sed Inno.in c. non est.de spons. dicit contrarium, vt latius dicam infra de sententia interdicti.

10 Secundo quæro, quot modis † sumatur su-
spensio. Dicas, quòd suspensio quandoque sumitur propriè, scilicet pro suspensione ab offi-
cio

cio, vt in cap.ij. de cler. excom. mini. aliquando impropriè, scilicet pro interdicto, & aliquando impropriè, & propriè simul, vt in c. cum medicinalis. de sen. excom. in vj. vbi dicitur, ab ingressu, & à diuinis nouerit se suspensum: impropriè enim ponitur pro interdicto, quantum ad hoc, quòd dicit ab ingressu ecclesiæ, quantum vero ad hoc, quòd dicit à diuinis, sumitur propriè, si intelligatur à diuinis celebrandis, si vero intelligatur à diuinis audiendis, sumitur impropriè, & erit vt declaratio, scilicet quod nec in ecclesia, nec extra ecclesiam audiat diuina, vel erit inculcatio habens emphasim ad maiorem expressionem: non enim esset necesse hic addere, cum interdictus etiam extra ecclesiam non debeat audire diuina, nec illis interesse, vt latius infra dicam in sequenti titulo, scilicet de interdicto seu sententia interdicti, vbi tractabo de effectu interdicti personæ.

11 Tertio quæro, quot † modis quis dicatur suspensus, dicas quòd tribus: nam quandoque quis dicitur suspensus quo ad se, & Deum, & non quoad alios, vt quilibet existens in peccato mortali, vt in cap. quæsitum. de cohabi. cler. & muli. & c. vestra, & in c. fi. de tempo. ordi. & in c. testamentum. vj. dist. & in c. sacerdotes. j. q. j. & c. sacrosancta. & xj. q. iij. c. audi. in §. euidenter, & de pœnit. dist. j. c. sunt, qui arbitrantur: dicitur peccasti, quiesce: aliquando quo ad se, & quo ad alios, vt fornicator notorius, vt xxxij. dist. c. nullus. & d. cap. vestra. & cap. quæsitum. Item simoniacus. vt in c. tanta. de simo. & excommunicatus: aliquando vero quo ad alios, & non quo ad se, vt cum ciuitas, vel locus est interdictus propter delictum ciuium, vel sæcularis potestatis, tunc clerici nō sunt suspēsi quo ad se, quia possunt celebrare in loco non interdicto, vt in c. tuæ. de clerico. percus. & in d. cap. quæsitum, de cohabi. cler. & mul. & de his casibus vide plenissimè per Butr. in c. fi. de cler. excom. minist. vbi quærit, an tales, si celebrant, efficiantur irregulares, vbi omnino vide.

12 Quarto quæro, pro quibus causis † quis possit suspendi, & à quibus actibus, & iurisdictionibus, seu potestate, vt supra tetigi i principio. Dicas, quòd quis suspendi potest ab officio, à beneficio, à collatione ordinum, à collatione beneficiorum, & ab administratione, vt latius infra ponemus sub singulis quæstionibus, & hoc nōn solum propter mortale peccatum, quod est necessarium in excommunicatione, sed etiā propter veniale: quod patet ex eo, quòd propter solam negligentiam, vel iucuriam super præmissis aliquando incurritur suspensio ipso iure, licet non sint tanta, vt sunt mortalia, vt infra statim ponam casus, in quibus quis est ipso iure suspensus, & venit suspendendus; in quibus si aduertes, videbis, quòd etiam sine vllo

13 peccato, aut culpa † quis suspenditur, vt pro peccatis parentum, quinimmo etiam aliquando solum propter famæ aggrauationem quis suspēditur vsque ad canonicam purgationem, vt in d. c. presbyter si à plebe. ij. q. v. supra alleg. & c. si mala fama. ea. ca. & q. Pro quibus autem peccatis in specie contrahatur à iure, & infliga tur ab homine, est necessarium nidere. Ideo successiuè tractabo.

Quæro itaq; quinto, in quibus casibus quis

14 ipso iure † sit suspensus? Dicas, quòd in cx. casibus, quos sparsos tum in aureo Durādi, tum in diuersis locis inueni, & hic inserendos duxi.

Primo sciendum est, quòd omnis irregularis est suspensus: ideo attendendum est ad ea omnia, quæ supra posui in prima parte huius operis, vbi tractaui de irregularitate, & posui irregularitates, quæ reperiuntur in corpore iuris: ideo in omnibus casibus ibi positis quis in currit suspensionem, & idem dicito de his, quę in eadem prima parte posui ibi, quæ impediant iam promotos, & vltra ea dicas.

Primo, est ipso iure suspensus seipsum sponte castrans, vt in cap. si quis ægritudine. v. dist.

Secundo, episcopus non veniens ad concilium prouinciale vocatus ab Archiepiscopo, nisi iusto impedimento detentus, vt xviij. dist. c. si quis autem. & c. placuit.

Electus in episcopum differens petere consecrationem vltra sex menses, vt in extrauagante Alex. iiij. quæ incipit, Cum ad Romanā.

Faciens se promoueri ad sacros ordines ætate legitima non suffragante, vt in ea. extrauag.

Quinto episcopus nō denuncians infra viij. dies ea, quæ in synodo facta sunt suis subditis publicè, vt in c. fi. xviij.

Infamis per sniam, vt in c. infamis. de rescr.

Eruens alicui oculum, vt in c. si euāgelica. lv. distinct. & xxiij. quæst. vlt. c. his à quibus.

Hæreticus, schismaticus, & apostata, vt in c. alieni. ij. q. iiij. & q. vij. c. beatus.

Qui accipit episcopatum sine scientia sui metropolitani. lxiij. dist. c. illud. sed hoc hodie est sublatum, cum solus Papa promoueat ad episcopatum ex sua speciali reseruatione per suam regulam cancellariæ, quæ numero consueuit esse quarta.

Decimus casus in eo, qui impetrat rescriptum sine speciali mandato, vt in capit. nonnulli. & cap. ex parte. de rescrip. hoc hodie non attenditur: quia satis dicitur constare de mandato, si dominus vtitur rescripto.

Eligens alium iudicem, quàm proprium in causa criminali, vt in c. non liceat iij. q. vij.

Episcopus assumens monachum in sua ecclesia

clesia in decanum, vel aliam prælaturam aut canonicum sine consensu Abbatis: hoc etiam hodie de nihilo seruit, quia cum talibus solus Papa dispensat.

Episcopus consecratus ab vno episcopo tantum, vt in cap. extra conscientiam. lxiiij. dist. & c. episcopus. lvj. dist.

Confirmatus à simplici sacerdote est suspensus quo ad ordines suscipiẽdos, vt no. in c. quanto. de consuet. & de consecra. dist. v. c. demum.

Decimusquintus debilitatus enormiter, leprosus, mente captus. Hi tres casus notantur in cap. presbyter. de cler. ægrot. & in c. ex parte. de rapto. & vij. q. j. c. j. & c. quamuis.

Conseruator exercens iurisdictionem suam vltra notoria, cum datur super manifestis, & notorijs iniurijs, quia tunc suspensus est per annum, vt in extrauagan. Alex. iiij. quæ incipit, quia de conseruatoribus. de offic. deleg. secus autem cum datur conseruator à manifestis, & non manifestis, vt hodie seruat curia.

Episcopus euitans aliquem in publico tanquam excommunicatum, cuius excommunicationem probare non potest, vt in capitu. si tantum. & capitu. placuit. vij. q. ij.

Vigesimus, patronus rapiens bona suæ ecclesiæ. xvj. quæst. vij. c. filiis. in fi.

Iudex ferens sententiã sanguinis, vnde mors sequatur. xxiij. q. vij. c. à quibus his, & c. sæpe, & c. sententiam sanguinis. ne cler. vel mona.

Ordinatus ab alio, vel alio medio, quàm debet, vt xxiij. distinct. cap. quorundam. & in cap. fin. de sacramen. vnct. & in cap. significasti. de offic. Archidiacon. & xj. quæst. ij. c. Lugdunensis, & in cap. j. & ij. de ordinato ab episcopo, qui renunciauit episcopatum, & de tẽp. ord. cap. j. ij. & iij.

Ordinans clericum alienum sine dimissorijs, vel alia facta ignorantia, aut figmento est suspẽsus per annum à collatione ordinum, vt in c. eos, qui. de temp. ordi.

Aduocatus violans constitutionem Gregorij Decimi, vt in cap. pro paranda. de postula. in fin. quia talis est triennio suspensus ab officio aduocationis.

Vigesimusquintus. Prælati locantes domos vsurarijs, vt in constitutione Gregorij Decimi, de vsur. c. vsurarum.

Promotus sine titulo, lxx. distinct. cap. j. & cap. decernimus. xvj. quæst. vltima. sed hodie videtur secus per cap. cum secundum. de præben. & cap. episcopus.

Collegium, vel vniuersitas locans domum publicè vsurario pro fœnore exercendo, omnes sunt suspensi. & si per mensem suspensionem sustinent animo indurato, tunc eorum terræ, & loca subsunt ecclesiastico interdicto, vt in constitutione Gregorij, quæ incipit vsurarum. sub titulo de vsuris. in §. fin. lib. vj.

Recipiens vsurarium publicũ ad ecclesiasticã sepulturã, vt in c. quia in omnibus. de vsur.

Admittens vsurarium publicum ad oblationem altaris, vt in c. quamquàm. de vsur. in vj.

Trigesimus, permittens se eligi ad clamorem populi, vt in cap. conscius. de elec. & cap. si quis deinceps. xvj. quæst. vij.

Assumens beneficium de manu Principis sæcularis, vt in cap. quicquid. de elect.

Eligentes scienter contra Concilium Lateranense, vt in capitu. cum in cunctis. de elec.

Confirmans scienter indignum. de elect. cap. nihil.

Ordinans indignum, vt in eo. cap. nihil est. & in cap. tantis. lxxxj. distinct. & xxxvj. distin. c. qui ecclesiasticis. & prima quæst. prima. cap. si quis episcopus nimium simplex. & in cap. quia super. vij. quæst. j. & cap. decernimus. xxviij. distinct. & cap. diaconi. & cap. presbyterum. & in cap. fin. de bigam. & cap. j. & cap. sanè. de cler. non ordi. mini.

Trigesimusquintus. existens in sacris cognoscẽs vxorem suã post promissam castitatem, vt in c. ministri. lxxij. di. & c. proposuisti. lxxxij. di.

Iurans seruare consuetudinem cõtra sacros canones, vt in cap. primo, de his, quæ fiunt à maiori parte capituli.

Electus, vel confirmatus ab hæreticis, vel scismaticis. ix. quæst. j. per totum.

Episcopus cognoscens carnaliter, quam prius habuit in concubinam, vt in cap. habuisset. xxxiiij. dist.

Episcopus faciens consanguineum vicedominum, vt in c. dicentur. xcix. dist.

Quadragesimus casus est eius, in cuius ordinatione aliquid omissum est, donec suppleatur auctoritate superioris, vt in cap. fin. de sacramen. non iteran.

Dans pecuniam pro ingressu religionis, vt in cap. monachi. in §. si vero. de stat. regul. argu. in cap. veniens. de simo. Aliqui tamen signant contrarium in c. quoniã pio. in fin. ij. q. j.

Communicãs scienter excommunicato est suspensus, vt in cap. sicut Apostolus. xj. quæst. iij. & de senten. excommunic. cap. sacro, & de exceptio. cap. à nobis. & de hoc satis supra dixi, vbi tractaui de minori excommunicatione.

Qui prodit Papã. c. Gulisarius. xxiij. q. iiij.

Episcopus remittens pœnam incendiarijs sine causa, postquam sunt denunciati. c. pessimam. xxiij. quæst. vltima.

Quadragesimusquintus, cognoscens propriam vxorem adulteram post adulterium, capit. si laici xxxiij. immo efficitur etiam irregularis, quia incurrit bigamiam interpretatiuam

tiuam, vt plenè supra dixi, vbi tractaui de bigamis, vbi plenissimè.

Suspenditur iurisdictio Iudicis præposita exceptione excõmunicationis, vt in c.pia. de except.in vj.& idē dicito de parte, sicut de iudice.

Obligans fructus suæ ecclesiæ pro debitis alienis, vt de solut.cap.ij.

Stans in peccato mortali quo ad se, & quo ad Deum est suspensus, vt in c.audi. xj. q.iij. in §. euidenter.& in cap. quæsitum.de temp.ord.

Quilibet moriēs in ludis gentilium, vt xxiij. quæst.viij.c.quicunque homicida.

Solemniter pœnitens, vt dixi s. hic sunt irregularitates, quæ deijciunt.

Ordinatus etiam ignoranter à pseudoepiscopo.j.quæst.j.cap.si quis à pseudo.

Quinquagesimus casus est, quod iurisdictio vnius legati suspenditur alio digniore veniente. c.volentes.de offi.deleg.

Archidiaconus intendens exactionibus illicitis.c.cum apostolus.de censi.

Quilibet violans interdictum Papæ, vt dixi supra hic sunt irregularitates, quæ deijciunt.& latius infra dicam de sententia interdicti.

Faciens presbyterum tutorem filijs in testamento.lxxxviij.di.c.fi.& c.pen.& vlt.xxv. q.iij. Immo quod pro tali non est orandum, vt ibidem.

Promotus per saltum, vt de cler.per sal.promot.c.j.& ibi latius, & lij.di.c.sollicitudo: episcopus tamen cum eo dispēsat ad ordinem prætermissum, & hoc intellige, si ignoranter, si aūt scienter, & in ordine sic suscepto ministrauit sine dispēsatione in ipso ordine sic suscepto post receptionem omissi, adhuc potest per epm secum dispēsari, sed quod vlterius ascendat, solus Papa dispensat secundum omnes, & dixi ibi s.

55 Simoniacus in ordine, de simo.c.per tuas.& dixi plenè in eo.tit.

Episcopus negligens procedere contra simoniacos notos, vt j.quæst.j.c.quicquid.

Clericus ordinatus à simoniaco simoniacè, vel non simoniacè, vt de simon.c.per tuas. & j. quæst.j. statuimus.

Clericus est suspensus, si in sacris est cōstitutus, aut beneficiatus, & etiam monachus ab aduocatione, nisi in casibus à iure permissis, de quibus in c.fin.de postulat.& in c.vno. xv.q.ij. & xvj.quæst.j. c.Monachi.

Homicida casualis licet non peccet. xv. q. j. c.fi.& c.significasti. de homi.

Sexagesimus ordinans monachum sine licētia illius, & bigamū scienter.lv. di. c.nullus, & idem de bigamo interpretatiuo.

Ordinatus ab hæreticis etiam inultus, nisi aufugiat, dum potest.j.q.j.c.constat.

Hæreticus ad fidem rediens, donec secum dispensetur, vt j.q.vij.c.j.ij.& iij.

Excommunicans sine monitione, vt in c.de illicita.xxiiij.q.iij.& c.sacro. de sent. excom.

Presbyter dicens missas sub vno canone celebrans, & conficiendo, & non cōmunicans, vt in c.relatum.de consecr.dist.ij.

Sexagesimusquintus sumens Eucharistiam sine sanguine, vt in c. comperimus, de consecr. distin.ij.

Duos sacros ordines eodē die recipiēs, & cōferēs, suspēsus est, vt in c.fi.de eo quod fur.or. susc.

Recipiens ordinem subdiaconatus in eodē die, vt in d.c.j.& ij.siue sciente, siue ignorante ordinatore, immo deponi debet, vt in c. subdiaconus.lxxvij. dist.& c.innotuit. de eo, qui fur. ord. suscepit.

Clericus Græcus habens vxorem opprimēs filium in lecto negligenter, vt in c. quæsitum. de pœnit.& remiss.

Aleatores, & inspectores ludorū, & spectaculorum sunt suspensi ab honoribus, vt in auth. de sanctis.episc.in §.interdicimus.

Septuagesimus. vltramontanus clericus ordinatus ab Italo epo sine licētia Papæ, vel sine literis dimissorijs sui ordinarij, suspensus est perpetuo, vt in c.j.& c.eos qui.de temp.ord.in vj.

Eps scienter indignum promouens, vt in c. tantis Daniel.lxxxj.di.& c.si qui epi.xxv.q.ij.& in c.literas.& c.dilectus.de tempo. ordi.

Presbyter benedicēs secundas nuptias, vt in c.j.de secund.nupt.xxxvij.di.c. relatum.

Assistens latronibus, vt in c.præsentiam. de cleri. peregr.

Non confitens semel in anno, iuxta c.omnis vtriusque sexus.de pœniten.

Septuagesimusquintus. monachus matrimonium contrahens.xxvij.c.quotquot.& cap. monachus.

Ordinans, & præsentans sub conditione, vt non petat fructus beneficij, vel partem eorum amittat, ita vt cum diminutione conferatur. c. si quis.de simo.

Consulēs in criminalibus, si mors, vel mutilatio sequatur.c.ex literis.de exces.præla.& not. doc.in c.sententiam sanguinis.ne cler. vel mo.

Opponens contra personam electi, si opposita probare non potest per triennium, vt in c. statuimus. de elect.

Qui excommunicat sine scriptis, & sine causa.de senten.excom.

Octuagesimus. minores, vel prædicatores admittentes professionem nouitij ante fi. anni probationis, vt in c.non solum.de regula.in vj.

Aduocati, & tabelliones præstātes hæreticis sua officia, vt in c.si aduersus, & c.excommunicamus. de hæret.

Mutuantes pecuniam in ludo xj. pro xij. c. inter dilect. de excess. prælat.

Iudex

Iudex aliquid faciens per sordes, vel gratiã. c.cum æterni.de re indi.in vj.

Sacerdos dimittens missam incompletam sine causa, vt in c.nullus episcopus.de consecr. dist.prima.& vij.quæst.j.c.nihil.

Octuagesimusquintus, filij, & nepotes occidentium prælatos ecclesiasticos sunt suspensi ab ordinibus suscipiendis in ecclesia Dei vsq; ad quartam generationem, vt in c.quibusdam, de pœn.& c.suorum.vj.quæst.j.

Innoluentes mortuos in pallijs altaris, vt in c.nemo.de consecr.dist.prima.

Iurans seruare scisma, vt de scismat.c.j.& c. scisma. xxiiij.quæst.j.& iij.

Ciuitas non seruans contenta in c. vbi periculum.de elec.in vj.circa electionem Papæ est ipso facto suspensa à diuinis, immo interdicta, vt ibi §.ciuitas.

Episcopus conferens primam tonsuram infanti, vt in c.nullus.de tempo.ordin.in vj. hoc casu infantis declarat ibi glo.ij. & copiosè dixi supra, de ætat.& qualit.post princ. in §. sed dicas, quòd immo requiritur.

Nonagesimus casus conferens primam tonsuram illiterato, vt ibidem: qui dicatur illiteratus, & idiota, in hoc casu dixi satis supra in quarta parte huius operis, in tit. de illiteratis, & idiotis.

Similiter conferens ordines coniugato, vt ibidem.

Episcopi non expellẽtes vsurarios aduenas de suis terris, & locis, vt in c.sacro.de senten. excommu.

Recipiens ordinem sacrum ab episcopo, qui renunciauit episcopatui, si hoc scienter fecerit, vel supinè ignorauerit, & solus Papa cũ eo dispensat, si autem iustè ignorauit, episcopus dispensat, vt in c.j.de ord.ab episcopo, qui renuncia.

Ordinatus à simoniaco in ordine suscepto quantumcunq; occulto est suspensus, vt j.q.j. c. si quis à simoniacis, & j.q.vij.c. Daibertum, & per beatum Tho.ij.ij.q.centesima, per totũ.

Nonagesimusquintus recipiens ordinem sacrum extra tempora à iure statuta est suspẽsus, de tempo.ordi.c.ij.cum eo tamen poterit episcopus dispensare imposita pro modo culpæ pœnitentia salutari, vt in c.consultationi. eo.ti. si autem ante dispensationem celebrasset, vel in ordine illo ministrasset, & dicunt quidam,
15 ꝙ episcopus †non dispensaret propter incursum irregularitatis, quàm solus Papa tollit, vt dixit Innoc.in c.cum æterni.de re indi.in vj.in verbo irregularitas.sed in hoc casu non videtur, ꝙ talis incurrat irregularitatem, per tex.in c.Lugdunensis. ix. q.ij. ideo tenentes primam partem, vt tutius procedant, dicunt eorum dictum esse verum, maxime si forte executio fuisset sibi interdicta specialiter per superiorem, & in contemptum ministrasset.

Fratres mendicantes promoti ad episcopatum, vel alias prælaturas, si prius recipiunt munus consecrationis, quàm resignent ordini suo libros, & alia, quæ habebant tempore suæ promotionis, vt in constitutione Clementis quarti ordini Prædicatorum cõcessa, de qua in prouinciali, quæ hodie est extensa ad omnes claustrales.

Fratres Prædicatores si auserint perturbare inquisitores ordinis Minorum procurantes cõtra hæreticos, vel maleficos sunt ipso iure suspensi, nec potest huiusmodi suspensio relaxari, nisi per Papam, vel ipsum inquisitorem offensum, & econuerso per constitutionem eiusdem Clementis, vt in priuilegio paupertatis altissimæ.

Episcopus, & inferiores prælati habentes ius visitandi, & non visitando exigunt procurationem: quicquid receperunt, nisi infra mensem integrè restituant, sunt suspensi ab ingressu ecclesiæ ipsi episcopi, inferiores verò ab officio, & beneficio, vt in c.exigit.de censib. in vj.

Ciuitas, vel vniuersitas dans represalias contra personas, vel res ecclesiasticas est suspensa à diuinis, vt in c.j.de iniu.& dam.da. in vj. vbi dicitur, quòd vniuersitas subiaceat ecclesiastico interdicto: tamẽ camera Apostolica quotidie seruat contrarium, & idem fit in terris ecclesiæ passim, & indifferenter.

Centesimus casus, audientes confessiones, si non monent non soluentes decimas ecclesiæ debitas sunt suspensi, vt in clem. cupientes, de pœn.

Centesimusprimus casus est eligens in episcopum contra formam. c. cum in cunctis. de elec. quia tales triẽnio sunt suspẽsi à beneficio.

Centesimussecundus est, eligentes, & non seruantes formam. c. cupientes. de elect. in vj. post electionem factam.

Cõpromissarius, si scienter eligit indignũ, est ipso facto per triennium suspensus à beneficijs ecclesiasticis. hæc tamen suspensio non tangit episcopos, nec intelligitur nisi in electionibus episcoporum, & superiorum, secus de electionibus inferiorum, vt in c. si compromissarius.de elect.in vj.

Centesimusquartus casus est tex.in cle. j. de deci.& dicit ibi Io. And. quòd credit, quòd sufficiat iudicis declaratio pro satisfactione, nec sit necessaria absolutio quoad suspensionem, licet secus quo ad excommunicationem.

Centesimusquintus casus in cle. cum sit nimis absurdum, de magist.

Centesimussextus est casus in clem. vt hi

qui

qui.de ætat. & qualitat.

Centesimusseptimus est casus in c. Osius. de elect.

Centesimusoctauos est casus cap. miror. xvij.quæst.iiij.

Centesimusnonus est casus. cap.secundi de translat. prælat.

Centesimusdecimus est casus cle.cupientes. de pœn.& ibi per glo.magnam,quæ ponit xxv. species suspensionum, quam supra allegaui.

Præmissis tamen centumdecem casibus adde conclusionem in iure firmam, videlicet, quod episcopi, & eorom superiores nullam senten-
16 tiam suspensionis, † vel interdicti ipso iure incurrunt prætextu alicuins constitutionis, nisi in ea fiat de episcopis expressa mētio, vt est tex. in c.quia periculosum. de sent. excomm. in vj. Item notandum est, quòd nunquàm debemus
17 iudicare † irregulare, vel excommunicatum, vel suspensum, vel interdictum pro aliquo delicto, nisi inueniatur iure expressum, argu. de pœnit.dist.j.§.pœnæ. suspensus quoq; à participatione sacramentorū, de qua habetur xviij. dist.c.si quis autem.& in c.placuit. & lix. dist. c.si.& c.Osius.de elec.& c.j.de his quæ fi.à maio.par.cap.si celebrat, non est irregularis, quia talia non sunt ordinis secundum Innoc. Host. & omnes. His itaq; ceutum, & decem casibus contentus, cum tamen studiosus indagator cō plures forsan inuenire poterit, descēdo ad aliā quæstionem, videlicet quia supra in proximè dictis diximus, & deduximus casus, in quibus quis est ipso iure suspensus.

Nunc videndum est, in quibos casibus quis veniat suspendendus, & dico, quòd in alijs cen
18 tum, & sexdecim † casibus subsequentibus, qui ex supra hactenus deductis, & præcipuè in tit. de sent.excō. vbi posui qoadragintatres casus, in quibus quis est ipso iure excommuuicatus; & cxvij.in quibus quis venit excōmunicandus satis possunt elici, quia notandum est, quòd in omnibus casibus, in quibus quis potest excommunicari, quæ pœna est maxima in ecclesia, vt in c.corripiantur.xxiij. quæst.iiij. potest & suspendi: Ideo illi casus, in quibus quis potest excommunicari hic possunt repeti, quia cui competit plus, competit & minus.

Est autem suspendendus generaliter omnis nolens ecclesiæ, & eius canonibus obedire, vt iiij.dist. c.denique. in §.fin. & c. hac consona. xxv. qoæst.j. & xix.dist.c.si Romaoorum. versicu. quibus.

Princeps impediens, ne fiat Synodus.c.quoniam.quidem.xviij.dist.

Clericus non cessans à ludo alearum. xxxv. dist.c.episcopus.cum c.seqoenti.

Episcopus non veniens ad Synodum vocatus.xxviij.dist.c.si episcopus.& c. si quis clericus contumax.& l.dist.c.contumaces.

Archidiaconus cum mulieribus suspectis impudenter habitans, vt in c.Archidiaconus. lxxxj.dist.

Clerici mercatores moniti non cessantes. xciij. dist.

Indiscretè ligans subditum.ij.quæst.j. c.nemo.& c.de illicita.xxiiij.quæst.iij.

Contemnens proprium iudicem, & alienū adiens, c.non liceat. iij.quæst.vj.

Diffamator noo probans infamiam, vt in c. epiphanium. v.quæst.vj.

Malè examinans promouendum etiam examinatus.xxiij.di.c. quooiam.& aoth. de sanct. episc.§.si quis autem.

Volens sine causa promoueri, nisi vtilitas, vel necessitas ecclesiæ hoc requirat, lxxxiiij.di. c.placuit.& c.si.de ætat.& qualit. & c. quanis.

Clericus incorrigibilis nolens à mulierum cohabitatione cessare.lxxxj. dist. c. quidam. & c.proposuisti.lxxxij.dist.& c.vestra. de cohabi. cler. & mulier.

Episcopus nolens venire ad ecclesiam, in qua est consecratus, vt in c.pen.xciij.dist.

Accusatos contumax in peremptorio, vt in c.quisquis.iiij.q.v.& c.de illicita. xxiiij. q. iij. & c.veritatis. de dolo. & c.de causis. de offic. delega.

Veniens contra cousuetudinem approbatā. xj.quæst.j.c.de his.

Diaconus violans castitatem. xxviij. dist. c. diaconi.& xxxij.dist.c.placuit.

Presbyter, diaconos, & subdiaconos non seruantes castitatem, quàm promiserunt.c.placuit. xxxij.dist.

Nolens ab episcopis suis promoueri, vt in c. si qui clerici.& c.placuit.lxxxiiij.dist.

Episcopus notorios fornicatores sostinens, maxime intuitu obsequij temporalis. c.si quis. lxxxij.dist.

Legatos Apostolicæ sedis noo honorans, vt in c.ego enim.de iur.iur.

Libellom famosum proijciens in loco publico, & eum recipiens, nisi eom laceret, vt v.q.j. per totum, & iiij.q.iij.c.ob carmen.

Prælatus negligens corrigere cōcubinarios. c.eos.xxxij.dist.

Episcopus nolens seruare consuetudinem ecclesiæ metropolitanæ, vel cap. sui, vt in c. de his. xij.distinct. 19

Presbyter Græcus contemnens reddere debitum vxori suæ in contemptum matrimonij, vt in cap.quoniam.xxxj. dist.

Episcopus in licitis non obediens suo metropolitano, vt in cap.quorundam.xxxiiij.dist. & xxiij.quæst.iiij.cap.fortè.

Presbyter

Presbyter ex contemptu, vel vt fornicetur dimittēs officium.lxxxj.di.c.si quis sacerdotū.

Episcopus post admonitionem negligens. lxxxiiij.dist.c.peruenit.& c.sequenti.

Episcopus pecunia soluens, vel ligans, vt j. quæst.j.c.nullus episcopus.

Archiepiscopus, vel legatus transferens electum confirmatum, vel admittens sine licentia Papæ, vt in cap.inter corporalia. de translat. prælato.

Impediens, quod legitime fit prætextu contrariæ consuetudinis, vt in c.j.de his, quæ fi.à maiori part.capituli.

Episcopus euitans publicè subditos prætextu criminis, quod crimen non probat. c. placuit. vj. quæst.ij.

Rapiens res ecclesiæ.xij.q.ij.c.in legibus.& c.qui & humanis.& c.nouatum.vj.q.ij.

Monachi non seruantes canones, & eis inobedientes, vt ne cler.vel mona. c.j.ij. & iij. & xvj.q.j.c.qui verè.& c.presbyterum.

Clerici concedentes decimas laicis, & ipsi laici veniunt suspendendi,& priuandi ecclesiastica sepultura, vt in c.prohibemus. de decim. quod intellige,vt ibi post Concilium Lateran.

Laicus nolens soluere decimas, vt in c.peruenit.de decim.& xxxij.di.c.presbyter.

Archiepiscopus, vel episcopus nolens celebrare Concilium, vt in c.sicut olim.de accusat.

Renuncians beneficium in manu laici est suspendendus,& eo spoliandus, vt in c.quod in dubijs.de renunciat.

Fingens falsas literas sub nomine prælati, vel capituli, vt in c.tam litt.de testi.& c.quanto.de his,quæ fi.à prælat.

Periurus propter fideinssionem, de fideiuss. cap.peruenit.

Clericus monitus non rediens ad ecclesiam suam,vt in c.presbyter. vij.q.j. & de cler. non resi.per totum, & c.admonet. de renunciat. & xxij.quæst.ij.cap.j.& ij.

Infamatus à multis, donec se purget, vel lite pendente. vt in cap. fin. de accusat. quod intellige, etiam si sit de facto diffamatus de crimine, licet aliqui dicant,quòd sola condemnatio super crimine absq; infamia sufficiat ad suspensionem,sed infamatus de iure potest deponi,ex quo notatur, q omne crimen inducens infamiam iuris est depositione dignum, vt no: Ant.de Butr.in c.at si clerici. de iudi. in princ. in versi.ad tertium nota.

Infamatus de simonia etiam suspendendus propter scandalum,vt de simo. c.accusatum.

Presbyter infamatus, quòd cognouit mulierem in ecclesia,de adult.c.significasti.

Latinus ordinatus ab episcopo Græco sine licentia sui episcopi. c.q translatione.de temp. ord. & ix. quæst.ij. cap. fin.

Testis nolens deponere in causa, dummodo non in criminali, vt in c. cum super. de testib. cog.& c.qui intendit.iiij.quæst.iij.

Hæres non soluens debita, vel veniens contra testatoris dispositionem suspēditur per episcopum post annum à possessione hæreditatis, vel à successione, vt de testa. c.si hæres. & c. sicut.& xj.q.j. c.Siluester. & de voto. c.licet.qd aliqui intelligunt de legatis ad pias causas tantum,sed secus de alijs debitis, vel dispositis.

Episcopus, & clericus res ecclesiæ defraudans, vt in c.fin.x.quæst.ij.& q.iij. c.vnio.

Subtrahentes instrumenta proprietatis ecclesiæ, ex quibus ecclesia sua iura tueatur, c. si qui.xij.quæst.ij.

Non præstans procurationem episcopo visitanti, vt in c.sopitæ.de censi.& c.nuper. & c. cum ex officij.de præscript.

Episcopus promouens ad subdiaconatum existentem infra xiiij. annum, vt in c. vel non est.de tempo.ordi. & in c.innotuit. lxxvij. dist.

Lij. casus est. c.ex rescripto.de iureiur.

Laicus compellens clericum iudicialiter respondere coram se suspenditur à sua dignitate, & cingulo militari, vt in c.nullus. xj.quæst.j.

Quinquagesimusquartus est casus. c.ecclesiarum. xij.quæst. ij.

Quinquagesimusquintus impedientes diuina officia fabulis ociosis, vt in c. dolemus. de celebra. missa.

Infamans Episcopum, vel alium superiorē, aut inferiorem prælatum accusando, vel infamando non probans.iij.quæst. vij. c.hi qui. & de cal.per totum.& c.episcopi famam. vj.q. v.

Negligens in administratione. c. grandi. de suppl.negl.prælat.

Quinquagesimusoctauus casus est. c. clerici. de vita, & honest.cler.

Occupās res ecclesiæ intuitu regiæ dominationis, vt in c.qui res.de reb.eccle. non alien.

Lx.celebrans sine igne, aqua, vel fermento. c.literas.de celebra.missa.fine vino, dixi s.

Episcopus, vel Abbas simoniacè aliquem recipiens conuictus, vt de simo.c. dilectus filius.

Exhibens sacramenta raptori impœnitenti, vt de rapto. c.super eo.

Sacerdos male custodiens Eucharistiam, si quid inde enorme sequatur, vt de custo. eucha. & de consecra.di.ij.c.qui bene.

Oēs illegitimè nati sunt suspēdēdi, immo suspensi de rigore iuris, vt de fil. presbytero. per totum, & de renunc. c.nisi cum pridem.& lvj. dist.c.j.& quasi per totum.

Sexagesimusquintus, qui duas ecclesias incompatibiles sine dispensatione possidere nititur, vt de præben.c.de multa, & c. auaritiæ.

& c.cum non ignores.

Lxvj. casu .c.conspirationum.xj.q.j.

Sexagesimusseptimus.in casu.c.in nostra.& c.primi, secundi,& tertij.de sepult.

Impediens processum delegati, vt in c. j. de offic. delega.

Subdelegatus nolens delegato obedire . c. pastoralis.de offic.deleg.

Septuagesimus casus, cōferens beneficium scienter indigno.c.graue.de præben.

Existēs in sacris officium tabellionatus exercens, si monitus non desistit, vt in c. sicut. ne cler. vel mona.

Pretium exigens pro licentia docendi.de magist.cap.quanto.

Iudæus nolens cessare ab vsuris suspenditur à participatione Christianorum, vt de vsur. c. post miserabilem.dixi etiam s̄.de sent. excom.

Regularis suo prælato non obediens ab epō est suspendendū, vt in c.quāto. de off.ord.in fi. xvj.q.j.c.q verè.& de maio.& obe.c.cū in eccl.

Septuagesimusquintus casus est in clerico, qui clandestinę desponsationi interest, vt de clandest.despon.c.fin.§.penult.

Clericus virginis stuprator.c.peruenit.

Leprosus,vt in c.de rectorib. de cler.ægrot.

Clericus incōtinens, si monitus nō desistit. xv.q.viij.c.ij.& de cohabi. cler. & mul.p totū.

Patronus affligens ecclesiam, & eius bona. xj.quæst.iij.c.filijs.

Falsi testes, vt in c.hac itaq;.xxviij.q.iij.

Pœnitentes ad sæcularia negocia reuertentes, de pœnit.dist. v.c.falsas.

Clerici colludentes.de collu. deteg. cap.audiuimus.

Priuilegiatus ratione delicti, vt de priuileg. c.capellanus.& c.placuit.vj.quæst.iij.

Extrahens seruum etiam proprium de ecclesia.x. quæst.iij.c.frater.

Impediens Romipetas,vt in c.si quis Romipetas.xxiiij.q.iij.dixi s̄.q hodie sunt excōicati.

Raptores viduarum. xxxvj. quæst.ij. c.eos. & c. raptores.

Raptores virginum,& monialium,ea. causa, q. & c.

Episcopi, & clerici venatores, vt in cap. ne episcopum.de cler.ven.

Tempore interdicti localis omnes clerici illius loci sunt in illo loco suspendendi.

Seruans auguria. xxvj. quæst.v. de sortileg. per totum.

Celebrans in oratorijs, & præcipuè diebus Dominicis sine licentia episcopi, vt de consecr. dist.j.c.si quis. in fi.

Episcopus percussor, vt in cap.præterea. de cler. percuss.

Liniens guttur, aut fauces, vt bene cantet, vt in c.nullus episcopus. & c.omnis. xxj. q.iiij.

Monialis impudica, vt in c.ipudica.xxvj.q.j.

Monialium correctionem impediens. c. si custos. & c.fin.xvij. quæst.j.

Nonagesimussextus casus.est in c. cum omne.de consecr.dist.j.

Nonagesimusseptimus casus est in c. præsentium.de cler.percuss.

Nonagesimusoctauus casus est in c.cum infirmitas.de pœnit.& remiss.

Clericus fugiens ecclesiasticam disciplinam fauore laicali.xxiv. quæst. v. c.si forte.

Centesimus casus est.c.cū deuotā. xxvij.q.j. Mimi, histriones,& ioculatores.de consecr.di. ij. cap.fin.

Conferens scienter beneficia suspensis, vt in c.postulasti.de cler.excom.mini.

Iurans non inire pacem cum proximo.xxij. quæst.iiij.c.quæ sacra.

Sponsa rapta nolens ad sponsum redire, vt in c.hanc.xxvij.quæst.ij.

Monachus comedens carnes extra monasterium, vt in c.carnes.de consecr.dist.j.

Centesimussextus casus est in c.illud. de excess.prælat.

Incorrigibilis.xxiij.quæst.iiij. c.forte. & de purg.can.c.si quis presbyter.

Parentes rumpi procurantes iuramenta filiorum præstita super spōsalibus.xxxj.q.iij. c.j.

Clericus iactans alienam vxorem se carnaliter cognouisse, vt in c.quam sit.de excess.prael.

Centesimusdecimus casus est diffamans iudicem, vel fatigans iniuste, vt in c. dilectus. de pœnitent.

Iudex nolens facere iustitiam de malefactoribus ecclesiæ.c. ministratores.xxiiij.q. v.

Pater impediens iusta vota filiorū sine causa. xxij. quæst.ij.c.fin.

Falsò cruce signatus pro eleemosynis colligendis.c.ex tuarum.de priuileg.

Centesimusdecimusquartus casus est. cap. quęsitum.de pœnit.& remiss.

Laicus exigens ab ecclesia temporalem redibitionem.xxiiij.q.vlt. c.secundum.

Centesimusdecimussextus casus est in c.laborem. & c.admouere.xxxiij.q.ij.

Si quis cogit personas ecclesiasticas sibi submittere bona ecclesiastica.c. hoc cōsultissimo. de reb.eccle.non alien.in vj.

Neophitus.lv.dist.c.j. & xlviij.dist.c.j.& ij.

Nouitius est suspensus ab electione abbatis actiuè, & passiuè. lxj.dist.c.ne prælatus.

Iudex sæcularis nolens repellere excommunicatum ab agendo.

Non obediens suo sacerdoti, vt in c.absit.& c.nihil.xj.quæst.iij.

Occultans bona ecclesiæ.c.visis.xvj. quæst. ij.&

ij.& cap.si quis.xij.quæst.ij.

Episcopus extorquens à monachis contra canones.xviij.quæst.ij.c.hoc cautum.

Sacerdos, qui relictis diuinis tendit ad spectacula, de consecr.dist.j.c.qui solemni.

Centesimusvigesimusquintus. intrans per membra Dei, xxij.q.j.c. si quis per capillum.

Centesimusvigesimussextus. clericus recipiens ecclesiam de manu laici, vt in c.præterea. de iure patro. Sed attende, quod debet moneri, & si monitus non renunciat, suspenditur ab officio, & beneficio, & si perseueret, deponitur. laicus vero excommunicatur, vt in d. c.præterea. & c.relatum.de iu.patr.& vide omnino.c.quisquis.de elec.el secundo.& ibi Inno.q distinguit, an de manu laici quis recipiat ecclesiam, vt beneficium, vel vt proprietatem, & vide etiam quod notat glo.in c.quod in dubijs. de renunciatione.& xvj.quæst.vlt.in c.si quis deinceps. cum cap.sequenti.

Nunc bene conuenit, vt videamus, quæ sit
19 differentia † inter suspensionem canonis, & hominis, & erit hæc septima principalis quæstio in hac materia suspensionis.

Sciendum est igitur, quod in quibusdam præmissorum casuum quidam distinxerunt facientes differentiam inter suspensionem à canone, & ab homine, de quo latius dicam infra, vbi tractabo de effectibus suspensionis, sed nunc dicas, quòd suspensus ab homine non potest eligere, vt in c.dilectus. de consuetu. suspensus vero à canone potest, vt in c.si celebrat.de cler. excom.mini.& hoc ea ratione, quia mitius agitur cum lege, quàm cum ministro legis.l. celsus.ff.de arbitr. videtur tamen sine præiudicio posse dici, quod hodie non sit differentia: nã sicut irregularis est suspensus ab homine, si celebrat, ita & suspensus à canone, vt in cap. cum æterni.de re iudi.in vj. & cap.cum medicinalis.de sent.excom. eo libro, quæ decretales infligunt irregularitatem suspensis ab illis, si celebrant. vnde idem intelligo in omnibus alijs effectibus suspensionis, quia nullus tam grauis est effectus eius, quàm irregularitas. Si ergo hanc efficit suspensio canonis, multo fortius alios: præterea quare non distinguunt similiter in excommunicatione maiori, vt alios effectus habeat ab homine, quàm à iure sine canone inflicta: hoc enim nunquàm inueni, excipio tamẽ illum solum casum, qui est de minori excommunicatione, vt taliter suspensus differat ab alijs suspensis, siue ab homine, siue à canone: quia illum specialiter inuenio expressum in decretali, si celebrat.de cler.excom.minist.& potest esse ratio, quia licet excommunicatio minor dicat suspensionem, & si non econuerso, tamen non dicit explicitè suspensionem, sed implicitè. Item secundario, & non principaliter: prius enim & principalis actus illius est remotio à participatione sacramentorum, vt expresse habetur in c.à nobis.de excep.& de sent. excom.c.si quem.& dixi satis s.in diffinitione excommunicationis minoris. Implicitus vero, & secundarius eius actus est suspensio, sine exclusio à perceptione sacramentorũ, vt patet in clerico minori excõmunicatione ligato, quia non solum nõ debet sacramẽta percipere, vt quilibet laicus, sed etiã peccat celebrando, vt in illa
20 decret.si celebrar. Suspẽsio † vero ab officio expressè dicit exclusionem à celebratione sacramentorum principaliter: Expressa ergo principaliter, vt principalia, si pluribus nocẽtur, quã implicita, & secundaria, non est mirum: debet enim plus timeri quod pollicetur, & minatur specialiter & signanter, quàm quod generali sponsione concluditur, vt not.in c.quanquàm.xxiij.
21 di. Huic sententiæ.s.quod suspensus † à canone sit irregularis, tenet Inno.in c. cum medicinalis.de sent.excom.in vj.in verbo hæc est causa.in fin. vbi dicit, notorius enim fornicator, & etiam si moniacus bene sunt irregulares, si celebrant, quia ipsi suspensi sunt à canone, licet nõ ab homine: & sic tenuerunt antiqui doc.in d. c.cum medicinalis. & licet quo ad irregularitatẽ nõ sit differẽtia: est tamẽ forte quantũ ad suspẽsionẽ, vt dixi s.de cler.excom.minist.in §.dispensare.

Sed quia vidimus differentiam inter suspensionem iuris, & hominis. Quærendum est de forma suspensionis.

22 Circa formam † suspẽsionis notandum est, quòd paritas est inter formam excommunicationis, & formam suspensionis: forma enim excommunicationis est simpliciter dicere Excommunico te, & non additur ab hoc, vel ab illo: forma vero suspensionis fertur cum determinatione sic. Suspendo te ab officio, vel beneficio, vel ab alijs administrationibus, vt supra dixi in quarta quæstione principali.

Sed quæro nunquid sine ordine iudiciario
23 quis † possit suspendi? Archid. in cap.nomen presbyteri.ij.quæst.j. dicit, quòd si Episcopus vult aliquem perpetuò suspendere, debet seruari ordo iudiciarius, sicut in excommunicatione per cap.j.de excess.prælat. si vero vult suspendere ad tempus quandoque potest præter ordinem iudiciarium iuxta glo.cap. presbyter si à plebe.ij.quæstio v.in verbo suspendatur. la terza. ibi, si autem non conuincitur, & ibi, videto materiam, & vide per Abb. Sicul. in c. primo, de excess.prælat.in versi.& in quantum. glo. Spec. quoque hoc idem quæsiuit in tertia parte, in titulo de accusatio. in §. secundo loco, in quinta col. in versi. vtrum etiã episcopus posset in perpetuum ibi, etiam vide: nec dicas

his obstare tex. & not. in cap. cum medicinalis.
de sent. excom. in vj. vt mihi dixit quidam Re-
uerendus prælatus, quia Concilium ibi, & illa
decretalis loquitur de sententia excommunica
tionis tantum, non autem de alijs censuris, &
si Concilium intellexisset etiam de alijs censu-
ris, bene sciuisset dicere, & exprimere, nec ge
neralitas rubricæ, quia omnes tex. qui sunt sub
rubrica nō disponunt, nec prouident super vni
uersis partibus rubricæ, quæ omnino sunt di-
24 uersæ, quia licet omnis † excommunicatus vir
tualiter sit suspensus, & interdictus, non tamē
econuerso, quia omnis suspensus, vel etiam in-
terdictus non est excommunicatus, vt latius
dicam.

Sed quæro de quotidiana quæstione, quę sæ
pe accidit apud imperitos iudices, videlicet po
25 ne, quòd iudex † dicat absolutè, suspendo te,
nihil addendo aliud: à quo intelligatur suspen-
sus? videtur dici posse, ꝙ ratione incertitudi-
nis nō sit suspensus ab aliquo, quia incerta sciē
tia, nec nomen sententiæ habere meretur, vt C.
de sent. quæ sine cert. quanti. profer. per totum.
& in l. duo sunt Titij. de testa. tutel. & in l. cum
ex pluribus. ff. de fideicommiss. libert. Antiqui
docto. vt Altisiodorensis, quem etiam refert
Tarantasi. tenuerunt in hoc casu esse animad-
uertendum, quæ sit causa, pro qua suspenditur.
& perquisitis iuribus, quam suspensionem il-
li adiectam viderit, illam sibi putet inflictam,
si vero causam suspensionis ignoret, vel illam
sciens ignorat de iure, quæ illi facto, vel deli-
cto suspensio infligatur, cogitet, an causa sit
minima, medioeris, vel maxima, & secundū
hoc speciem suspensionis inflictam reputet, se
26 ligatum existimare non debet, iudicem † secun
dum culpæ competentiam, & pœnam commē
surasse, vt c. famæ. de sent. excom. quod semper
intellige si iudex sit talis, quòd pœnam possit
infligere, & quòd, qui suspenditur, talis sit, in
quem de facili talis sententia non sit promul-
ganda, puta, quòd non sit episcopus, vel supe-
27 rior: tales † enim propter pontificalis officij
executionem, quod frequenter incumbit, non
sunt de facili ab officio suspendendi, vt in cap.
quia periculosum. de sent. excom. in vj. vt su-
pra dixi in fi. casuum, in quibus quis est ipso iu
re suspensus, vbi dixi, quòd episcopi, & eorū
superiores nunquàm sententiam excommuni-
cationis, suspensionis, vel interdicti ipso iure
incurrunt prętextu alicuius constitutionis, nisi
28 † in ea de episcopis expressa mentio fiat, per d.
c. cum periculosum. Sed Antonius de Butr. in
cap. at si clerici. in principio. de iudic. dicit,
quòd in dubio appellatione suspensi intelligi-
tur ab officio.

29 Sed quid si dicat suspendo † te ab officio,
vel beneficio, nunquid debeat abstinere ab vtro
que, an ab altero, & à quo, an à nullo? glo.
in c. latores. de cleri. excom. minist. & l. cum
quidam. de verbo. signifi. & de consecr. dist. ij.
c. in calice, & ar. ff. de rebus dubijs. l. qui ducen
ta. §. cum ita, tenent, quòd ab vtroque absti-
neat, vt totius &c.

Sed contra immo à neutro ratione incertitu
dinis, vt in iuribus supra allegatis, quod verius
credi potest tum ratione suspensionis, quæ est
odiosa, & pœnalis, tum etiam ratione iudicis
quoque. Nam dicit Altisiodorensis, quem etiā
in hoc refert Tarantasieñ. iudicantem fatuum
esse sic pronunciando. Sed aliqui antiqui dixe
runt, quos etiam refert Tarantasieñ. talem esse
suspensum à beneficio tantum, cum sit minor
pœna. arg. l. nummis. ff. de leg. iij. ibi nummis
indistinctè exiguiores debentur: Aliqui vero
dixerunt hoc esse positum in voluntate damna
ti, vt à quo malet, reputet se suspensum, qui
dum elegerit, non poterit variare: non enim
posset se ipsum à pœna, quam prius per suam
electionem incurrit, absoluere: sed hæc opin.
non placet, sed non recedendo à dictis Antonij
de But. in c. at si clerici. de iudic. si volumus at-
30 tendere † ad dictionem, vel eius naturam, in
hoc casu, cum alias possit stare alternatiue or
dinis, quando adiungitur dictioni saltem, vt
in c. mandato. de præben. in vj. & in regula. c.
in alternatiuis, quòd aliquando ponatur pro
idest, vt in l. pen. in §. nullum tamen. C. de iur.
iur. & alias multiformiter assumitur, vt dixi in
tractatu nostro de aduerbiorum dictionum, &
syllabarum significatione, sub dictione vel: aut
possumus dicere, quòd stet subiunctiuè, vel a-
lienatiuè inducens semper ambiguitatem, &
obscuritatem, vt not. l. prætor edixit. ff. de in-
iur. in §. quòd autem. & in l. vbi autem. in §. qui
id. eo. tit. & instit. de actio. in §. curare, & ibi gl.
& Bar. in l. stipulationes nō diuiduntur. in vlt.
q. ff. de verbo. oblig. Ideo non stat suspensus ab
aliquo, sed quòd iudex fatue dixerit, vt supra.
Sed vide Abb. Sicul. in c. cum Vintoniensis. in
vj. col. mihi. de elec. vbi multa dicit in hac ma
teria, qua breuitatis causa omitto.

Nono consequenter quæro nunquid suspen
31 sus † simpliciter ab officio sit suspensus à be-
neficio? Ioan. And. in clem. cupientes. de pœ-
niten. in glo. magna, quæ non videtur plenè
extricasse quæstionem secundum Ioan. Cardi-
nalem distinguendo processit, & ipse Io. cla-
rius distinxit, & conclusit secundum subie-
ctas distinctiones, quem refert & sequitur
Petrus de Anchara. & alij post eum ibidem,
quorum dicta non referam, quia longiuscu-
la, sed sola remissione concedam: sed do. Prę-
positus. in cap. pastoralis. de appellatio. in
§. vtrum.

§. vtrum.in vij.col.in versi. sed pro complemẽto.dicit causam esse inspiciendam, si est grauis vehementer, videbitur etiam suspensus à beneficio, vel etiam, quia propter crimen suspẽdit: si etiam leuis causa, vel propter solam infamiã vt primo casu, extendatur ad beneficium: secũdo non, nisi beneficium consisteret in distributionibus quotidianis, quia tunc indistinctè est suspensus à beneficio: cum distributiones quotidianæ nõ dentur nisi interessentibus diuinis offic js, vt in c. j. de cler. non resid. in vj. tunc enim suspensio extenditur ad vtrunq; : allegat d. glo. in clem. cupientes. vide ibi.

32 Quarto nunquid episcopus † suspensus a pontificalibus si celebrat, efficiatur irregularis? Hosti. dicit, quòd nõ, & ratio est, quia pontificalia non sunt de substantia celebrationis.

Sed quia supra posuimus in distracto illos esse. tum & decem casus, in quibus quis est ipso iure suspensus, non distinguendo ab officio, vel beneficio, vel ab vtroque, vel à collatione beneficiorum, vel à collatione ordinum, vel administratione, Ideo expedit, vt in concreto de singulis videamus.

33 Imprimis itaque videndũ est, in quibus casibus sit † quis ipso iure suspensus ab officio.

Dicas, quòd suspensus est quis ipso iure ab officio in lxvij. casibus.

Primus, qui ordinem præpostere recipit, donec dispensatum fuerit cum eo, vel in quo omissum est aliquid de forma substantiali, donec suppleatur, quod omissum est, in cap. j. de cleri. per salt. promoto. & cap. j. de sacramentis non iteran.

Ordinatus extra tempora à iure statuta, vt in c. literas. & c. consultationi. de tempo. ordi.

Ordinatus à scismatico, vel hæretico, vt in c. j. & ij. de scismat. & xj. q. iij. c. illud. & in c. per tuas. el secondo. de simo. & ibi per Io. An.

Ordinatus ab excõicato. xj. q. j. c. j. & ij. & in c. fin. de ordinatis a bepiscopo, qui renunciat episcopatum.

Ordinatus ab alieno episcopo sine licentia sui, vt in c. Lugdunensis. ix. q. ij. & in c. j. & ij. de ordi. ab episcopo, & in c. j. ij. & iij. de temp. ordi. Intelligas tamen, quòd non tali suspensione, quæ irregularitatem inducat, si postea celebrat, nisi etiam suspendatur ab homine, vt dicit glo. in c. eos. de tempo. ordi. in vj. & Archidiaco. in c. Lugdunensis. ix. quæst. ij. sed Ioan. And. in cap. quòd translationem. de temp. ord. dicit, quòd talis est suspensus de iure quo ad se, & non quo ad alios, licet glo. in cap. si celebrat. de cler. excomm. minist. dicere videatur, quòd sit suspensus etiam quo ad se, & non quo ad alios, quando suspensio est ex alia causa, quàm ex participatione cum excommunicato.

Ordinatus sub conditione, ne ordinatorem suum, vel præsentatorem super prouisione beneficij inquietet, vt in cap. si quis ordinauit. de simoni. & idem dicas de præsentatore, qui per triennium suspensus est ibidem.

Ordinatus sine titulo olim suspensus erat secundum antiqua iura. lix. distinct. cap. j. sed hodie secus, vt in c. episcopis. de præben. & c. secundum capitulum.

Ordinatus ab hæreticis ad fidei subuersionem, & hic perperam, & sine spe dispensationis, vt in cap. conuenientibus. in fin. prima quæst. vij.

Ordinatus ab hæreticis etiam inuitus si per mensem, postquam potuit fugere, permansit cum eis, quia tunc præsumitur consentire. j. q. j. cap. constat.

Ordinatus à pseudoepiscopo, id est, non catholicè ordinato, vel electo, vt j. quæst. j. c. si quis à pseudo.

Ordinatus simoniacè, vt j. quæst. j. cap. gratia, & de simo. c. tanta. c. si quis ordinauerit. & cap. per tuas.

Ordinatus à simoniaco, licet non simoniacè. c. statuimus. j. quæst. j.

Ordinatus in apostasia ad sacrum ordinem, etiam si suo ordini fuerit reconciliatus, & pœnitentiam fecerit, suspensus est ab ordine, vt in c. consultationi. de apostat.

Ordinatus ad duos sacros ordines vna die sine Papæ dispensatione, vt in cap. innotuit. de eo, qui furtim ordi. suscep.

Ordinatus furtiuè ad quatuor minores ordines, & subdiaconatum eodem die suspensus est ab exetutione maiorum ordinum, donec cũ eo misericorditer dispensetur, vt de eo, qui furtim ordin. suscep. c. ij.

Qui sine scientia sui metropolitani efficitur episcopus secundum antiqua iura, vt lxiiij. di. c. extra conscientiam. & lxv. dist. c. episcopus. Hodie hæc sunt sublata propter specialem regulam cancellariæ apostolicæ, quæ, vt etiam s. dixi, consueuit esse quarta num. per quam hodie Papa sibi reseruat prouisionem cathedralium, & metropolitanorum.

Qui cõsecratur ab vnico episcopo. lxiiij. di. c. extra conscientiam. proxime allegat.

Quilibet bigamus. L. dist. c. si quis viduam. & de bigam. c. j. & ij.

Clericus coniugatus, qui vxorem suam cognoscit post adulterium. xxxiiij. dist. c. si quorus. & c. sequenti.

Qui ordinat bigamum, vel corruptæ maritum per annum suspensus est à celebratione missæ, vt in c. nullus. lv. dist.

Qui ordinat publicum pœnitentem similiter per annum est suspensus, vt supra.

Monachus cōtrahens matrimonium. xxvij. q.j.c.qnorquot.& c.monachi.

Contrahens matrimonium post diaconatū, vt in c.sanè.de cler.coniug.& xxviij.di.iu mnltis cap.illius distinctionis, vbi de hoc.

Publici concubinatij sunt ab officio suspensi.xxxij.di.c.nullus præter hoc.§.verum, & c. eos erubescant. & c.vestra.de cohabit.cleri. & mulie.de quibus dic, vt dicam infra de homicida notorio, & hæretico. & vide glo. in c. nō liceat.de præscript.& Hostien.& Io.And. iu c. vt clericorum.de vita & honest.cleric.

Clericus damnatus de incestu monialium, vt xxvij.quæst.j.c.si qua virgo.& c. si qua monacharum. in fi.

Clericus enormiter debilitatus. c.presbyterum.de cler.ægrotan.

Clericus leprosus. vt in c. de rectoribus. de cler.ægrot.& vij.quæst.j.c.j.

Clericus se sponte castrans, etiam vt castè viuat, vt in c.siqnis peregrinus.lv.dist.

Qui ernit alteri ocnlum.lv.dist.c.si.

Homicida, vt L.dist.miror. & c.clericos. de homici.presbyrero, quod intelligendnm est de homicida nororio, & idem dicas de notorio hæretico, vel etiam notorio peccatore, qui tale peccatum commisit, qnod etiam post peractā pœnitentiam impedit ordinis executionem, vt nor.Io.And.in c.per tuas. el secondo. de simo.

Clericus, qui interfuit conflictui, & proiecit lapides pro parte illorum, qui violēriam repellebant, si non percussit, nec aliquis est occisus, suspensus est biennio à celebratione missæ. c. præsentium.de cler.percussore.

Clerici Græci vxorati, quibns procurantibus, vel studiosè negligentibus filij eorum par uuli in lecto inueniuntur oppressi perpetuo officio sunt suspensi, si autem ex incuria, & occultum fuerit, pro arbitrio pœnitentiarij ad terrorem aliorum ad tempus ab officio sunt suspēdendi, vt in c.quæsitum.de pœnit. & remiss.

Solemniter pœnitens. L. dist. c.ex pœnitentibus.

Episcopi, qui infra sex menses nō denunciarunt subditis, quod in Concilio factum fuit, duobus mensibus ipso iure sunt suspensi.xviij. dist.cap.vltim.

Episcopus, qui clericum alienum sine literis dimissorijs, vel commendatitijs recipiebat, & receptum tenebat donec rediret ad propria, olim suspensus erat, vt lxxj. distin. cap. cleros. & cap.extraneo.

Vicarij, qui personis ecclesiarnm fide, & sacramento obligati personatum sibi assumenies contra personas se erigunt, qni si conuicti de hoc, vel confessi fuerint, de cætero ad officij sui executionem in eodem episcopatu nō sunt admittendi, vt in c.illud.de excess.prxla.

Clerici peregrini sine literis commendatitijs suspensi sunt à celebratione, vt xxviij. dist. c.j.& ij. cum distinctione tamen, qnam habemus in c.penult.& vlt.de cler.peregri.

Episcopus, qui in publico euitat alium, cuius excommnnicatiouem probare non potest, suspensus est ab officio, quamdiu nou communicat ei, vt vj.quæst.ij.c.placuit.

Excōmunicatus, vt vj. q. j.c.illi qui beatus.

Qui sciēter communicat excommunicato. xj.q.iij.c.sicut apostoli.& c.seqnenti, & c.à nobis.de excep.& c.sacris.de sent.excom.nisi beneficio defendatur.xj. q. iij. c. quoniā multos. & de sent.excom.c.inter alia.

Qui excommunicat aliquem sine monitione, xxx.diebus est suspensus à diuinis, & interdictus ab ingressu ecclesiæ.xxiiij.q.ij.c.de illicita.& c.cum medicinalis.de sent.excom.

Episcopus, qui relaxat pœnitentiam à canone statutam contra incendiarios suspensus est per annum ab officio episcopali, vt in c. pessimam. xxiij.quæst.vltim.

Qui dignitatem, vel electionem suscipit de manu laici.xvj.quæst.vij.c.si quis deinceps. & c.quisquis. de elect.

Qui violat interdictū Papæ. xj.q.iij. c.Tongaldum.& de exces. præla.c.tanta.

Qui prodit Papam.xxiiij.q.iiij.c.Vilisarius. & j.quæst.j.c.omnis.

Conuersus de hæresi.j.q.vij.c.& ij.& iij.

Apostata, vt ij.q.vij.c.alieni, & c.beatus.

Clericus, siue sacerdos, qui scienter fautoribus hæreticorum, vel hæreticis miuistrat ecclesiastica sacramenta, vt iu c.excommunicamus.de hæret.iu §.sanè clerici. sed vide varietatem inter hos. in c.si quis dederit.j. q.j.

Clericus iurans seruare consuetudinem ecclesiæ suæ, quæ est contra canones, suspensus est à celebratione, vt in c.cum in cunctis.de his quæ fiunt à maiori parte capituli.

Clericus, qui laicum induit sacris vestibus sepeliēdo eum, quod est secus de clerico, quin immo talibus vestibus sepeliendus est, vt in c. nemo per ignorantiam, de consecr.dist.j.

Episcopus, aut presbyter dimittens missam imperfectam, nisi passio interuenerit, vij. q.j. c.nihil est, de consecr.dist.j.c.nullus episcopus.

Presbyter, qui duas Missas celebrat, si in vtraque communionem sumat.de consecr. di. ij. cap. relatum.

Sacerdos non assumens sanguiuem in Missa post Eucharistiam, vt in cap. comperimus. de consecra. dist.ij.

Episcopus celans simoniam precio, vel pecunia est suspensns ab officio duobns mensibus, sacerdos quatuor, diaconus tribus, subdiaconus

diaconus, & clericus competenti suspensione mulctandi sunt, vt j.q.j.c.quicquid. inuisibilis ratio etiam minoris temporis in episcopo.in c. quia periculosum.de sent.excom. in vj.

Iudex per sordes iudicans.c. cum æterni. de re iudic. in vj. secundum autem leges est infamis.l.j.C.de pœn.iud.qui male iudica.

Vltimo quilibet in mortali peccato constitutus quo ad Deum, & quo ad se est suspensus, vt etiam supra dixi, & talis suspensus quo ad Deū, quo ad se, & non quo ad alios est inhabilis ad beneficia ecclesiastica obtinenda, ideò & ineligibilis, vt not.in c. si celebrat. de cler. excom. mini.& sic multo fortius est inhabilis, si suspēditur ab homine, vt supra dixi per dictum cap. cum bonæ.de æta.& qual.& ratio est, quia talis dicitur etiam suspensus quo ad alios a iure, vt in c.fi.de cler. excom. minist. nam primo casu licet suspensus à iure habeat ordinem quo ad habitum, non tamen habet quo ad exercitium ordinis, vt not.in c.ei cui.de præbend.in vj. & gl.pen. in fi. Ideò censetur inhabilis ad beneficia, vt notatur in clem.ij.de æta.& qual. glo. ij.in fi. & ibi doct.

Sed pro complemento huius quæsiti quæro vndecimo, & principaliter, quāto tempore du

34 rabit† huiusmodi suspensio in casibus, in quibus non est præfixum certum, & determinatū, tempus in suspensione? dicas, quòd perpetuò durabit, donec per superiorem fuerit absolutus, sicut vidimus supra de excommunicato, qui semper præsumitur excommunicatus, donec doceat de legitima absolutione, vt dixi supra in q. quandiu sit euitandus, qui semel fuit excommunicatus, & de quo plenè vide Inno. in c.cum bonæ.de ætat.& qualit. vbi pleuè distinguendo examinat hunc articulum, ibi omnino vide, & per eundem, & Io. An.in c. sicut. de cohabit.cler.& mul.& per Butr.in d.c.cum bonæ.& in c.ex literis.de constit.

Sed quæro, quis erit iste superior? Distinguendum est, quòd aut est suspensus à iure, aut ab homine: si à iure, aut lex, siue legis lator, puta Papa reseruauit sibi absolutionem, vel dispensationem, & tunc solus Papa dispensabit, aut sibi non reseruauit, & tunc censetur alijs eam concessisse, vt latius supra dixi per tex. c. nuper.de sen.excom. Ideò communis opinio est, quòd episcopi possunt dispensare in omnibus casibus, illis exceptis, qui sibi specialiter sunt prohibiti, quos Papa sibi specialiter reseruauit, vt dixi supra de dispen.episcopi.de sent. excom.in illa regula, qui potest ligare, potest & soluere.§.quarto fallit.versi.sed contrarium videtur. in versi.sed pro veritate indaganda.

Si verò ab homine, dicas, quòd qui potest ligare, potest & soluere.

Sed quia dixi, quòd suspensio perpetuò durabit, donec tollatur per superiorem, quæro,

36 vtrum quis possit suspendi† in perpetuum, & tunc quid, vel in quo differat depositio à suspēsione perpetua? dixi supra proximè in §. sed q̄ro nunquid sine ordine iudiciario, quòd sic. in quo autem differat Spec.in tit.de accus.in tertia parte, in princ.in §.secundo loco. in iij. col. mihi, in versi. item quæritur quæ sit differentia. dicit Vincē. tenuisse, quòd in nullo differt; quòd non placet Io. An.ibi in addit. remittens sese ad scripta per eum, in c. inter corporalia. de transl.præla.ibi alleg.& ibi dicit Spec. quòd

37 suspendens† potest suspensum restituere, depositum verò non: quod tamen intelligit de solemniter deposito, idest degradato. videtur ergo secus de verbaliter tātum degradato, vt ibi in versi.circa quod.& idem intelligit de verbaliter deposito; ibi vide, vt latius dicam infra de sententia depositionis, & degradationis.

Nunc videndum est & xij. principaliter, in

38 quibus casibus† fit quis ipso iure suspensus à beneficio. Reperio quatuor casus, in quibus quis ipso iure suspenditur à beneficio.

Primus est excommunicatus, qui ipso iure à beneficio suspensus est, vt in c. pastoralis. in fi.de appell.ibi, & prouentus ecclesiastici meritò subtrahantur, cui ecclesiæ communio denegatur, & ibi bo.gl.in hac materia, in verbo subtrahantur.

Secundus casus in c.cum in cunctis. de electio.in §.clerici sanè, videlicet clerici eligentes contra formam illius decret. triennio sunt suspensi à beneficijs.

Tertius est publicus cōcubinarius, vt xxvij. dist.c.præter hoc ibi, in tex. neque partem ab ecclesia suscipiat, de quo dic, vt dixi supra, in quibus casibus quis est suspensus à beneficio, in vigesimotertio casu, & plenius per Ant. de Butr.in repetit. in cap. vestra. de cohab. cleri. & mul.

Quartus casus est in c. statuimus. de elect. videlicet cum quis se opponit electioni, postulationi, vel prouisioni, obijciens crimina, vel defectus contra electum, postulatum, & prouisum, siue prouidendum, & deficiat in probatione obiectorum à beneficijs ecclesiasticis triennio ipso iure est suspensus.

Plures in præsentia mihi non succurrūt, sed studiosior me supplebit.

Expedit quoque videre, in quibus casibus

39 † quis sit suspensus ab vtroque præmissorum duorum casuum, videlicet ab officio, & beneficio, & inuenio similiter, quòd in quatuor casibus.

Primus est in eo, qui sententiam sanguinis tractat, vt est tex.in c.his à quibus.xxiij.q. vlt.

Secun-

Secundus, qui obligat ecclesiam suam pro alienis debitis fideiubendo, vt in cap. ij. de solut.

Tertius, qui scismatico scienter, & sponte dat iuramentum de scismate tuendo, vel tenendo, vt in c. quòd à præcessore. de scismat. & in c. scisma. xxiiij. q. j. & ea. causa. q. iij. c. iter scisma.

Quartus, presbyter, qui secundas nuptias benedicit, vt in c. j. de secund. nupt.

Ioannes tamen de Deo intelligit illum tex. cum presbyter post sacerdotium contra hic cũ secunda. argum. c. presbyterum. xxviij. dist. & tunc hodie iste casus de nihilo seruiret in ecclesia occidentali, & Romana Catholica: plures etiam pariter in hoc casus non inuenio, nec mihi succurrunt.

Nec prætermitto quærere, in quibus casi-
40 bus quis sit ipso iure suspensus † à collatione ordinum, & dicas, quòd in tribus.

Primus est, qui scienter promouet indignũ, vt in c. tantis Daniel. xxxj. dist. & j. q. j. c. si quis episcopus. & c. literas. & c. dilectus. de tẽp. ord.

Secundus, qui confert sacros ordines extra tempora, vt in c. literas. & c. consultationi. de temp. ordin.

Tertius, qui aliquem ordinat sub conditione, ne ordinatus petat à promotore, vt sibi prouideat de beneficio, vel vnde viuat, quia talis triennio est suspensus, vt in c. si quis ordinauerit. de simo.

41 Dicas, quòd in quatuor casibus † ipso iure incurritur suspensio à collatione beneficiorum. Primus.

Est excommunicatus, vt satis supra diximus, vbi tractauimus de effectibus excõmunicationis. Secundus.

Est in casu cap. nosti. de elect. videlicet electus non confirmatus est suspensus à collatione beneficiorum.

Tertius, qui in electione nõ seruat formam concilij Lateranen. de quo in d. c. cum in cunctis. de elect. supra alleg.

Quartus casus est in c. quia diuersitatem. de conceß. præb.

42 Est etiam ipso iure suspensus † ab administratione temporalium, & spiritualium, vt supra dixi, qui ecclesiam suam pro alienis debitis obligat, vt in d. c. ij. de soluti.

Et omnis excommunicatus est suspẽsus ab administratione temporalium, sicut & spiritualium, vt notat Innoc. in c. cum bonæ. de ætat. & qualit. ibi, & idem intelligas, si sint excommunicati.

Decimoseptimo quæro, qua pœna punia-
43 tur † suspensus celebrans, vel si celebrat. Dicas, quòd pœna depositionis perpetuæ ab officio, & beneficio, arg. c. vt clericorum. de vita, & honest. cler. & c. clerici. de cler. excom. mini. & c. latores. eo. tit. quod intelligendum est, cũ moderamine, & distinctione. c. Apostolicæ. eo. tit. videlicet cessante ignorantia probabili, vt ibi in textu, sed vide plenius per Ant. de Butr. in c. fi. de cler. excommu. minist. vbi latè.

Est & alia pœna suspensi ab officio celebrantis, videlicet irregularitas, etiam si non deponatur secundum illam distinctionem probabilis ignorantiæ, vel supinæ.

Sed quæro cessante ignorãtia probabili, quis
44 cum talibus dispensabit? Dicas, quòd † solus Papa, vt dicit glo. in d. c. clerici. & latius dixi supra de cler. excom. minist. Sunt etiam alij tres casus, in quibus solus Papa dispensat, & restituit: primo, quando clerici, vel regulares propter exhibitionem sacramentorum hæreticis, aut propter receptionem eleemosynæ, vel oblationum ab eis, vel propter traditionem ecclesiasticæ sepulturæ ipsorum hæreticorũ sunt priuati ab eorum ordinarijs officio, vt in c. excommunicamus. de hæret.

Secundus casus est in suspenso à collatione beneficiorum per concilium post primam, & secundam monitionem inuento culpabili in conferendo beneficia indignis, vt in c. graue. de præben. posset tamen iste à suo primate, vel patriarcha restitui, vt in eo. c. graue.

Tertius est in degradato, vt in c. ex tuæ. de cler. non resid. de quo latius dicam infra in titulo de sent. degradationis.

Ab hac autem irregularitate excipitur excõmunicatus minori excommunicatione, quia licet suspensus sit ab officio, non tamen celebrans efficitur irregularis, vt notatur in c. si ce lebrat. de cler. excom. minist.

Decimonono quæro nunquid in absolutio-
45 ne † à suspensione requiratur iuramentum de parendo mandatis ecclesiæ, sicut in absolutione ab excommunicatione? dicas, quòd sic per text. in c. venerabili. de sent. excom. vbi de hoc.

Vigesimo quæro, nunquid suspensus ad tem-
46 pus † elapso tempore indigeat absolutione? Innoc. in d. c. cum bonæ. de ætat. & qualit. distinguit, videlicet, quòd aut suspensus est quo ad vsque satisfaciat, aut ad tempus, puta annum, vel mensem: primo casu dicit, quòd necessaria est specialis absolutio etiam post satisfactionem, vt ij. q. v. c. presbyter. in secundo verò casu dicit, quòd statim finito tempore redit ad ecclesiam, & cessat suspensio: allegat l. puto. ff. de postul. & dicit, quòd ratio diuersitatis ea esse potest, quia certum tempus haber suspensionis, quæ certitudo tollit omne dubium absolutionis, sed quando dicitur quo ad vsque, satisfecerit, multæ possunt esse dubitationes, quia vnus diceret plenè satisfactum, & alter negaret:

ret: dicit tamen, quòd aliqui contra dicunt.

Quæro nunc de extensione, & effectu suspē
47 sionis, nunquid† suspensus in vna ecclesia sit su
spensus in omnibus? dicas, quòd sic, sicut su-
pra vidimus de excommunicatione, & eius ef-
fectibus, vt in c. dnæ sunt. xix. q. ij. & in c. si quis
presbyter. vij. q. j. vbi de hoc. & ff. de interdic.
& relegat. l. relegatorum. §. interdicere. & §. se-
quē. & arg. bo. in c. quisquis episcoporum. iiij.
q. v. vbi de hoc. Non enim potest esse partim
in ecclesia, partim extra ecclesiam, vt in cap. si
quis presbyter. xxiiij. q. j. Tamen contrarium
videtur signari in c. si quis de alterius. lviij. di-
stin. Quidam distinguunt, vtrum sit suspensus
pro crimine, quod irroget infamiam, vt tunc
sit vbique suspensus: aliter non, vt in l. ex ea.
ff. de postul. Sed prius dictum communiter te-
netur, quia suspensus ab officio, nihil debet tra
ctare ex officio, alias est deponendus, vt latius
dicam infra sub quarta parte rubricæ, videlicet
sub titulo de sent. depositionis, per tex. in c. ij.
& c. clerici. de cler. excom. minist. de hac quæ-
stio. vide per dom. Præpositum in c. pastoralis.
de appel. in §. vtrum. in vij. col. in versi. in ea.
glo. ibi lxiij. vbi aliquid.

Est tamen sciendum, quòd aliquando inue-
nitur quis suspensus ab officio quo ad vnam ec
clesiam tantum, & non quo ad alias, vt in ca-
su, quem posui supra in illa quæstione, an, &
quando ipso iure quis sit suspensus ab officio,
in §. vicarij.

48 Suspensus autem † à beneficio, benè potest
in alio loco habere beneficium, vt xviij. dist. c.
placuit. & viij. dist. c. ij. & glo. in c. pastoralis. de
appel. in verbo subtrahuntur, quod Taranta.
intelligit, quòd sit suspensus ab homine, secus
si à canone: dicit enim, quòd homo habet bre
uiores manus, quàm canon, & in hoc videtur
quòd regula fallat, dicens, quòd mitius agitur
cum lege, quàm cū ministro legis, quia hic mi
tius agitur cum ministro, quàm cum lege, vel
potius minister mitius agit, quàm lex: quod di
cit bene esse notandum, nec meminit se alibi lē
gisse; vide post alios d. Præpositum in d. c. pasto
ralis, vbi refert dicta Innoc. Butr. & Panor. in
vij. col. ibi, habetis aliud ex hac glo.

Sed nunquid suspensus ab homine à benefi-
cio possit alibi acquirere beneficium? glo. in c.
latores. de cler. excom. minist. dicit, quòd sic;
quia non intelligitur illum suspendisse ab offi-
cio quo ad se, secus si suspēdisset ab officio spe-
cialiter: tunc enim beneficium sequela est, &
ideò remouetur ab illo, nisi specialiter ei con-
seruetur, vt xxviij. dist. c. presbyter. & l. dist. c.
studeat. & c. accedens.

49 Quæro etiam nunquid suspensus † ab offi-
cio sit etiam suspensus à iurisdictione, & econ-
tra? dicas, quod non, vt est glo. in terminis. in
c. audiuimus. xxiiij. q. & est glo. j.

50 Quæro quoque, vtrum suspensus † possit ex
communicare? gl. prædicta d. c. audiuimus. di-
stinguit inter suspensum ab officio, & suspen-
sum à iurisdictione, quia si ab officio? tantū ea
non poterit exercere, quæ officij sui sunt, vt ce
lebrare, & diuinis interest, & similia, sed ea
poterit, quæ iurisdictionis sunt, vt excommu-
nicare, & conferre, quia hæc iurisdictionis
sunt, vt in c. transmissam. de elec. & cap. si cele-
brat. de cler. excom. ministr. contra verò si su-
spenderetur à iurisdictione, & non ab officio,
quia posset ea, quæ sunt officij, & non ea, quæ
sunt iurisdictionis: si autem ab vtroque, tunc
neutrum, vt in c. quoniam. & c. quia diuersita-
tem. de concess. præben.

Scias tamen, quòd quātum ad collationem
51 † beneficiorum suspenso non currit semestre,
vt dicitur in d. c. quia diuersitatem. quod intel-
ligendum est, vt interim petat absolutionem;
alioqnin ei imputetur, vt not. in cap. si autem.
de rescrip. & ff. de re milit. l. non omnes. §. qui
captus. & 100. dist. cap. quoniam quidam. &
de reg. iur. c. qui potest.

52 Sed quæro, nunquid interdictus † possit eli-
gere, vel postulare, siue eligi, aut postula-
ri? videtur, quòd interdictus nullam horum
habeat communionem, vt in c. cum inter R.
de elect. quem tex. omnes ad hoc allegant; ta-
men verè non probat, quia ibi ponitur interdi
ctus pro suspenso saltem à beneficio, non offi-
cio; arg. bonum ad hoc in sæpe allegato c. si ce-
lebrat. de cler. excom. minist. dicam latius in-
fra de sententia interdicti.

Sed vt hæc materia melius pateat, puto esse
distinguendum inter actionem, & passionem,
& inter suspensionem ab officio, vel iurisdi-
ctione: Credo enim, quòd suspensus ab offi-
cio tantum, non possit actiones huiusmodi e-
xercere, vt expresse videtur dicere illa decret. si
celebrat, ibi. nec eligere prohibetur. Idem in-
telligo, & multo fortius de postulatione, quia
per illam peruenitur ad electionem, vnde con
53 cesso † aliquo conceduntur & ea, per quæ ad
illud peruenitur vt in c. præterea. de offi. dele.
& ibi glo. & in l. ij. ff. de iurisd. omn. ind. Nec
obstat, si obijceretur de c. cum dilectus. de con
suet. vbi cassatur electio facta à suspensis, quia
dupliciter respondetur, primo quia illa electio
non fuit cassata, quia facta à suspensis, sed quia
de suspenso, vt ibi dicitur: talis enim non po-
test eligi, vt statim dicam, vel secundo potest
dici, quòd illud c. loquitur in persona simpli-
ci, quæ alias non habet iurisdictionem, vt e-
rant illi monachi, & idem dico de simplici ca-
nonico: tales enim etiam ab officio tantum su
spensi

ſpenſi ab eo nihil retinent: in paſſionibus au-
tem huiuſmodi, vt eſt eligi, vel poſtulari non
diſtinguo inter ſuſpenſum ab officio, vel à iuriſ
dictione, vt expreſſe probatur in d.c. dilectus.
ibi, de ſuſpenſo celebrante. vbi de hoc, & in d.
c.cum inter R.de elect.& in cap.cum bonæ.de
æta.& quali.vbi etiam de hoc, & in d.c. ſi cele-
brat. Ratio autem diuerſitatis, quare in pri-
mo caſu diſtinguo, & non in iſto, hæc eſt, quia
in primo caſu agendo quis alij confert, patien
do verò acquirit: non eſt igitur mirum, ſi in
primo caſu tantus fauor non exhibeatur ſuſpé-
ſo in acquirendo ſibi, quãtum in conferendo,
arg.in c.intelleximus.de iud.& in c. ſi verè. de
ſent.excom. In ſecundo verò caſu non diſtin-
guo, quia cum quis eligitur ſimpliciter, eligi-
tur non tantum ad ea, quæ ſunt officij, vel iu-
riſdictionis, ſed ad omnia: ergo ſiue ſit ſuſpen
ſus ab officio, ſiue à iuriſdictione, non compe
tit paſſiua electio, ſiue poſtulatio, quæ vtrun-
que tribuit, & ſic tribueret id, à quo eſt ſuſpen
54 ſus, quod eſſe non poteſt: non † enim debet ad
ea eligi, à quibus eſt remotus, vt in d.decret. ſi
celebrat. Præterea videtur ſequi abſurditas;
& repugnantia, vt quis non poſſit aliqua ratio
ne ſuſpenſionis, & tamen poſſit eadem ratio-
ne electionis. Similiter dico, quòd ſuſpenſus
ab officio, vel iuriſdictione non poteſt poſtula
ri, vt in c.j.de poſtul.in fi.hoc etiã ratione pro
batur: nam cum nõ poſſit eligi, vt dictum eſt,
ergo nec poſtulari. Credo enim, quòd omne
impedimentum vitioſum ab electione, ſit etiã
impedimentum à poſtulatione: ad idem enim
quis poſtulatur, ad quod ẽt eligitur, & idem eſt
finis, & effectus. Prohibito autem vno, om-
55 nia † ſunt prohibita, quæ ſequuntur ex illo, vel
peruenitur ad illud, vt in d.c.præterea. de offi.
deleg.& de procur.c.tuæ. & in c.diuerſis falla-
cijs.de cler.coniug. & ff. de cond. & demonſt.
l.quæ ſub conditione.§.ſi quis. de bon.liber.l.
quæritur.& l.ſcire. ff. de tutor.& curat. dat.ab
his. Non enim intelligo, vt poſtuletur ad tol-
lendum impedimentum, vt in caſu.c. Cœno-
manenſis.lv.diſt.& c.innotuit.de elect.quia im
pedimentum non vitioſum hic, vt ibi. Scien-
dum tamen eſt, quòd glo.Bern.in d.c.cum di-
lectus.de conſuet. in verbo à ſuſpenſis, quæ eſt
aurea in hac materia dixit, quòd ſuſpenſus nõ
poteſt eligere, neque eligi nulla de præmiſſis,
facta diſtinctione, ſed ſimpliciter.

Item dixit, quòd ſuſpenſus ab officio non
poteſt excommunicare, nec dare præbendas,
quod eſt conferre.

Et ſi quæritur, bene hoc, cum tantum ſit pri
uatus officio, litera autem inuenitur, qui non
habet officium hoc facere poſſe, vt electus poſt
confirmationem ante conſecrationem. Re-
ſpondet ibi, quòd plus aufert ſuſpenſio, quàm
conferat conſecratio, vt dici ſolet, quòd plus
tollit negatio, quàm ponat affirmatio. Nam
electus confirmatus multa poteſt ex his, quæ
pertinent ad officium epiſcopale, quæ omnino
perdit per ſuſpenſionem, quia conſecratio non
56 † multum addit, vt notatur in c.inter corpora-
lia.de tranſl.prælat.& eſt ſimile, quod dicimus
de viro, ſiue marito, qui poſt matrimonium
non poteſt intrare religionem, ſed ante poteſt:
& epiſcopus confirmatus non poteſt aliqua,
quæ tamen poteſt conſecratus, ſicut videmus
57 in alio ſimili. Epiſcopus electus † in Archie-
piſcopum, non poteſt ante receptionem pallij
clericos ordinare, vt in c. quòd ſicut. de elect.
in fi.& c.ſignificaſti.& bo.glo.in d.c.quoniam
quidam epiſcoporum.centeſima diſt. in verbo
epiſcoporum.quam omnino vide: quod tamẽ
poteſt, antequam ſit electus in Archiepiſco-
pum, quia non vt Epiſcopus, ſed vt Archiepi-
58 ſcopus, quia qualitas † ſuperueniens enti, illud
qualificat, & ponit in diuerſam ſpeciem, vt in
c.quòd ſicut.in §.præterea.de elec.addit etiam
59 aliam rationem, quia beneficia † conferre, vel
habere competit ratione ordinis, & eſt acceſſo
rium.j.q.iij.c. ſi quis obiecerit. & cui vnum in
terdicitur, & reliquum.lxxj.diſt.c.ſi quis ſacer
dotum.& c.eos. . . : quicquid tamen di-
xerit d.glo.quidam Hermanus Theutonus im
pugnat d.glo.dicens verius eſſe, quòd ſuſpen-
ſus ab officio excommunicare, & præben-
das conferre poſſit, cum hæc ſint iuriſdictio-
nis, vnde dicit opin.Io.glo.præualere, de qua
ſupra dixi.

Alius effectus ſuſpenſionis eſt, quia ſuſpen-
60 ſus † celebrans excommunicandus eſt, vt in c.
ij.de cler.excom.miniſt.item irregularis eſt, vt
xj.q.iij.c.ſi quis presbyter. & c.cum æterni. de
re iud.in vj.& c.Apoſtolicæ.de cler.excom.mi-
niſt.& c.cum medicinalis, de ſent. excõ. in vj.
nec diſtinguo.

61 Item ſicut excommunicatus † remouetur à
beneficio, vt de appel.c.paſtoralis.ita & ſuſpen
ſus ab officio remouetur à beneficio, vt lxxxj.
diſt.c. ſi quis ſacerdotum. cum c. ſeq. & xxxij.
diſt.c.præter hæc.& glo. in c. latores. de cleri.
excom. quia vnum propter alterum vtrobique
tantum vnum eſt, quod concedit Io.glo. in ſu-
ſpenſo à canone, non autem in ſuſpenſo ab ho
mine, vt ſtatim priuetur beneficio, quia rele-
gato ad tempus bona non adimuntur, niſi in
ſententia hoc exprimatur, vt in l.deportatorũ.
C.de pœn.quia dum alijs rationibus quis con-
ſtringi poteſt, non ſunt ei ſubſidia ſubtrahen-
da, vt C.de execut.rei iud.l.ſtipendia.vt etiam
tenet gl.Barth.Brix.in c.præter hæc.xxxij.diſt.
& addit, quòd immo nec admittentur, etiam
ſi in

fi in sententia exprimeretur, & idem dixit in suis quæst.dominicalibus. & idem Hermanus his omnibus relatis dicit, quòd id, quod plus dixit verius est, pro quo alleg. in arg.xvj.q.j.c. . . . . vbi dicitur, eos tamen monachos clericos huiusmodi beneficium habere sancimus, qui ad sacros. ecclesias, vel monasteria pertinent, non deuagantes, neque circa diuina ministeria desides, cum propter hoc ipsum beneficium eis indulgemus, vt omnibus alijs derelictis omnipotentis Dei inhæreant mini-
62 sterijs: hoc enim iustum est, vt cessante † causa, cesset beneficium, vel priuil.lxxxiiij. dist. c. quisquis.& xxv.q.ij.c.ita nos.& in c.quia non nulli.de cler.non resid.& in c.suggestum.de decim.& in c.Abbate. de verb.signif.& in l.fi.C. de test.milit.& instit.de excus.tutor.§.pen.& ff. de iud.l.ij.§.& quoque.in fi.& l.actione.ff.pro socio. §. item. quòd autem dixit Io. & Bartho. Brix. Idem Hermanus dicit intelligere in casu indigentiæ, vt etiam dixi supra de effectibus excommunicationis, & an vera sit differentia præmissa inter suspensionem ab homine,& à canone satis supra dixi, vbi tractaui, quanto tempore duret suspensio, in §.sed quæro. & in q. qua pœna puniatur suspensus ab officio si celebrat.

Item Io.de Deo in c. Apostolicæ. de except.
63 dicit,quòd suspensus † remouetur ab actibus ecclesiasticis legitimis,sicut excommunicatus, & dicit: quòd in illo c. Apostolicæ. cum quidam suspensi fuissent, repulsi fuissent ab agendo pro electione suæ ecclesiæ, nisi Papa ad cautelam fecisset eos absolui, ne ordinationem ecclesiæ huius obiectionis obstaculo contingeret retardari, quod Hermanus dicit non credere: si enim suspensus potest eligere, vt supra vidimus, ergo & potest multo fortius agere pro electione obtinenda: potuissent ergo isti agere pro electione ecclesiæ suæ, si tantum fuissent suspensi ab officio, sed quoniam suspensi erant simplices canonici, vt ex rubrica illius decretalis colligi potest, & talibus personis nihil remanet, vt supra dixi, ergo non potuissent eligere, ita & nec interim pro electione agere, nisi fuissent absoluti, & secundum hoc intelligitur illa decretalis de amotione temporali à beneficijs: vel dic, & forte melius, quòd loquitur de amotione perpetua per sententiam, & hoc obijciebatur eis, & probabatur, sed ipsi erant in possessione, & dicebant se plenariè probare posse sententiam illam fuisse nullam, sed quoniam hoc multum distulisset negociũ electionis, pro qua erant apud sedem Apostolicam cõstituti, quia mora in electionibus est periculosa, ideò Papa eos fecit absolui ad cautelam: nõ fuisset ergo tutum, si tales fuissent repulsi ab agẽdo pro electione illius ecclesiæ, nisi fuissent absoluti: iam enim nihil intererat eorum negocium illius ecclesiæ, cum totum, quod habebant in ea, viderentur per sententiam perdidisse: vnde dico, quòd in alijs negocijs proprijs, vel ecclesiæ cuiusque, si mandatum haberent, vel sicut quilibet alia persona, bene admitterentur: non enim suspensus, siue ab officio, siue à beneficio ad tempus, vel perpetuo priuatus est à communione hominum, vt in d.decret.à nobis. de excep.

64 Quæro etiam, vtrum sententia † suspensionis possit suspendi ad tempus, vide gl.in c.dilectis filijs.de appel.& Barth.Brix.in quæst.dominicalibus.q.xl.inci. Vtrum effectus excommunicationis.

65 Quæro etiam, vtrum suspensus † à suo sacerdote in confessione sacramentali, si postea celebrat, efficiatur irregularis? Archid. in c.si quis episcopus.xj.q.iij. el primo. in principio dicit, quòd non, quia hoc in iure non cauetur, arg.c.ad mensam.in §.euidenter.ea.causa,& q. & de hac suspensione habetur. xxvj.quæstio.v. per totum, sic etiam notat Innocen. in dicto cap.si celebrat.de cler.excom.ministr.

66 Quæro, quid important † illa verba, videlicet suspendo te: dicas, quòd intelligitur suspensus ab ordinaria potestate,dicit Archid.in c.quia pontificali.de offi.dele.in vj. faciunt notata per Innocen.in d.cap. cum bonæ. de ætat. & qualit.& in c.considerauimus. de elect. & c. cum Vintoniensis.& ibi Abb.

67 Sed quæro, nunquid talis suspensus † ab officio potest recipere fructus beneficiorum? Innoc.in c.pastoralis. de appel.dicit, quòd non, sed Host.intelligit hoc, quando ex graui causa est suspẽsus, vt not.in c.inter sollicitudines.de purgat.can.secus si ex leui, puta propter scãdalum, vel solam infamiam, nec diu in illa persistit, de quo etiam vide Spec. in tit.de inquisi.§. iij.vers.quid si crimen. & in titulo de abolitio. in §.ij.in princ.& per Abb.Sicul.in c. cum Vintonien.de elect.vbi multa ponit ad hanc materiam facientia, & de effectu suspensionis: vide etiam notata in c.is qui. de sent. excom. in vj. & c. cum medicinalis.

SVMMAE.

1 *Interdictum quid sit.*
2 *Interdictum duplex.*
3 *Interdictum loci, & personæ, in quibus differant, & inter se conueniant.*
4 *Interdictum tam in laico, quàm clerico inducitur.*
5 *Interdictum, pro quo peccato fieri possit. & numero 10.*

6 Locus

6 *Locus propter gentes, non gentes propter locum interdicuntur.*

7 *Ita nec locus propter locum, sed locus propter gentes.*

8 *Interdictus non potest ecclesiam intrare.*

9 *Locus quando est interdictus, eius parochiani possunt alias ecclesias intrare, & diuina audire.*

11 *Interdictum generale, propter quæ peccata ferri possit.*

12 *Auditores Rotæ hodie non concedunt interdictum neque generale, neque speciale, absque speciali commissione.*

13 *Interdictum, an ad tempus suspendi possit.*

14 *Interdictum, & excommunicatio pari passu ambulant.*

15 *Iudex potest facere quin infamia sequatur damnatum.*

16 *Episcopus, an in totum possit suspendere interdictum.*

17 *Celebrari an possit in ecclesia interdicta.*

18 *Effectus originalis peccati suspenditur, licet ipsum originale remaneat, sicut de effectu acceptilationis dicitur.*

19 *Absolutio est necessaria, vt quis dicatur membrum Dei.*

20 *Maius est de nihilo aliquid facere, quàm de aliquo aliud.*

21 *Interdicti personæ effectus, quales sint.*

22 *Causæ ecclesiasticæ in ecclesia sunt tractandæ.*

23 *Quid si actori, & reo sit interdictus ingressus ecclesiæ.*

Votum, vel iuramentum de non concedendo carnes, an possit limitari propter purgationem.

24 *Interdictus repellitur à diuinis, etiam extra ecclesiam in audiendo, & multo magis in celebrando.*

25 *Ecclesiæ nomine quid veniat.*

26 *Interdicti loci effectus quales sint.*

27 *Baptismum, vel matrimonium an in loco interdicto celebrari possit.*

Et cadauera fidelium sepeliri.

28 *Et quid si non sint aliæ ecclesiæ baptismales.*

29 *Pænitentia, an in loco interdicto audiri possint.*

30 *Orari an possit in ecclesia interdicta, siue à iure, siue ab homine.*

31 *Interdictus ipso iure, in quibus casibus quis dicatur.*

Mulier post partum non poterat ingredi ecclesiam.

32 *Interdici an quis possit pro quocunque peccato mortali.*

33 *Mixtio licita coniugis absque voluptate fieri non potest.*

34 *Voluptas absque culpa esse nequit.*

35 *Claues sunt discernendæ, scientia, & potentia, qua dignos admittere, & indignos reijcere debet.*

36 *Excommunicatus an possit ingredi ecclesiam causa orandi.*

37 *Abstinendum est à corpore Christi pro peccato mortali.*

38 *Sepultura ecclesiastica, quibus casibus interdicatur.*

39 *Et quibus personis.*

40 *Contritionis signa, quæ sint.*

41 *Et pro quot testes, vel quales probentur.*

42 *Mortuis, vi iustitiæ, an deneganda sit ecclesiastica sepultura, & quo casu.*

43 *Interdictus ipso iure, quomodo quis dicatur.*

44 *Ecclesia si non sit consecrata, & effundatur sanguis ex vulnere, an locus ille interdictus dicatur.*

45 *Interdictum generale quid sit.*

46 *In generali terræ interdicto: an intelligantur interdicti incolæ omnes illius loci.*

47 *Interdicta terra cum gente: an si quis mutauerit domicilium interdictus remaneat.*

Et interdicta terra alicuius principis, intelligatur interdicta etiam feuda.

48 *Orari an possit in ecclesiis illius loci generaliter interdicti, saltem oratione priuata.*

49 *Officia quæ exerceri non possunt in generali interdicto.*

50 *Excommunicatus à Papa in bello iusto, potest absolui.*

Peregrinantium pera, & baculus solent benedici.

Et quid si talis peregrinus esset interdictus.

Et an poterunt ingredi ecclesiam.

Vel audire diuina officia per viam.

51 *Clerici, qui bene seruauerunt interdictum, morientis cum silentio, possunt sepeliri in cimiterio.*

Silentium dicitur vox summissa.

52 *Missa tempore interdicti, an & quando celebranda sit.*

Et quid de horis. ibid.

53 *Populus interdictus, quando possit conuocari in ecclesia.*

Et à quo.

54 *Officia diuina non debent celebrari in ecclesia interdicta, nisi semel in anno.*

55 *Interdictum an sit relaxandum eis in ciuitate interdicta degentibus, qui volunt parere, & satisfacere.*

56 *Concesso vno, censetur negatum contrarium.*

57 *Interdicti personæ absolutio, qua distinctione facienda sit.*

58 *Et quomodo de interdicti loci absolutione.*

59 *Interdictum factum loci ob appositionem rei putà furtiuæ, si res ipsa ex illo loco auferatur, tollitur.*

60 *Celebrare non licet clerico in altari, in quo episcopus ea die celebrauit.*

61 *Interdictum violantes, qua pœna puniantur.*

62 *Et quis cum eis dispensare possit. & num. 66.*

63 *Interdictum personæ quomodo violari dicatur. & quomodo talis puniatur.*

64 *Et*

64 *Et quid de violatore interdicti loci.*
65 *Interdictus si celebrauerit, quando in perpetuum sit deponendus.*
66 *Dispensare quis possit cum violatoribus interdicti.*
67 *Actio popularis interdicti, quæ sit.*

De sententia interdicti.

NVNC de tertia parte rubricæ, videlicet de sent. interdicti videndum est. In hac autem materia, quæ quotidiana, & practicabilis est, duos tantum ordinariè scripsisse comperi, videlicet Hermannum Theotonum, quem Io. de Friburgo ad literam retulit in sua summa, & Io. Cal. qui edidit tractatum de ecclesiastico interdicto, qui absoluit totum opus per septem quæst. principales: horum autem dicta simpliciter referre laboriosum potius, quàm vtile foret, cum eorum scripta hodie cunctis pateant, quia cusa: An aut Io. viderit scripta Hermani, cum fuerit longe antiquior, compertum non habeo, quia ipsum nõ nominat, licet ponat multas ex q. suis quasi ad literam.

Ego nouum modum, & nouum ordinem seruabo in deductione huius materiæ, ne merus relator sim, & eam deducam per decem & nouem principales, inter quas ponam nonnullas ipsorum doctorum, quas signanter referam suis authoribus tribuendo, quarum

Prima erit, quid sit interdictum, & hæc fuit prima q. vtriusque.

Secunda, vnde dicitur.

Tertia, de eius speciebus, & hæc est quarta in ordine Hermani, & secunda Ioannis.

Quarta, de differentijs, & communitatibus interdicti loci, & personæ.

Quinta, pro cuius peccato potest fieri interdictum, & hæc est quarta q. Ioanis, nona verò Hermani.

Sexta, quis possit interdicere, & interdici, & hæc fuit tertia Ioanuis, & xj. Hermaui, & Friburgi.

Septima, vtrum interdictum possit suspendi ad tempus. Ioan. Calde. ponit hanc quæstio. incidenter, & non principaliter sub prima quæstione.

Octaua de effectu interdicti personæ.

Nona de effectu interdicti loci, Ioan. posuit hanc quæst. in genere, non distinguendo inter personas, & loca, & est eius quæst. sexta princ.

Decima, in quibus casibus sit persona ipso iure interdicta.

Vndecima, virũ pro quolibet peccato mortali sit aliquis interdicendus.

Duodecima, in quibus casibus intardicatur specialiter ecclesiastica sepultura.

Decimatertia, in quibus casibus sit locus ipso iure suppositus ecclesiastico interdicto.

Decimaquarta quæram de generali interdicto.

Decimaquinta quæram, quæ officia, vel personæ excipiantur à generali interdicto,

Decimasexta, si aliqui volunt satisfacere in generali interdicto, an sit eis relaxandum interdictum, & hæc fuit q. Hermani, quam Io. Cal. incidenter posuit sua quæst. princi.

Decimaseptima de absolutione interdicti personæ.

Decimaoctaua de absolutione interdicti loci, & personæ, & hæ duæ fuerunt quæst. vij. Ioannis.

Decimanona de pœnis violantium interdictum.

Vt ergo incipiam à primo puncto propositio, videlicet quid sit interdictum, dicas, quòd

1 idem † est, quod prohibitio: Interdicere enim idem est, quòd prohibere, vt in stir. de interdic. in princ. sed hæc diffinitio videtur nimis generalis, quia comprehenditur sub se omne genus prohibitionis, & sic omnis prohibitio posset dici interdictum, vt etiam dicit d. Card. Zab. in c. si celebrat. de cler. exc. minist. in j. col. post medium. Ideò Herm. in d. trac. c. j. diffiniuit, dicens, ꝙ interdictum est censura ecclesiastica in pœnam contumaciæ, vel offensæ lata arcens populum Christianum, ne communicet sacramentis, Rayn. non diffiniuit in sua summa: Io. Cal. diffiniuit, dicens, quòd interdictum ecclesiasticum, siue diuinorum est suspensio ecclesiasticæ censuræ à diuinis officijs, & ecclesiasticis sacramentis actiuè, & passiuè; sed hæc diffinitio ita comprehendit excommunicationem, & suspensionem, sicut & interdictum: propter ea quæ supra vidimus in vtroq; dictorũ titulorũ.

Do. Car. Zab. in cle. j. de sent. exc. dicit Landi. diffinisse, ꝙ interdictũ est pœna, qua ea, quę sunt sacri mysterij, & diuini officij per personas Interdictas in locis interdictis exerceri vetantur, & dicit idem Cardi. ꝙ melius est dicendum, videlicet, ꝙ interdictum est cẽsura ecclesiastica prohibens administrationẽ diuinorũ, & idem dixit in c. tanta. de excess. prælat. in ij. col. in versi. quia hic fit mẽtio de interdictu, & vide per eundem d. Cardin. in c. si celebrat. de cler. excom. minist. in j. col. sed hæc quoq; diffinitio non videtur variare in suo effectu ab effectu excommunicationis, & suspẽsionis quo ad officia diuina, & administrationem sacramentorum. Ideò fortè posset reddi ibi, prohibens administrationem diuinorum in certo & expresso loco, vt differat ab alijs duabus præcedentibus censuris.

2 Interdictum † autem est duplex, videlicet lo
ci, & personæ, & hæc fuit quarta quæst. Herma
ni, & secunda Io. Cal. Interdictum personæ est
amotio ipsius ab ingressu ecclesiæ, sed hæc for
tè magis propriè diceretur suspensio, tamen
tam clericus, quàm laicus interdici potest: su-
3 spensionem † autem in laico nunquam memi-
ni me legisse. Potest autem persona dupliciter
ter interdici, vel singulariter, vel vniuersaliter,
puta cum tota familia, vel castrum, vel villa
interdicitur, similiter locus dupliciter interdi
citur, scilicet generaliter, & particulariter: hęc
Herm. in princ. primæ quæst.

4 Differunt interdictum † loci, & personæ in-
ter se; nam locus non interdicitur culpa sua,
sed hominum: persona verò culpa sua, vel al-
terius, vt infra dicam, vbi tractabo, pro cuius
5 † peccato potest fieri interdictum: homines. n.
sunt, qui delinquunt, non res, vt in authen. de
mandat. princi. §. oportet. coll. iij. cui simile di
citur in secundo libro Machab. v. c. videlicet,
6 quòd non propter locum † gẽtem, sed propter
gentem locum dominus elegit. Similiter e-
contrario non locus propter locum, nec gens
7 † propter locum, sed locus propter gentem ali
8 quando interdicitur. Item vbi persona † est
interdicta, nusquam licet ei ecclesiam intrare,
9 vbi verò locus † ẽ interdictus, parrochiani eius
possunt alias ecclesias intrare, & diuina audire
& celebrare, & sacramenta percipere de licen-
tia suorum sacerdotum. In quibus autem casi-
bus communicant, satis supra dixi in illa qõne
de differentijs, & cõtatibus excõicationis ad
suspensionẽ, & interdictum. in §. conueniunt.

10 Pro delicto † singularis, ac priuatæ personæ
debet ferri interdictum singulare ipsius, vt pec
cata suos teneant authores, vt in c. quæsiuit. de
his, quę fi. à maio. par. cap. pro delicto verò vni
11 uersitatis † potest ferri generale interdictum lo
ci, vel personarum. Aliquando tamen etiã pro
delicto personæ potest ferri generale, vbi vide-
cet persona non est priuata, sed in potestate cõ
stituta: crescente. n. cõtumacia ipsius potest to-
ta familia, & tota ciuitas supponi ecclesiastico
interdicto, vt xvij. q. iiij. c. miror. & c. j. de po-
stul. & de off. deleg. c. sanè. & de iureiu. c. ex te-
scripto. & de spon. c. non est nobis. hodie tamẽ
habemus extrauagantem Bonifacij VIII. sub ti-
tulo de senten. excommunicationis, quæ inci-
pit, Prouidè attendentes. qua cauetur, quòd
ob contumaciam in non soluendo quamcun-
que pecuniarum quantitatem ex quacunque
causa debitarum non imponatur interdictum,
apponens etiam decretum irritans. Et pro-
pterea hodie auditores Rotæ non imponunt,
12 nec concedunt ecclesiasticum interdictum ne-
que in genere, neque in specie sine speciali com-
missione, etiam si in sua prima commissione
esset apposita clausula cum potestate interdi-
cendi, nec de facili conceditur, nisi debitor, &
contumax insorduisset in censuris per annum
& vltra, & sic seruat signatura iustitiæ, & sic
notauit do. meus Felyn. in aduertentijs dictæ
signaturæ.

13 Sed quæro nunquid interdictum † possit ad
tempus suspendi? & hanc quæstionem Io. Cal.
posuit incidenter sub prima q. Illud autem sciẽ
dum est, sicut sententia excõmunicationis non
releuatur per appellationem, vt in c. pastora-
lis. de appel. sic nec sententia interdicti, vt in d.
c. pastoralis. & c. ad hæc. & c. quoniam. sed hic
videndum est, an possit suspendi, ita quòd ex
toto non tollatur, & illo suspensionis tempore
elapso non sit opus renouatione, & an eo su-
spenso possit interim appellari? Et videtur,
quòd non possit suspendi: nam excommunica
14 tio, & † interdictum pari passu ambulant, vt in
d. c. ad hęc. sed excommunicatio non potest su
spendi, quin trahat secum executionem, vt in
d. c. pastoralis. vt satis supra dixi da sentẽtia ex-
communicationis, in qua formaui similẽ quæ
stionem, ergo nec interdictum: sententia. n. sta
tim suum exequitur effectum facti quidẽ, quæ
suo in arbitrio est iudicantis: pœnæ verò perse
cutio non eius voluntati mãdatur, sed legis au
ctoritati reseruatur, vt ij. q. iij. in §. notandum.
15 el. secondo. nec iudex † potest efficere, quin in-
famia sequatur dãnatum de furto. l. non potest,
ff. de furt.

Sed in contrarium videtur, nam videmus
interdictum sæpe relaxari, & hoc ab ecclesia
tolerari. Præterea videtur, quòd excommu-
nicatio in multis casibus suspendatur, vt in il-
lis omnibus, in quibus potest communicari
excommunicato, quos posui supra in illa quæ
stione, quam quæsiui, in quibus casibus, & in
quibus personis licitum sit communicare ex-
communicato. Præterea videtur expressum
i. c. dilectis filijs, de cano. de appel. vbi dicitur,
quòd decanus effectum interdicti ad tempus
duxerat suspendendum, neque hoc ibi repro-
batur per Papam. vnde Guil. Naso dicit, q
16 episcopus † nunquam potest suspendere inter-
dictum, quin illud tollat in totum, vnde si tũc
appelletur, & iusta sit appellatio, per talem
appellationem defendetur. Sed Laur. Tanc.
& Vincen. dicunt contra, scilicet, quòd epi-
scopus possit suspendere interdictum, nec pos
sit appellari medio tempore, quia licet interdi
ctum relaxetur ad tẽpus, vt in ecclesia celebre-
17 tur, tñ interdicta est, & in ecclesia † interdicta
bene celebratur, vt in cap. cum & plantare. §.
quòd & si tẽplarij. & c. vt priuilegia. de priuil.
nec est opus secundũ eos, vt renouetur interdi
ctum,

ctum, nam primum non relaxatur, sed eius executio suspenditur, argum.l.si manente.ff.de præcar.& l.peculinm.§.si ære alieno.ff.de pecul.& sicut dicunt Theologi, quòd effectus
18 originalis † peccati suspenditur, licet ipsum originale remaneat, de quo habemus bo. text. in cap.ij.de consecr. distin. iiij. & sicut executio dignitatis alicuius suspenditur, vt xv.quæst. viij.cap.si quis presbyter. sicut etiam effectus acceptilationis suspenditur, & non ipsa acceptilatio, vt in l.cum hic status.in §.siue autem. ff.de donat.inter virum, & vxor.vnde, si relaxatum est interdictum quo ad effectum, manet tamen quo ad veritatem, nec est opus renouari, vt in c.qui recedunt. & c.de curato. & c. furiosi.cum sequenti.xxvj.q.vj. vnde si in casu isto appelletur, non suspenditur interdictum, secus tamen dicunt prædicti in excommunicatione vera, scilicet, vt eius effectus suspendi nõ possit per episcopum, quia quàm cito quis est excommunicatus, est membrum diaboli,& est priuatus sacramentis, & communione fidelium: vnde ad hoc, vt efficiatur membrũ Dei,
19 necessaria est absolutio † vt in c.excellẽtissimus rex Carolus.xj.q.iij.credunt tamen prędicti, ꝙ Papa posset eius effectum suspendere, vt in c.si verè.de sent.excom.quia de sententia nulla facit aliquam, vt in c. hocquippe.ij.q.vj. maius
20 est enim † de nihilo aliquid facere, quàm de aliquo aliud, vel nihil, vt in c.re vera.de consecr. distin.iij.
21 Effectus interdicti † personæ multiplex est; primus amotio ab ingressu ecclesiæ etiam tũc, cum ibi non celebrantur diuina, etiam causa orandi, & hoc specialiter respicit interdictum personæ, vt in c.cum medicinalis. de sent.excom. in vj.ibi,ab ingressu ecclesię,& dixi causa orandi,quia Tarãt. voluit, ꝙ trãseũdo possit ingredi,ꝙ forsan posset saluari,si aliũde nõ esset transitus ad alium locũ, & tũc non celebraretur in ecclesia, alias nõ credo verũ hoc dictũ propter verbũ ab ingressu, vt supra quinimmo dici posset,ꝙ nec per cimiterium,cum interdicta ecclesia sit etiam interdictum cimiterium,licet non contra, sed quod plus est, vtique tanti est.

Sed circa hoc quæro: statutum est in iure
22 causas † ecclesiasticas in ecclesia esse tractandas, vt c.in nomine domini. xxiij. dist. & ij. q. iij.c.præceptum.& xxiij.q.vlt.c.connenior. & c.cum in terra. de elect. & in c. qua fronte. de appell.in princip.& c.decet.de immunit.ecclesiarum.in §.cessent. cum duobus §. sequentib. in vj. à contrario sensu, & per Specu. in titulo de accusat.in tertia parte.in §.secundo loco.in fi.in versi.quòd autem prædictum.
23 Pone modo,quòd † & reo,& actori interdictus est ingressus ecclesiæ, vel altari tantum, quid fiet? Dicunt quidam, quòd poterunt intrare,quia interdictum non extenditur ad hũc casum, sicut si quis vouisset, vel iurasset non comedere carnes, tamen debet comedere, vt se purget ab hæresi, vt in cap.si.xxx.dist.

Sed credo melius dici posse, videlicet,quòd tunc extra ecclesiam causa tractabitur, vt interdictum seruetur, quia nihilominus valebit iudicium, nec est præceptum, quòd alibi, quã in ecclesia tractari non possit, sed tantum propter honestatem hoc dictum est, vt propter loci reuerentiam magis caueatur à mendacijs, & periurijs.
24 Secundus effectus est, quòd interdictus † repellitur à diuinis, etiam extra ecclesiam: cum enim iure caueatur, quòd in generali interdicto in conuentualibus ecclesijs bini, & bini, vel tres simul horas canonicas valeant legere, potius quàm cantare interdictis, & excommunicatis exclusis, & voce ita dimissa,quòd exterius audiri non possint, vt in c. quòd in te. de pœn.patet, quòd interdictus prohibetur exterius audire diuina.

Tertius effectus est, quòd interdictus nedũ est prohibitus audire diuina, immo & multo magis celebrare, vt probatur in c.clerici. & c. latores.de cler.excom.minist.quod etiam probatur rationibus ex primis effectibus consequentibus, qui si non debet ecclesiam intrare, vt in primo effectu, vbi ergo celebrabit? Et si dicas, quòd etiam extra ecclesiam aliquando permissum est celebrare, dico, quòd non est ve-
25 rum,quia nomine ecclesiæ † intelligitur non solum ambitus murorum, sed quilibet cœtus fidelium siue ad orationem, siue ad quodlibet diuinum ministerium celebrandum collectorum, & vbi etiam in domibus priuatorum celebratur,vt in domibus episcoporum, & regũ, ibi est ecclesia, quæ repræsentatur per altare portatile, vbi est lapis erectus in titulum manu episcopali consecratus, & crismate delinitus, sicut & ecclesia: vnde puto exclusiuè interdictũ à processionibus, & celebrationibus, quæ extra muros ecclesiæ fiũt, vt in die palmarum, purificationis, rogationum, letaniarum maiorum,& corporis Christi,& huiusmodi,cũ pro aliquibus necessitatibus ea fieri cõtingit. Iẽ si prohibetur audire diuina, vt dixi supra in ij.casu, multo fortius celebrare: oĩs.n.q celebrat, audire verisimiliter intelligitur, sed non cõtra.

Quartus effectus, qui ex his tribus de necessitate sequitur, scilicet, quòd omnis clericus interdictus sit suspensus ab officio, quod ex præcedenti connexione videtur sequi, vt supra tetigi in q. de differentijs, & causa talibus interdicti, & suspensionis.

Quintus effectus sequitur ex quarto, si enim

verum est, quòd omnis interdictus sit su-
spensus ab officio. sequitur, quòd locum ha-
bet in ipso omnis effectus suspensionis ab of-
cio, de quibus supra dixi de effectibus suspen-
sionis.

Consequenter quæro de effectibus interdi-
26 cti loci, & dico, quòd effectus † huius interdi-
cti est, ne in eo celebretur, nec sacramentum
conficiatur. Sed circa hoc plura videnda sunt,
& quæri possunt, & primo.

Vtrum in loco interdicto possit sacramen-
27 tum† baptismi, vel pœnitentiæ conferri, vel
matrimonia ante valuas ecclesiæ celebrari, vel
cadauera fidelium sepeliri.

Per præmissorum declaratione puto distin-
guendum esse, quoniam aut interdictum est ge
nerale, aut particulare: primo casu tunc ea so-
la possunt exhiberi, quæ dicam infra, vbi quæ-
ram, quæ officia, seu personæ à generali inter-
dicto excipiantur, quæ erit xiiij. quæst. nostra
principalis. Si autem particulare, sic distin-
guo, quia aut locus est interdictus ab homi-
ne, & tunc puto nullum sacramentum in ec-
clesia conferri debere, excepto baptismate par-
uulorum, & hoc intelligo etiam verum, si in
loco non sit alia ecclesia, alias securius est, vt
in alijs celebretur, si sint baptismales.

28 Sed quid, si sint aliæ ecclesiæ † non baptis-
males, vt esse deberent secundum Concilium
Parden. de quo in cap. omnis presbyter. de con
secrat. distin. iiij? Tarantasi. dixit, quòd sine
præiudicio veritatis posset dici, quòd tunc, e-
tiam ipsa interdicta ecclesia, baptismus paruu
lorum solemniter valeat celebrari. argum. ex
eo, quod dicitur, quòd vbi generale interdi-
ctum est, omnes ecclesiæ sunt interdictæ, &
tamen tunc potest conferri baptismus paruu-
lorum; nec distinguit ius, vtrum in ecclesia,
vel extra ecclesiam, propter quod innuitur, quod
in ecclesia fieri permittatur.

De matrimonijs autem bene credit, quòd
possint ad fores ecclesiæ copulari.

29 Pœnitentiæ autem in † ecclesia non debent
audiri.

Putat tamen, quòd in cimiterio clerici tan
tum possint sepeliri, qui bene seruauerunt in-
terdictum, vt in dicto cap. quòd in te. de pœ-
nit. de quo latius dicam infra in xiiij. quæstio.
principali, in qua tractabo, quæ officia, vel per
sonæ à generali interdicto excipiantur in vers.
item vt clerici.

Si autem interdictum particulare sit à iure
inflictum, vt in illis, quæ dicam infra in xij.
quæstio. in qua quæram, in quibus casibus lo-
cus sit ipso iure interdictus, scilicet propter
præsentiam excommunicati, vel sepulturam
infidelis, vel excommunicati, vel effusionem
sanguinis notabilem, vel seminis humani: pu-
ta Tarant. & Herm. quòd & baptisma possit in
ecclesia celebrari secundum distinctionem su-
pra proximè positam, & confessiones pœniten
tiũ audiri, & matrimonia ante fores copulari.

Et in cimiterio generaliter non solum cleri
cos, sed etiam alios sepeliri, cessantibus tamen
alijs missarum, & processionum solemnitati-
bus, & campanarum pulsationibus.

30 Quæro etiam, vtrum in ecclesia† interdicta
siue à iure, siue ab homine possit orari à non
interdictis oratione priuata? Hermanus di-
xit, quòd sic, quia hoc nusquam in iure prohi-
bitum inuenit.

31 Nunc videndum est, in quibus casibus† quis
sit ipso iure interdictus, inuenio duos casus
tantum.

Primus, cum quis excommunicationis sen-
tentiam sine competenti monitione præceden-
ti, & personis idoneis præsentibus promulga-
re præsumpserit, vt in c. sacro. de sent. excom.
dist. j. & in c. de illicita. xxiiij. q. iij.

Secũdus casus est in c. cum medicinalis. de
sent. excom. in vj.

Illud quoque sciendum est, quòd in veteri
lege mulier reputabatur immunda post par-
tum, & ideò, si pepererat masculum, erat ei
interdictus ingressus ecclesiæ, siue sanctuarij
xl. diebus, si fœminam, lxxx. vt Leui. xij. & tran
sumptiuè. v. dist. §. j. quod hodie in lege euan-
gelica sublatum est: quia mulier in puerperio
constituta potest ingredi ecclesiam ad gratias
Deo agendum, si tamen vult abstinere, quous-
que purificetur, laudabile est, vt in d. §. j. & in
c. ad eius verò concubitum. & de purifica. post
partum. per totum. Idem quoque intelligen-
dum est de menstruata, vt in d. c. ad eius.

Quamuis posuerim aliquos casus, in qui-
bus quis est ab ingressu ecclesiæ interdictus,
32 videtur tamen, quòd † pro quolibet peccato
mortali quis sit interdictus: si enim prohibe-
tur, quis pro veniali, multo fortius pro morta-
li, quod autem pro veniali prohibeatur quis ab in-
gressu ecclesiæ, videtur probari in c. qui factus
sacerdos. de pœniten. distin. j. & idem videtur
probari per id, quod dixit Gregorius in capi.
vir, dum propria vxore. xxiij. quæst. iiij. ibi, ni-
si lotus aqua, non debet intrare ecclesiam, quia
33 licita mixtio† coniugis sine voluptate fieri non
potest, à sacri loci ingressu est abstinendum,
de quo dixi supra de pollut. noc. quia voluptas
34 ipsa sine culpa † esse non potest, & hoc intel-
ligendum est de culpa veniali. Si ergo pro il-
la est ab ingressu ecclesiæ abstinendum, mul-
to fortius pro mortali. Idem videtur per
hoc, quòd dicitur de hostiarijs, qui debent
indignos de ecclesia eijcere. xxj. distin. cap.
cleros.

cleros, & clericos, idem dicit glo. ſupra Mar-
th. xvj. vbi dixit Ieſus, Tibi dabo claues regni
35 cœlorum, & glo. dicit, quòd † claues ſunt di-
ſcernendæ, ſcientia, & potentia, qua dignos ad-
mittere, & indignos reijcere debet, & exclu-
dere.

Solutio.

Licet Barth. Brix. dixerit contrarium: Her-
ma. tamen, & Tarantaſi. dicunt, quòd quili-
bet in mortali conſtitutus poteſt eccleſiam in-
gredi, vt de conſec. diſt. j. c. epiſcopus nullum.
& j. q. j. c. qui ſtudet, vbi dicitur, quòd domi-
nus omnes peccatores reliquit in eccleſia, &
templo præter ſimoniacos, vt dixi ſupra de ſi-
mo. in principio, & eſt tex. in c. qui ſtudet. j. q.
j. & ibi glo. in verbo dimiſit. dicit, quòd etiam
36 excommunicatus † poteſt ingredi eccleſiam
cauſa orandi, & ſoli ſimoniaci in ordine ſem-
per repelluntur.

Item Apoſtolus ſpecialiter dicit pro pecca-
to mortali eſſe abſtinendum à corpore Chriſti,
37 dicens, † Probet autem ſeipſum homo, & ſi de
pane illo edat, & de calice bibat: ſed quis ita
ſe poteſt probare, vt dicat, mundus ego ſum
ab omni peccato? ſi. n. hoc dixerit, hoc ipſo im
mundus eſt. ſi. n. dixerimus, quia peccatum nõ
habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in
nobis non eſt: & ſimiliter canones dicunt eſſe
abſtinendum à corpore Chriſti, vt de conſecr.
diſt. ij. c. quotidie celebrare. & c. qui celebrat.
& c. qui diſcordat. videtur ergo, quòd pro mor
tali non ſit abſtinendum ab eccleſia, niſi quis
ſpecialiter ſit interdictus, vel excõmunicatus
ab homine, vel à iure, vt in caſibus ſuperiori ti
tulo prænotatis: quinimmò potius videtur, ꝙ
debet frequẽtare eccleſiam, qui eſt in mortali,
vt Deus eum conuertat per verba ſacerdotis, vt
de pœni. diſt. v. c. falſas. Ad illud autem Grego
rij dicimus, quòd conſilium eſt, nec eſt dictum
propter peccatum, ſed propter quandã immun
diciem carnalem ex coitu. Item cuiuis eſt abſti
nendum ab ingreſſu eccleſiæ propter reueren-
tiam ſacri loci, vt ſatis dixi ſupra de pollutione
nocturna, vnde dixit dominus Deuter. xxij. Ha
bebis locum extra caſtra, ad quem egredieris
ad requiſita naturæ gerẽs paxillum in baltheo,
cumq; ſederis, fodies per circuitum, & egeſta
humo operies, quo reſeruatus eſt: dominus. n.
Deus tuus ambulat in medio caſtrorũ, vt eruat
te, & tradat tibi inimicos tuos, vt ſint caſtra
tua ſancta, & nihil in eis appareat fœditatis, ne
derelinquat te. ſuper quem locum dicit gl. cor-
poralem immunditiã intelligit dominus, Ideò
præcepit nihil fœdum remanere in caſtris. illud
autem, quod dicit Gregorius, Voluptas carna-
lis ſine culpa eſſe non poteſt, cautè intelligen-
dum eſt ſic, videlicet non poteſt. ſ. de facili, vel
quia ita eſt, vt in pluribus: credit tamen Her-
man. & Tarant. ꝙ coniugalis concubitus aliqñ
ſine peccato eſſe poſſit: ad illud, quod obiectũ
eſt de hoſtiarijs, ꝙ debent indignos ab eccleſia
eijcere, prædicti dicunt, ꝙ illa litera eſt in quar
to ſententiarum, & xxiiij. diſt. cap. Hoſtiarij. In
decreto tamẽ eſt talis litera: inter bonos, & ma
los habentes iudicium fideles recipiunt, & in-
fideles reſpuunt: quæ litera non obuiat propo-
ſito noſtro: planum eſt. n. apud omnes, ꝙ infi-
deles ab eccleſia ſunt reijciendi. Ad aliam ve-
rò literam reſpondit Tarãt. ꝙ indigni ibi appel
lantur, quicunq; infideles, vt Iudæi, hæretici,
& Saraceni, cathecumini. Item excõmunicati
tam à canone, quàm ab homine, ſi tamen publi
cum fuerit, vel ſpecialiter interdicti, tales. n. re
pellere debent hoſtiarij, vel ipſi per ſe ipſos ab
ſtinere, ſi ſuæ conſcientiæ credent tales eſſe, de
quo habetur in c. qui ſtudet. j. q. j.

38 Quibus caſibus eccleſiaſtica † ſepultura in-
terdicatur quoq; videndum eſt, & dicas, quòd
eſt quoddam ſpeciale interdictum. ſ. eccleſiaſti
cæ ſepulturæ, quæ pluribus denegatur, vt hære
39 ticis, † Iudæis, & Paganis, vt de conſec. diſt. j. c.
eccleſia. & in c. ſeq. Idem quoq; eſt in recepta-
toribus, & defenſoribus eorundem hæretico-
rum, & eorum, qui cum eis negociationẽ exer
cẽt, vt in c. ſicut ait. de hæret. & idem in his, qui
poſt mortem de hęreſi conuincuntur, vt in c. ſa
nè profertur. xxiiij. q. ij. Item interdicitur ex-
cõmunicato, & interdicto, vt in c. in noſtra. de
ſepult. quod intelligit Goſ. de notoriè, & publi
cè excõmunicatis, vt ĩ c. ſanè ꝙ ſuperior. xxiiij.
q. ij. quod ſatis videtur per id, quod expreſſe di
cit prędic. decre. in noſtra. de interdictis: hic in
omnibus prędictis caſibus ita vera ſunt, ꝙ etiã
ſi in cymiterio ſepulta fuerint, exhumari de-
bent, niſi oſſa eorum ab oſſibus fidelium di-
ſcerni non poſſent, vt in c. ſacris. de ſepul. & c.
ad hæc. de priuil.

Denegatur quoque, & interdicitur eccleſia-
ſtica ſepultura, morientibus in torneamentis,
vt in c. j. & ij. eo. tit. & dixi ſupra inibi, his non
negatur pœnitentia, & viaticum, ideſt corpus
dominicum, vt in dic. capitulis.

Vſurarijs manifeſtis in eodem vſurarum
peccato morientibus eccleſiaſtica ſepultura in
terdicta eſt, vt latè dixi ſupra de vſur.

Semetipſos interficientibus interdicta eſt
eccleſiaſtica ſepultura, vt in c. placuit. xxiij. q.
v. etiam ſi ex honeſta cauſa hoc fecerint, vt in
c. ex parte. de ſepult.

Morientibus etiam, qui non ſeruauerunt
canonem omnis vtriuſque ſexus, de pœniten.
& remiſſio. interdicta eſt eccleſiaſtica ſepul-
tura.

Item raptoribus, & eccleſiarum violatori-
bus manifeſtis, quos nec in ſanitate pœnitet,

nec emendant rapinam, nec in morte præstant securitatem. Nam licet huiusmodi de peccato contritis nec pœnitentia, nec viaticum denegetur, tamen eis interdicitur sepultura, vt in cap. super eo. §. qui autem in sanitate. de rapto. secus autem, si saltem in morte, licet in priori tempore hoc noluerint, vel ipsi emendent, vel emendandi securitatem præstent, vt in dicto cap. super eo. §. si verò, quod fit ad terrorem aliorum, vel alij, cum possint, satisfaciant timore huius pœnæ: eis enim nihil nocet.

Item regularibus ecclesiastica sepultura interdicitur, qui proprium retinendo decedunt, immo iam sepulti exhumandi sunt, si sine scandalo fieri potest, & in sterquilinio sepeliendi, vt c. super quodam. de stat. mo.

Laicis etiam ecclesiastica sepultura interdicta est, qui decimas ecclesiæ debitas iniustè detinent, vt in c. prohibemus. de deci.

Ijs quoque, qui pœnas contra blasphemos in Deum statutas suscipere renuerunt viuentes, morientibus ecclesiastica sepultura interdicitur, vt in c. fi. de maled.

Item omnibus decedentibus in peccato mortali sine pœnitentia, vt in c. placuit. xiij. q. j.

Si tamen in his signa pœnitentiæ, & contritionis apparuerint, non esset eis deneganda, vt in c. à nobis. de sent. excom.

40 Sed quæro, signa † contritionis quæ sunt? vt si vocabat sacerdotem voce, vel signis, vel petebat pœnitentiam, vel manum contundebat, vel percutiebat pectus, vel os, vel iunctis manibus supplex plorabat, vel alia signa ostendebat, si vocem, vel loquelam amiserat, vt habetur in c. qui recidunt. xvj. q. vj. ibi, in tex. aut præsentis in suo nutu.

41 Per quot † testes, vel quales hæc signa probabuntur? dicas, quòd per duos saltem, vt in dicto cap. his qui. vbi in plurali dicitur sic, videlicet testimonia eius fidelium circunstantia prodesse debebunt: sed immo videtur, quòd vni soli credatur in hoc casu, quia hoc non cedit in alicuius præiudicium, vt in c. cum itaque. & c. placuit. de consecr. dist. iiij. alias tamē in hoc dicendum est, vt notatur in tex. & gl. in verbo testis, & verbo confitentem. c. super dilectis. de success. ab intest.

42 Illud autem postremo sciendum est, quòd illis, qui pro suis † sceleribus iustitia iubente in patibulo moriuntur, vt fures, & latrones, vt de furt. cap. fures. si dignè, & deuotè confessi sunt, & absolutionem obtinnerunt, non est eis ecclesiastica sepultura deneganda, vt in capit. fi. xiij. q. vlt. quamuis. & c. fi. & cap. placuit. xiij. q. v. indistinctè videtur loqui, sed illud intelligendum est, vt dixi de impœnitentibus, quod etiam dicit gratiam expresse ibi. in fi. impœnitentes, subaudiam alias, vt in quibusdam codicibus inuenitur: & attende, quòd in libris antiquis illud cap. non incipit, placuit, sed incipit, qui sibijpsis. & in fi. dicit subaudiam.

43 Successiuè, & competenter quæro, in quibus casibus † locus sit ipso iure interdictus. & dicendum est, quòd ipso iure interdicta est ecclesia, dū in ea fuerit aliquis excommunicatus, quo casu, quid agendum sit, satis supra dixi, de sent. excom. sub illa q. vtrum excōmunicatus possit aliquo tempore ingredi ecclesiam.

Locus etiam, idest ecclesia interdicta est, in qua paganus sepultus est, nec in ea celebrari potest, donec cadauer exhumetur, & eijciatur foras, & locus mundetur, vt in c. ecclesiasticum. de consec. dist. j.

Cymiteria quoque interdicta sunt, in quibus cadauera excōmunicatorum sepulta sunt. Ideò aspersione aquę benedictę solemniter per episcopū, sicut in dedicationibus ecclesiarum fieri consueuit, benedicenda sunt, vt in c. consuluisti. de consec. ecclesiæ.

Propter seminis humani aspersionem, seu effusionem, vel emissionem locus ipso iure interdictus est, vt de consec. dist. j. c. ecclesijs. & in c. si ecclesia. de consec. ecclesiæ.

Sed hoc sanè intelligendum est, videlicet de effusione scandalosa, videlicet si sit publica, vel alias notoria, aut ad hominum notitiam deducta per confessionem, saltem ipsorum, qui coierunt, vel alterius eorum, vt probatur in c. significasti. de adult. & idem intelligo, si quis in ecclesia dormiendo pollutus sit, si hoc ipse detexerit, secus si tacuerit; quia de occultis ecclesia non iudicat, vt satis supra dixi, & ex his propterea videtur interdicta dormitio in ecclesia etiam sacerdotibus, & ministris.

Effusio etiam sanguinis ex vulneribus inducit interdictum in ecclesiā, vt in c. ex tuarum. de priuil. & sub hac conclusione plura oriuntur dubia. Primum,

Nunquid ex effusione sanguinis ex naribus inducatur interdictum. Dicendum est, quòd non, per d. c. ex tuarum. de priuil. argu. l. huic scripturæ. §. primo.

Secundo quæro, quid de effusione sanguinis ex cicatrice, vel vulnere antiquo. Dicas, quòd non inducitur interdictum per iura supra proximè allegata, etiam si vulnus prorumperetur, & moreretur in ecclesia, sed vt interdicatur ecclesia ex effusione sanguinis, requiritur, quòd vulnus fiat in ecclesia, etiam si extra ecclesiam moriatur, vt in d. c. ex tuarum. de priuil.

Sed tertio quæro, quid si aliquis cadat epilenticus,

lenticus, & moriatur, vel alio casu fortuito? dicas, quòd non interdicitur ecclesia per eadem iura supra proxime alleg.

44 Quarto quæro, quid si Ecclesia † non sit consecrata, nunquid ex effusione sanguinis ex vulnere in Ecclesia illato locus sit interdictus? dicas, quòd sic, vt in cap. si ecclesia. de consecra. ecclesiæ vel alta. & c. pen. de immunit. ecclesiarum. vbi dicitur, Ecclesiæ, in qua diuina ministeria celebrantur, nullo iure priuilegium immunitatis adimitur, quia obsequijs diuinis dicata nullius est obsequijs prophananda: & ex illis verbis, in qua diuina mysteria celebrantur, videtur posse minui, quòd nondum gaudeat priuilegio illarum, in quibus diuina officia celebrantur, quia nondum videtur plenè dicata diuinis officijs, & obsequijs, vnde non videtur, quòd ibi dici possit sacrilegiū committi, nec locus sic pollutur debet aspergi aqua benedicta, quia ibi nullum diuinum officium fuit celebratum.

Nunc de generali interdicto videndum est.

45 Generale † interdictum dicitur non solum, vbi regnum, vel prouincia interdicitur, sed etiam villa, vel castrum: generale enim dicitur, quantum ad illum locum, cum nullus excipiatur, & in his locum habet quicquid de generali interdicto dicitur, vt in c. cum in partibus. de verbo. signifi.

Sed quid si interdicitur terra alicuius domini, in qua est ecclesia, quæ non habet illam indulgentiam, quòd non pulsatis campanis, & exclusis, &c. nunquid tale interdictum reputabitur generale illius terræ? Herm. dicit quòd frater G. de Remis tenuit, quòd sic, siue ille dominus habeat in diuersis parrochijs terrā, siue in vna tantum, quamuis terra illius pariter hic non sit sua tota.

Sed quæro, quid si interdicitur terra alicuius domini, sed nullam habet terram, aut castrum, aut villam integram sub suo dominio, sed pro indiuiso cum alio? nunquid reputabitur generale interdictum terræ? videtur dicendum, quòd non: arg. illius c. cum in partibus. de verbo. signi. vbi dicitur, quòd nomine terræ, villa, & castrum intelligitur: dicit tamen idem Herm. de mente dicti fratris G. de Remis, quòd etiam in hoc casu, ex quo habet multitudinem hominum sibi subditorum, cū interdicitur terra eius, generale interdictum dicitur, non particulare: quia illud interdictum terræ particulare credit, vbi terra certa, vel certa ecclesia signāter supponit interdictō.

46 Quæro etiam, nunquid in generali terræ interdicto intelligantur esse interdicti omnes incolæ illius terræ? Idem frater G. de Remis, vt idem refert, credit, quòd sic, nisi aliud dicatur, aut intelligatur à latore sententiæ: sic enim intelligitur vsus, & consuetudo, quæ non recipit huiusmodi personas ad sacramenta, vel diuina officia in ecclesijs non interdictis: quod tamen fieri posset, nisi reputarentur interdictę: vel dic, quòd posset distingui, vtrum pro culpa ipsorum habitantium, & incolarum sit terra interdicta, vel etiam Principis, & domini loci, an non: vt in primo casu intelligantur personæ interdictæ: in secundo vero non.

47 Sed pone, quòd terra alicuius † principis, propter eius culpam est taliter interdicta, ꝙ etiam personæ sunt interdictæ, nunquid, si aliqui transferant domicilium alibi, remaneant interdicti? Idem frater G. de Remis dicit, ꝙ sic, donec interdictum totum relaxetur generaliter, vel saltem circa personas: quod sine difficultate fiendum esse dicit, maxime si in detestationem principis sui, qui dedit causam interdicto, vel ob periculum animæ suæ transferat domicilium, & nihil detineat sub illo domino, vel Principe, vnde iuuari possit princeps. Si autem ille, qui tulit sententiam interdicti, non intellexit ligare subditos, nisi quandiu erunt sub dominio Principis, credo, quòd quàm cito desinant esse sub eius dominio, tam cito desinant esse interdicti, nec indigeant aliqua absolutione speciali, vel relaxatione, arg. c. nō est nobis. de spons. in dubio autem tutius est, vt faciant se absolui.

Quæro etiam, nunquid, cum interdicitur terra alicuius principis, intelligantur tam terra propria, & principalis, quàm etiam feudataria, quæ eius nomine, vel ab eo tenetur, similiter etiā interdicta? Idem frater G. de Remis credit, quòd si dictum est, interdicimus regnum tale; intelligendum est totam terram ei adhærentem tempore latæ sententiæ, siue ratione dominij, siue ratione feudi esse interdictam, arg. c. j. de postula. Si autem dictum sit simpliciter, interdicimus terram talis regis, vel Principis, credit. Idem G. de Remis interdictum huiusmodi non esse extendendum ad feuda, cum pœnæ sint restringendæ.

48 Quæro postremo, vtrum in generali interdicto possit orari oratione priuata in ecclesijs illius loci? dixi supra, scilicet, distingue, quòd aut quærimus ab incolis, aut à transeuntibus, & extraneis: primo casu videtur, quòd non eo saltem casu, quo personæ intelligūtur interdictæ, vt dixi supra. in secundo vero casu videtur planum, quòd sic: tamen idem frater G. de Remis non distinguit, sed dicit, quòd propter generale interdictum non intelligitur esse interdictum habitatoribus ingressum ecclesiæ, nisi hoc specialiter in sententia exprimatur, vnde putat, quòd ibi possit orari.

Quæ

Quæ autem officia, seu personæ à generali
49 interdicto † excipiantur, sciendum est, quòd multa excipiuntur de ecclesiasticis officijs, quæ in generali interdicto exerceri possunt, & primo baptismus paruulorum, vt in c. non est nobis. de sponsa. & in c. responso. de sent. excom. ex eo autem, quòd dicitur paruulorum, argui potest, ergo non adultorum, in quibus citra periculum damnationis æternæ potest differri baptismus, cum possint saluari per fidem sacramenti. paruuli autem non possunt saluari, nisi per fidei sacramentum: sed forte verius est, quòd idem sit de baptismo adultorum, nec illa ratio stringit: nam sine confirmatione paruuli saluari possunt: non enim confirmatio ponitur inter sacramenta necessitatis, sicut nec eucharistia: dicit enim Augustinus, vt quid paras dentem, & ventrem, crede, & manducasti, & tamen ista duo permittuntur interdicto: credo igitur idem in baptismo adultorum: nec quòd longa dilatio possit animos eorum à baptismo reuocare, arg. c. nequid absit. de conse. di. iiij.

Præterea, si tanta vis facienda est in hoc, quòd dicitur paruulorum, ergo si qui adulti vellent in mortis necessitate baptizari, non possent: quod falsum puto, vt de conse. d. iiij. Si qui necessitate mortis, ægritudinis, obsidionis, persecutionis, & naufragij vrgentur, omni tempore debent baptizari.

Præterea, cum baptismus sit sacramentum necessitatis, sicut est pœnitentia: sicut illa conceditur morientibus, & omnibus peregrinantibus, vt infra dicam: ergo & ille, immo multo maioris necessitatis est baptismus, quàm pœnitentia: quod patet ex eo, quòd dicitur ianua omnium sacramentorum, vt xxxij. dist. §. si verum. & latius dixi supra de ætate & qualit. & de presbytero non bapti.

Et si obijciatur, quòd, quia litera decretalis dicit paruulorum, videtur adultos excludere, dico hoc ideo esse, quia hodie plures paruuli, quàm adulti baptizantur: supplendum est ergo maximè, quia lator canonis posuit à communiter accidentibus.

Confirmatio quoque paruulorum in generali interdicto excipitur, vt in d. c. responso. de senten. excom.

Excipitur pariter pœnitentia morientium, & peregrinantium, qui signum crucis accipiunt ob reuerentiam crucifixi: quod etiam ad alios peregrinos misericorditer propagatur, vt in d. c. non est nobis. de sponsa. & in c. quòd in te. de pœnit. licet autem hic dicatur morientium, & peregrinantium, quidam tamen notauerunt similiter, etiam quorumlibet sanorum, per c. quòd quidam. de pœniten. quod frater G. non tenet. Illud autem, quod dictum est de cruce signatis, & alijs peregrinis, Idem frater G. intelligit tam de illis, qui iã sunt in itinere, quàm de illis, qui sunt in præparatione ad eundem, licet quidam putent solum de primis.

Item frater G. intelligit hic de omnibus cruce signatis, & peregrinis, siue sint interdicti interdicto generali pro culpa aliena, siue non: credit etiam idem, quòd eorum confessiones in ecclesia interdicta audiri poterunt, quotiescunque voluerint, etiam sine necessitate, vel sine periculo mortis, licet Io. glo. videatur notasse super hunc locum, quòd sit intelligendum: quando isti cruce signati proficiscuntur ad iustum bellum, quia tunc subest iusta causa timoris.

50 Sicut si quis esset excommunicatus à † Papa, tamen in bello iusto posset absolui à quocunque, vt in c. de cætero. de sent. excom. & in c. quòd in his. Tamen huiusmodi cruce signati, vel peregrini, si sunt generali interdicto ligati, non admittuntur ad diuina in loco interdicto, quia in hoc non sunt priuilegiati, sed nec ad pœnitentiam admitterentur ob hanc indulgentiam, si pro culpa propria fuerint interdicti.

Vnde si ciuitas aliqua pro culpa ciuium sit interdicta, & aliquis de illis accipiat crucem, vel peregrinari vellet, si ipse è de illis, per quos regitur ciuitas, aut consentit, aut participat in culpa, propter quam est interdicta ciuitas, idest, ac si pro culpa propria sit interdictus, vnde non habet hoc beneficium.

Sed quia peregrinantium pera, & baculus consueuit benedici, vt legitur in pontificali de benedictione peræ, & baculi, quæro vtrum talibus debeat benedici?

Item quæro, nunquid tales in via poterunt audire diuina?

Item, cum venerint ad locum peregrinationis, poterunt intrare ecclesiam, siue locum sacrum, & ibi offerre? Frater G. de Remis dicit ad primum, quòd cum benedictio peræ, & baculi non reperiatur talibus à iure interdicta, videtur concessa.

Ad secundum dicit, quòd non debent audire diuina in via in aliqua Ecclesia, in eam tamen ingredi poterunt causa orandi oratione priuata, & offerre, nisi sint expressè interdicti ab ingressu ecclesiæ.

Ad tertium dicit, quòd & si tales essent etiã prohibiti ab ingressu ecclesię pro culpa aliena, quia tamen illa decretalis, quòd in te. de pœn. & remis. videtur approbare peregrinationem talium dans eis beneficium speciale, videtur ea concedere, quæ sunt quasi de substantia peregrinationis, vt intrare locum, & offerre: si ta-

men

men eo ipso, quòd filiusfamilias licentiatur à patre ad scholas concessum ei videtur, quod faciunt, vel facere consueuerunt scholares, ita dicit idem frater G. de Remis. Sed videtur possedici tum propter hanc vltimam rationem, tum propter ea, quia fauores, & beneficia sunt amplianda, tum etiam propter religionem peregrinationis Dei, & sanctorum locorum honorem, quòd & benedictio eis dari debeat, & postquàm locum interdictum exierunt, omnia eis liceant, quæcunque quibuslibet licent non interdictis.

Eucharistia vero pœnitentibus non prohibetur, vt in d. cap. quòd in te. & cap. permittimus. de sent. excom. Matrimonium quoque apud ecclesiam publicè tempore interdicti admittitur secundùm Innoc. in capit. non est nobis. de spons. in fi.

51 Item clerici, qui bene seruauerunt interdictum decedétes in cimiterio ecclesiarum sine campanarum sonitu cessantibus solemnitatibus omnibus cum silentio possunt sepeliri, vt in d. cap. quòd in te. de pœnit. & remiss. quod alii qui intelligunt de regularibus, vel alijs, qui super hoc sunt specialiter priuilegiati.

Ego autem intelligo generaliter, cum tex. d. cap. quòd in te. non distinguat, & similiter videtur per hoc tex. cap. euangelica. lv. dist. & fauores sunt ampliandi, vt etiam dixi supra. & odia restringenda.

Item in eo, quòd dicitur cum silentio, dicunt quidam, ita quòd nihil dicatur de agenda, seu officio mortuorum, quia non dicitur voce demissa, sed sub silentio, sed vbi est vox, non est silentium, & vbi est silentium, ibi non est vox, & vox submissa pura est vox. Tamen credo, quòd possit dici officium submisse, quia silentium non sophisticando dicitur vox submissa, vnde dicitur, quòd Martha vocauit Mariam sororem suam silentio dicens, Magister adest, & vocat te, vt Io. xj. Similiter credo, quòd vbi generale interdictum fertur in personas, clerici tamen intelliguntur excepti: similiter & cæteri religiosi, cum distinctione tamé illa, quam infra dicam 105. omnes autem personas. Intelliguntur igitur (dico) excepti quo ad auditionem simpliciter: non enim sunt interdicti, nisi tantommodo quantum ad locum illum interdictum, nisi hoc fuerit expressum in prolatione sententiæ, vnde si transeunt ad locum interdictum, sine in morte, sine in vita, poterunt ibi & audire, & celebrare diuina, recipere sacramenta, & sepeliri: dicit tamen idem frater G. de Remis, quòd si familia alicuius interdiceretur, quòd clerici, qui sunt de familia eius essent interdicti, nisi specialiter exciperentur.

Quantum ad celebrationem vero non sunt clerici simpliciter exempti, sed cum distinctione, quam statim dicam: item ab aliquibus personis possunt diuina officia celebrari, sed differenter: nam mihi videtur posse distingui inter missæ celebrationem, & aliorum officiorũ,

52 & horarum. Missa † enim celebrari permittitur ministris ecclesiarũ semel in hebdomada, tempore interdicti, non pulsatis campanis, ianuis clausis, excommunicatis, & interdictis exclusis causa cóficiendi corpus Christi, quod pœnitentibus in pœnitentia non denegatur, vt in cap. permittimus: regularibus vero semper hoc permittitur: episcopis verò quandoque: elicitur hæc differentia inter regulares, & episcopos, si diligenter tex. ponderetur in d. capit. quòd in te, de pœnit. & remiss. vbi, quando loquitur de episcopis, dicit quandoque; vbi vero loquitur de regularibus, nullam temporis determinationem apponit.

Quantum uero ad celebrationem horarũ ita videtur distinguendum: nam ecclesijs sæcularibus non conuentualibus, non debent simul à duobus, vel pluribus dici: in sæcularibus vero conuentualibus bini, vel terni, eas possunt legere, potius quàm cantare, clausis ianuis, non pulsatis campanis, interdictis & ex communicatis exclusis, & voce ita demissa, quod exterios audiri non possint: in regularibus vero ecclesijs in communi possunt ab omnibus sub eadem forma dici: elicitur hæc differentia in tex. d. cap. quòd in te, in versi. cum & regularibus. vbi nulla determinatio apponitur regularibus, sicut sæcularibus conuentualibus, in eo. c. versi. & conuentualibus. Est tamen casus, in quo nulla fit distinctio præmissorum, sed licitum est omnibus in interdicto generali omnia officia celebrare: Si enim is, propter quem appositum est interdictũ, nó obseruet illud, nec tenentur alij obseruare: ne de aliorum fletu videãtur ridere, vt in c. petistis, de priuil.

Circa autem hoc quæritur, verum in locis exemptis, & habentibus indulgentiam illam, videlicet ianuis clausis, &c. possint aliunde venientes, qui non sunt interdicti, celebrare diuina, & sepeliri? Idem frater G. de Remis dicit, quòd sic, si loca sint omnino exempta, ita quòd nullo modo illi subiacent interdicto, & poterit hoc fieri tam in capite, quàm in mẽbris. Si tamen membra eadem gaudent exceptione, & priuilegio. In alijs autem locis non sic exemptis, habentibus tamen prædictam indulgentiam, & si possint tales audire diuina propter illud verbum exclusis interdictis, & ex communicatis, quòd patet à contrario sensu, quòd alij, quàm interdicti, & excommunicati, non sunt excludendi, non tamen possunt ibi cele-

celebrare diuina, nec sepeliri, nec recipere sacramenta: Est enim hoc solis clericis illius loci concessum, poterunt tamen tales officio funeris interesse.

53 Item licitum est semel in mense, vel in septimana populum interdictum, vel excommunicatum ad aliquam ecclesiam cõuocare, & prędicare, dummodo contra formam interdicti nullum eis diuinum officium celebretur, vt in c. responso. de sent. excommu.

Sed quæro, nunquid hoc liceat alijs inferioribus, quàm episcopis: cum illa decretalis, q̃ in te, videatur loqui in episcopo.

Item nunquid excommunicati poterunt introduci in ecclesiam ad prædicationem vna cum alijs? Solutio.

Ad primum dicit idem frater G. de Remis, quòd non, nisi sint tales, qui habeant iurisdictionem super huiusmodi excommunicatos, aut interdictos, aut nisi à prælatis, quorum habeant supra hoc licentiam specialem. Ad aliud autem dicit, quòd ad sermonem, qui fit extra ecclesiam possunt vocari à quocunque, qui potest eis prædicare.

Item concessum est quibusdam religiosis, idem conceditur etiam quandoque aliquibus quæstoribus, vt semel in anno possint interdictas ecclesias aperire, & exclusis excommunicatis diuina officia celebrare, quod sic intelligitur secundum interpretationem Concilij generalis, quod in eadem ciuitate, vel castro, vel villa vnam tantum in anno fratres illius ordinis, non omnes diuisi valeant aperire, ne si hoc modo singulas illius loci ecclesias visitarent, nimium vilipendij contingeret sententiam interdicti, vt in c. vt priuilegia. de priuil.

54 Item nec in aliqua ecclesia † interdicta debent celebrari diuina officia, nisi semel in anno, nec tunc etiam sepelientur cadauera, vt in c. cum & plantare, in §. quòd si templarij. de priuileg. quòd autem dicitur semel in anno: ita intelligo, videlicet vna die: Nam non tantum vna missa, immo plures, & à pluribus eodem die ibi poterunt celebrari, nec solum clerici illarum ecclesiarum, sed etiam extranei: hodie tamen hæc omnia quæ sunt de iure veteri, moderantur, & corriguntur per ius nouum, videlicet c. idem maior. de sent. excom. in vj. vt in prima gloss. ibi, ponuntur dies priuilegiati tempore interdicti.

Item intelligendum est illud priuilegium de ecclesijs siue ab homine, siue à iure interdictis, exceptis ab eo, quod dico de interdictis à iure in illis casibus, quos posui supra, In quibus casibus sit locus ipso iure interdicto, in quibus non licet quibuslibet quantumcunq; priuilegiatis celebrare in illis ante reconciliationem, vt in cap. tuarum. de priuileg. §. j. & §. eos vero. Et est ratio, quia in illis casibus quasi quandam irregularitatem contrahit locus, veruntamen, si aliàs sine huiusmodi irregularitatibus locus esset ipso iure interdictus, puta, si statutum esset à iure, quòd existente rapina aliqua, vel raptoribus in aliquo loco esset locus interdictus, vt fuit in casu d. decretalis. non est nobis. de sponsal. tunc puto, quòd priuilegiati, de quibus supra dixi, possint in eo celebrare semel in anno.

Sciendum autem est, quòd illa clausula, nõ pulsatis campanis, &c. supra apposita, ita est ab omnibus, quibus in generali interdicto cẽlebrare licet, firmiter obseruanda, vt etiam non valeat contraria consuetudo, puta, si quis dicat in fundatione ecclesiæ, liberum sit de cõsuetudine extitisse, vt in generali interdicto pulsatis campanis, alta voce interdictis, & excõmunicatis exclusis diuina officia celebrare: ex tali enim consuetudine multum disrumperetur neruus ecclesiasticæ disciplinæ, vt notatur in c. cum inter vos. de consuet. vbi de hoc.

Omnes autem personas ab obseruatione interdicti superius exceptas ita intellige, videlicet si ipse non sint nominatim excommunicatæ, vel interdictæ, vel nisi sit eis specialiter prohibitum, vel nisi tam directè, vel fraudulenter indirectè causam præstiterint interdicto, vt notatur in cap. vt priuilegia. in §. nos quoque confratres. de priuileg. & c. quòd nullas. Directè causam dando interdicto, quando participant principi, vel alijs in facto, propter quod emanauit sententia interdicti, vel cum propter contumacias eorum, vel culpas aliàs interdicuntur eorum terræ, vel loca, non autem si propter iniurias sibi, vel alijs illatas huiusmodi sententiam protulerunt, vel proferri impetrauerunt: tunc enim nihilominus hoc priuilegio gaudebunt: & nota hic seu repetas, quæ supra dixi in quæst. in quibus casibus quis sit ipso iure suspensus ab officio in præcedenti rubrica. in §. fin.

55 Pone, quòd in ciuitate, vel loco interdicto aliqui volunt satisfacere, & parere; nunquid eis relaxatur interdictum? hæc fuit pen. quæst. Hermani, qui dicit Tancred. dixisse, quòd sic: vnde, si aliqui volunt iurare stare mandatis ecclesiæ, admittendi sunt: tamen contra hanc sententiam facit tex. in d. c. quòd in te. de pœn. in fi. vbi specialiter conceditur recipientibus signum crucis, & peregrinis, ergo alijs perhi-
56 betur, sicut vnum concedendo † aliud negatur, vt in c. hospitiolum. xxxij. dist. & xxv. dist. c. qualis. & de pœnit. dist. j. c. Iesu sunt. §. vt ait. & de præsumpt. c. nonne. Alij tamen tenẽt contrarium, & reddunt aliam rationem, videlicet

licet

,licet, quia rigor, & neruus ecclesiasticæ disciplinæ dissoluatur: arg.c. vt priuilegia. de priuil. leg. in fin. Nec obstat, quòd isti sine culpa puniuntur, vt in d.c. non est nobis. de sponf. & d. cap. quòd in te.

Nunc circa absolutionem interdicti perso-
57 næ sic est distinguendum, quia † aliquando per sona incurrit interdictum latum ab homine, aliquando latum à iure, vt in casibus supra positis, in quæst. in quibus casibus quis sit ipso iure interdictus in primo casu solo verbo potest fieri absolutio interdicti, sine alia reconciliatione, sicut & solo verbo latum est, licet aliud sit in excommunicatione, vt satis supra dixi in prima parte nostræ rubricæ.

In secundo vero casu distinguo, quia aut certum tempus adiectum est à iure, vsq; ad quod sit interdictus, puta vsque ad mensem, aut incertum, puta, dum fuerit in tali peccato, vel donec tale quid fecerit. Aut nullum tempus est adiectum: in primis duobus casibus elapso illo tempore absolutus est ipso iure, nec indiget absolutione, vt supra dixi in prima parte rubricæ, videlicet sent. excom. in quæst. de absolutione à minori excommunicatione ibi, in quibus casibus fit absolutio ipso iure. Si autem nullum tempus est præfixum à iure, quod tamen nusquam repperi: tunc credo, quòd necessaria sit absolutio hominis ministri iuris, qui quasi terminet fluxum eius: & attende, quod dixi de adiectione temporis à re, quo veluti si dictum sit, nisi tali die satisfeceris, ab illa die extra sis interdictus: tunc enim necessaria erit absolutio hominis. Item puto, quòd sit necessarium iuramentum in absolutione de parẽdo mandatis ecclesiæ, vt etiam supra dixi de absolut. ab excommunicatione, & suspensione, arg. c. ex parte. el primo. de verbo. signi.

Nunc de absolutione interdicti loci videndum est, in qua similiter est distinguendum;
58 quia † si sit interdictus ab homine, absoluitur solo verbo: Si vero sit interdictus locus à iure: distinguo, quia si propter præsentiam alicuius personæ, puta excommunicati, vel alicuius rei, vt si dictum fuerit, dum talis res, vel rapina in tali loco fuerit, non celebrentur ibi diuina, vt supra dixi per d. cap. non est nobis: in hoc casu dico, quòd ipsis personis receden-
59 tibus, vel rebus inde sublatis, ipso † iure interdictum est sublatum, arg. ff. de postul. l. Imperator. & in l. etsi seuerior. C. ex quibus ca. infa. irrog. vt etiam supra dixi. si aut fuerit locus interdictus propter sepulturam pagani exhumatis, & protectis inde ossibus, debet locus, vbi facile, mundari, vt in c. ecclesiam. vbi de cõsecra. dist. j. quam mundationem intelligo per aspersionem aquæ benedictæ, & forte dici posset, quòd partes, vel solum radi deberent, per tex. in d. cap. ecclesiam, in qua de consecratione dist. j. Idem quoque intelligo de hæretico sepulto, & excommunicato. Si autem propter effusionem seminis, aut sanguinis humani fuerit locus interdictus distinguo, quòd aut erat ecclesia consecrata, aut non: primo casu reconcilianda est, & lauanda cum aqua, & vino, & cineribus benedictis, vt traditur in c. proposuisti. de consecra. eccle. vel alta. & hæc fieri debent per Episcopum tantum, licet consuetudo in aliquibus locis contrarium seruet, vbi simplices sacerdotes hoc faciunt, & credo malè secundum ordinem traditum in pontificali, pro quo est text. in cap. aqua per Episcopum. de consecr. ecclesiæ. Si autem ecclesia nõ erat consecrata debet lauari aqua exorcizata seruata distinctione, quam in simili supra feci. Si ibi diuina officia non fuerant celebrata, & hoc secundum Io. Hispanum poterit bene fieri per simplicem sacerdotem, propter verbum protinus, quia protinus verisimiliter Episcopus haberi non posset, secundum eundem Io. ad idem facit, quia ibi dicitur, ne diuinæ laudis organa suspendantur, item & illud, aqua exorcizata: talis enim aqua per simplicem sacerdotem fit, & potest esse ratio diuersitatis, quare Episcopus tantum reconciliat ecclesiam consecratam, & non sacerdos, sed tantum nõ consecratam: quia non debet apponere inferior manum, vbi superior apposuit ob reuerentiam ipsius, sicut dicit Canon, quòd in al-
60 tari, † in quo Episcopus celebrauit, presbyter ea die celebrare non debet, vt in cap. fi. de consecra. dist. ij. similiter & ordinatus à Papa in vno ordine ad alios per inferiorem ordinari non potest sine speciali eius licentia, vt in cap. cum in distribuendis. de temp. ordi.

Postremo de pœna violantium interdictum videndum est, & hæc fuit pen. quæst. Herma-
61 ni, circa quàm omissis † dictis eiusdem, videtur posse distingui inter interdictum loci, & personæ: quia aut violat quis interdictum per sonæ celebrando diuina. Aut solum per ingressum ecclesiæ, siue etiam auditionem diuinorum: primo casu prius refert distinguere, vtrũ sciebat se interdictum, vel ignorabat: primo casu est pœna depositionis, vt notat in cap. clerici. & c. latores. de cler. excom. minist. si ignorabat, adhuc distinguo, quia aut ignorantia est probabilis, & tunc excusatur. Aut est crassa, & supina, vel erronea, & tunc indiget dispen-
62 satione, & tunc solus † Papa dispensabit, vt in c. cum medicinalis. de sent. excom. in vj. videtur tamen, quòd in primo casu tales non debeant deponi ante monitionem, vt in d. c. clerici. sed illud intelligitur quantum ad dispensationem

sationem, non quantum ad depositionem, sed qui post monitionem talia facere præsumpserint, absque vlla spe dispensationis perpetuo depositi maneant: crescente enim contumacia, crescere debet pœna, vt in cap. quoniam frequenter. §. fi. vt lite non contest.

63 Si autem violat † quis interdictum personę non celebrando, sed solum ecclesiam ingrediē do, vel diuina extra ecclesiam audiendo, Altisiodorensis, quem refert Tarantasi. & G. de Remis non putat ipsum propter hoc irregularitatem incurrere, arg. d. c. cum medicinalis. vbi dicitur, si quis huius constitutionis violator extiterit per mensem ab ingressu ecclesiæ, & diuinis nouerit se suspensum, postea vero non seruantibus imponit pœnam irregularitatis, sed pro ingressu ecclesiæ non imponit eandem, sed tantum pro officij executione, seu celebratione dicens, quoniam si contigerit eos sic suspensos, &c. Nec obstat arg. in contrarium, quod notatur in c. illud. in fi. de cler. excom. minist. quia loquitur clarè, & apertè in excommunicato, & non in interdicto, ibi vide, & pondera: si autem violat † quis interdictum loci celebrando in eo diuina, distinguendum videtur sic, videlicet, quia aut est claustralis, aut monachus, aut monialis, aut est clericus sæcularis: si est claustralis, debet intrudi in arctiori monasterio ad pœnitentiam peragendam: si autem est clericus sæcularis debet priuari beneficio ecclesiastico: ita dicit Innoc. in c. postulastis. in §. fin. de cler. excom. mini. Nec obstat, si diceretur, quòd ibi non solum propter violationem interdicti, sed propterea, quia cum propter illa essent excommunicati, & tamen celebrabant, spoliantur beneficijs: quia credo posse responderi, quòd ibi Papa non intelligebat infligere pœnam non seruantibus excommunicationem, cum illa non solum sit priuatio beneficij, quæ granior est, vt not. in c. si quis presbyter. xj. quæst. iij. sed tantum pœnam intendebat infligere violantibus interdictum: aliàs etiam pœnas inuenio contra istum, vt est, quòd non potest excommunicare, neque interdicere, vt notatur in c. tanta. de excess. prælat. ibi, excommunicationis, seu interdicti sententias: per simile intelligo, quòd nec suspendere, nec alium actum iurisdictionis exercere potest: hoc enim hac ratione probatur: nam cum sit suspensus ab officio, & beneficio, vt in d. cap. tanta. circa finem, videtur innui, quòd ergo non poterit alium suspendere, vt plenius dixi supra in secunda parte rubricæ, videlicet sent. suspensionis. in quæstione illa, qui sint effectus suspensionis: item videtur, quòd sit impostulabilis, & ineligibilis, vt ibidem dixi per cap. primum,

64 (marginal number beside "de, & pondera")

de postul. Item, quòd sit suspensus ab officio, & beneficio, vt ibidem dixi, quibus addo, quòd per brachium sæculare, si necesse fuerit, erit compellendus accedere ad sedem Apostolicam pro meritis recipiendis, vt in d. c. tanta.

Sed ad huiusmodi pœnas euitandas notandum est, quòd, si illi, qui interdicti † vel excommunicati celebrant in aliquo loco, sunt quadraginta, vel pauciores numero, omnes sunt in perpetuum deponendi: si autem maior sit multitudo illorum quos magis causam delicti esse constiterit, sunt in perpetuum deponendi: reliqui vero ab officio ad tempus sunt spendendi: aliàs eis pœna imponenda est arbitrio discreti iudicis, vt in d. cap. latores. de cler. excom. minist.

66 De dispensatione vero † circa tales adhibenda dixi supra, de cler. excom. mini. Item ad pœnas prædictas euitandas attende ad ea, quæ dixi supra de generali interdicto, quæ ab eo excipiuntur, de quibus dixi supra in titulo, quæ officia, seu personæ à generali interdicto excipiantur.

Laici quoque licet violando interdictum irregularitatem, vel suspensionem non incurrant, cum nec ordinem, nec officium habeāt, tamen puniuntur, puta excommunicatione, quam si contempserint, & ecclesia, siue episcopus corrigere, seu punire non poterit, auxilio principis sæcularis, quod ecclesia implorabit, compellentur pœna exilij, vt est tex. in cap. ij. de cler. excom. mini. in fi. secundum G. de Remis: tamen non videtur verum, quòd laici nō incurrant irregularitatem, immo incurrunt, vt dicit glo. summæ, quam omnino vide xv. quæst. viij.

Popularis quoque est actio interdicti secundum Innoc. in cap. cum inter. de consuetu. cætera ad materiam facientia, vide in dictis tractatibus.

SVMMAE.

De sententia depositionis, degradationis, & traditionis curiæ sæculari.

1 HÆc rubrica est tripartita, quia alia est depositio, † alia degradatio, & alia curiæ sæculari traditio, quia depositio differt à degradatione, quia omnis depositus
2 † non est degradatus, licet econtra omnis de-
3 gradatus est depositus. Traditio † autem curiæ sæculari est executio degradationis.

4 Est autem depositio † amotio ab ordine, & administratione, vt in c. qualiter, & quando. de accus. el secondo. & ibi omnes: deponere autē degradare, & deordinare, ac etiam exauctorizare pro eodem accipitur, vt etiam infra dicā, vt in c. sacerdos. lxxxj. dist.

5 Duplex autem est depositio † scilicet vocalis ab ordinibus, dignitatibus, & honoribus
6 solo verbo per † sententiam, & actualis, siue solemnis, & hæc est, quam degradationem appellamus.

Differunt autem hæc inter se, quia verbaliter depositus retinet priuilegium canonis, & fori: Actualis vero siue degradatio omnia hæc amittit, & est executio depositionis verbalis, secundum Inno. & Abbatem Sicul. post eum in d. c. qualiter, & quando. de accus. el secondo.

Sicut traditio curiæ sæculari est executio degradationis, vt dixi: Sed an depositus perdat priuilegium clericale? vide Io. And. & Ant. de But. in c. ad abolendam, super verbo prærogatiua. de hæret. & latius infra dicam.

7 Forma autem actualis † degradationis ponitur in c. degradatio. de pœn. in vj.

8 Omnis tamen degradatus † non traditur curiæ sæculari, sed tantum in casibus iure expressis, quos infra ponam.

9 Degradatio autem à depositione differt secundum Spec. quia, vt prædixi depositio fit ab honoribus, & dignitatibus, degradatio vero ab ordinibus, vt dixi in tertia parte, in princ. in titu. de accus. in §. secundo loco. in versi. deponitur autē quis solo verbo, vbi per duas col. examinat hanc materiam, ibi vide. Hoc autem impedimentum ad officia, & beneficia ecclesiastica est vltimum terribilium impedimentorum sine spe restitutionis, vel dispensationis, vt infra dicam: quia cum istis non dispēsatur, nisi ex misericordia, & à solo Papa, vt infra dicam.

Differunt etiam inter se, quia depositus
10 † non solemniter, sed verbaliter, videlicet per solam sententiam potest etiam verbis restitui per suum deponentem.

Solemniter aut depositus, i. degradatus,
11 restitui non potest post traditionem curiæ sæculari.

Antea vero sic, quia forte iudex cognouit degradationem iniustam, & ipsam reuocauit, & potest degradatum restituere, solemniter tamen, sicut fuit solemniter degradatus.

12 Solemnis † autem erit, quia si episcopus fuit degradatus, omnia ornamenta sibi abstracta restituuntur coram altare, vt horarius, baculus, mitra, sandalia, & alia insignia pontificalia.

Si vero sacerdos erit, restituetur ei horariũ planeta, sine casula.

Si vero Diaconus, horarium,& dalmatica. Si Subdiaconus, restituetur calicem,& patena; sic & reliqui gradus in recuperatione sua recuperabunt, quæ in sua ordinatione receperant, vt legitur, & notatur in c.episcopus.xj.quæst. iij.& ibi per Archidiac.vbi omnino vide post principium,in versi.& ad huius declarationẽ, & in d.cap. degradatio. de pœn. in vj. qui autem hos gradus recipere debeant, notatur in cap.ecclesiastica, & cap.sequenti, & cap. subdiaconus,cum cap.sequenti. xxxiij. distinct. & in cap. perlectis. xxv. distinct. & xxj. distin. c. cleros.

13 Papa tamen in hoc casu † potest restituere solo verbo, & sine solemnitate, vt habetur in c.fratres.xj.quæst.iij. vide & sequentia in d. §. secundo loco.ante finem.

Sed sequendo ordinem quem seruaui in præcedentibus censuris, in quibus quæsiui, pro quibus casibus, seu culpis quis veniat excommunicandus, suspendendus, vel interdicendus, & in quibus quis sit ipso iure excommunicatus, suspensus,& interdictus.Hic quæro, 14 quæ crimina † inducant depositionem? gloss. summæ. xv. quæst. viij. dicit, quod non est à Canone expressum.

Dicit tamen, quòd quidam tradidit pro regula, quòd omne crimen inducit depositionem, nisi specialiter à Canone excipiatur.

Alij vero dicunt, quòd nullum crimen inducit depositionem, nisi specialiter à canone excipiatur, dicens, quòd hæc opinio maiori æquitate innititur, quare ipsam dicit esse tenendam: hoc tamen hodie determinatum esse dicit in c.fi.de tempo.ordi.

Nicolaus Millis in suo Dictionario, in versi. clericus, potest ex crimine suspendi. referens Anto.de Butri. in c. at si clerici. in princip. in versi. quæ vero ad declarationem. & in c. cum non ab homine. in versi. nota hic apertum. de 15 iudi. dicit, quòd clericus potest deponi, & degradari in casu delapidationis, & simoniæ: dicit etiam, quòd deponitur ex omni delicto cũ incorrigibilitate, & ex omni delicto inducente irregularitatem: item si delictum est publicum, & scandalosum, vel etiam si diu continuatur. Item, si habet in se infamiam iuris, vel qualitatis enormitatis, sicut est periurium, adulterium, vel homicidiũ, quę inter enormia computantur.

De simplici autem fornicatione dubitatur: sed dic, q̃ si fornicatio est notoria, vel scandalosa, vel diu continuata, est digna depositione cessantibus dictis qualitatis. Idem, si est cum moniali. Idem, si cum virgine, vidua, vel cõsanguinea,& idem, si cum filia spirituali, vel cum ea, quam ad pœnitentiam recipit, idem, si cum sua, uõ virgine, idem, si eam duxit in vxorem, si est in sacris ordinibus constitutus, quia ibi cõmittitur adulterium spirituale, secus si non esset in sacris, dicens, q̃ ex his est concludendũ q̃ habens prælaturam potest ex notabili negligentia deponi: quia in eo est graue delictum.

16 Degradatur autem ex omni crimine cum incorrigibilitate, aliàs regulariter non degradatur. Fallit in hæresi, & falsario literarum 17 apostolicarum, & in sortilegio, vt dicam infra, vbi quæram an omnis degradatus debeat tradi curię sæculari.

18 De homicidio autem dubitatur, sed veritas est, q̃ ex illo non degradatur secundum Butr. in d.c.at si clerici.versi.quęro ad declarationẽ: beatus Antoninus in sua summa, in secũda rubricę parte, titu. xxviij. c.iiij. circa fi. dicit; q̃ cũ in curia Romana quidam sacerdos interfecisset sacristam S.Petri sacerdotem, vt sic rapere posset bona sacristię, requisito consilio peritorum super hoc, consuluerunt, quòd non deberet tradi propter hoc curię sęculari ad occidẽdum secundum iura, sed poni in perpetuum carcerem, vel caueam ibi sustentandus pane doloris, & aqua angustię. Tamen Papa Martinus de plenitudine potestatis illum degradatũ tradi fecit curię sęculari, & sic fuit occisus.

Deponendus tamen est ab ordinibus, licet non degradandus.

19 Potest tamen secum † dispensari super beneficijs obtentis, vt est tex. in c. studeat. l. dist. & ibi glo. in verbo, vt tale.

Prædicta tamen intellige vera, nisi sit incorrigibilis, vt notat ibidem Butr. & in d. c. cum nõ ab homine.& in d. versi. nota hic apertum.

20 Clericus † quoq; vsurarius deponitur, vt notat glo. in c. clerici. de cler. excom. mini.

Sed quia supra dixi, q̃ clericus degradatus amittit priuilegium canonis, & fori, aduertendum est ad formam degradationis, quia, si dicitur verbaliter tantum deponimus, vel degradamus te, & nihil aliud proferatur absente iudice sæculari: tunc ex hoc non subest iudici sæculari, sed si in præsente clericus degradatur, censetur traditus curiæ sæculari, & si nõ dicat, degradamus te, & priuamus te cum pri-21 uilegio clericali, tunc etiam censetur † traditus, vt notat Butr.& And.Sicul. post eum copiosius in d. cap. at si clerici. in §. de adulter. versi. venio ad tertium contrarium.

Sed quæro hic, si in sententia dicatur, de-22 ponimus † te, an intelligatur depositus ad tempus, vel in perpetuum? dicas, quòd in perpetuum, secundum glo. fin. in c. fi.& c. j. l. dist.& c. licite. xxxij. quæst. vij.

Scias tamen, quòd si clericus depositus ite rat delictum, statim ipsa incorrigibilitate perdit priuilegium clericale, & subest iudici sæculari sine alia depositione, vel actuali degradatione. Et idem, si incorrigibilitas surgit ex trina monitione, licet expressa depositio, vel degradatio non fiat secundum Ioan. And. vt refert idem Butr. in d. cap. cum non ab homine. versi. ij. oppo. de iudi.

23 Dicitur autem clericus † incorrigibilis, quādo ter monitus non desistit, sed si non monitus reuertitur ad priora delicta, vel in illis perseueret, non dicitur incorrigibilis, licet pœnitentiam sibi iniunctam non seruet: vnde per hoc non posset tradi curiæ sæculari, vt notat idem Anto. de Butr. in d. cap. cum non ab homine. versi. quæro qualiter. & in versi. nota practicam.

Sed pone, quòd depositus, ne tradatur curiæ, offert se paratum corrigi, nunquid vlterius procedetur? dicas, quòd non, sed detrudi debet in monasterium ad pœnitentiam peragendam, non tamen in tantam angustiam, aut vitæ tenuitatem, vt verisimiliter moriatur secundum eundem Butr. in eo. cap. cum non ab homine. versi. quæro qualiter. aliàs enim si moreretur, iudex esset irregularis ex homicidio secundum Abba. Sicul. in d. cap. cum non ab homine. in fi. & per Ioan. de Anania, in c. qualiter, & quando. de accusa. in §. fi.

Quia glo. summæ. xv. quæst. viij. supra alleg. dicit, quòd non est à Canone expressum, quæ crimina inducant depositionem, vel degradationem, reperi tamen supra in antiquis canonibus centum & quadraginta casus, in quibus clerici, & prælati deponuntur, vel degradantur, quos supra posui, quorū hic aliquos addendos duxi: remittens tamen me ad illos.

24 Primus † fit in cap. clericum, & cap. Archidiaconum. lxxxj. distinct. vbi deponuntur, vel degradantur prælati, vel clerici domicilia fœminarum post monitionem frequentantes.

Secundus in cap. episcopus. xxxv. distinct. vbi deseruientes sine correctione, & cessatione ab ebrietatibus, & ludis inhonestis deponit, pro quo etiam est text. in c. quorundam. in fi. xxxiiij. dist.

Tertius in c. nulli. xliiij. dist. & c. j. & c. canonum. xiiij. quæst. iiij. vbi mercimonia exercentes ab ecclesia abijciuntur.

Vsurarij quoque, de quibus tamen supra dixi, similiter deponuntur. xlvij. dist. c. primo, & sequenti. & xiiij. q. iiij. c. si quis oblitus. & c. quoniam multi, & fuit concilij Niceni.

Quintus est in c. si quis episcopus. xxvij. q. j. & c. si quis rapuerit. & xxx. quæst. j. c. omnes. vbi dicitur, si quis episcopus, presbyter, diaconus, vel subdiaconus, aut lector, aut psalmista, aut hostiarius cum muliere sanctificata Deo mœchatus fuerit, deponatur: & idem dicitur in cap. si quis sacerdos. xxx. quæst. j. quia sponsam Christi corrupit.

Sextus est in cap. qui semel. l. dist. & lxxxj. dist. cap. Maximilianus, vbi laborantes publica incontinentia deponuntur, & lxxxij. dist. c. proposuisti.

Item, qui sine examine promouentur, vt xxiiij. distinct. cap. si quis presbyter, & c. qui sine. lxxxj. dist.

Item qui ante ordinationem criminosi fuerunt, vt in cap. si quis presbyter. xxiiij. dist. & & lxxxj. dist. cap. tantis. sed vide bo. glo. in summa. xv. q. viij. & text. & glo. in c. pen. qui incipit, si quis presbyter. ea. causa, & quæstio.

Item qui scienter indignos admouit, & dic indignos, id est criminosos, vt in d. c. tantis Daniel. & lj. dist. c. aliquantos. in fi.

Decimus, qui ad pinguiores ecclesias tenuiori relicta sine licentia sui superioris transit, vt vij. quæst. j. cap. si quis presbyter. & cap. si quis episcopus. cum sequenti. Sed hodie habemus extrauagantem Pauli Papæ II. per quam huiusmodi ambientes redduntur inhabiles ad vtranque, ita quòd carere debent habita, & ambita, quam hodie cancellaria apostolica seruat ad vnguem, & aliàs ipsam practicaui Venetijs super Archidiaconatu ecclesię Patriarchalis Venetiarum.

Item in casu cap. si quis sacerdotum. xj. q. j. vbi dicitur, si quis sacerdotum, vel reliquorum clericorum suo Episcopo inobediens fuerit, aut ei insidias parauerit, aut contumeliam, aut conuitia intulerit, & conuinci poterit, mox depositus curiæ tradatur?

Item in casu cap. presbyter. & cap. sequen. lxxxj. dist. vbi dicitur, quòd qui perertrauerit, vel in alio magno crimine inuentus fuerit, deponatur.

Qui publice crimen in Apostolicæ, & vniuersalis ecclesiæ scandalum fouet. ij. quæst. j. c. scelus. & in c. Reugaldum. xj. q. iij.

Qui pecunia aliū in ecclesia supplātauit, vij. q. j. c. pōtium, & c. factus. & xj. q. j. c. petimus.

Quintusdecimus casus est in c. nullum. ix. quæst. ij. vbi vsurpans exercitium curæ in aliena ecclesia, deponitur.

Item qui rerum ecclesiasticarum dilapidator fuerit, deponetur, vt x. quæst. ij. c. si quis episcopus. & xij. q. ij. c. diaconi. & c. Abbatib. & c. quicunque episcoporum. xvij. q. iij.

Item qui ecclesiam de manu laicali accipit, vt in cap. si quis deinceps. xvj. quęst. vij. tales sunt excommunicati, vt dixi, in quibus casibus quis fit ipso iure excommunicatus.

Clericus confugiens ad iudicium Imperatoris deponitur, vt in c. si quis presbyter. xj. quęst. iij. & c. si quis episcopus. xxv. q. v.

Qui altare erigit sine licentia episcopi, deponitur, vt in c. nos vero. xiiij. q. v.

Clericus habitans cum iudæis, vel ab eis recipiens medicinam deponitur, vt in c. nullus eorum. xxviij. q. j.

Clerici raptores puellarum, & consentientes, deponuntur, vt in c. de puellis. & c. eos qui. xxv. quæst. ij.

Celebrans in locis priuatis sine licentia Episcopi, vt de consecra. dist. j. c. cleros.

Propter insufficiētiam deponitur prælatus, text. in c. fi. de ætat. & qualit. & glo. in cap. j. de renuncia. in verbo sufficientem. lib. vj.

Qui Christianum per assassinos occidi facit, deponendus est ab omni officio, & beneficio secundum Io. de Deo, in suo tractatu dispēsationum, in versi. cum homicida voluntario.

Vigesimusquintus casus, deponitur Papa propter hæresim tantum, vt xl. dist. c. si Papa.

Deponens maiorem suum est deponendus: vnde Dioscorus, quia deposuit Papam Leonem, fuit depositus. vt in c. fi. xxj. dist.

Clericus, qui post votum castitatis vxorem ducit, vel iam ductam cognoscit, debet deponi, vt in c. ministri, vt lxxxj. dist.

Sacerdos dans Eucharistiam publice excōmunicato scienter, vt xij. quæst. ij. cap. quòd in humanis.

Vigesimusnonus casus est, si sacerdos permittat mori parrochianum suum sine baptismo sua culpa, vel negligentia, vt in c. quicunq;. de consecr. dist. iiij.

Trigesimus est in eo, qui accusatione pendente fecit se promoueri, etiamsi numerus inuenitur, vt in c. Deus omnipotens. de accusat. secundum glo. Io. in c. tantis Daniel. lxxxj. di. quod Barth. Brix. ibidem credit esse falsum, ibi vide.

Complures etiam casus similes reperiet studiosus lector in corpore iuris sparsos, hos autem primus reperi.

Sed in quantum glo. summæ. xv. quæst. viij. dicit, quod non est à Canone expressum, quæ crimine depositionem inducant, vt s. dicas, nisi specialiter à Canone exprimatur. Alij tamen dicunt, & probabilius, videlicet, ꝙ nullum crimen depositionē inducit, nisi à Canone exprimatur, vt fuit Io. de Deo in d. suo tractatu, de dispēsatione cū excōicato, qui dicit, tu dic, ꝙ pro quolibet crimine, in quo quis est incorrigibilis, deponi debet, sed nō statim pro prima cōtumacia debet deponi, vt xlv. di. c. licet. vbi dicitur, quòd si dominus statim post trinam negationem Petri ipsum iudicasset tātum fructum ab eo non reportasset; Dicens propterea, quòd rectores ecclesiarum sunt ergo potius expectādi, & corrigendi, quàm statim deponendi, vel iudicandi, & hæc temperant dicta Ant. de But. & Nicolai Millis supra posita.

25 Sed sciendum est, ꝙ deponere † aliquādo accipitur pro suspendere, vt notatur in c. fi. xxxiij. di. in glo. pen. & xxj. q. ij. c. quoniā. & Specu. in tit. de accusat. in §. quarto. & l. dist. c. domino sancto. & similiter contra. lxxxiij. di. c. si quis.

Pro quibus autem criminibus imponatur pœna depositionis vltra præmissos, vide in cap. Maximilianus. lxxxj. di. & c. primum. ea. dist. & glo. quā supra allegaui. in c. episcopus. xxix. di. & glo. in c. si episcopus. l. dist. & c. si quis presbyter. & xxij. q. j. c. si quis per capillum. & xvj. q. vlt. in glo. summæ. & glo. in c. non in perpetuum. xxiij. q. iij. & glo. in c. non debet. xxx. q. j. & glo. in c. ij. de conse. di. iij. & per Innoc. in c. ex tenore. de temp. ord. in glo. ij. & glo. in c. vt clericorum. de vita, & hone. cler. & doc. in cle. prima, de offi. ordi.

26 Sed sciendum est, ꝙ pœna † depositionis potest imponi pro quolibet delicto enormi, vt est tex. in c. quòd in dubijs. de pœn. & c. tuę. eo. tit. & c. qualiter. el secondo. de accus. & c. ad abolendam. de hæret. & omnes in c. atsi clerici. & c. cum non ab homine. de iudi. supra alleg. & glo. in c. in generali. de elec. in vj. & in c. episcopi. de reb. eccle. non alien. & ibi doct. & Host. in sum. de accus. in §. fi. in versi. est ergo ratio. in principio. Inno. in c. qualiter, & quando. de accus. el secondo. in iij. col. in verbo ad diminutionem dicit, ꝙ eo casu, quo de iure ciuili imponitur pœna mortis, de iure canonico imponitur pœna degradationis, & traditionis curiæ sæculari: cū quo oēs transierunt: quos And. Sicu. impugnat in c. cum non ab homine. de iud. in vlt. col. circa fi. vbi omnino vide.

Successiuè videndum est de potestate, & or-
27 dine † deponendi, & degradādi; & primo quęro, ad quem de iure spectet potestas, seu iurisdictio deponendi, & degradandi? Dicas, ꝙ ad episcopum, & ad superiores, ad inferiores autem non, vt not. glo. in c. cum & plantare. in §. cum in ecclesijs. de priuil. & ibi omnes.

Sed quæro, vtrum solus? dicas, quòd solus potest dare honores, & ordines: solus autem non potest auferre, vel deponere, sic not. in c. ij. de translat. prælat. & c. j. xv. quæst. vij. & c. fœlix. & c. si autem, sed cum alijs episcopis sibi adiunctis, vt in d. c. fœlix. & conuictum, vel confessum, vt ibidem.

Quo autem ordine iam supra dixi in princ. huius rubricæ referendo Spec. in tit. de accus. in tertia parte. in princ. in §. ij.

Hodie autē de hmōi ordine habemus tex.

in c.

in c.degradatio.de pœu.in vj.vt ſupra dixi.

Sed quia text.ille loquitur de proprio epiſcopo degradante,cum certo epiſcoporum numero, de quo in d. c.fælix.in §. ſi autem. & c. ſeq. ſupra alleg & glo.in c.degradatio. in verbo canonibus.

28 Quid dicemus de legato † ſedis apoſtolicę, nunquid degradare poſſit? ſicut & epiſcopus ordinarius.dicas,quòd ſic,quia & ipſe eſt ordinarius in prouincia ſibi commiſſa: quod intellige de legato Cardinali, quia ſimilis eſt procōſuli, arg.l.j.ff.de offi.proconſ.& l.vlt.vnde omnes cauſæ criminales prouinciæ ad eum deferuntur, vt ibidem.

29 Legatus † vero non Cardinalis,qui appellatur legatus miſſus, ſimilis eſt præſidi, arg. l.j. ff.de offi. præſi. non poteſt deponere, niſi ſibi ſpecialiter concedatur.

30 Quæro vlterius, vtrum poteſtas † deponendi, & degradandi dependeat ab ordine,an à iuriſdictione? Dicas, ꝙ deponere ab officio, & beneficio eſt iuriſdictionis.

Ab ordine vero eſt ordinis, vt notatur in c. tranſmiſſam.de elec.& ibi glo.in verbo de talibus.& in c.noſti.eo.ti.& c.j.de tranſl.prælato.

31 Item quæro,an legatus, † etiam Cardinalis de latere poſſit deponere epiſcopos ſuę prouinciæ? Dicas,quòd non, niſi ſibi per Papam ſpecialiter cōmittatur, qa eſt de Papæ ſpecialiter reſeruatis epōrum depoſitio, vt not. in c.inter corporalia.de tranſl.prelat.in §.cū ergo.& §.ſicut ipſorū.& in c.quāuis.iij.q.vj. vnde verſus.

Reſtituit Papa ſolus, deponit & ipſe

32 Quæro etiam: Papa † ordinauit ſubdiaconum,qui de iure ob crimina venit deponēdus, & degradandus à ſuo ordinario epiſcopo,nunquid poterit? dicas, quòd non, ſed cauſa inſtructa debet remitti ad Papam cum tuto proceſſu, dicit glo.in c.per tuas,quæ eſt glo.j. ibi, ſed nunquid.de maior.& obed. dicit tamen in fin.quòd quidam tenent contrarium: hi tamē gaudent ſpeciali prærogatiua,quia nō conuincuntur niſi ſeptem teſtibus, vt in cap.præſul.ij. quæſt.iij.item ad ſuperiores ordines aſcendere non poſſunt ſine licentia Papæ. vt in c. cum in diſtribuendis.de tempo.ordi. & hoc ob reuerētiam maioris, qui manus ei impoſuit, vt in c. ſi.de conſecra.diſt.ij. & idem dicit d. glo.in d. capit. per tuas. in verbo abſoluunt, quæ eſt glo. fin.

33 Quæro ſucceſſiuè prælatus † fuit depoſitus per ſententiam, & appellauit, nunquid ſubditi teneantur præſtare ei ſolitam obedientiam pendente appellatione? Dicas,quòd ſic,ſecundum diſtinctionem, quam facit glo.ſum.viij.quæſt.

Non prætermitto quærere,ſupra dixi,quòd epiſcopus poteſt ſuos ſubditos ſeruata forma, de qua ſupra,deponere, & degradare. quæro, nunquid epiſcopus poſſit deponere ſubditum ſuum electum in epiſcopum, qui renunciauit epiſcopatui, & redijt ad primum ſuum ſtatū? Dicas, quòd ſic, quia licet non poſſit punire exceſſus exemptorum, vt in c. ſicut nobis. de ſupplen.negli.prælat.& arg.xvj.q.j.c. fraternitatis. tamen iſte non poteſt dici exemptus, cū redierit ad ſuum primum ſtatum. De quo vide aliquid per Io.de Ana.in rubr.de ſimo.

34 Quæro nunquid aliquis † poſſit ſeipſum deponere? videtur dicēdum,ꝙ ſic:exemplo Marcellini,qui ſeipſum depoſuit, & excommunicauit, vt legitur in c.nunc autem.& ibi gl. in verbo Marcellinus.xxj. di. quæ ſoluendo dicit, ꝙ nun fuit ſententia,quam tulit,ſed quædā interpretatio,& in fuit in ea quędam tacita cōditio, ſ.niſi Deus aliter reuelauerit,& dominus aliter reuelauit, quia ſepultus fuit xxx.dies poſt mortem:quare autem non fuerit nec ab epiſcopis de concilio depoſitus cum eſſet confeſſus hæreſim, vt not.in c.ſi Papa.xl.diſt.d.glo.in fi. dicit ex hoc ideo,quia erat paratus corrigi: quia tūc quilibet etiam Papa nō deponitur. xxiiij. q.iij. c.dixit apoſtolus, & Cœleſtinus coactus fuit, 1.diſt.c.presbyteros.Eſt ergo dicendum nullū ſeipſum, nec deponere, nec excommunicare, vt dicit d.glo.quam vide.

35 Quæro nunquid depoſitus † ſit infamis? & dicas,ꝙ ſic,& comparatur vltimo ſupplicio in eccleſia, dicit Io.de Deo,& allegat ſolum l.iij. ff.de pœn.ideo dicitur,ꝙ depoſitus æquiparatū mortuo,vt in d.l.iij.& Io.de Deo in d.tractatu de cler.excom. dicit, ꝙ nomen depoſiti deleri debet de matricula clericorum, & alleg. c.nomen.xvj.q.ij.quem non inuenio,ſed vide Spe. in tit.de procur.§.j.verſi.item Abbas.

Sed hic conuenienter quæro, ſi depoſitus

36 † exuitur omni priuilegio clericali, & deletur, vt ſupra, & notatur in c.ex antiquis. liiij. diſt. nunquid poterit contrahere matrimonium? videtur poſſe dici,ꝙ ſic,cum amplius non ſit clericus, & ſi ſecuta ſit actualis degradatio, ſit de foro ſæculari,& de his,quæ ſunt foris,nihil ad nos, vt ij.quæſt.j.c.multi.

Sed dicas contrarium, quia characterem retinet,qui imprimitur in animam,ideo tenetur viuere clericaliter, vt ſtatuit Cōcilium Maguntinenſe,de quo in c.dictum.lxxxj. di.& ibi bo. glo.in materia in verbo ſæculariter. Ideo doct. in c.ij.de cler.excom.mini.& in c. Ioannes. de cler.coniug. dicunt, quòd non: quia retinent characterem, vt not. in capit. clericus. de vi-

adhuc sit persona ecclesiastica, & consequenter, quòd gaudeat saltem priuilegio canonis c. si quis suadente. xvij.quæst.iiij. pro quo etiã facit, quia si degradatus moritur, ne surgat, non debet iterum ordinari, vt not. Abb. Sicu. in cap.non potest. de re iudi. & glo. in cap. ij. xxxij.quæst.vij.Io.glo.in d.c.dictum. in eadem glo. sic tenuit, & quòd verberans talem incidat in canonem, & quia talis ab ecclesia debet defendi, nisi sit incorrigibilis per notata in c. cum non ab homine. de iudi. Sed Barth. Brix. ibidem dicit hoc credere esse falsum, cum sit exauctoratus, & nudatus omni priuilegio. Et idem dixit idem Bart. in alia sua glo.in c.nulli.liiij.dist.in verbo ceciderit. in fin. & contra glo. Ioan.sed de hoc vide etiam meliorem glo. distinguentem in cap.contingit.in verbo ordinarij. de sent.excom. & ibi omnes, & per Innoc. in c.pen.de cler. excom.minist.& glo.fin. c.degradatio.de pœn.in vj.

Præmissis etiam inhærendo, & retenta opi
nione, quòd depositus corrigibilis tamen retineat
37 characterem, quæro nunquid, si † celebrat, cõ-
ficiat corpus Christi? glo.in c.ij.sæpe s.allega
to, quæ est glo.i.de cler.excom.minist.dicit R.
tenuisse, quòd non, quia potuit ecclesia ei auferre
illam potestatem, quam contulit, quamuis nõ
possit character auferri, sicut nec insignia mi-
liti: Laur.tamen & Alan.& Tancred, contra-
rium dixerunt, & melius secundum Ber. quòd
bene conficit depositus sicut hæreticus, nec Pa
pa potuit ei auferre talem potestatem, & virtu
tem: quod Ber.verum credit: dicit tamẽ hunc
esse excõmunicandum, quia facit rem sibi pro-
hibitam, cum quorum opinione Io. And. in d.
c.degradatio.in glo.fi.in fine, transire videtur:
hæc q.vlt.s.dicta tractatur in c.accedens. L.di.
& ibi glo.& per glo.sum.ix.q.j.& de consecra.
dist.iiij.c.ostenditur.& j.quæst.j.c.quidam.xj.
quæst.iij.c.episcopus. el secundo.& glo. & ibi
Archid.in c.quid sit.de consecr.dist.ij.

38 Quæro etiam, an talis † teneatur dicere horas canonicas? de hoc etiam dixi s.de excommunicatione per discursum, vbi allegaui glo.in d.c.ij.de cler.excom.minist.& habetur in d.c. accedens.L.di.vbi est bo.glo.& glo.fi. in c.contumaces ea.di.& in c.ad abolendam. de hæret. in glo.in verbo prærogatiua, vbi plenè: vbi dicitur, quòd si erat in sacris ordinibus constitutus, quia per depositionem non liberatur ab his, quæ sunt horarij, non tamen dicet dominus vobiscum, nec similia verba, quæ ad ordinem pertinent.

Sed quia scriptum est, quòd propter offi-
cium datur beneficium, & spiritualia diu esse
non possunt sine temporalibus; quæro, cum
39 talis teneatur dicere officium, an ecclesia † te-
neatur ei prouidere, ne egeat, & infelix mendicet? videtur dicendum, quòd non, quia, qui extra ecclesiam est, nihil nomine ecclesiæ possidere potest, viij.dist. c.quo iure. tamen glos. in c.pastoralis. in verbo subtrahuntur. de appella.concludit contrarium per c.audeat.L.di. quia habenda est ratio, ne egeat, licet videatur quòd male meriti perpetua egestate laborare debeant, vt in l.bona fides.ff.depositi. vide d. glo. quæ bene concludit, & terminat hanc quæstionem, pro qua videtur etiam attendi debere, quod legitur in cap. studeat. L. distin. ibi, præcipimus, vt tale beneficium sibi, & ecclesiæ suæ concedatur: quòd & ipse, & sui sufficienter possit habere suæ substentationis solatium.

40 Quæro vlterius, an † omnis degradatus sit tradendus curiæ sæculari? dicas, quòd non, sed in tribus casibus tantum.

Primus est in crimine hæresis, vt in cap. ad abolendam. de hæret.in §.j.& ij. & tunc etiam non incontinenti, quia si redire voluerit ad pœnitentiam, admittetur, vt in c.excommunicamus. §. damnati.eod.titu.

Secundus casus est in falsario literarum apostolicarum, vt in c.ad falsariorum. de cri.fal.

Tertius propter calumniam suo episcopo illatam, de quo in c.si episcopus sacerdotem.xj. quæst.j. & hoc intellige secundum omnes data incorrigibilitate: in atrocibus tamen delictis vidi pluries, tam in Rom.cur. quàm extra seruari contrarium, & non stari huic determinationi, quam etiam Martinus Quintus postergauit, vt supra dixi in §. degradatur autem. vbi dixi, quòd in omni crimine, pro quo incurritur irregularitas, data incorrigibilitate datur degradatio.

Quia hactenus vidimus de causis, & modis deponendi, degradandi, & tradendi curiæ sæculari: nunc vidẽdum est de modo depositos, degradatos, & traditos curiæ reponendi, seu restituendi, & cum eis dispensandi.

Quæro itaque quis possit talia facere? videtur dicendum, quòd solus Papa. vt ij. q. vj. ideo quia, vt supra dixi, restituit Papa, solus deponit & ipse, de translat.prælat. c. j. & ij. §. presbyterum. & iij. quæst. vj. c.quamuis. & Inno.in sua decretali Romana.de pœnit.in vj. & hoc verum est, si sit solemniter degradatus, vt in iuribus supra alleg.& in c.eps in synodo. xj.q.iij.& in c.clericus maledicus. xlviij. dist.

Si vero nõ fuit solemniter depositus, tunc distinguendũ est, quòd aut eps deposuit aliquem ab administratione, & tunc idẽ poterit restituere, aut deposuit ab ordine, & tunc etiam distinguo, quòd aut fuerat depositus pro contumacia, & potest eum restituere, vt in c.si quis. &

ibi glo.j.vij.q.j.& in c.episcopus. xj.q.iij.& c. presbyter.& c.contumaces. l. dist. si vero pro crimine, tunc etiam distingue, q aut cum solennitate, aut sine: si sine, puta verò tantum, sic & verbo poterit eum restituere. Si vero cum solennitate, puta cum alijs coepiscopis, vt s̃.dictum est, tunc etiam distinguo, q aut deposuit eum ab vno ordine tãtum, aut ab omnibus ordinibus, si ab vno tantum, tunc poterit ipsum admittere in alijs inferioribus, non autem maioribus, vt si deposuit ipsum à sacerdotio, poterit ipsum admonere in inferioribus ordinibus; & sic de alijs inferioribus: si autem deposuit ab omni ordine, solus Papa restituet, vt in d.c.clerici.de cler.excom.mini.& glo. in c. siquis. ij. q.vj.sed Host.in d.c.clerici.dicit, q degradatus ab vno ordine sacro tantum, non restituitur, nisi Papam, à non sacro vero per episcopum.

41 Degradatus autem,† & traditus curiæ sæculari non restituitur etiam per Papam, quia post traditionem non est de foro ecclesiastico, sed sæculari, vt s̃.dixi, maxime si iudex adens, seu adstans degradationi, & traditioni degradatũ iam ad manus suas, & sic forsan suum acceperat, iuxta tex.in c.nouimus.de verbo.signi.ibi, sæculari potestate præsente. Hoc tamen vnum facit ecclesia: quia efficaciter intercedit, vt citra mortis periculum in eum sententia moderetur, vt in d.c.nouimus.

S V M M AE.

1 *Infames dignitates habere nequeunt.*
2 *Fama, & infamia, quomodo diffiniatur.*
3 *Infamis tam de iure, quàm de facto repellitur à promotione.*
4 *Infames qui dicantur. & num.seq.*
5 *Infamiæ effectus quales sint.*
6 *Infamia quibus modis remittatur.*
7 *Infamia per impositionem maioris pœnæ remittitur.*
8 *Et an interim dum patitur illam pœnam maiorem causa cognita sit infamis.*
9 *Conditio nulla infamat.*
10 *Seruus in seruitute lenocinium committens, infamatur etiam post libertatem.*
11 *Accusatus, ne incurrat infamiam, quo remedio vti possit.*

De infamibus & sententiam passis.

1 INFAMIBVS portæ † non pateant dignitatum, vt notatur in cap. inter dilectos. de excess.prælat.& not.in c. tantis Daniel.lxxxj.distinct. & neque famosis, & notatis, quos scelus, & vitæ turpitudo inquinat, & quos infamia ab honestorum cœtu congregat dignitatis portæ patebunt, vt C.de dignitat. l. ij. lib. xij. & in capit. omnipotens Deus. de accusat. & in cap. fina. de testib. & regula infamibus, in vj. Cumq́ue superius videremus de diuersis impedimentis ad officia, & beneficia ecclesiastica obtinenda in specie; nunc bene conuenit, vt in calce huius nostræ lucubrationis ponamus titulum generalem impedientem, vt est de infamibus, & sententiam passis, cum infamia multifariam, multisq; modis irrogetur, de quibus certa, & determinata doctrina dari non potest. Ideo text. in cap. infames. in §. porrò. iij. quæst.viij. dicit, quòd infamia multipliciter irrogatur. & ibi glo. in verbo porrò. ponit definitionem fa-
2 mæ, & infamię, dicens, quòd fama † est illęsæ dignitatis status, moribus, & legibus probatus.

Infamia vero est diminutio status, & diuersa species infamiæ, & diuersos modos, quibus irrogatur, quam vide omnino, ordinandi enim opinio vacillare non debet, vt xxiij.dist.c.laici: ordinandus enim debet esse bonæ famæ, ne infirmorum corda percutiantur, & vituperetur ministerium clericorum. Ideo sine exceptione
3 tenendum est, quòd omnis infamis † tam de facto, quàm de iure repellitur à promotione ex prædicta ratione, quia infamibus, & suspectis portæ dignitatum patere non debent, vt in c. qui in aliquo.lj.dist.& in c.dictum. lxxxj.di. & in c.querelam.de iureiur.& c.inter dilectos.de excel.prælat.& ait Canon, omnes illos infames
4 † dicimus, quos leges sæculi infames pronunciant, vt ij.q.iij.c.Eupheminm.§.hinc colligitur.& vj.q.j.e.omnis. & c. infames. ex quibus autem causis irrogetur infamia, vide in dicto cap. infames.

Sed nobis quærendum est, quid sit effectus infamiæ, secundo quomodo tollatur, vel remittatur infamia ad effectum tollendi impedimentum promotionis ad ordines, & ad ecclesiastica beneficia consequenda, vel consequuta retinenda.

5 Effectus infamiæ † itaque est secundum leges sæculi, quòd infamis repellatur à postulando, & aduocando, vel procurando, vt in l.j. §. hoc edicto. quod verum est, nisi pro certis personis, quæ enumerantur in l.vnica. C. de infamib. lib. x.

Est & alius effectus, quia infamia repellit ab accusando. l. qui accusare. ff. de accusationibus.

Secundũ vero canones maius est periculũ irrogationis infamiæ, quàm secundum leges, vt patet in decreto Stephani Papæ, qui ait: infa-

mes esse eas personas dicimus, qui pro aliqua culpa notantur infamia. i. omnes qui Christianæ legis normam abijciunt, & statuta ecclesiastica contemnunt.

Similiter fures, sacrilegos, & omnes capitalibus criminibus irretitos.

Sepulchrorum quoque violatores.

Et omnes, qui aduersus patres armantur, qui in omni mundo infamia notantur.

Similiter incestuosos.

Et homicida.

Periuros.

Raptores, maleficos, veneficos, adulteros, de bellis publicis fugientes.

Et qui indigna petunt sibi loca tenere.

Aut facultates ecclesiæ auferunt iniustè,

Et qui fratres calumniantur, aut accusant, & non probant.

Et qui contra innocentes principis animum ad iracundiam prouocant.

Et omnes anathematizatos.

Vel pro suis sceleribus ab ecclesia pulsos, & omnes, quos ecclesiasticæ vel sæculares leges infames annunciant, habentur hæc notata in cap. infames. vj.quæst.j.

His etiã adijciuntur, qui mulieres rapuerũt.

Qui falsum testimonium dixerunt.

Et qui ad sortilegos, diuinosq; curreruut, & eorum similes dixit Eusebius in cap.constituimus. iij.quæst.v.

Et ex his videtur regula fieri posse, quòd omnis, qui in publico peccato mortali est, secundum canones sit infamis.

Et pro complemento huius materiæ vide Spec.in titu.de sent. in §. species, & per eundem in suo aureo, in tit. de fama, & infamia, vbi longè plura videbis in hac materia.

6 Nunc videndum est de dispensatione † cum infamibus, & quibus modis remittatur infamia, & primo distinguendum est inter infamiã ciuilem, & canonicam, videlicet secundum leges,& secundum canones, cum multum differant inter se in modis, & causis irrogandi, vt supra vidimus, sic & in modo tollendi, & dispensandi distant.

Infamia itaq; ciuilis remittitur secundum leges priuilegio, vel indulto à principe, vel senatu, vt ff.de postul.l.j.§.de qua.& C.de nupt. l.imperiali.Item remittitur per maioris pœnæ impositionem; & pro pleniori huius remissionis intelligentia sic distinguo pœna pecuniaria aucta, aut diminuta non diminuitur, vel aboletur infamia, & multo minus si pro corporali pœna infligitur pecuniaria, sed si pro pecuniaria imponatur corporis afflictiua, indistin
7 ctè † remittitur infamia, vt ff.eo. l.quid ergo. §.pœna grauior.& l.inferiorum.§.fi.ff.de pœn. Sed si pro corporali imponitur corporalis, distingue: quia si maior, remittitur infamia, vt in l.ad tempus.ff.de decur.& l.ordine. in prin. ff.ad municipales.si autem minor, subdistingue, quia si hoc fiat cum causæ cognitione, remittitur infamia, vt C.eo.l.si seruorum.& l.si possidonium: si autem sine causæ cognitione, non remittitur, vt in l.quid ergo.ff.eo.§.quantum ad infamiam.

Et dixi per maioris pœnæ impositionẽ infamiã tolli, siue remitti, quia potest iudex augere vel diminuere pœnã ex causa, vt plenius dixi s. de dispẽsatione iudicũ circa pœnas, ibi vide.

8 Sed hic quæro, an interim † dum patitur pœnã maiorem causa cognita, sit infamis? dicas, quòd sic, si pœna ad certũ tẽpus imponatur, vt l. si seuerior, ibi, ex transacto tẽpore, &c. C.eo. si vero damnatus, statim subit pœnam puta, vt pro pecunia fustigetur, nec interim sit infamis. l.in seruorum. §.fin.ff.de pœn.

Item remittitur infamia per appellationem. nam si damnatus appellauerit, appellationis remedio extinguitur pronunciatum, vt in l.j. §.fi.ff.ad Turpil.si autem damnatus non prosequitur suam appellationem, retro infamis fit, & videtur non appellasse: si autem prosequitur, & succumbit, ex secunda, non autem ex prima sententia est infamis, vt in l. furti. primo §.ff.eo.& l.fi.§.illud.C.de temp.appella.licet ex secunda sententia cõfirmetur prima, nã licet ex secundo testamento confirmetur primum, non ex primo agitur, sed ex secundo, licet videantur arg.contra in l.chyrographus.§. j.ff.de admin.tut. Quidam tamen dicunt damnatum furti: tunc demum esse infamem, cum certum erit appellari non posse, quia tunc sententia suum sortitur effectum, vt in l. in seruorum.§.qui ex causa.& l.qui ad statum. & l. qui vltimum.ff.de pac.

Item dicitur ad tempus damnatus furti infamis, nisi iniustè sit damnatus, nam licet pr͡ę iudicet in pecunia, non tamen in fama, arg.l. generoso. de pub.iudi.sed antiqui Doctores, vt Azo, & alij dixerunt, quòd illa lex habebat locum solum in generosis, quos hodie nobiles appellamus, sed secus in alijs, vt in l.nõ potest. ff.de furt.& l.palam.§. quæ in adulterio. de ritu nupt.Nec obstat, quod dicitur in l.furti. C. de furt. sed dic, quòd ibi fuit facta condemnatio in duplum proposita certa conditione generali, & ideo non fuit infamis, quia nulla cõ
9 ditio † infamat, vt in l.cessat.ff.de actio.& obl. vel dic, quòd fuit facta condemnatio in rem, & interesse, & postquam esset in lite iuratum proposita actione ad exhibendum, & rei vendicatione, sic Doct.antiqui ibi tenuerunt.

10 Nota etiam, quòd si seruus † in seruiture

lenoci-

lenocinium commiserit, infamatur etiam post libertatem, secus si serua seipsam prostrauerit, vt in l.athletas. §. Pomponius. & l.Imperator.ff.eo.plus enim est corrumpere se, & aliū, quàm corrumpere seipsum tantum, vt in auth. vt iudices sinequoquo suffr.col.ij.§.eos.

Illud etiam ad infamiam euitandam aduertendum est, ꝙ si talis actio, vel accusatio, qua agitur contra aliquem, ꝙ ex ea damnatus effi-
11 ceretur infamis, habet † remedium, vt defendat per procuratorem, si talis sit accusatio, quę hoc patiatur, vt iniuriarum.C. de iniur.l.fi. & tunc licet damnetur procurator tantum, tunc nec procurator, nec dominus efficitur infamis, vt ff.eo.l. furti. & l.accipe.§.si quis alieno.& ꝙ ibi dicitur eum non infamari, si ab initio causa per procuratorem agitata est, supple maximè, nam idem est etiam, si ex post facto interueniat procurator, arg.ff.eo.l. seruus.in fi. & l. nihil.C. de procur. cum in procuratorē debeat formari sentētia.l.liberto.§.fi. in fi.de neg.gest. Item ꝙ dixi non infamari eum, qui defendit se per procuratorem, verum est de infamia iuris, quia de facto non euadit infamiam, vt in l.j.& ij.ff.de obseq. Cum infamibus autem non tantum Papa, sed & episcopus dispensat, vt notaui supra de dispensatione episcoporum per discursum. Infamiam autem facti nemo tollit.

SVMMAE.

1 *Pœnitens solemniter repellitur à promotione. Et qua ratione. num. 3.*
2 *Pœnitentia solemnis, quæ dicatur.*
4 *Dispēsare quis possit cum solemniter pœnitentibus.*
5 *Episcopus ordinans non ordinandum, quomodo priuetur potestate ordinandi.*

De solemniter pœnitentibus.

1 SOLEMNIS pœnitens † repellitur à promotione, & est impedimentum perpetuum, vt infra dicetur. Sciendum est igitur, ꝙ solemnis pœnitens non debet promoueri, vt in c.si quis post. & c.ex pęnitētibus.L.dis.& c.illiteratos.xxxvj. dist.vij. in c.maritum. xxxiij.dist.

Sed antequam progrediar, quæro, quæ dica-
2 tur pœnitentia † solemnis, dicas, quòd illa, cuius forma ponitur in c. in capite quadragesimæ.L.dist.
3 Sed quæro, quæ sit ratio † huius prohibitionis, cum potius videretur dicendum contrarium? quia cor contritū, & humiliatum Deus non despicit, & solemnis pœnitentia sit valde durior, quàm secreta propter erubescentiam. Ideò qui magis dolet, debet & magis lætari in domino, & non magis puniri, dicas, quòd huius prohibitionis causa est quadruplex.

Prima ordinis excellentia, quia non sunt digni suscipere vasa domini.i. ordines sacramentorum ij, qui fuerunt vasa vitiorum, vt in c.illud quoque.L.dist.& Esa.lij. Mundamini, qui fertis vasa domini, vt dixi supra in princ. huius operis, videlicet in proœmio: licet.n. peccatum sit deletum per pœnitentiam, remanet tamen quædam cicatrix, siue irregularitas, quæ à promotione impedit secūdum omnes, iuxta illud, quem semel horrendis maculis infamia tinxit, ad bene lauandum multa laborat aqua.

Secunda timor labendi ex pristina consuetudine surgens, vt lxj.dist.c.in sacerdotibus.in fi.vbi dicitur, ꝙ ferens memorandi criminis labem, non habet lucidam sacerdotij dignitatē.

Tertia scandalum populi, quia huiusmodi pęnitentia non imponitur, nisi pro publico crimine, & vulgatissimo, quod totam cōmoueat vrbem, vt notatur in c.fi.xxvj.q.vj. talis.o.non potest sine magno scandalo ministrare, vt in c. de his verò.L.dist.

Quarta, quia non habet frontem alios peccantes restinguendi, quia iuxta illud Gregorij, cuius vita despicitur, superest, vt eius prædicatio contemnatur, & maximè cum in reprehendentem, similia, vel maiora refelli possunt. xxv.dist.c.primum.& xlij.dist.c.j.

4 Quæro modo quis cum † talibus dispensabit? Dicas, ꝙ cum solemniter pœnitentibus, propter necessitatem ecclesiæ in minoribus poterit per episcopum dispensari, ex quo ei specialiter non inuenitur prohibitum, in maioribus autem per solum Papam, pro primo est tex.in c.placuit.L.dist.pro secundo est tex.in c. nuper.de sent. excom. sæpius alleg.

Nec obstat præmissis tex.in d.c. ex pœniten-
5 tibus.L.dis. vbi dicitur, ꝙ episcopus † ordinans scienter talem, priuari debet potestate ordinandi, quia illud intelligitur, cum ordinat indiscretè, vel sine dispensatione, & est etiam simile in c.si in aliquo.lj.dist. Modum autem, & practicam imponendi publicas pœnitentias, & quomodo dicantur solemniter pœnitentes. vide in concilio Agateñ. de quo in d. c. in capite quadragesimæ.L.dist.

SEQVITVR SEPTIMA & vltima pars huius operis.

SVMMAE.

1 *Beneficiorum pluralitas, tam simplicium, quàm curati, an sine dispensatione concedi vnico tantum possit. & num. 5.*
2 *Beneficium requirens residentiam, dicitur incompatibile*

tibile cum alijs beneficijs.
Et acceptans secundum requirens residentiam, vt primum iam dicitur amisisse primum.
3 *Fallit tamen quinque modis.*
4 *Christus vocauit simplices, & quomodo intelligatur hoc dictum.*
6 *Episcopus an possit dispensare cum aliquo super pluralitate canonica. & praeben.*
7 *Verius tamen Papa solus poterit.*
8 *Consuetudo tollerata à superiore, censetur approbata.*
9 *Episcopus potest dispensare super pluralitate praebendarum, vel beneficiorum simplicium.*
10 *Dispensatio iniusta, & absque causa facta, non est dispensatio.*
11 *Beneficia omnia sunt de iure positiuo, in quibus Papa habet plenam potestatem.*
Habentia tamen curam animarum dicuntur de iure diuino.
12 *Episcopus non potest dispensare super pluralitate beneficiorum, nisi in suo episcopatu.*
Quid si habenti praebendam in cathedrali datur secunda in alia cathedrali, cuius episcopi requiratur dispensatio.
13 *Praelatus conferendo beneficium scienter, alias sufficienter beneficiato, an peccare dicatur.*
14 *Et quis cum eo dispensabit.*
Et an teneatur restituere fructus interim perceptos.
15 *Clericus si de facto teneat plura beneficia absq; dispensatione, an teneatur ad restitutionem fructuum.*
16 *Et quis cum tali poterit dispensare.*
17 *Fructus percepti ex beneficio ab eo, qui aliud tenebat, quibus sint restituendi.*

De pluralitate beneficiorum, & praebendarum, & dispensatione super ea. Et primo, in quibus casibus quis possit esse pluralis in beneficio ecclesiastico sine dispensatione.

IOANNES de Lignano iussu domini Vrbani Papae Quinti, vt legitur in suprascriptiono edidit tractatũ de pluralitate beneficiorum, incipiens, Primo quaeritur, an pluralis quis esse possit de iure communi in beneficijs, sed breuiter admodum.

Pro faciliori exitu materiae facio regulam negatiuam, videlicet nemo potest esse pluralis
1 in beneficijs † ecclesiasticis, tam simplicibus, quàm curatis sine dispensatione. Prima pars huius regulae probatur per gl. in c. dudum. el secundo. de ele. in verbo vtranque. vbi haec materia tractatur, & per ea, quae supra dixi in tit. de cler. non resid. in j.q. vbi dixi, ꝙ omne beneficium ecclesiasticum praebendatum, quantumcunq; leue, & exile, de iure requirit residentiã, vt notatur in c. fi. de cler. non residẽ. Et ipsa rubrica satis indicat, dicendo de cler. non resid. in parrochia, vel praebenda. Et prima pars, videlicet in parrochia, est satis clara, secunda verò ibi, vel praebenda, refertur ad simplicia praebendata, vt ibi dixi, & hoc tenet Host. in summ. hoc eo. tit. §. j. Sed omne beneficium requirens
2 † residentiam, dicitur incompatibile cum alijs beneficijs, vt tenuit Io. An. in cle. gratiae. de rescri. quem refert, & sequitur Ab. Sicul. in eadẽ cle. gratiae. dicens, ꝙ possidẽs beneficium ecclesiasticum requirens continuam residentiam, si accipit secundum curatum, vel etiam requirẽs residẽtiam, tenetur dimittere primum, immo primum ipso iure vacat, & comprehẽditur sub cõstitutione execrabilis Io. xxij. quimo Io. An. in ea. cle. gratiae dixit, ꝙ primũ vacabat ipso iure, iuxta dictã cõstitutionẽ execrabilis. licet postea in idẽ Io. An. in addi. Spec. in ti. de cler. nõ resid. §. fi. reuocauerit eius sententiam, & dixerit cõtrarium, videlicet, ꝙ non vacat ipso iure, sed sic tenens venit priuandus, & sic requirit declarationem, & idem tenet Old. consi. cxlv. incip. Thema. vbi omnino vide, & Rota in antiquis decis. decis. clxxxiiij. incip. Nota, ꝙ habẽs beneficium curatum, & per Pet. de Anch. in c. j. de consuet. in vj. in ij. col. Sed cum prima opinione trãsiuit d. Ab. Sicu. in d. cle. gratiae. de rescrip. tenens, ꝙ primum ipso iure vacet, & sit canon ferendae, & non latae sententiae.

Secunda probatur per c. de multa. & c. constitutionem execrabilis Io. xxij.

3 Huic regulae dantur quinque fallentiae † secundum aliquos, secundum verò Io. de Lign. in d. tract. j. q. dantur sex.

Prima est, quando ecclesiae tenues sunt in suis redditibus, ꝙ neutra sufficit ad sustentationem rectoris, pro quo est tex. ibi in c. vnio. x. q. iij. & in c. quia. de relig. domi. & bonus tex. & melior gl. in c. sanctorum. lxx. dist. in verbo in duabus. quam oĩno videbis ad materiam hanc, & in c. si quis iam translat. xxij. q. ij. & per Ioã. An. in c. gratiae. de rescr. in vj.

Secunda est, si vna pendet ab altera, puta ratione fundationis primaeuae, vt in c. eam te. de de aetat. & qual.

Tertia propter raritatem clericorum, vt notatur in ca. clericus. in fi. xxj. q. j. sed hoc hodie forsan non habet locum propter multitudinẽ clericorum nostri temporis, licet gl. ibi dicat, quòd idem in ciuitatibus, quod potest saluari

per

per tex.in c.multi sacerdotes, & pauci sacerdo tes.xl.dist.vbi dicitur, ꝙ multi sunt sacerdotes nomine, pauci autem re: sed primum dictum contra secundum saluari potest per notata per Inno.in c.firmiter.de sum.trin. vbi dicit, ꝙ suf ficit simplicibus sacerdotibus, quibus Deus non dedit talentum intellectus, mediocris sciẽ tia circa curam animarum: & hoc credo verũ, quia etiam Christus benedictus nõ vocauit ad regimen ecclesiæ doctores, neq; principes, aut pharisæos, sed simplices & rudes, vt Petrum, & Andræam piscatores. Ideò videmus hodie, quòd etiam idiotę tam iuris, quàm Theologię omnino ignari assumuntur in episcopos, & in Papam, vt plures vidi, & hodie videmus, & tamen dicuntur habere omnia iura in scrinio pe ctoris, sed illud intellige propter assistentes, vt etiam dixit do. meus Alexandrinus . . . Nec tamen intelligas de adsistentibus in capel la, vt hodie secundum vsum curiæ adsistentes vocantur, qui communiter sunt patriarchæ, archiepiscopi, & primates, seu magni, & digni tes episcopi, aut Papæ consanguinei, & prælati domestici, & vt in pluribus ignorantissimi, vt vidi, & agnoui. Sed intelligendum est de referẽ darijs, & alijs, qui adsistunt Papæ circa expedi tionem tam signaturæ iustitiæ, & gratiæ, quàm literarum Apostolicarum, per cameram transeuntium, & expeditiones breuium, & dispensationes, quæ consistunt in mera iuris dispositione, cessante gratia, & voluntate Papæ, quæ legibus est soluta: tamen & sanctitas sua debet permittere claues iustitiæ, & moderantiæ clauibus potentiæ, vt dixit Inno. in c.quãto.de iu reiur. & glo. in c.ad Apostolicę. de re iud. in vj.

Sed cõtra vtrunq; prędictorũ potest respon deri, & primo ad primũ, ꝙ ĩ simplicibus sacer dotibus, quibus nõ dedit Deus talentũ intelle ctus &c. non loquimur de talibus, sed de vitio sis propriè nostri temporis, qui interdum sunt bene docti, & tamen non credunt in Deum, & de his intellige d.c.clericus.xxj.q.j. Quod autẽ

4 Christus vocauerit † simplices, & omnino idio tas ad Apostolatum, non est in consideratione respectu scientiæ, quia omnino omnes repleti fuerunt Spiritu sancto, & cœperũt loqui varijs linguis magnalia Dei, vt Actuũ.c.ij.ibi, audiuimus vnusquisq; linguam nostram, in qua na ti sumus Parthi, & Medi, & Elamitæ, & qui habitant Mesopotamiam &c. & sic quales prius fuerint, non est considerandum respectu scientiæ, vt dixi.

Quarta est, si ecclesia annexa est præbendæ, vel dignitati, quo casu cum ipse teneatur in ma iori ecclesia deseruire, tenetur in particulari p alium supplere, vt diximus supra de cler. non resi. in versi. viij. ratione perplexitatis, seu annexitatis, vnionis, & incorporationis, vt notatur in c.extirpandæ.de præben. cum ibi not. tenetur rector vicario prouidere de substentatione congrua, vt in d.c.extirpandæ.

Quinta, si habet vnam in titulum, alteram verò in commendam, vt notatur xxj. q.j. cap. qui duas.

Sexta est secundum Io. de Lig. si episcopus dispensat, iuxta not. in c.sanctorum.lxx.dis. sed nihil facit iste casus, quia loquimur de beneficijs, quæ possunt sine dispẽsatione detineri iure communi permittẽte, in d.vero c.sanctorũ. loquitur dispensatione mediãte, & sic nihil ad propositam quæst. quæ quærit de iure commu ni, non iure dispensatiuo.

5 Sed hic quæro, an huiusmodi † commenda excuset, si sine iusta causa facta sit, puta ad ditã dum, & non ad regimen, vt hodie videmus. Di cito, ꝙ in episcopis non licet, quia licet possint commendare ad sex menses, iuxta constitutionem Greg. X. in concil. Lugd. de qua in c.nemo deinceps.de ele.in vj. ibi, euidenti necessitate, vel vtilitate ecclesiæ suadente, cum appositione decreti irritantis, vt in ea, non tamẽ sine eui denti causa, & sic duo requiruntur copulatiuè, videlicet causa, & causa euidens, scilicet neces saria, alias leuis causa non sufficeret propter intentionem legis latoris, & decretum irritans, vt supra.

In supradictis itaq; quinq; casibus quis potest sine dispensatione iure permittẽte esse plu ralis in beneficijs ecclesiasticis, vt tenuit Goff. in c.prętcrea.de æta. & qual. & Host. in sum. de inst. in §.quis inficiari. & glo. Ber. in c.dudum. de elec. in verbo vterque, & Guil. in gl. sua ibi dicit idem dicendum de pluralitate præbenda rum, quod dicitur de pluralitate ecclesiarum, & idem tenet Ber. in glo. in verbo retinere. & idem gl. in c.super inordinata.de præben. & c. super eo. Host. in sum. de inst. §.fi. versi. sed il lud. & versi. sed breuiter circa hanc materiam disputando dixit, quem non referam breuitatis causa, vbi vide, qui posuit multa genera beneficiorum.

Innoc. verò in c. cum iamdudum. de præb. de pluralitate præbendarum licitè tenendarũ, ita ꝙ quis sit in pluribus ecclesijs, & canonicus, & præbendatus, vt in ecclesia Taruisina, al legat consuetudinem, maximè si non requirãt residentiam, quod intelligo etiam de consuetu dine, vel statuto, aut priuilegio, vt supra diximus in titulo de cler. non resi. in j.q.

Sed quicquid dixerint præfati doct. alij tenent cõtrarium, vt Host. & Theologi, & quòd debemus tenere certum, & dimittere incertũ, scilicet, vt huiusmodi beneficia non teneantur sine dispensatione, vt idem Host. dixit in c.li-

teras.

teras. de conceß. præbend.

Quis possit dispensare super pluralitate beneficiorum.

6 De primo quæro, nunquid episcopus † circa huiusmodi pluralitatem possit dispensare, etiā in simplicibus requirentibus tamen continuā residentiam? Goff. in tit. de præb. dixit, quod non, Ioan. verò, quod sic, in suo episcopatu, sed non in diuersis, & hoc propter iuris impossibilitatē, quia tenetur vtriq; obedire, & ab vtroq; ordines recipere, quod esse non posset si contraria mandarētur, iuxta illud Aug. in sermone super Luc. xij. & Matth. v. & legitur prima dominica mensis Septembris, & qualiter intelligat illud, vide beatum Tho. in cath. aurea, tex. xvj. super Matth. vj. fol. xxix. in fi. nemo. n. potest, quā uis vni domino obtemperare repugnantia iubenti, quia nemo potest etiam duobus dominis seruire, sed dicit, quod solus Papa hanc perplexitatem tollere potest, qui dispensando videtur ei concedere, quod eligat, cui voluerit obedire, vel à quo ordines recipere, verius tamen putat Io. de Fribur. quod siue in eodem episcopatu, siue in
7 diuersis, nullus dispensare potest, nisi † Papa, vt hodie etiam seruat curia, & etiā videtur sensisse Host. in sum. de præb. in §. fi. & idem Frib. dicit, quod Guil. in sua gl. in c. referente. de præb. dixit se credere, quod episcopi possint dispensare, quòd quis plures præbendas, aut plura simplicia beneficia, siue personatu habeat, & hoc postquam non de iure scripto, sed de cōsuetudine sola, quam Papa scit, & tolerat, ideò talis toleran
8 tia † inducit præsumptam approbationem; faciūt notata per Io. An. & Abb. in d. cle. gratiæ. de rescr. Et ex hoc potest inferri, quod hodie sit derogatum per huiusmodi contrariam consuetudinem illi ordinationi, de qua in c. sanctorum. lxx. dist. vbi expresse cauetur, & prohibetur, ne quis sit canonicus præbendatus, nisi vnius ecclesiæ, in qua conscriptus est. i. titularis, licet ex dispēsatione episcopi vnus diuersis possit præesse ecclesijs, & idem dixit Barth. Brix. in gl. supra d. c. sanctorum. videlicet, quod non liceat nec in eodē episcopatu, nec in diuersis habere plures ecclesias, vel præb. nisi in casibus s. positis.
9 De pluralitate verò † præbēdarum, seu beneficiorum simpliciū non est prohibitum episcopis dispensare, vt notatur in c. de multa. de pb. in gl. in verbo per sedem Apostolicā. Io. de Fribur. de mente cuiusdā Vlderici doc. antiqui dicit, quod sicut potest episcopus dispensare in pluribus beneficijs simplicibus, vel pbēdis, ita pōt dispensare, quod quis habeat beneficiū simplex, & personatū cum alio, quod habet curam animarum. Host. verò in c. literas. de conceß. præbē. post multa subiungit, quod si episcopi non possunt dispensare in pluralitate hmôi præbendarum, quo ad titulū, dici tamen pōt, quod possunt dispēsare ob prærogatiuā meritorū, quod primam, vel secundam teneat tanquā beneficiū, & ponat vicariū, qui bene deseruiat, & competentē portionem habeat de præbenda, per ea, quæ not. in c. proposuisti. de pręb. & in c. cum ad hoc. de cle. non resi. maximè quando in ecclesia est talis cōsuetudo, vel statutū ex rationabili causa factū per not. in c. cū omnes. de const. & gl. vbi supra dicit, quod in hmôi dispensationibus, siue fiāt per Papam, siue fiant per episcopū, cōsiderāda est
10 dispēsationis causa, quæ dum † non sit iusta, & rationabilis, non est dispēsatio, sed vt dixit beatus Ber. est dissipatio, nec excusat illū, cum quo dispensatur quo ad Deū, sed tantum quo ad ecclesiam militantē, & Frib. de mente Vlderici dicit, quod licet irrōnabilis dispensatio excuset quātum ad id, quod est de iure positiuo, videlicet quod nō cōmittatur furtum percipiendo fructus illorū beneficiorū, tamen quantū ad id, quod est de iure diuino, & naturali nihil valet, nec à dānatione excusat, sed potius dispensans, & dispensatus pari damnatione inuoluuntur.

Sed dicit aliquis, hoc dictū de nihilo seruit,
11 cum oīa beneficia ecclesiastica sit de iure † positiuo, in quibus Papa habet plenitudinem potestatis, & latissimas habenas. c. cūcta per mundū. ix. q. iij. sed dicito, quod episcopatus, & bñficia habentia curā animarū, sunt de lege diuina, & à Christo primo, & deinde ab Apostolis instituta. nā Iesus Christus, donec vixit, fuit summus Pontifex, & per se ordinauit Apostolos sacerdotes, & post eius Ascensionē, & Penthecostes omnes fuerunt episcopi ordinati post receptionem Spiritus sancti paracliti, & tunc diuiserūt sibi in sortē episcopatus ad prædicandū euāgelium, vt legimus in Actibus Apost. & crescēte fide, & numero Apostoli ordinauerunt alios sacerdotes ad curam animarū, & leuitas, seu diaconos, & hodie est tex. in c. in nouo. xxj. dist. & copiosius dixi supra de simo. vbi tractauimus de origine dignitatis Cardinalatus. De præbē. autē, & alijs simplicibus beneficijs, aut personatibus non habentibus curā animarū nusquā vidi, nec legi in sacra scriptura, nisi de tribu Leui, cui in sortē dñs non dedit terram, sed tantū decimas frugū terræ, & panes ppōnis, quibus etiā eorū mulieres, & viduæ vescebātur, vt legitur Nume. xviij. & Deut. xviij. Videtur ergo dicendum, quod dictū Vlderici non vendicet sibi locum, nec sit verū, nisi in beneficijs, quæ sunt de iure diuino, cum in positiuis, & introductis ab ecclesia militante Papa habeat omnem potestatem, & hoc credo verum.
12 Sed quia supra diximus, episcopū † posse dispensare in suo episcopatu, & nō in alio, quæro habēti prębendā in cathedrali datur secunda in alia

alia cathedrali, cuius episcopi requiritur dispé
satio? reteta opinione dicentiũ episcopos posse
dispensare circa necessaria, an primi, vel secũdi
episcopi? Respondeo, ꝙ potest dici, ꝙ vtriusq;
sit necessaria dispensatio, sed secundus videtur
dispensare eo ipso, ꝙ cõfert secundã scienter ha
benti primã, & primus pariter videtur dispẽsa
re permittẽdo haberi secundã retinere primã,
qua eum priuare posset, si secũ dispensare nol-
let. Friburgo placet, ꝙ requiratur dispẽsatio se-
cundi tñ sit necessaria dispẽsatio, & cũ ille, cui
confertur secũda præbeuda dispẽsatiuè nõ pec
cet eã recipiendo, nec potest episcopus, qui pri
mã cõtulit priuare illũ ea, tñ Ber. ĩ gl. in d. c. de
multa tenet, ꝙ vtriusq; dispensatio requiratur.
Sed nunquid peccet secuudus prælatus cõfe
13 rendo † scienter beneficiũ ei, qui alias sufficien
ter beneficiatus est. Goff. dicit, ꝙ sic, si sine con
sensu primi prælati: si. n. uon esset cõferens, nõ
esset recipiens, cũ hæc sint correlatiua, sicut da
re, & recipere, & sic est cõe vitiũ vtriusque, &
idem tenet Host. & addit, ꝙ uon est immuuis
primus prælatus, qui ipsum, cũ possit repetere
negligit, quãuis nou sit dubiũ secundum delin
quere: quia scienter venit contra iura, vt notat
in c. primatus. lxxj. dist. & in c. fraternitati. de
cler. uon resid. & c. admonet. de renunc.
Sed quis cum hic dispensabit? credo, ꝙ qui-
14 libet † idoneus sacerdos confessor episcoporũ
ipsorum, cum casus isti non reperiãtur in iure
reseruati, nec Papæ, nec Metropolitano.
Sed quia supra diximus, ꝙ malè dispensatus
super pluralitate beneficiorum est tutus quo
ad ecclesiam militãtem, ita quòd non teneatur
restituere fructus perceptos.
15 Quæro quid, si quis de facto † teneat plura
beneficia sine dispensatione, & sic indebitè, vel
etiã intrusus, & mala fide possidet, vtrũ subditi
teneantur ei ad obedientiã, & reuerentiã, & re
sponsales, siue coloni, & debitores teneantur
de iure soluere, & de debitis respondere? Inno.
& Host. in c. in literis. de rest. spol. distinxerunt,
ꝙ aut hmõi respousales, & debitores aliquãdo
sibi soluerunt, aut nunquã: primo casu tenẽtur
soluere, secundo verò nõ, pro primo faciunt ẽt
notata in c. querelã. de ele. pro secũdo notatur
in l. fi. C. de peti. hęr. ratio est secundum eosdẽ,
quia qui nunq̃ obedientiam pręstitit, aut respõ
sionem soluit, ipsa exhibere, vel soluere non te
netur, nec dicitur spoliare, cum nũquam posse
derit. l. decẽ. de verb. obl. & ita tenẽt Theologi.
Sed quid, si sic intrusus habet titulum colo-
ratũ: notoriè tñ, & malum, & infectum, sed est
adeptus possessionẽ authoritate superioris? di-
cendum est oẽs teneri ad obedientiam, & om-
nem præstationem, donec authoritate superio
ris amoueatur, vt not. in c. transmissam. de ele.
arg. l. iustè possidet. ff. de agr. pos. & l. j. ff. quòd
cum fal. tut. & c. cum venissent. de instit.
16 Quæro vlterius, quis † dispensabit super ma
la fructuũ perceptione cum his, qui beneficia
plura sine dispensatione obtinuerunt? dicas ab
solutè, ꝙ solus Papa, & tales petentes dispensa
tionẽ componunt cũ camera Apostolica super
fructibus malè perceptis, etiam si cũ talibus di
spensetur, ꝙ talia beneficia in futurũ retineãt,
& hoc casu credo aliter non posse dici, & sic sæ
pe vidi practicari in Rom. curia.
17 Sed quid dicemus † de his, qui priuantur be
neficio, vel sponte dimittunt illud? primo casu
credo, ꝙ successori tales fructus debeãtur per
notata in c. cum esses. & c. relatum. el secondo.
de testam. & ibi Io. An. & per Martinum Lau-
densem in suo tractatu de conscientia. q. xv. in-
cip. Vtrum beneficiatus faciat fructus suos in
uita, & in morte.
Secundo uerò casu idẽ uidetur dicendũ, ꝙ
in primo tamẽ curia seruat, ꝙ componitur ẽt
cum camera, quã omnes curiales tenent succe-
dere in hmõi fructibus, & omnibus spolijs pręe
latorum defunctorũ tam in Ro. cur. quã extra
etiã in prælatis morientibus tam in curia, quã
extra eam, ut etiã uidi sæpius practicari. Tamẽ
reperio Rotam in collectis per Ægid. Bella. de
cisi. dccclij. tenentẽ contrariũ, uidelicet, ꝙ ca
mera in his fructibus non succedat, nisi Papa il
los sibi specialiter reseruauerit, & suæ cameræ
applicauerit. Tamen, ut dixi curia, & ipsa came
ra hodie seruant contrariũ. Io. de Lig. in d. tra
cta. de pluralitate beneficiorũ circa finem tenet
quod supra dixi, videlicet, ꝙ omnia acquisita in
tuitu ecclesiæ sint ecclesiæ, & non cameræ, sal-
ua Papæ uoluntate, aut dispositione, siue ante,
siue postquã uacẽt. c. cuncta per mundum. & c.
per principalem. ix. q. iij. sed loquimur de iure
communi, & non de potestate Papæ absoluta.

S V M M AE.

1 *Dispensatio tacitè quando præsumatur per patien-*
tiam prælati.
2 *Dispensatio Pontificis, an differat à dispensatione*
alterius inferioris.
3 *Episcopus, vel prælatus promouens indignum ad ec*
clesiam, tenetur ipsi ecclesiæ de læsione.
4 *Et quid in Papa, vel alio Principe promouente in-*
dignum ad dignitates sæculares.
5 *Ignorans velle nou dicitur.*
6 *Dispensatio tacita, an colligi possit, quando actus*
de iure communi constare, & valere potest.
7 *Patientia superioris tolerantis indignos, cur indu-*
cat dispensationem.
8 *Et an inducat dispensationem, quando actus solum*
in tolerando consistit.
9 *Procuratorem recipere, & post visitationem pati*
indignum

indignum manere non est cum eo aliquid agere.
10 *Actus maiorem habet efficaciam ad ostendendum consensum, quàm patientia.*
11 *Renunciare magis videtur contrauenIendo priuilegio suo, quam ponendo violari illud.*
12 *Appellans non videtur sententiam acceptare.*
13 *Inter probibitionem, & approbationẽ datur mediũ.*
14 *Ecclesia sæpe tolerat aliqua crimina, vt meretricium, & similium ad euitandum maius malum.*
15 *Patientia sæpissimè non inducit consensum.*
16 *Ius positiuum à vulgo ita dictum.*
17 *Dispensatio, quæ causam in se habere debet, quæ in Pontificis dispensatione dicatur causa.*
18 *Papa siue causa potest imponere pensionem.*
19 *Causa semper in Principe præsumitur.*
20 *Dispẽsatio, quæ fit contra ius diuinũ causam exigit.*
21 *Legatos Papæ, vel eius vicemgerentes non posse, vti Papa, absque causa dispensare.*
22 *Vicarius episcopi non potest dispensare.*
23 *Et an de crimine componere possit.*
24 *Capitulum sede vacante, an possit dispensare.*
25 *Ecclesia mandando, vel dissimulando dispensat.*

De tacita dispensatione.

POSTREMÒ, quia s. diximus de diuersis speciebus dispẽsationum per
discursum huius tracta. nunc pro
cõplemẽto & absolutione totius
operis videndũ est, an, & quando
1 tacitè esse sciatur dispẽsatũ † per tolerantiã prælati, & an patiẽtia, & tolerãtia, æqualiter oium prælatorũ inducant dispensationẽ. Bal. in additionibus Speculi in tit. de dispen. in §. qualiter, versi. nunquid superior, tenet, ꝙ episcopi, cæteriq; prælati Papæ inferiores nunq̃ videntur tacitè dispensare, ẽt si excõicatum, vel indignum ad sacros ordines promoueãt, & idem videtur sensisse Inn. in c. cũ super. de off. dele. nisi aliter appareat de volũtate, & aio dispensandi per expressionẽ, aut publicũ instrumentũ, aut testib. vt notatur in c. ij. de scism. & posuit Spe. vbi supra. & per In. de Ana. & Imo. & Dñicum in c. significauit. de off. ord. & per Butr. in proœ. de-
2 cretaliũ. in viij. col. vbi ponit differentiã † inter modũ dispensandi inter Papã, & inferiores prælatos, in quibus requiritur expressã dispẽsatio, cuius verba refert, & sequitur d. Fel. in c. si quñ. de rescr. in iiij. col. versi. cõsidera tertio. & per Ant. de But. in c. veniens. de fil. presb. & per Io. Imo. amplè in l. quidã cõsulebant. ff. de re iud. facit dictũ Bal. in l. bonorũ. C. qui admitti. & per Inn. in c. veniens. de fil. presb. vbi dicitur, ꝙ factũ temerariũ iudicis nũ potest interpretari di-
3 spensatio: quinimo prælatus † promouens sciẽter indignũ ad ecclesiã, tenetur ipsi ecclesiæ de læsione, & nũ dr dispẽsare, sed lædere, vt tenet Pet. de Anch. in cle. j. de æta. & qual. in vlt. not.

In Papa autẽ secus: qa si Papa scienter indi-
4 gnũ † promouet, cũ quo alias dispẽsare posset, procul dubio dispẽsare cẽsentur, vt tenẽt Abb. Butr. & Imo. in d. c. si quando. de rescr. & in d. c. veniens. de fil. presb. & Bar. in l. Barbarius. in vlt. col. de offic. præt. dicit, ꝙ si Papa assumpsit ad dignitatẽ homicidã, vel apostatam, aut alias indignũ sciẽter cũ eo dispẽsare videtur, & Bal. in l. Imperialis. C. de nup. idẽ dicit in episcopo indignè promoto. & bo. gl. & doc. in c. cũ ecclesiasticę. de excep. Et idẽ dicẽdũ videtur in Principe, qui indignũ sciẽter promouet ad officia, & dignitates sęculares, vt ẽt vidẽtur sentire scribentes in d. l. quidam cõsulebant. gl. & doc. in l. vlt. si contra ius, vel vtil. pub. Bal. in d. l. Imperialis. & notat gl. & doc. in d. c. cũ ecclesiasticæ. Inno. & doct. in d. c. veniens. ac oẽs supradicti doc. in locis supra alleg. Bal. in addi. Spec. in loco supra dicto. Lud. cõsi. mihi cccvij. inci. In casu &c. Itẽ in consi. ccxvj. & Oldr. plenè consi. cccxxv. & in multis sequentibus consilijs.

Ista conclusio probatur per ea, quæ dicunt doc. in d. c. veniens. ꝙ vbi superioris actus non in tolerando, sed in agẽdo consistit, dũmõ sciẽter fiat actus, dispẽsatio inducitur: pro qua facit lex idẽ Vlpianus. de execu. tut. gl. in c. statutum. in verbo literarũ. de elec. in vj. & glo. in c. cũ olim. in verbo monachi. el secõdo. de priui. & consi. Lud. supra allegato. & quod latè tradit Butr. in repet. c. consultationibus. de iure patr. xij. col. & aliqua adducta per Fel. in c. prętera. de testi. cog. Est autẽ in tacita dispẽsatione Papæ, & Principis necessaria scientia, quia
5 ignorans † non dicitur velle. l. si per errorẽ. de iurisd. om. iud. Alioqui si Papa, aut Princeps indigno ascribat, circũuentus præsumitur, Inno. in c. cũ te. de resc. Bal. in Marg. in verbo Papa. versi. quarto. de quo plenius per doc. in d. c. significauit. Nec omitto, quòd ista tacita dispẽsa-
6 tio † nunquã colligitur vbi actus de iure cõi cõstare, vel valere potest, quia secundũ ius cõmune interpretari debet, secundũ Bal. in d. l. bonorum. C. qui admitti. quia princeps non præsumit vti potestate suprema, nisi illud exprimat, secundũ Inno. in d. c. innotuit. de elc. & Bal. & Ang. in l. bene à Zenone. de quadri. præscr. nisi clausula nõ obstante posita esset, secundũ Bal. in l. si testm̃. C. de testa. aut clausula ex certa scientia, secundũ Innoc. in c. ad hæc. de rescr. glo. & Bal. in l. eos. de ap. in principio.

His non incõgruè subnectendũ putaui, cur
7 patiẽtia † superioris tolerantis indignũ, & peccata, seu peccatores nõ puniẽtis, dispensationẽ inducere videatur; qua in re sequendo potissimè Butr. in c. veniens. exiptius, & aliorũ sñia, dicendũ est, quòd nunq̃ patiẽtia superioris dispensationem

spensationem

8 ſpēſationē† inducit, quando actus ſolū in tole-
rādo cōſiſtit: quia ex eo approbatio neceſſario
non infert, verbi gratia, prælatus ab indigno, &
inhabili miſſam audit, aut ab eo rōne officij, p-
curationē recipit, quia in hmōi actibus inquiſi
tio, & iudicialis cauſæ cognitio nō requiritur,
& proinde approbatio nō inducitur, diſpenſa-
tio inde minimè ſequitur. Prætereà procuratio
9 nem† recipere, & poſt viſitationē pati indignū,
& inhabilem in eccleſia manere, nō eſt cum eo
aliquid agere, ex quo diſpēſatio producatur ſe-
cundū Butr. poſt Inno. & Arch. ibi, ſed requiri
tur actio, hoc eſt, ꝙ cū inhabili, & indigno ſupe
rior aliquid agat, quod abſq; diſpenſationis ad
miniculo agi non poſſit. Nam vt ibi in iij. col.
Dominicus inquit, patiētia nō eſt tantæ vis, &
10 efficaciæ, quantæ eſt actio, ſeu† actus, qui aliqd
ponit, & affirmat, vt notat gl. in c. cum acceſſiſ
ſent. de conſt. verſi. conuenerunt eleganter.
Volens ſecūdum Io. ibi, ꝙ contraueniendo
11 quis † priuilegio ſuo magis renūciare videtur,
videtur, q̄ patiēdo illud violari. Facit quod In-
noc. ſingulariter tradit in c. olim. el iij. de reſti.
ſpol. ꝙ excōicatus poſtquā fuerat appellatum,
& ſic inualidè excōicatus, licet eā aliqn̄ ſeruet,
12 non tamē videtur † ſniam acceptare, & ratam
habere, vt ſupra dixi de iniuſta excōicatione, qd
But. in d. c. venens multū cōmendat. & Card.
in d. c. olim. ij. col. & Io. de Imo. & Domi. in c.
gratum. de off. deleg. vt ſingulare, & memora-
bile ſciatur. Sub iſta cōcluſione dicendū eſt,
ꝙ quamuis eccleſia diſſimulādo crapulatū cor
ruptelas toleret, nec eas ingurgitatiōes puniat,
quæ deprauato more quarundā feſtiuitatū, &
carniſpriuij tempore fiunt, non tamen eā con-
ſuetudinē approbat, quia hmōi tolerantia non
13 eſt prohibitioni contraria, ſed inter † prohibi-
tionem, & approbationē medium locum tenet
ſuis terminis contenta. Ita in effectu, ac re ipſa
gl. ſentit in c. deniq;. diſt. iiij. & in c. ſi quod ve
rius. xxx. q. ij. & dn̄i. in c. omnis. j. diſt. vbi Fely.
ſuo illo ordinato, & ſtilo cōgruè, & aptè diſpo
ſito ſub concluſionibus ſuis plurima dicta cō-
14 plectitur. Similiter eccleſia † ſub diſſimulatio-
ne pertranſit, & tolerat crimen meretriciū, ſe-
cundū gl. in c. inter opera. de ſpon. quia licet ſit
peccatū mortale, & indignatione perſequendū
c. meretrices. & c. nemo ſibi. xxxij. q. iiij. tamen
ad euitandū maius malum tolerat, & hac rōne
tolerandas eſſe meretrices Cato cenſuit.

Et alia multa diſſimulanter perfert eccleſia,
de quibus in locis ſupra alleg. & per gl. in d. c.
denique. Ideò dixit Arch. in c. non cōfidat. diſt.
l. ꝙ Papa tacet, & tolerat viles, & illiteratos
clericos ab epiſcopis ordinari, contra quos eſt
ſtatuta pęna in c. vlt. de temp. ord. lib. vj. ex hoc
tamen conſuetudinē non approbat, ne diſpen-
ſare videtur, aut illi conſtitutioni derogare.

Ex his quoq; Abb. Sicu. belliſſimè dixit mo
tus ēt eo. tex. in c. iamdudum. in fi. de præbē. in
ver. multa pro patientiā, ꝙ ſuperioris patientia
15 non† punientis tranſgreſſores diſpēſationē nō
inducit. Idem not. Bur. & recentiores ſcriben-
tes in c. vt circa. de conſang. & affi. per d. c. iam
dudum. vbi etiam tractant, qn̄ per deſuetudi-
nem canoni derogatū videtur, cum Papa ſcit,
& tolerat iuxta ea, quæ tradit Arch. in c. obeūti
bus. lxiij. diſt. & Abb. & doc. & Fel. ibid. in c. j.
de treu. & pac. De cauſa aūt diſpenſationis, li-
cet ſuperius expoſitū ſit, ꝙ in Papa, & Principe
non exigatur, ſed inferioribus tantū requirat,
nunc plenius attingendo, atq; omiſſa ſupplen
do dicamus præter ea, quæ ſupra dicta ſunt, ꝙ
Papa, & princeps quo ad defectus iuris huma-
16 ni, vulgo† dicitur poſitiui, ſine cauſa diſpēſare
poſſunt, vt declarat Innoc. in c. cū ad monaſte
rium. in fi. de ſta. mona. Io. An. & doct. in c. de
multa. de præb. Ludo. conſi. cccvij. ſupra alleg.
& beatus Tho. ſ. ij. q. lxxxvij. ar. vlt. & Arch. in
d. c. conſequens. xj. diſt. refert verba beati Tho.
licet de eo mentionē non faciat, quæ commen
dantes extollunt Io. An. & alij in d. c. de multa.
Hanc ſniam Speculator quoq; approbat, &
ſequitur in ti. de leg. §. nunc breuiter ad finem.
verſi. xv. in voto. & Card. in repet. c. perpendi-
mus. viij. col. de ſent. exc. Abb. in d. c. ij. de ſciſ.
& ibidem Ana. & Domi. in d. c. conſequens.
17 Nam in diſpenſatione† Papę ipſa liberalitas
eſt pro cauſa, vt tradit Bnt. in c. j. de conſt. & ibi
dem Io. Imo. xiij. col. & Præpoſitus ſequitur,
& cōſtāter affirmat in c. per venerabilē. qui fil.
ſint legit. per c. cum noſtris. ibi, ex indulgentia
ſpeciali, vel alia iuſta cauſa. de cōceſſ. præb. quē
tex. ad id ſupra adduximus, & Fel. in pluribus
locis hoc probat hæc; & alia referens in c. j. de
conſti. in iiij. fallentia, in c. ſi qn̄. v. col. de reſcr.
verſi. conſidera ſecundo, in c. poſtulaſti. verſi.
quartus caſus. & in c. ad audientiā. lo ij. eo. tit.
iiij. ſeu v. col. verſi. iſta procedunt. cōcludens Pa
18 pā† ſine cauſa imponere poſſe penſionē, & hoc
etiā putat procedere quo ad Deū, apud quem
ſuffultus diſpenſatione Papæ nulla expreſſa cā
tutus eſſe poteſt, neq; conſcientiæ onus eū for-
midare oportet per rationē, de qua ibi per eū:
ſupra dicta ſnia corroborari pōt ex his, quæ co
pioſè ſcribit Aug. de Anch. in lib. de ptāte eccl.
q. lx. ar. iiij. & vj. vbi multa ſcribit circa hāc ma
teriam, quorū plura Fel. refert in loco ſupra al-
leg. Corroboratur quoque, quia in Papa, &
19 Principe cauſa† præſumitur, ſecundū gl. in l. re
legati. ff. de interdic. & releg. & Andr. Sicu. di-
ſputat in c. niſi. de offi. leg. quod an ſit verū, vi-
de quæ latè Fel. ſcripſit in c. quæ in eccleſiarū.
de conſtit. Hæc tamen concluſio limitatur, &

vera

vera eſſe intelligitur, niſi ius poſitiuum ſub ali
qua naturali ratione fundaretur, vel alia ratio-
ne à iure diuino deſcendente fundatum eſſet,
quia tunc diſpenſatio contra eam legem debet
eſſe cum cauſa, ſecundùm Abb. latius proban
tem in c.per tuas.xj.col.de arbit.& Fel.eum re
ferentem in d.c.ad audientiam.nu.4.ver. bene
factor.de reſcr.de quo ibi per eum latius.
20 Alia concluſio eſt, quòd diſpenſatio † quæ ſit cõ
tra ius diuinum cauſam exigit, neq; valet ſine
cauſa, vt concludunt doct. in locis ſupra alleg.
& Felyn.in d.c.quæ in eccleſiarum.col.xxvj.de
conſt.& vulgata eſt gl.in c.non eſt, de vo. quòd di-
ſpenſatio ſine cauſa in foro conſcientię non va
let, nec moueat quenquam, quòd Papa cõtra ius
diuinum diſpenſare non poteſt, quia vt in ſupe
rioribus titulis oſtendimus, licet Papa ius diui
num tollere non poſſit, aut reſtringere, tamen
& in aliquo caſu ex cauſa derogare, & ſuper eo
diſpenſare poteſt: quam concluſionem plenè
probauimus, & Fel.declarat in c.j. & c. vlt.de
maior.& obedien. cum ergo Papa contra ius
diuinum diſpenſat, magna cauſa eum mo-
uere debet: quia contra ius diuinum non ni-
ſi ex magna cauſa diſpenſat, vt dixit Bal. in l.j.
de iure annuncia. faciunt notata in l. reſcript.
de precib.Impe.off. neq; hoc caſu in Papa, vel
Principe cauſa præſumitur, vt per Fely.in d.c.
quæ in eccleſiarum, faciunt not. per Innoc.&
d.Abb.in c.quarto.de conſuet.& ſuper magnis
ac multis authoritatibus demonſtrauimus: ſu-
pradicta vera ſunt, vbi Papa, & Princeps ipſe
diſpenſat, ſed ſi alij diſpenſandi ius, & faculta-
tem indulget, ille ſine cauſa diſpenſare non po
teſt ſecundum Inno.in c.dudum.el ſecondo.an
te finem, de elec.quia non intelligitur conceſſa
cum illis prærogatiuis, & poteſtate ſuprema,
quam canonis conditor habet, vt ibi per eum.
& per eundem Innoc. in d.c. cum ad monaſte-
rium.j.col.& in d. c. veniens. in glo. quam ſe-
quuntur doct. in locis ſupra alleg. & But.in d.
c.dudũ.Abb.in c. at ſi clerici. §. de adulterijs.
de iud.ix.col.& in c.præterea. de teſt.cog.Bal.
in d.l.ſi teſtamentum.C.de teſta.Fel.in d.c.po-
ſtulaſti.& in d.c.ad audientiam.vbi habetur, quòd
ſi data eſt poteſtas à ſummo Pontifice diſpen-
ſandi cum quibuſcunque, & in quibuſcunque
cauſis, de quo per Alex.Imo. poſt Bald.Ang.&
Io.Imo.in l.filius à patre.§.vlt. de libe. & poſt-
hum.Ex his Fel.in d.c.ad audientiam.in verſ.
quartus caſus infert contra vicem gerentes, &
21 † Legatos Papæ ſine cauſa diſpenſantes, quia
licet Papa diſpenſare abſolutè poſſet, tamen ip
ſi facere non poſſunt: vbi dicit in foro conten-
tioſo poſſe mille diſpenſationes infringi, quas
aut indignis, & ſuper incompaſſibilibus lega-
ti faciunt.

Inferioris verò cuiuſcunq; diſpenſatio ſine
cauſa non valet.

Requirit enim apparentem, exiſtentemque
cauſam, vt notat Innoc.in d.c.cum ad monaſte
rium.& in d.c.veniens. Io.de Ana. & doct. in
d.c.ij.de ſciſm.Io.Imo.in c.j.de conſtit.& in l.
quidam conſulebant.& doc. in alijs ſupra alle.
locis, & Bald.eleganter in d.l.ſi teſtamentum.
& nos ſupra aliquid diximus de diſpen.Papæ.

His accedat, quòd vicarius Epiſcopi diſpen
22 ſandi † ius non habet ſecundum Paul. de Caſt.
in conſi.cxvij.j.col.dicentem, quòd vbi incer-
tum eſt, aut expreſſum non eſt in mandato, nõ
videtur vicario in crimine data diſpenſandi
poteſtas.

23 Proindeque de crimine componere † non
poteſt, & vbi faceret epiſcopus compoſitionẽ,
contra eam venire poſſet, & ea reuocata con-
tra reum malè compoſitum inquirere, & con-
uictum deponere: quia vicarius non compo-
nit, neque pœnas diſpenſationis, aut alias iuris
in pecuniarias commutat: quia diſpenſandi
poteſtatem non habet.c.licet. & ibi glo.ſingu-
laris. de pœn. & ſatis ſupra dictum fuit, ſicut
nec vicarius indulgentias concedit, niſi habeat
ſpeciale mandatum ſecundum Cald. in c.no-
ſtro. de pœnit. & remiſſ.in fi.

24 Nec etiam capitulum ſede † vacante, vt ibi-
dem idem Fel. meminit in ſermone ſuo, inci-
piente, Hodie mecum eris in paradiſo. Quod
addendum eſt ijs, quæ de indulgentia ſupra di-
ximus.

Ad tacitam etiam diſpenſationem, vide bo.
gl.in c.qui in aliquo.lj.diſt. in verbo, qui con-
25 cubinas, quæ dicit, quòd eccleſia † mandando,
vel diſſimulando diſpẽſat cum limitatione ibi
poſita: allegat tex.in c. literas. de reſtitu. ſpol.
Laus Deo æterno, eiusq; ſoli filio, cum ſpiri-
tu paraclito, in ſæculorum ſæcula. Amen.

FINIS.

EORVM OMNIVM, QVAE IN TRACTATV de Irregularitatibus, ac Dispensationibus

PAVLI BORGASII FELTRENSIS,

Episcopi Nemosiensis notatu digniora passim occurrunt

INDEX LOCVPLETISSIMVS

In ordinem abecedarium adductus.

A

 ptura

B

C

Celebrans

Christianus

consistit

D

Discessus

Dispensatio

E

Index.

Episcopus

Excommuni-

Excom-

F

G

Gesta

H

I

Inchoandum

Index.

L

M

N

O

Occidens

P

pœna

Q

R

S

Sententia

Suspen-

Virgi-

Votum

FINIS.